This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

P. VIRGILIVS MARO

VARIETATE LECTIONIS
ET
PERPETVA ADNOTATIONE
ILLVSTRATVS
A
CHR. GOTTL. HEYNE

ACCEDVNT INDICES

EDITIO
NOVIS CVRIS EMENDATA ET AVCTA

VOLVMEN PRIMVM
BVCOLICA ET GEORGICA

LIPSIAE
SVMTIBVS CASPARI FRITSCH
MDCCC

Digitized by Google

KF7348

Digitized by Google

PRAEFATIO
TERTIAE EDITIONIS

Quod nec exſpectabam nec ſperabam, vt tertia vice ad Virgilium nouis curis retractandum euocarer, id mihi propitii numinis beneficio contigit. Poſt primam enim editionem annis LXVII — LXXV curatam, cum editio minor, ad ſolam interpretationem poetae inſtituta, anno

Digitized by Google

LXXIX excuſa eſſet, iterum operam meam ei commodaui in editione altera annis LXXXVII—IX vulgata, et aliquot annis poſtea Londini repetita; cum interea prelo repetita eſſet editio minor emendatior a. LXXXIX. Iudicia expertus ſum virorum doctorum tam liberalia, vt ea ipſa mihi hoc tanquam onus imponere viderentur, vt, quantum poſſem, ſtudium in emendanda et perficienda opera mea collocarem. Eaque in re tanto religioſius mihi verſandum eſſe putaui, quanto melius ipſe cognita ac perſpecta haberem ea, quae in illa opera mea aut deſideranda eſſent, aut aliter conſtituenda. Nequaquam enim ad Virgilium noua annotatione inſtruendum eo animo et conſilio acceſſeram, quod poſtea ſequutus ſum. Nam cum, ante annos hos fere XXXV, a librario, ſollerti et honeſto viro, quaereretur, qui editionem Virgilii notis ſelectis et excerptis nouisque nonnullis adſperſis, inſtructam, cuius gene-

Digitized by Google

ris editiones iſta aetate in magna exiſtimatione habebantur, curaret: Erneſtius negotium mihi impoſuerat: cuius auctoritate et conſilio victus illud in me recepi, etſi tum recens adhuc in hoc litterarum genere, nec niſi nuper academico muneri admotus, cui, viribus corporis ingeniique longa multiplicique aerumna fractis, nondum parem me eſſe ſentiebam. Cum ita voluntate non ſatis procliui rem ſuſcepiſſem, ſtudium quoque meum retundebatur iudicio, quod de illo genere notarum fouebam; etenim ad ſubtilem diligentiam illud vix adducere ſeu commentatorem ſeu lectorem poſſe videbatur, contentum vtrumque iis copiis, quae ad manum eſſent, nec penitius in poetae doctrinam, ſtudium, artem, ſe inſinuantem. Vix itaque opus ingreſſus, ſi ad praeſcriptum illud exſequi vellem, taedio ferendo me imparem eſſe ſenſi, primoque cunctanter meum ſenſum ac iudicium ſum ſequutus, tandem

Digitized by Google

in Aeneide prorſus mihi ipſi obtemperaui. Ita autem euenit, vt opera mea aliquantum dispar eſſet comparatis Eclogis et Georgicis cum Aeneide; nec niſi in repetitis editionibus ad eundem modulum omnia conſtituere allaboraui; etſi vel ſic bene intellexi ſupereſſe naeuos, quos penitus eluere vix liceret, in corpore ad aliam formam ab initio deſignato. Quod tamen licuit, ſatagere haud refugi, vt, quoties noua editio pararetur, non modo relegerem poetam cum meis annotationibus, ſed etiam retractarem loca ſaltem potiora et emendarem, quae quidem emendanda eſſe videbam, etiam ea, de quibus monitus eſſem; ea autem praeterirem, in quibus male eſſem reprehenſus, ea relinquerem intacta, quibus meliora non allata vidiſſem, obliuiſcererque ea, quae illiberaliter in me eſſent effuſa: quibus non tam dolui mei cauſſa, quam propter imminutam litterarum noſtrarum dignitatem, et ob detrimentum, quod

Digitized by Google

bonis moribus ſuaeque quisque exiſtimationi inter bonos ipſe afferret. Sed ſunt homines, qui ne hanc quidem aliorum animi aequitatem aequo animo ferunt, ſed pro nouis offenſis irarumque cauſſis eam tibi imputant. εἴη μή ποτέ μοι τοιοῦτον ἦθος, ὦ Ζεῦ! vt cum Pindaro loquar. Iam in praefatione prioris editionis profeſſus eram, me inchoatam tantum et deſcriptam operam publice proponere, quae tamen pro fundo eſſe poſſit ſtudiis virorum doctorum coniunctis in perficiendo eo quod deſignatum a me erat; multo enim vtilius fore, ſi vna aliqua editio repetitis plurium ſtudiis et curis emendetur et locupletetur, quam ſi plures iteratis itidem vicibus eadem recoxerint, aut *veterem querelam*, vt cum noſtro loquar, iterum iterumque *cecinerint*. Nec tamen vel ſic cuiquam inuidebo ſuis auſpiciis meliora in medium proferenti, qui id inprimis per omnem vitam cordi habuerim, vt alia potius in-

Digitized by Google

genia excitarem et acuerem, quam vt meum, qualecunque illud ſit, iactarem. Quamdiu enim in his ſtudiis verſatus ſum, id egi, vt litterae emendarentur et perficerentur ſiue per me ſiue per alios; et ſoleo laetari, quoties inter vulgaria haberi video ea, quae olim noue et audacter dicta haud raro displicebant ſeniorum iudiciis. Neque omnino hanc rationem commentandi in veteres auctores claſſicos tanquam vnice probandam et amplectendam venditaui; contra vero cum aliis in locis, tum in praefationibus ſtudioſe declaraui diuerſa diuerſis conſiliis accommodata commentandi genera, et locum ſuum aſſignaui huic noſtro; memoraui quoque, quam laudem ſtudium vertendi in vernaculum ſermonem, et quas opportunitates et commoda illud habeat, interdum ad ipſam interpretationis ſubtilitatem; nec omnino illud multum ab annotatione perpetua discrepat, ſaltem quatenus veram auctoris

Digitized by Google

mentem et ſenſum in vtroque redditum eſſe volumus.

Deſcriptionem operae meae et conſilium expoſui in praefationibus ſuperiorum editionum, quas ea de cauſſa, vt hic iterum apponerem, neceſſum eſſe vidi, tum in disquiſitione de Carmine epico aliis paſſim locis, quae iis ſaltem inſpicienda erant, qui iudices ſedere et de ſumma operis calculos ferre volebant. Nunc itaque non niſi pauca ſubiungenda ſunt de editione hac noua: cuius omne conſilium debetur Fritſchio noſtro, viro intelligenti et ſollerti, bonaeque laudis cupido: qui cum in altera editione adornanda exemplaria multis ornamentis, argumento ex antiquis operibus petito, caelo expreſſis, ſumtu haud mediocri, adornaſſet, mox librariorum nonnullorum inter Britannos lucri cupiditate oppreſſum ſe videns, quandoquidem illi formulis ſuis repetere eam editionem conſtituerant, conſilio hoc et neceſſitate circumuentus totum ex-

Digitized by Google

emplarium apparatum iis vendiderat: quo illi in lucrum ſuum verſo, noua exemplaria typis excuderunt; tum Fritſchius apud ſe decreuit, poſt certorum annorum decurſum editionem, eamque multo elegantiorem ac ſplendidiorem, parare, vt hoc exemplo conſtaret, nec arte et induſtria Germanos Anglis cedere, nec generoſo ſenſu laudisque ſtudio; ſine improba et ſordida lucri auiditate. Obſequendum duxi optimo viro: cumque nouiſſima iam vitae ſpatia ingreſſus vltimam manum imponendi huic operae opportunitatem ſe mihi offerre viderem: nolui fortunae deeſſe, iterumque retractaui ea, quae a me in Virgilium ſcripta eſſent, inprimisque priori volumini, quod Bucolica et Georgica complectitur, quantum per alias curas liceret, ſtudium aliquod meum addixi; inprimis, quod expectandum erat, fore, vt redemtor operis eandem hanc editionem pretio multorum facultatibus magis accommodato venalem excudi curet.

Digitized by Google

Reddere rationem ſigillatim eorum, quae in tertia hac editione acceſſerint, quia ſine oſtentationis ſpecie memorari talia nequeunt, ſuperſedeo. Sufficit, obelo me confodiſſe multa, nec peperciſſe iis, quae, olim admodum probata aut probabilia viſa, nunc fundo idoneo deſtitui videbantur. Video quidem hoc eſſe inter mala operae meae, quod nulla eſt harum editionum, quae alteri vbique reſpondeat. Quid tamen in humana hac infirmitate facias, cum, quotiescunque aliquid, a te curatum aut elaboratum, iterum inſpexeris, toties videas eſſe, quae mutata et emendata eſſe malles, etiamſi non nimis moroſus ſis tuae operae iudex ac cenſor. Itaque venia quoque danda mihi eſt, ſi interdum mutarim ſententiam, alia amplexus ſim, aut ad priſtina redierim. Eſt immenſa rerum moles, quae in tam longo operae curſu occurrit; nec ſemper idem eſt animi habitus et ſenſus; afferimus imprudentes ea, quae mente in aliis negotiis

Digitized by Google

occupata meditati eramus, et cum iis, ad quae accedimus, copulamus aliena, quae luſum ingenio faciunt; eaque alio tempore a nobismet ipſis damnari quis miretur? Quae res animaduerſa, ſi nullam aliam modeſte de nobis ſentiendi et aequa ſtatuendi de aliis cauſſam haberemus, vel vna ſatis eſſet ad retundendam omnem animi arrogantiam et in alios acerbitatem. Cum excuderetur liber typis alia in vrbe, nec mihi facultas data eſſet plagularum inſpiciendarum: in fortunae beneficio habeo, obtigiſſe mihi, vt in ſuperioribus editionibus, ita in hac quoque, correctorem virum doctum et eximie his litteris imbutum, *Carolum Chriſtianum Wendler*, A. M. cuius diligentiae et ſollertiae in aſſequendis calami mei ductibus et in ipſis ſententiis perſpiciendis multum me debere gratus profiteor.

Excurſus nonnulli acceſſere noui: quos in Conſpectu operis ſubiecto deſignatos

Digitized by Google

videbis genere characterum diuerſo. Ornamenta libri, aere expreſſa, liberali fortunarum erogatione a redemtore, *Caſp. Fritſchio* facta, debentur ingenio et arti *Io. Domenici Fiorillo*, nunc Profeſſoris Academiae Georgiae Auguſtae; argumentis ex antiquae artis operibus ita petitis, vt cum ipſo carmine aut cum Excurſibus aliqua ex parte conueniant, vt voluptati ex lectione poetae perceptae accedat alia oblectatio oculi animique ex contemplatione rei cum carmine cognatae et coniunctae. Hoc enim illud eſt, quod ab vtroque rerum genere expectamus, vt iucunditate honeſta animum perfundamus, eumque modo grauioribus modo moleſtis curis ſtudiisque feſſum recreemus, ſenſum autem pulcri et cum eo ſenſum veri et honeſti acuamus; fatendum enim nobis eſt vel inuitis, ad honeſtatem et veram humanitatem mente imbibendam maiorem vim habere ſenſum animi recte informatum, bonarum rerum adſpectu et cogita-

Digitized by Google

tione firmatum, et assiduo cultu vsuque expolitum, quam notiones subtiles et argutias dialecticas; etsi per se nec ipsas inutiles. Argumenta et notationes horum ornamentorum subiectas videbis Volumine sexto. Reiecta quoque sunt in hac editione ea, quae ad litteraturam Virgilianam et ad Vitam Virgilii spectabant, ex primo Volumine in quintum; vt ne aliud volumen mole nimis magna turgeret, aliud exilius gracilesceret.

Iamque ea, quae Maro aut expectare aut admittere potest, noua ornamenta relinquo felicioribus seu ingeniis seu studiis, hicque subsisto. Tu autem, diuine Maro,

— *extremum hoc munus habeto!*

Scr. Gottingae Septembri exeunte

CIↃ IↃCCXCIX.

PRAEFATIO
PRIORIS EDITIONIS
MDCCLXVII

— *peſſimus morbus, vt multa ex obſcurioribus tranſiliant, in ſatis vero perſpicuis ad faſtidium immorentur et exſpatientur ſcilicet.* BACO DE AVGMENT. SCIENT. *lib. VI, cap.* 8.

Difficile eſt Virgilium et ſine interprete recte legere, et cum interprete. Sunt enim multa in doctiſſimo poeta, quae pueros non modo, ſed viros ſatis acutos exercitatosque, etiam in repetita lectione, tenere, aut quae, cum non ſine multarum rerum ſcientia nec ſine ſubtiliore et ſubacto iudicio cognoſci poſſint, legentis oculum fugere ſoleant, quamuis ſint ſumma cum arte poſita, pulcerrime a poeta dicta et ad ſenſum iucundiſſima; vt adeo voluptatis et vtilitatis ex lectione percipiendae fructus liberali boni interpretis opera non parum ſiue maturentur ſiue augeantur. Dum tamen cum interprete poetam legis, vix fieri poteſt, vt cum recto ſenſu ac iudicio

Digitized by Google

eum legas. Infringitur enim animi modo ad poetam, modo ad commentatorem conuerſi intentio, et retardatur impetus; pectus vero, quod magnarum, ſublimium, et pulcerrimarum rerum ac ſententiarum ſpiritu incaluerat, ſubinde refrigeratur; auocatur mens ab operis ſumma et ab vniuerſae virtutis ac praeſtantiae cognitione, quae non tam in ſingulis rebus quam in partium inter ſe convenientia et ad commune conſilium conſpiratione cernitur; ex ſingulis tantum et minutis modo ſententiis modo verbis aeſtimare poetam, et ſaepe id adeo ad alterius tantum nutum et naſum facere, diſcimus; quo ipſo voluptatis ex carminis dulcedine capiendae magna pars intercipitur, quae, iam per ipſam ex retardatione moleſtiam, non admodum imminui non poterat. Huic tamen malo medela parata eſt ex repetita lectione. Enimuero nec minores difficultates ipſum premunt interpretem. Namque eius et ingenium rerum minutarum infinita copia ac ſubtilitate obtundi, obſcuraque opera obſcurari, et, dum in aliorum ſenſu acuendo deſudat, proprium ſenſum obrui et hebetari neceſſe eſt. Ita, dum vndique et ad ſingula verba, quibus aliqua difficultas, ad aliorum quidem intelligentiam, adhaereſcere forte poſſit, circumfert et intendit animum, multa interdum occurrere ſolent minus cum re coniuncta; et excidere nonnunquam id, quod ad illum locum ab

Digitized by Google

initio quaerebatur. Cum etiam multa ſint, quae ſentiri quidem facile poſſint, ſed quae exponere admodum difficile ſit, dum in iis commode explicandis et illuſtrandis defixus animus eſt, fieri ſolet, vt ſenſim ſenſimque ad alias rerum notiones et imagines delabatur, et tandem explicationem et interpretationem ſubiungat, quam, ſi in alio deprehenderit, quomodo ei in mentem venerit, aſſequi vix poſſit. Quae omnia non modo noſtram ſed communem interpretum conditionem duram ſatis et iniquam eſſe docent, ita vt in eo genere perfectae aliquid et abſolutae operae vix expectari poſſit.

Mihi vero in Virgilio perpetuis commentariis illuſtrando, nam variantes lectiones congerere, aut notulas paſſim adſpergere, aut excerptas obſeruationes ex ſchedis colligere et tranſcribere non tantum difficultatis habuiſſet, ſed in Virgilio perpetuis commentariis illuſtrando et maiores et plures moleſtiae obiiciebantur ex ſuperiorum interpretum copia et multorum operoſa commentatione. Nam in poeta verſabar, a tot interpretibus tentato, vt, ſi vnusquisque ex iis vel vnum tantum locum ſatis illuſtraſſet, nihil in toto Virgilio obſcuritatis relictum eſſe, ſin vnum ſaltem quilibet locum obſcuraſſet, in toto nobis Virgilio caecutiendum eſſe videri deberet. Quos quidem omnes a me perlectos eſſe, neminem a me ex-

Digitized by Google

pectare velim: primo loco Seruium, Probi lacinias, cum exſcriptore Iulio Sabino, Donatum et Philargyrium, tum Heinſium et Burmannum, a quibus tamen ad interpretationem parum fructus feras, Cerdam, doctum et laborioſum, minus forte ingenioſum, interpretem, praeter Guellium et Vrſinum, cum Martino, interdum Catroeum et Ruaeum, euoluere ſatis habui: e quibus commentariis multum me profeciſſe non infitior, ſaepe tamen iis in locis, in quibus ipſe haererem, vtilitatis parum, taedii vero plurimum, inde ad me redire ſenſi. Deſtitutus enim ab iis, quoties eorum operam deſiderabam, in aliis, quae nullum alienae opis deſiderium faciebant, tam copioſos ac doctos eos eſſe videbam, vt, quomodo tot elegantium et acutarum obſeruationum fructu adoleſcentes nec plane priuarem, nec cum taedio ſatiarem, non facile inuenirem. Offendi ad alia praue accepta, male expoſita, aut obſcurata, quae mihi ſatis clara ac perſpicua viſa erant; ita vt interdum neſcirem, in quam partem me verterem; illuſtrationem enim haec a me poſtulabant, an vero ea, quae minus bene allata erant, refellerem dubitabam. Ab hac enim illiberalitate intactum pectus ſemper habui, vt refellendis aut eleuandis aliorum dictis indignam et ignobilem gloriam captarem. Multo magis abhorrui a foedo illo more, cauillationes ſcurriles et contumelioſa

Digitized by Google

dicta in alios laude seu merita seu immerita ornatos iaciendi, aut, vt habeas, quo eos explodas, ab iis dicta impudenter calumniandi. Contra gratum mihi et iucundum ingenuaque indole dignum visum est, profiteri per quos profeciſſem; meque meliora edoceri a melioribus atque etiam refelli, animo aequo fero, et vero etiam laetor. Quemadmodum tamen, minus recte aliquid dictum esse, facile interdum est animaduertere; qua tamen in re erroris momentum lateat, dicere, et nebulas erroris obiectas sine longa disputatione, dispellere, difficile est: ita multum interdum consumsi operae, vt vno verbo erroris fontem et cauſſam declararem, aut vt illud apponerem, quo simili aliorum errori occurreretur: cum modo vsum loquendi poeticum, modo poeticum aliquod phantasma, modo mythicam rationem parum recte teneri viderem. Sed monui fere verbo tantum; cuiusmodi si nonnulla forte occurrent, quae, cur a me appoſita sint, non statim assequi possit lector paullo acutior: respectu ad nobiliorem aliquem commentatorem, quamuis a me non nominatum, habito, adiecta ea esse meminerit, vt, cum viri etiam docti in eum errorem essent abrepti, adolescens, qui in similem errorem aut difficultatem aut in eundem interpretem inciderit, statim habeat, quo eum redarguat. Ceterum eam legem, quae vnicuique interpreti

Digitized by Google

propoſita eſſe debet, vt nihil, quod luce aliqua indigeat, cum ad illuſtrandum difficile ſit, omittat ac praetereat, nihil autem, quod ſatis lucis per ſe habeat, alienis luminibus affuſis offuſcet et obſcuret, nunquam ex oculis dimiſi, eaque induſtria et cautione me illud aſſequutum eſſe ſpero, vt, ſi non raram doctrinam et exquiſitas vbique obſeruationes attulerim, at vtiles tamen commentarios in poetarum principem condidiſſe videri debeam, in quibus ea propoſita ſint, quibus eius lectio adiuuari, commendari, et, ſi non omni moleſtia liberata, at cum voluptate tamen aliqua coniuncta, videri poſſit. Itaque nec doctrinam poetae *) illuſtrare neglexi, et, ſi qua ab eo erudite, hoc eſt, ſiue ex fabulis et hiſtoriis arceſſita ſiue ex Graecorum poetarum imitatione poſita eſſent, illa loca, ſi ſuperſunt, excitaui, nec tamen, etſi hoc nunc factum eſſe interdum mallem, integra adſcripſi, ne moles commentariorum modum excederet. Quo eodem metu nec exempla coaceruare in dictione explicanda volui, ſed cum breuitatem vnam omnium maximam virtutem talis operae eſſe putarem, quotiescunque

*) Profitetur eam poeta ipſe in Epiſtola ad Auguſtum Caeſarem; ait enim: *ſe impertiri* (h. e. adhibere) *alia quoque ſtudia, quam numerorum et poëtices, multoque potiora, ad id opus,* Aeneidem puta. Haec ſunt ea, quae ad antiquitatem mythicam, inprimis Italiae, et ad Tragicorum lectionem ſpectant.

Digitized by Google

licuit, aut verbo rem monui, aut ad viros doctos lectorem remiſi, qui copioſiorem diſputationem deſideraret.

Nec tamen totam meam qualemcunque operam his finibus circumſcribi paſſus ſum. Cum Virgilius is ſit, in quo legendo magna iuuenilium ſtudiorum pars conſumi ſoleat, eo quidem conſilio, dummodo multi id ſibi propoſitum haberent, vt ad adoleſcentum ingenia polienda, ad ſenſum et guſtum pulcritudinis acuendum, ad iudicium de omnibus iis, quae ab arte et ingenio elaborata et expreſſa oculorum animique ſenſui ſubiici poſſunt, informandum valere illa lectio et vim habere debeat,*) feci id, quod in alio poeta, qui non ita omnium manibus teritur, aut non niſi a callentioribus et doctioribus legitur, non mihi faciendum eſſe putarem, vt non modo ad ea, quae difficilia ad intelligendum et obſcura ſunt, verum ad illa etiam legentium animos ad-

*) Quintil. I, 8, 4. *Cetera admonitione magna egent, inprimis, vt tenerae mentes, tracturaeque altius, quicquid rudibus et omnium ignaris inſederit, non modo quae diſerta, ſed vel magis quae honeſta ſunt diſcant. Ideoque optime inſtitutum eſt, vt ab* Homero *atque* Virgilio *lectio inciperet; quamquam ad intelligendas eorum virtutes firmiore iudicio opus eſſet. Sed huic rei ſupereſt tempus: neque enim ſemel legentur; interim et ſublimitate heroici carminis animus aſſurgat, et ex magnitudine rerum ſpiritum ducat, et optimis imbuatur.*

Digitized by Google

verterem, quae pulcra in poeta et praeclara insignique aliqua venustate nobilitata sunt, vt iisdem, in aliis poetis, siue obseruandis ac deprehendendis siue diiudicandis, adsuescerent. Quam interpretum siue sollertiam siue industriam cum saepe in puerili lectione desiderarim, aliorum votis similibus satis facere hoc instituto volui, simulque exemplum proponere iis, qui alia bona disciplina vsi non sunt, vt habeant, ad quod se componant, si in iuuenili coetu poetas praelegunt et interpretantur. Quamquam enim illa ratio difficultatis aliquantum, paullo plus etiam in se habet, quam promittere videtur; sine tali tamen interpretationis genere vix vllus verus fructus ad elegantiam et ingenii perpolitionem aut orationis exornationem ex poetae lectione capi potest.

Poeta ipse ex Burmanni recensione, quae Heinsianam sequitur, vnice expressus est;*) nec quicquam in contexto mutatum; non quod non loca in Virgilio adhuc aut mendo aut mendi suspicione laborare existimem, verum quoniam magna harum correctionum pars ad sensum parum spectat, nec vbique ad orationis elegantiam, sed plerumque in verbis et formulis versatur, in quibus librarii, grammatici, critici, et editores contendere inter se solent, vt quod alius eiecerat, alter reuocet. Omnino autem in recensione scriptoris

*) In prima scilicet editione.

Digitized by Google

antiqui, in ipſis eius verbis innouatio omnis critica non modo periculi et dubitationis habet plurimum, verum etiam, dum ſubinde noua exemplarium discrepantia infertur, ea res plus moleſtiae et taedii quam fructus et vtilitatis affert; vt adeo, ex quo lectio alicuius ſcriptoris ſemel fuit ad codicum fidem accurate ſatis conſtituta, ea, quae ſiue ingenii acumine ſiue codicum ope mutari poſſint, niſi ipſam ſcriptoris ſententiam afficiant, notis et obſeruationibus ſeruari malim. Virgilius autem a trecentis inde annis tot doctiſſimorum virorum ſtudia expertus eſt, vt, inprimis poſt Heinſii ac Burmanni operam, nemo facile tam vanus auctor reperiatur, qui e libris ſcriptis multa praeclara, quae nondum ex aliis libris notata ſint, polliceri auſit. Aliter ſe rem habere noui in ſcriptoribus, quorum exemplaria pauca aut extant aut inſpecta ſunt. At eorum ſcriptorum, quorum codices et aetate et bonitate praeſtantes magno numero iam inſpecti ſunt, ſi alios codices vulgares comparaueris, omnis fructus plerumque ad ſollennes aut nouos errores librariorum, et varietates iam aliunde notas redit; ita male collocatur otium. Itaque, ſi quis lectionis varietatem ex optimis libris ad noſtrum vsque tempus vndique congeſtam conſideret, ad emendatiorem et ornatiorem Virgiliani carminis lectionem operam recentiorem multo minus fruc-

Digitized by Google

tuoſam fuiſſe intelligat, quam ſuperiorum temporum diligentiam; a nouiſſimis autem Criticis vix quicquam varietatis e codicibus eſſe enotatum, quod non ex aliis libris iam notatum et plurium librorum conſenſu eſſet confirmatum; pleraque, quod ipſi tribus codicibus comparandis experti ſumus, ad aberrationes librariorum redire; at in iis locis, quae vulnus habent, quod ſententiam orationis obſcuret, reſtituendis ac ſanandis, ab his codicibus non magis quicquam vtilitatis quam a ceteris arceſſi poſſe. Itaque ex innumeris iis codicibus, qui adhuc paſſim in bibliothecis latent, licet eos excuti non omnino inutile fore pronuntiem, ad ſummam tamen rei vix quicquam valde memorabile et inſignis alicuius vtilitatis expectandum eſſe arbitror. Plerisque, e Latinis certe, auotoribus, qui quidem accurata et ſollerti lectione digni ſint, emendandis et poliendis ſatis inſudatum eſt, vt iam iis venia certe danda ſit, qui emendatae huius lectionis fructum aliquem capere, nec omnem operam in rimanda lectionis varietate, aut ariolandi et coniectandi lubidine, ponere, aut auctores ad grammaticam modo et criticam ſubtilitatem recte intelligere, verum, cum ipſis rebus et ſententiis, etiam eorum artem in inueniendis, eloquendis, et ornandis rerum argumentis, ſententiarum ac verborum delectu, perſpicere et eorum exemplis addiſcere velint,

Digitized by Google

quomodo ipſi ſibi maiorem ingenii et orationis elegantiam comparent. Cum tamen Virgilium eum eſſe meminiſſem, in quo criticae alicuius facultatis copiam, qua nullus ingenuae doctrinae homo ſine magno et ſuo et diſciplinae, ad quam ſeſe adiungit, detrimento carere poſſit, adoleſcentes optime poſſint ſibi parare, nolui vel hanc vtilitatem ab hac editione ſeiungere. Itaque non modo variantes lectiones ex Burmanniana editione, praeter paucas prorſus inutiles, omnes excerpſi, in meliorem ordinem digeſſi, iudicio etiam qualicunque meo adiecto; verum etiam varias lectiones ex Pierianis notationibus, quae Tomo iſtius Editionis quarto ſeorſum excuſae ſunt, ſubiunxi. Ex Martiniana porro Eclogarum et Georgicorum recenſione ſeptem Codd. varietates ſuis locis inſerui, et ex Edimburgenſi emendationes Cuninghami, Codicem Mediceum a Fogginio expreſſum, Vaticani Codicis fragmenta a Bottario excuſa, Codicis Romani varias Lectiones ad calcem ab ipſo adiectas ſedulo comparaui et exſcripſi; trium etiam Codicum, quos cum inſigni aliquo bene de me et de Virgilio merendi ſtudio Vir Illuſtr. Iul. Car. Schlaegerus et obtulerat et inſpiciendos miſerat, excerptas lectiones, de quibus paullo poſt dicam, ſubieci. Conſtitutum quidem ab initio habebam, dilectum aliquem variantium lectionum, quod iuſſus eram, facere.

Digitized by Google

Enimuero, quo magis rationes, cauſſas, et vſus earum in quocunque ſcriptore intellexeris, eo difficiliorem huius conſilii effectum eſſe praeuideas.*) Deinde, ſi iuuentutis vtilitatem reſpiciendam eſſe duxeris, vt ii aliquem harum rerum vſum conſequantur, in tali editione, multo autem magis in tali poeta nihil abeſſe volebam, quo ad varietatem lectionis eiusque vſum omnino cognoſcendum adducerentur. Reiskii coniecturas nonnullas et obſeruationes pro multiplici variaque doctrina, quae in eo Viro eſt, et generoſiore in correctionibus ſpiritu, non contemnendas, in variis ad Georgica locis inſerui; miſerat enim ad me Vir et olim mei ſtudioſus pro beneuolentia ſua et humanitate Georgicorum exemplar manu ſua notátum ea lege, vt, quae inde tollere aut relinquere vellem, libertatem faceret.

Et hactenus quidem de conatibus meis in ipſum poetam. Reſtat, vt breuiter indicem ea, quae huic praefationi ſubiecta ſunt. Primum, cum variantes lectiones ex ſatis magno codicum ſcriptorum numero excitandae eſſent, quorum vt alii, qui eandem mecum telam non detexuere, notitiam, et quanta cuiusque auctoritas eſſet, in promtu haberent, poſtulari non poterat; ſub-

*) Vid. modo Wetſtenii proleg. ad N. T. p. 199— 201. Pierſon. praef. ad Moerin p. XX. Ven. Erneſti praef. Taciti a. 3.

Digitized by Google

iungenda erat aliqua eorum notatio et deſcriptio, in qua, re ipſa inuitante, non modo nonnulla diligentius excuſſi, quae ad horum codicum hiſtoriam ſpectarent, verum etiam, cum valde turbatam et confuſam hanc critices partem eſſe viderem, altius rem exorſus ſum, vt omnino de codicibus quaererem, quorum quidem vnquam ab editoribus Virgilii mentionem et notitiam factam videram. In quam commentationem cum ſemel incidiſſem, eo deductum me vidi, vt in eas editiones inquirerem, quae ex codicibus ſcriptis excuſae aut emendatae eſſe traderentur. Proceſſit ita non animaduertenti ſtudium ad ipſam contextus poetae quam dixeris hiſtoriam, in qua cum omnia fere tenebris obducta et obſcurata viderem, cumque, quae animi humani natura eſt, indigne ferrem, quoties de antiqua aliqua editione ageretur, haerendum et dubitandum eſſe, quorſum illa referenda, quae eius auctoritas habenda eſſet, opera tandem hac ſemel defungendum eſſe arbitratus ſum, vt in editionum ordines et claſſes, ſtirpes ac familias, paullo accuratius inquirerem. Qua in re vt quadam tenus ſaltem procedere liceret, editionum ante omnia annales quidam erant conficiendi. Ea omnia ſubiunxi, non quod in iis eo, quo contendebam, peruenisſe mihi videbar: non enim haec ab vno homine perfici poſſunt; et multa erunt, quae ad alterum ac ſequentes

Digitized by Google

forte Tomos accuratius et emendatius tradere licuerit; verum quoniam, si vel lineae earum rerum duci possent, vtile et hoc ad critica haec et litteraria studia esse arbitrabar. Quem enim fructum satis magnum ex his litteris tuliſſem, nisi inde animum ita comparare et instituere didicissem, vt aliorum vtilitatis potiorem rationem habendam esse putem, quam vani alicuius metus, ne existimationi meae ac laudi quicquam inde decedat, dum inchoatam et descriptam tantum operam publice propono, in qua vnicuique facile sit et promtum, habere forte et memorare, quae ad eam perficiendam deesse possint. In promtu enim erit vnicuique, cui editio mihi non visa ad manus sit, aut erroris aut omissionis me arguere. Vitam etiam Virgilii meo studio confectam subiunxi, de qua quidem sub eius initium nonnulla monui; rem autem vtilissimam atque etiam necessariam suscipere putaui, cum aliis de causſis, tum propterea, quod multa in Eclogis, multa in Georgicis, episodia etiam nonnulla in Aeneide, ex reip. Rom. statu et conditione eorumque annorum rebus gestis explicanda sunt. Itaque etiam in notis et in ipsis argumentis Eclogarum et Georgicorum, in quibus naturam et artem carminis potissimum tradere volebam, nonnulla commemoraui, quae ad tempora, in quibus ea carmina scripta sunt, cognoscenda spectarent. Nisi enim

Digitized by Google

vita, conditio, fortuna auctoris, et publica rerum facies, quam ipse ante oculos habebat, cum scriberet, nota sit, multa in vnoquoque scriptore obscura nec satis expedita manere necesse est. Quamobrem hoc interpretationis genus, quod ex interiore eiusmodi historiae notitia petitum est, inprimis probandum esse existimo.*)

*) Subiiciam hic ex priore editione districha, quibus eam *Fr. Wilh. Iahno*, amicissimo viro, inscripseram.

VIRGILIVS

Si tibi, cui recte tradas me, quaeritur, ipsa
Quemque Thalia probet, cuique placere velim:
Aude temnere opes; fuge lubrica limina regum.
Quos colui, haud omnes Caesaris aula tulit.
Sat tolerata mihi fastidia lenta potentum!
Saepe alter *Bauius* tu mihi, *Caesar*, eras!
Nunc mihi quaere *Bonum* et *Sapientem;* in pectore *Sancto*
Cui *Rectam* mentem *Musa Deus*que dedit;
Qui seruare fidem *nulla mercede*, probare
Recta, *inter*que *minas* et *sine laude*, queat.
Hic mihi sit *Varius;* iuuet huic me iungere amicum,
Inque tui IAHNI delituisse sinu.
Addideris cari fidum HENNI pectus: amicis
Redditus ah! priscis sic mihi visus ero.

Plotius et Varius — Virgiliusque
— animae, quales neque candidiores
Terra tulit, neque queis me sit deuinctior alter.
Horat. Serm. I, 5, 40.

Cum autem altera editio inscripta esset Serenissimis Magnae Britanniae Principibus Regiis, *Ernesto Augusto*,

Digitized by Google

Auguſto Friderico, *Adolpho Friderico*, diſticha praefixa fuerunt haec:

Caeſaris alta domus quem, Caeſar et ipſe, probauit;
Quem vatem coluit maxima Roma ſuum:
Cuius diuinum carmen, ceu fonte perenni,
Senſibus ingenuis pectora veſtra rigat:
Guelfica progenies ſauſtis penetralibus orta,
Hic audet veſtras veſter adire fores;
Proque vno Aſcanio ternos miratus Iulos,
Quos aluit magnis inſula freta viris,
Ingemit et, Veſtrae cur non in tempora famae
Vt ſeruarer, ait, Fata dedere mihi!

Digitized by Google

PRAEFATIO
SECVNDAE EDITIONIS

Subiiciendum nunc eſt paucis, quid in noua hac editione aſſequi voluerim. Primo quidem illud, quod in priore propoſitum erat, infixum habui animo, vt iis, qui exemplo bonae interpretationis domi deſtituerentur, traderem in manus poetam principem ea animaduerſione inſtructum, qua, ſi ſtudium adhiberent, ipſi, vel ſine magiſtro, ingenium fingere, interpretandi artem addiſcere, et multarum notionum, ſine quibus nec alii ſcriptores recte legi poſſunt, copiam ſibi parare poſſent. Cum porro multo rerum vſu didiciſſem, nihil difficilius eſſe in ſcriptoribus claſſicis, inprimis poetis, interpretandis, quam *cum ſenſu grammatico coniunctum retinere ſenſum poeticum*; et, dum ſermonis proprietatem, orationis retexendae et ad logicum ordinem reuocandae artem, multoque magis, dum criticam ſubtilitatem ſequeris, videre, quid ex poeticae orationis genio poeta dixerit, quidque phantaſmatis poetici ratio obiicere eius animo debuerit: nunc, minus quam antea, criticis ſeu gramma-

Digitized by Google

ticis ſubtilitatibus implicitus, animum liberiore curſu *ad ipſum poetam* intendi, vt totius carminis deſcriptionem, partium conſenſum, inuentorum fontem, et inuentis vtendi artem, phantaſmatum poeticorum et rationem et auctoritatem excuterem. Itaque nulla facile pagina manſit intacta, quin manus emendatrix accederet, alia recidendo alia ſupplendo ſeu ſubſtituendo. Cum ſummam breuitatem in interpretatione ſequendam eſſe viderem: claritatem tamen et perſpicuitatem cum ea coniunctam eſſe volui. Quod ſi ad Gerdam, Heinſium, Burmannum et alios remitto, hoc non pro inutili citato habendum, verum quaerendam ibi eſſe exemplorum copiam ſeu vlteriorem declarationem eius, quod verbo tantum notaui; nec ablegaui ad alios, quin ipſe rem et ſummam obſeruationis apponerem: nihil enim eſſe poteſt moleſtius, quam, vbi in notis virorum doctorum ad aliquam difficultatem offendas, ſi nihil aliud videas adſcriptum, quam videndum eſſe hunc vel illum virum doctum. Atqui, ſi alios conſulere voluiſſem, non inſpexiſſem te, o bone! Igitur ipſa res ſaltem eſt apponenda; vberior declaratio quaerenda apud eum, qui in ea illuſtranda ſingularem operam poſuit. Illa vero iniqua lex eſt, vbi editor magnum aliarum editionum numerum in ſtruem ingentem circa ſe coaceruatum habet, et tamquam in or-

Digitized by Google

gano pneumatico modo hanc modo illam tibiam inflat, si idem nunc a te, qui legendi caussa librum in manus sumis, postulatur, vt, quoties difficultate aliqua obseptum te videas, totum illud organum manu tractes, et omnem apparatum et ipse circa te instruas. An plantarum aliarumque rerum nomina Linnaeana apponerem, diu dubitaui; verum, virorum doctorum iudiciis exploratis, vidi in plerisque opiniones esse varias et inter se disonas; cum itaque rem a meis studiis alienam non ita tractare possem, vt meo quicquam iudicio definirem, allatis autem variis aliorum iudiciis nihil proficerem, nec longis disputationibus in poetae interpretatione locus esset, nolui consilium illud tenere, sed auctores, qui antiqua nomina illustrarunt, inque his inprimis Martinum sequi satis habui.

Cum de interpretatione maxime essem sollicitus, et ea quidem eiusmodi, vt non verba modo, sed iudicium poetae, inuentum et artem, declararem, primo iterum inspexi veteres interpretes, ex iisque, quae frugi essent, adsciui; Macrobio et Iulio Sabino in partes assumto; iterum in Bucolicis Theocritum, in Georgicis Scriptores Rei Rusticae et Geoponicorum scriptores, in Aeneide Homerum mente ac memoria recolui; tum vero non parum interpretationem poetae meliorem adiuuisse videor argumentis di-

Digitized by Google

ligentioribus praemiſſis, inprimis Bucolicis et Georgicis, quibus quidem nulla adhuc adieceram argumenta. Omnino Bucolicorum et Georgicorum expolitio in hac recenſione elaboratior eſt quam in prima. Excurſus alios refinxi et retractaui, alios adieci nouos: Bucolicis quidem acceſſere quatuor: I *Ecloga IV graece verſa*, II *de Varo*, III *de C. Cornelio Gallo et Euphorionis Chiliaſi*, IV *de Scylla*. Georgicis: lib. IV Exc. I *de Pleiade Piſcem fugiente*, II *de Nympharum domo et Penei regia*. Aeneidi autem: lib. I Exc. I* *de miniſterio deorum, inprimis Iunonis, in Aeneide*, VII* *de Antenore*; lib. II Exc. IV* *de Palamede*; lib. IX Exc. I *Narrata de Aenea et Anchiſe ante b. Troiani tempora*; lib. XII Exc. V *Cenſura eorum, quae in Aeneidis oeconomia reprehendi poſſunt*.

Sunt alia, quae ad externum operis habitum ſpectant, in quibus diligentia adhibita eſt quanta adhiberi potuit; inprimis vt emendatiſſime expreſſa eſſent ab operis omnia. Cum in contextu poetae inductam ab Heinſio ſcribendi rationem nollem deſerere, qua de re poſtea dicetur, retinui in notis alteram ſollennem, quae et ipſa interdum pro illuſtratione eſſe poteſt.*)

*) At ſunt alia leuioris momenti, in quibus nolui nimis ſeuerus eſſe, quia tanti rem non eſſe putabam; v. c. quod ſyllabarum diuiſio et nexus ab operis librariis eo

Digitized by Google

Induxerat in animum librarius, honeſtus vir, ornamenta addere huic editioni figuris aere expreſſis. Non ſoleo equidem huic librorum pretia excandefaciendi conſilio multum tribuere; omnino enim a luxu hoc typographico, in quo noſtra aetas ſibi placet, parum vtilitatis ad ipſas litteras et litteratores proficiſci video; quandoquidem non niſi opulentis hominibus talia appetere licet; emunt autem illi ſtudio vano, vt in pulpitis et cancellis pretioſas has opes, ne inſpectas quidem, occludant; nolui tamen deeſſe librarii votis, vtque aliqua ſaltem lectori cum voluptate pararetur vtilitas, diligenter conquiſiui et delegi monumenta antiqua, quae cum verſu aliquo Virgiliano forte conuenirent; ſaltem vt luſui ingenioſo locus eſſet. Subieci Volumini vltimo fontes horum ornamentorum, vnde petita ſint. Id quidem cauere volui, ne in eadem ar-

modo factus eſt, quem pro vero ac iuſto habere non poſſum: cum v. c. ſcribitur in extrema linea *auc-* in altera *tumnus; ag-men*, et ſic porro. Aut ſi interpunctio ad calcem parentheſeos ponitur, et ſic alia. Nominibus virorum doctorum, quos commemoraui, inprimis vita defunctorum, nolui vbique adiicere honoris cauſſa: *Vir Cl.* aut quo nunc ſe mutuo honore compellant *Vir Ill.* Totum hunc morem facetum, ſeu verius ineptum, quo *caedimus et totidem plagis conſumimus hoſtem*, vtinam ſublatum eſſe vellet aetas noſtra. Non ex loco et ordine ac dignitate, verum ex ingenio, doctrina et meritis, viri litterati ſunt cenſendi; et nomine cuiuspiam audito aſſurgendum eſt, non titulo et honore pronuntiato.

Digitized by Google

gumenta artificis opera incideret, quae iam in editionibus per Knapton et Sandby, Edge Pine et Henr. Iustice curatis prostant; pleraque parum aut nihil ad Virgilium facientia; nisi quod oculos forte legentis teneant. Iucundius auditu fuit, quod librarius recepit, chartae et litterarum nitore se virorum elegantiorum, inprimis exterorum, votis esse satis facturum; nam nostrates, qui litteras amant, de internis librorum dotibus magis solliciti esse solent.

Cum in priore editione lectionem Heinsianam a Burmanno constitutam reddere decreuissem, nihil mutare volueram, nisi in manifestis erroribus; in posterioribus tamen Aeneidis libris intelligebam ab eo consilio mihi esse discedendum, cum in iis Burmannianam editionem viderem haud satis emendate expressam esse; maxime in scriptura seu orthographia, forte quod operis aliud exemplar excudendum traditum fuerat. Redii itaque ad recensionem Heinsianam. Omnino tamen, quicquid seu in lectione, seu in interpunctione mutaui, in Var. Lect. notare haud neglexi. Verum, cum semel in hoc incidi, omnino quaedam ea de re vt interponam, consultum esse videtur.

Quam incerta et lubrica res et sit et esse debeat scripturae ratio et mos in omni lingua, neminem fugit, qui animum ad haec aduerterit;

Digitized by Google

inprimis tamen Romanus ſermo hac parte multo magis laborat, quam Graeca lingua, quoniam ad grammaticam ſubtilitatem ſerius fuit reuocatus et quia ſeriore aeuo, e quo pleraque monumenta ad nos venere, temporum hominumque barbariè ille fuit corruptus. Nullus itaque rectae ac verae rationis fundus eſt ſatis fidus, ſiue etymum ſequaris, quod nullus populus in omnibus retinet; ſiue auctoritatem; nam antiquiorem in numis et marmoribus videmus fluctuare, ſeriorem autem ita contaminatam eſſe, vt vix habeas quod ſequare. Perſuaſum tamen ſibi habuere paſſim viri docti, priſcam ſcribendi rationem reuocari poſſe aut a ſe reuocatam eſſe. Etiam Nic. Heinſius ſuam Virgilio orthographiam reſtitutam putabat expreſſa ſcriptura codicis Medicei. Verum antequam id affirmares, docendum erat, hanc ſcripturam eſſe veram illam antiquam Virgilianam. Niſi id feceris, hoc vnum conceſſero, eſſe hanc ſcripturam eius aeui, quo codex eſt exaratus; atqui fuit illud ab Auguſteo ſaeculo valde remotum et multis ſermonis vitiis contaminatum. Dicat aliquis, antiquiorem ſaltem ſcribendi rationem in illo codice ſeruatam eſſe. Atqui ne hoc quidem ſatis tuto affirmes; nam Fragmentum Vaticanum, quod hoc Mediceo antiquius habetur, vulgarem noſtram rationem exhibet, *attrahere, illuſtris, collapſus.* Romanus autem, qui et ipſe

Digitized by Google

Mediceo antiquior eſt, modo hoc modo illud ſequitur. Quid? quod ne ipſe quidem Mediceus certam et conſtantem rationem ſeruat, ſed in eadem interdum voce modo ad hoc modo ad illud aberrat? Plus efficias, ſi rationem certam adhibeas et hunc in modum argumenteris; antiquiorem rationem haud dubie fuiſſe duriorem ad aurem et ſeveriorem; ſuccedente tempore molliorem et leniorem; quemadmodum antiquiſſima aetate rudis fuerat, horrida et aſpera; Maronem media illa ratione eſſe vſum, etſi nonnulla ex aſperitate priſca aſperſa habuerit, vt *olli* pro illi; ſi modo Macrobius et Gellius non ſibi imponi paſſi ſunt, cum antiquos codices pro Virgilii manu ſibi obtrudi non animaduerterent. Verum tamen ſequamur hoc et relinquamus Maroni ſcripturam illam, quam antiquiorem eſſe putamus: an vero putabimus nos illam habere ſatis certam? et Mediceum codicem eſſe fundum, cui, vt ad eius morem omnia refingas, ſatis inniti poſſis? Hoc vero nihil videas magis lubricum, omninoque tota ratione nihil inconſtantius, ſi quidem ad certa principia rem revocaueris. Praecipit illa ratio, ne praepoſita in verbis compoſitis colliqueſcant cum verbo, vtque adeo ſcribatur *inludere*, non illudere; *conludere*, non colludere; *adcipere*, non accipere. Cur tamen non eodem more *inperat* ſcribitur? et, ſi, *inperàt*, cur non et *inperium*? cur non: *obpe-*

Digitized by Google

tere, obponere, obpremere? dum interea *obfero, obfulſit,* ſcribitur; cur non *ſubcedere? ſubcurrere?* Quod ſi in his auri obtemperatum eſſe patet, quo fideiuſſore contendes, hoc idem non eodem aeuo factum eſſe in ceteris? *Volgus, voltus, Volcanus, volnus, volſus,* pro antiquiore ſcriptura haberi ſolet; quid ſi illa pronuntiationi, mediae inter fuſcam et liquidiorem ſequente littera liquida *l,* debetur, quam ex vulgari vſu nonnulli in ſcripturam male traduxerunt; vt alii in *linquont, voluontur.* Sic fragm. Vat. *pollulat.* Simili modo ſequente littera *m* et *r* ſonus τοῦ *u* abierat in *o,* in *diuom, Argiuom;* aut, quod aliunde doceri poteſt, *o* in tali poſitu tam fuſco ſono pronuntiatum fuit, vt pro *u* haberi poſſet et ſcribi. Fac hoc tantum in ſecundo caſu locum habere, adeoque non pariter *aeuom, laeuom* ſcriptum eſſe: etſi *quom* pronuntiarunt; at cur non aeque *equom* pro equorum Aen. VII, 691? *vorto, vortex,* eodem modo pronuntiatum. At Medic. *vertex, vertitur.* Si *maxumus, optumus:* debebat etiam eſſe *plurumus;* ſi *inmanis, conpages, inmunis:* cur non et *conmunis? conmodus?* ſi *ſubplet:* cur non *ſubplex?* Sunt alia, in quibus manifeſtum mihi fit, deteriorem rationem pro antiquiore vulgo haberi. Veteres Romani τὸ υ extulerunt per *u* breue, pronuntiatum vt Gallorum *u,* grammatici intulere *y,* in-

Digitized by Google

docti, aut forte qui docti sibi esse videbantur, vt in nostro sermone vernaculo, scripsere *i. inclutus* vera scribendi ratio est, non inclytus et inclitus. *lacrumae*, non lacrymae et lacrimae. Porro non modo deterioris aeui, verum iam Catulliani, vt e Quintil. I, 5, 20 constat, pronuntiatio *c* in *ch* mutauit in plerisque: scribi adeo coepit *lachryma*, *anchora*, *pulcher*, *pulchrior*, *sepulchrum*. Recte adspiratio in his est expulsa; eodem tamen iure scribi debuerat *pulcer*, et, si veram antiquam rationem seruare volebas, *polker*, vt *Karthago*. Veteres Romani *tia* nunquam pronuntiarunt vt *cia:* quo iure *nuncius*, *precium*, et similia scribimus? scilicet ex seriore pronuntiatione. Iterum certam rationem nemo sequitur in litteris geminandis: *litus*, *litera*, scribimus forte; at cur non et *belua? cela? ile?* Veteres omnino Graeci et Romani vna littera scribebant, pronuntiatione eam geminabant: quod si semel antiquam rationem sequeris, ea sequenda erit in omnibus, adeoque, si *baca*, etiam *vaca*, *bucina*. Si poetae litteras geminant, vt syllaba producatur, scriptum videas promiscue *quatuor*, *relligio*, et *Iuppiter*, hoc alterum etiam perperam, nam primam in *Iupiter* nusquam correptam vidi, et est contracta vox ex Iouispater. *rettulit* indocte scribi, docuit Io. Schrader. Quantopere fluctuat scriptura in sequentibus: *sequor*,

Digitized by Google

ſecutus: cur non aeque *ſequutus? quum* pro cum, et *cuius* ex quis; qua tandem ratione *obtunſus* ſcribendum dixeris, ſi *confuſus* ſcribitur? aut *praegnas*, ſi *coniunx?* Grammaticorum et ſequiorum aetatum ludibria in his eſſe video, rationem deſidero. Praeclara illa eſt a Bentleio primum prodita obſeruatio, veteres nunquam non protuliſſe ImperI, negotI, conſilI: adeoque ſic LauinI et alia. Quid tamen ſi ex Ennio laudare poſſum: *Tarquinii corpus bona femina lauit et vnxit?* Accedit quod ipſe poeta ad aurium iudicium ponere potuit aliis locis id, quod in aliis ſpreuerat aut reiecerat; cuius generis nonnulla credita ſunt ab antiquis Maronis iudicio deberi. Apud Gellium XIII, 20 a Probo grammatico in libro manu ipſius poetae correcto fuiſſe traditur Ge. I, 25 *vrbisne inuiſere Caeſar*, non, vrbes: contra Aen. III, 106 *Centum vrbes habitant.* Aen. II, 460 *Turrim in praecipiti ſtantem.* II, 224 *incertam excuſſit ceruice ſecurim.* X, 349. 350 *Tres quoque Threicios — Et tris quos Idas.* Adeo nihil ſatis certi et tuti eſt in omni hac ſubtilitate grammatica; quam equidem, ſi primus auctor conſtituendae lectionis Virgilianae fuiſſem, iure ac merito ad communem vſum conſtitutam reliquiſſem; qua enim in re nihil ſatis ad liquidum perduci poteſt, inprimis ſi magni per ſe momenti non eſt, quorſum multa moliaris, quae

Digitized by Google

consilio ex parte tantum respondent? Locum enim hic habet illud Terentianum: *Here, quae res in se neque consilium neque modum Habet vllum, eam consilio regere non potes.*

In prima editione, cum, quod supra dixi, expressam esse vellem lectionem Burmannianam, multa mox turbata esse vidi propterea, quod operae non ea, sed alia editione ad Burmannianam emendata, vsi erant; innumerae itaque aberrationes emendandae fuere in altera editione minore; tum vero nec ipsa Burmanniana recensio in operis tenore satis sibi constat. Nunc vidi ad certas regulas rem esse constituendam; amplexus itaque id sum, quod probabilius esse videbatur: Retinui *ad, in, con,* adeoque scripsi *adrigo, inrisae, inpune, conplexus;* dedi vero operam quantum potui, vt lectio haec vbique sibi constaret; operam molestiae ac taedii tam plenam, vt in pistrinum abdi malim; etsi vel sic fieri potuit, vt interdum operae aberrarent; vt *colligit* alicubi relictum esse memini. Quandoquidem auri aliquid in his tribuendum esse videbatur, eligendumque adeo, grauius ac sonantius quod esset: retinui *maxumus, optumus, quum, coniunx, inmunis, communis, obfero, obfulsi, opponere, opprimere, submonere, supplere,* quia *supplex* tenendum erat. Reliqui auctoribus ὀλμώζειν, *lacrimari, proelia, coelum, maestus, maereo,*

Digitized by Google

leuis pro laeuis, *caecus*. Ad meliorem morem reuocaui *ſaeptum*, *ſaepſit*, *ſacculum*, *frenum*, *femina* et *fetus* a *feo*, *letum*, *obſcenus*, *ceſtus*, et formas nonnullas antiquiores, vt *tris*. Scripturam quarti caſus, *is* et *eis* et *es* vidi eſſe tam incertam, vt nollem quicquam in ea mouere. Verum pudet in his operam conſumere; quae appoſui, ea de cauſſa monenda fuere, vt ex cauſſis et rationibus haec diiudicare diſcant ſtudioſi, intelligantque, non omnino ea eſſe contemnenda nec tamen magnopere commendanda.

Multo grauioris momenti res mihi viſa eſt interpunctio: qua emendata vidi ſexcenta loca melius conſtitui poſſe, nec quicquam magis ab omni ratione et conſilio alienum eſſe, quam interpungendi rationem in exemplaribus ſcriptis et in plerisque editis. Librorum itaque auctoritas in interpunctione omnino eſſe poteſt nulla. Nec maiorem tamen curam aut certam rationem, ad quam interpungerent, tenuere editores. Atqui ad ſententiam conſtituendam et expediendam in plurimis locis omne auxilium eſt ex interpunctione; vt altera ex parte ſenſum nihil magis turbat quam praua interpunctio: quandoquidem huius ratio et principium quaerendum eſt in hoc, vt exacte reſpondeat illa enuntiationis partibus cum maioribus tum minoribus; quo eodem modo etiam pronuntiatio regatur; vt adeo vnum idem-

Digitized by Google

que ſit recte cogitare, recitare et ſcribere; diſtinctio enim iuſta interponi non poteſt, niſi enuntiatione in partes ſuas rite reſoluta; ſi non calamo, ſaltem mente et animo. Ad interpunctionem itaque primum in altera minore editione maiorem curam adhibueram, tum multo magis in hac tertia adhibere ſtudui.

In lectione mutanda nunc paullo plus mihi indulſi, quam in edd. prioribus; frenum tamen et hic inieci impetui rationibus certis apud animum propoſitis. Poſſunt innumera cum ſpecie aliqua mutari, pauca cum ratione, quae vincat, ita ſcriptum fuiſſe: nec tamen, ſi acre iudicium adhibeas, alia in contextum recipienda eſſe iudicabis. Plurima in hac critices parte ſunt, quae ad ingenii luſum reuocare ſoleo; in pleriſque ne quidem ingenioſum ſatis. Nam, cum ſint innumera, inprimis in poetis, in quibus perpetua eſſe ſoleat ſcripturae varietas, vt ſenſui tamen parum inde ſeu decedat ſeu accedat, quae tandem laus illa eſſe poteſt, vt vbique nullo ad ſcriptorem fructu pro altero alterum inculces? Porro in poetis ſunt certa phantaſmata, verba ſollennia, epitheta communia, quae, ſi ſemel memoria complexus ſis, promtum eſt, vbique afferre, et inde ſeu emendationis ſeu coniecturae, interdum valde ingenioſae, materiem quaerere. Aliae coniecturae proficiſci ſolent ex ſer-

Digitized by Google

mone poetico, quem quis ad normam aliorum reſtituere ſtudet, aut auctori ſuum morem vindicare. Pleraque ex his in marginem aut in lectionem variantem ac criticam reiicere ſatius eſt: in contextum nihil admittendum, niſi quod tam liquido conſtet, vt nulla dubitatio, nedum cavillatio, illud infringere poſſit.

In alio critices genere ſeuerior fui, in eo inquam, quod ad vlcera detegenda, ad verſus adulterinos et ſuppoſititios, ſpectat: quandoquidem nimis alieni ab ea ſuſpicione fuere editores. Erexit animum Brunckii auctoritas, qui ſuſpiciones huius generis a me communicatas pro iudicii acumine admodum probauit, et in editione ſua verſus eiecit. Nolui tamen auctoritatem ſequi in hoc quoque, vt, quae ſuſpecta eſſent, reſcinderem et ex contextu excernerem; nam primum id mihi videbatur imperioſius factum quam meum quidem ingenium ferret: tum verſum quaerentibus et librum euoluentibus valde moleſtum eſt, ſi verſuum numerum turbatum eſſe videant.

Lectionis varietatem, partim ex Burmanniana hauſtam, partim ex Pierianis, Martinianis, aliisque codicibus et edd. dimidio auctiorem, non modo intactam reliqui, verum etiam emendatiorem reddidi et nouis acceſſionibus, de quibus poſt dicam, locupletaui: cum ſemel id agere in-

Digitized by Google

ſtituiſſem, vt, quotquot quidem lectiones variantes alicubi repertae eſſent, in hoc ſaltem poeta in vnam editionem eſſent congeſtae: vt hoc exemplo propoſito adoleſcentes ſtudioſi omnino variantis in codd. et edd. lectionis morem et vſum addiſcerent, ſollennesque lapſus et allucinationes librariorum ſibi familiares redderent. Curaui tamen ſimul hoc, vt hoc ipſo exemplo propoſito omnino de toto hoc genere recte ſtatuere aſſueſcerent. Bene enim ex prima aetate recordor, quam parum explicitas et iuſtas notiones de lectione variante imbiberim: cum non modo eruditionis liberalis ſummam in critica, verum etiam critices ſummam in lectionis variantis diligentiore ſtudio et in elicienda aliqua felici emendatione vel coniectura, contineri audirem. Atqui maior huius curae pars ad ſolum editorem ſpectat, ad lectionem et interpretationem parum aut nihil, nec niſi in locis dubiis, obſcuris et corruptis. Verum et ipſe editor ex omni illa farragine perpauca tollere poteſt; quorſum enim pro lectione variante ſollennia et ad ſenſum obvia vitia librariorum, errores et ſtupores manifeſti, ſexcenties obtruduntur? inprimis vbi melior iam lectio in bonis editionibus vbique vulgata eſt. Subtilitate maiore in ſcriptoribus parum perpolitis aut in locis corruptis opus eſt. Eſt alia varietas, quae nec in ſententiae nec in

Digitized by Google

orationis nitore quicquam mutat; vt parum aut nihil referat, vtro modo legas. Vbi lectionem receptam et ipſam bonam eſſe videas, cur eam mutes eaque mutatione maiorem moleſtiam inferas, quam vtilitatem? Eſt alia, vbi in vtramque partem rationes poſſunt memorari idoneae: quo iure vulgatam deferas, alteram amplectaris? Sunt innumera, in quibus vera ſcriptoris ratio, mens et vſus, non, niſi ipſo auctore pronuntiante, conſtare poteſt: niſi eum ex inferis euocatum audire licuerit de ſe pronuntiantem, quis tibi ius in eum dedit, vt tu pro eo pronunties? Quin relinquis id, quod ſemel volumina occupauit et cui longo vſu et lectione aſſueuimus? Omnino minutis his et exilibus, in quibus maior harum rerum pars verſatur, animi et ingenii acumen et impetum frangi et atteri moleſtum eſt. Quo ipſo factum eſt, vt magni Critici ad rerum ſummam et argumenti tractationem tractationisque artem, ſaepe ad ſingulas ſententias, tam parum attenderent; vtque emendationes de verbis ſingulis afferrent, cum rerum ac ſententiarum ſummam non aſſequerentur. Non niſi vitioſa extirpanda ſunt; ſi modo ſubſtituere poſſis vera, ſaltem ſatis probabilia. Reliqua, quae nihil intereſt, vtro modo legantur, relinquere intacta ſatius eſt. Nam, ipſam manum veteris poetae in ſingulis et omnibus redhiberi poſſe, nemo prudens opinetur.

Digitized by Google

Contra moleſtiſſima res eſt, ſi, quod *pro ſuo ſenſu* Heinſius eiecerat, *pro ſuo ſenſu* Burmannus receperat, idem *pro meo ſenſu* iterum eiicio, vt alius *pro ſenſu ſuo* hoc itidem expellat. Verum de toto hoc genere aut plura dicenda ſunt, quam quae hic locus capit, aut, ſi paucis rem expedias, diuerſa ſtatuentium his de rebus iudicia, ſi modo iudicia ſunt, vix refinxeris.

Copiis criticis, vnde huic nouae editioni aliquid ornamenti accederet, vſus ſum haud contemnendis. Primo quidem ſchedis *Io. Schraderi*, viri doctiſſimi, cuius ſubtile in re critica ingenium ex Emendationibus in lucem editis perſpectum habebam. Schedas eius in Virgilium, in auctione ſupellectilis librariae veneuntes cum ſuis copiis huius generis inferre poſſet, maluit vſibus meis permittere vir humaniſſimus et amiciſſimus, *Laur. van Santen*, I. V. D.; eas itaque in Bibliotheca noſtra Academica repoſui. Operam adhibendam eſſe vidi valde moleſtam ac difficilem extricandis innumeris, quae in chartam coniecerat, modo memoriae cauſſa, modo vt varia tentaret, diuerſis quidem temporibus repetitisque vicibus, vt exquirerem ac ſeligerem id, quod vir doctiſſimus probaturus fuiſſet ipſe et in lucem proditurus: iniurius enim eſſet in Manes viri docti, qui omnia eius meditata vulgare ex ſchedis poſtumis vellet. Appoſui igitur illa, in

Digitized by Google

quibus ingenii acumen et poeticae elegantiae ſenſum deprehendere mihi viderer, ne quid, quod delectare poſſet, arbitris harum rerum inuiderem, nec in caſſum tot viri docti conatus ingenii recidere paterer. Alia, quae fruſtra tentata eſſe viderem, ſaltem vtilitatem mihi praeſtiterunt hanc, vt interdum vulgatam, modo interpretatione adiecta, cum eam a docto quoque viro male intellectam viderem, illuſtrandam, modo vſu poetico probato firmandam eſſe intelligerem. Aliam ſymbolam grato animo accepi a Viro doctiſſimo *Iacobo Bryant*, qui humanitate et amore ſuo ad omne officii genus prouocauit me; miſit idem ad me *Stricturas in Virgilii loca* eo cum acumine et perſpicacia ſcriptas, vt, in multis ei adſtipulandum eſſe, viderem, in aliis, cum iudicio meo dilectum vſumque relinqueret, etiam meum ingenium in defendendo poeta aduerſus ea, quae reprehenſa eſſent, acui ſentirem. In multis iudicium viri ſubtile iam in priore editione anteuerteram; alia nunc appoſui praeclare animaduerſa.

Fuere viri docti, qui ſiue per litteras ſiue ſcriptis prelo expreſſis ſeu monita ſeu conſilia ſeu coniecturas in Virgilium mecum communicarent; in his *Io. Henr. Lud. Meierotto* in libello quem inſcripſit: *De rebus ad auctores quosdam claſſicos pertinentibus Dubia — Chr.*

Digitized by Google

G. Heyne proponit. Berolini 1785, 8. Grato animo accepi omnia; transtulique in meum vſum ea, quae vel locum habere poſſe vel conſilio meo reſpondere arbitrabar. Potuere me fugere alia, inprimis in verſionibus virorum doctorum latentia; ad haec tamen operoſe indaganda et colligenda nimis eram occupatus in aliis ſtudiis. Potuere etiam per interualla, quibus deponendus ex manibus erat Virgilius, et per interpellationes crebras, multa animo excidere; nemo itaque in inuidiam adducat, ſi quid a ſe monitum forte non commemoratum repererit. Profeſſus quoque iam ab initio eram, non eam editionem me parare, quae omnia, quae vnquam in Maronem animaduerſa ſint aut animadverti poſſint, complectatur; ſed quae pro fundo eſſet, cui alii ſuperſtruerent, adderent, demerent, pro conſilio aut ratione aut copiarum ſuarum apparatu.

Cum iam pararetur a librario noua haec editio, in lucem prodiit praeclara *Rich. Franc. Phil. Brunckii* recenſio Argentorati excuſa nitide et emendate. Animaduerterat vir doctiſſimus idemque acutiſſimus criticus, magnam eſſe ſcripturae inconſtantiam in Burmanni recenſione, a qua nec ipſe in priore editione recedere voluerat; ſcilicet quod tum, cum primo ad Virgilium accederem, nondum cognoueram, non

Digitized by Google

redditam esse exacte Heinsianam lectionem a Burmanno; nec tamen culpa viri docti alia, quam quod exemplum non satis emendatum operis librariis excudendum tradiderat. Expertus ipse didici, quam parum tuta res sit, emendare apographum praue exaratum, aut emendandum relinquere iis, qui madidas e prelo chartas corrigere recepere. Redeundum itaque haud dubie est ad Heinsianas editiones. Enimuero etiam hae inter se valde discrepant, cum in scriptione seu orthographia, tum maxime in interpunctione. Constituit itaque iure suo Brunckius exarare Virgilium scriptura constanti, inprimisque ad veterem rationem reuocata; qua de re quid mihi longo rerum vsu edocto compertum sit, supra exposui.

Contigit mihi ceteroqui ea fortuna, vt lectionis Virgilianae annales melius condere possem, quam in priore editione. Cum enim omnes Aldinas ad manus haberem, comparatione diligenti facta intellexi, tertiam, a Naugerio emendatam, omnium esse emendatissimam, et Heinsii opera plerumque nos supersedere potuisse, si eam editionem exprimere curassent editores insequentium temporum; at maluere illi ad antiqua redire et Aldinas priores, Florentinasque ex iis ductas, excudendas tra-

Digitized by Google

dere operis, aut ex vtraque Aldina, priore et tertia, nouam lectionem miſcellam conflare. Verum de his v. inf. de Edd. Scr. Gottingae M. Decembri MDCCLXXXVII.

Digitized by Google

CONSPECTVS
EORVM QVAE HAC EDITIONE CONTINENTVR

Vol. I

Praefatio nouae editionis *)	P. III
Praefatio primae editionis	XV
Praefatio ſecundae editionis	XXXI
P. Virgilii Maronis Bucolica	1
De carmine bucolico	3
Ecloga I	29
II	52
III	69
IV	93
V	120
VI	138
VII	160
VIII	175
IX	196
X	210
Excurſus I Ecloga IV graece verſa in Oratione Conſtantini M.	229
Excurſus II de Varo	233
Excurſus III de C. Cornelio Gallo ſimulque de Euphorionis Chiliaſi	238
Excurſus IV de Scylla	244

*) Charactere hoc litterarum expreſſa in editione hac acceſſerunt.

Digitized by Google

P. Virgilii Maronis Georgica - P. 249
Prooemium in Georgica - 251
Georgicon liber I - - 269
Excurſus I de aratro Virgiliano - 399
Excurſus II* vſ. 393 ſqq. *ad locum de prognoſticis tempeſtatis ſerenae ex pluuiali* 403
Georgicon liber II - - 407
Georgicon liber III - - 537
Georgicon liber IV - - 651
Excurſus I vſ. 232 de Pleiade piſcem fugiente 769
Excurſus II vſ. 317 de Nympharum domo et Penei regia - - 773

Vol. II

Aeneidos Lib. I—IV
Praefatio in Aeneidem P. III
Disquiſitio I de carmine epico Virgiliano XV
Disquiſitio II de rerum in Aeneide tractatarum inventione - LXIII—LXXXIII
Aeneidos lib. I - - 1
Excurſus I* ad vſ. 4 de miniſterio deorum, inprimis Iunonis, in Aeneide - 156
— I† *ad vſ.* 8 *Muſa mihi cauſſas memora* 160
— I** vſ. 42 *Pallas fulmen iaculans* 164
— I, 51. 52 de inſula Aeolia - 167
— II, 71 Nymphae Iunonis comites 168
— III, 85 Vna Eurusque Notusque ruunt 170
— IV, 108 Arae in mari ex aduerſo Carthaginis - - 172
— V, 124 Neptunus grauiter commotus idemque placidus - 175
— VI, 159 de loco littoris Libyae ad quem Aeneas appulit - 177
— VII*, 242 de Antenore - 182
— VII, 244 de Timauo fluuio 185

Digitized by Google

Excurſus VIII. 267 de Iuli cognomine Aſcanio indito - P. 190
— IX. 291—296 Cana Fides et Veſta 192
— X. 297 Mercurius ad Poenos placandos miſſus - - 195
— XI. 353 Dido a Sichaei Vmbra monita 196
— XII. 378 Pius Aeneas - 197
— XIII. 402 De iis quae deorum praeſentiam arguunt - 199
— XIV. 442 Equi caput omen Carthaginienſium fortunae - 207
— XV. 453 Pictura in templo Carthaginis ab Aenea perluſtrata - 209
— XVI. 469 De Rheſo - 210
— XVII. 474 De Troilo - 211
— XVIII. 483 De Hectore circa Troiam raptato - - 213
— XIX. 489 De Memnone - 215
— XIX* 490 *De Amazonibus auxilium Ilio ferentibus* - 217
— XX. 498 Dianae et Nympharum choreae 219
— XXI. 530 De antiquo Italiae nomine 223
— XXII. 580 Auro incluſum ebur, marmor, argentum - 225
— XXIII. 619 Teucri ad Sidonios acceſſus 227
— XXIV. 653 De Ilione - 228
— XXV. 716 Et magnum falſi impleuit genitoris amorem - 228
— XXVI. 750 Multa ſuper Priamo rogitans 229

Digitized by Google

Liber II - - - P. 251
Excurſus I. ad pr. de auctoribus rerum Troianarum - - 352
— II. 8. 9 Noctis per caelum transuectio 381
— III. 15. 16 De Equo Troiano 383
— IV. 57 De Sinone - 387
— IV* 81 De Palamede - 388
— IV** 164 *Palladium a Diomede et Vlyſſe raptum* - 392
— V. 199 De Laocoonte - 395
— VI. 222 Laocoontis clamores 401
— VII. 237 Equus Troianus in vrbem inductus - - 403
— VIII. 250 De nocte Troianis funeſta 404
— VIII* 274 *Hector claſſi Achiuorum ignem inferens et victor Patrocli rediens* 406
— IX. 293 De Penatibus, Palladio et Veſta - - 409
— X. 341 De Coroebo - 419
— X* 403 Caſſandra raptata 421
— XI. 425 De Priami nece - 425
— XII. 567 De Helena recepta 427
— XIII. 721 Anchiſes humeris Aeneae aſportatus - - 428
— XIV. 735 De Creuſa - 429
— XV. 781 Praedictio aditus Heſperiae obſcura - - 429
— XVI. 801 Luciferi ortus ab Ida 430
— XVII. ſub fin. De Aeneae diſceſſu ex vrbe; eiusque patre et ſtirpe 432

Digitized by Google

Liber III - - P. 439
Excurſus I. de Aeneae erroribus - 560
— II. de errorum Aeneae annis 572
— III. 49 Polydorus - 582
— IV. 73 De Delo - 582
— V. 102 Teucri et Teucrorum e Creta origines - 584
— VI. 167 De Dardani originibus ex Arcadia vel ex Tyrrhenia et vrbe Corytho 585
— VII. 209 de Harpyiis - 589
— VIII. 255 Vaticinium de menſis ambeſis 594
— IX. 286 de clipeo Abantis - 595
— X. 294 Heleni et Andromachae occurſus in Epiro 597
— XI. 321 Polyxenae immolatio 601
— XII. 327 Neoptolemi caedes 602
— XIII. 500 De cognatione inter Epirotas et Romanos - - 604
— XIV. 551 de Herculeo Tarento 606
— XV. 571 de Aetna - 608
— XVI. 623 Foeda ad ſenſum a poeta narrata - - 609
— XVII. 710 Anchiſae obitus - 610

Liber IV - - 612
Excurſus I. De Didone eiusque amoribus et aetate 728
— II. 143 Apollinis acceſſus ad Delum 734
— III. 173 de Famae ſpecie - 737
— IV. 483 Templum Heſperidum 739

Digitized by Google

Vol. III

Liber V - - P. 1

Excurſus I. Super Aeneae acceſſu ad Siciliam 126
— II. 23 De Eryce - 130
— III. 73 De Elymo, Entello, aliisque ex antiquitate Siciliae - 133
— IV. 250 Veſtis cum raptu Ganymedis intexto - 135
— V. 545 De Ludo Troiae - 138
— VI. 604 Claſſis Troiana incenſa 139
— VII. 833 Episodium de Palinuro 141
— VIII. 838 Somnus Palinurum opprimens 141

Liber VI - - - 143

Excurſus I. Necyiae in poetarum carminibus frequentatae - 308
— II. Locorum circa Auernum deſcriptio, ſeu topographia agri Cumani 313
— III. Eadem topographia ad mentem Maronis - - 317
— IV. De Aeneae acceſſu ad Italiam 321
— V. 35 Deiphobe Sibylla et ſacerdos 325
— VI. 136 Ramus aureus - 327
— VII. 162 De Miſeno - 329
— VIII. Chorographia locorum inferorum ex poetae mente - 329
— IX. 296 De fluminibus inferorum 334
— X. Deſcenſus ad inferos an ex myſteriis Eleuſiniis ſit adumbratus 338

Digitized by Google

Excurſus XI. 431 De iudicibus apud inferos P. 340
— XI* 517 *Orgia Bacchica poetarum vſibus inſeruientia* - 343
— XI** 535 *Tempora deſcenſus Aeneae ad Elyſium* - 344
— XII. 585 De Salmoneo - 347
— XIII. 724 Animarum origines et fata 349
— XIV. 752 Futurarum rerum praedictiones in carmine epico - 357
— XV. 894 Portae Somni - 365

Liber VII - - - 371
Excurſus I. Ad v. 1. 2 De Caieta et Inſula Circes 510
— I* 14 *Pecten et* Κερκὶς *in antiqua textrina* - 517
— II. 29 De acceſſu Aeneae ad Italiam 519
— III. De locorum in quae Troiani eſcenderunt, ſitu; adeoque de agro Laurenti et Troia noua, vrbibus Laurento et Lauinio, Numicio fl., Iuturnae lacu, et vrbe Alba Longa 527
— IV. 37 Veteris Italiae origines, populi et fabulae ac religiones 535
— V. 45 Hiſtoriae veteris Italiae mythicae capita potiora de Saturno, Iano, Pico, Fauno, Latino - 550
— VI. 81 De oraculo Fauni in luco Albuneae in agro Tiburtino - 558
— VII. 371 De fabularum Graecarum vſu,

Digitized by Google

et de Italicarum in earum naturam deflexarum habitu; tum de Turno P. 560

Excurſus VIII. 640 ad recenſum populorum, qui cum Latino armorum ſocietatem inierant - 567

Liber VIII - - - - 585

Excurſus I. 51 Euander Arcas eiusque ſedes in monte Palatino - 695

— II. 314 De priſcis Italiae incolis et nominibus - 699

— III. 478 Super Etruſcis et Mezentio 706

— IV. 625 De Aeneae clipeo 713

Vol. IV

Liber IX - - - - 1

Excurſus I* 263 Narrata de Aenea et Anchiſe ante belli Troiani tempora 119

— I. 638 De deorum interuentu in Aeneide; et vnde poetae acceperint ea ſigna, quae praeſentiam numinis arguunt 123

— II. 715 De Inſula Inarime et de Arimis 127

Liber X - - - - 131

Excurſus I. 166 Auxilia Aeneae ex Etruria 275

— II. 564 De Amyclis tacitis 282

Liber XI - - - - 285

Excurſus I. 243 De Diomedis ſedibus in Apulia 411

— II. 532 De Camilla - 416

— III. 775 *De chlamyde in nodum collecta* 417

Digitized by Google

Liber XII - - P. 421

Excurſus I. 113 De temporis ſpatio, in quod ſex poſteriorum Aeneidis librorum res geſtae a poeta dispeſcuntur 551

— II. 134 De Iunonis deorumque interuentu in extrema parte Aeneidis 553

— III. 189 De rebus geſtis et fatis Aeneae inde ab aduentu in Italiam, et de poetae artificio in his rebus tractandis et ornandis - - 555

— IV. 391 De Iapide medico - 565

— V. Cenſura eorum, quae in Aeneidis oeconomia reprehendi poſſunt 568

Vol. V

Carmina minora

Praefatio - - - I—VI

P. Virgilii Maronis Culex - I

Prooemium - - - 3

Culex - - - 15

Culex probabiliter reſtitutus, cum notatione interpolationum - 84

Prooemium in Cirin - - 99

Ciris - - - 113

Excurſus de Carme, Britomarti, Aphaea et Dictynna - - 202

Prooemium in Catalecta - 205

Catalecta - - 210

Prooemium in Copam - 241

Copa - - - 247

Prooemium in Moretum - 255

Moretum - - - 263

Digitized by Google

Teſtimonia de Virgilio et argumenta operum P. 279
De Vita Virgilii - - 313
Tib. Claudii Donati de P. Virgilii Maronis vita 318
P. Virgilii Maronis vita per annos digeſta 355
De Codicibus et Editionibus P. Virgilii Maronis 393
Codicum Elenchus ad quos quidem Virgilii recenſum factum eſſe conſtat 395
De Virgilii Editionibus - 429
De antiquis Virgilii interpretibus - 529

Vol. VI

Notatiuncula
Index Verborum
— Nominum
— rerum notabilium in Notis et Excurſibus
Recenſus Parergorum
Supplenda et Corrigenda

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

P. VIRGILII MARONIS

BVCOLICA

Digitized by Google

Digitized by Google

DE
CARMINE BVCOLICO

Cum non modo id acturi ſimus, vt verba ac ſententias poetae explicemus, quamquam eo ipſo ſatisfeciſſe muneri ſuo bonus interpres videri poteſt, ſed etiam eam curam adhibeamus, vt, quantum quidem in hoc commentandi genere fieri poteſt, rationem et indolem cuiusque carminum generis, artificium in inuenienda, tractanda, et ornanda re, dilectum, elegantiam et honeſtatem, conuenientiamque rerum, ſententiarum et orationis, notemus; in Eclogarum Virgilianarum inter-

Digitized by Google

pretatione vix defungi officio noſtro videbimur, niſi de bucolico carmine *vniuerſe nonnulla monuerimus, de quo ſi recte ſentiamus, dubium non eſt, quin in ipſis his Eclogis multa rectius ac facilius intelligantur et ſentiantur. Permagni enim refert, vt ab initio ſtatim veras rerum notiones et aliquam in animo informatam veritatis et pulcritudinis rationem et normam, ad quam ſingula exigere poſſis, afferas. Vix autem aliud eſt carminis genus, in cuius natura conſtituenda adeo in diuerſas ſententias abierint, qui his de rebus tradiderunt; neque hoc miraberis, ſi memineris, ipſum genus latius patere, ingenium autem cuiusque et iudicium circumſcribere illud, naturamque et rationem carminis ex ſenſu ſuo finire ac deſignare. Nobis tamen cum Virgiliani potiſſimum carminis ratio habenda ſit, ea tantum attingere licebit, quae ad eius indolem et artificium declarandum aliquam vim habere videantur.*

Et Carminis quidem bucolici, *ἀπὸ τῶν βουκόλων, quod paſtorum genus honeſtiſſimum erat, dicti, h. e.* paſtoritii, *origo varie traditur et a diuerſis fabulis repetitur. Sunt qui eius* initia *in aetate aurea, ſunt qui in Arcadia aut in Sicilia quaerant.* *) *Alii auctorem*

*) Vide Seruius pr. Comment. Auctor Vitae Virgilii Donatianae c. 21. Diomedes lib. III, p. 483. Putſch. Grammaticus Graecus pr. Theocriti.

Digitized by Google

*Diomum aliquem, alii Daphnidem, alii Steſichorum, alii Theocritum faciunt.**) *Sed fluctuat tota haec disputatio et incerta fertur, quod non animaduertunt docti viri,* aliud *eſſe carmen paſtoritium, quo homines, qui greges paſcerent, vt noſtris temporibus, ita primis ſtatim vitae humanae initiis, longum diem fefellerint,* aliud, *quo homines ingenioſi vitae ruſticae bona ac delicias certa ratione et arte adumbrarint. Prius illud haud dubie inter antiquiſſimos homines viguit, antequam in magnos coetus et ciuitates coirent; idemque inter omnes populos vſitatum eſſe debet, qui ſiue vagis, Nomadum more, ſiue certis ſedibus vtentes dant gregibus alendis operam:*

Et zephyri caua per calamorum ſibila primum
Agreſtes docuere cauas inflare cicutas;
Inde minutatim dulces didicere querelas,
Tibia quas fundit digitis pulſata canentum,
Auia per nemora ac ſiluas ſaltusque reperta,
Per loca paſtorum deſerta atque otia dia.**)

Quemadmodum itaque apud Hebraeos et Arabes carmina fuere paſtoritia ad veram vitam expreſſa, et regum principumque filii, cum inter ipſos, tum inter Troianos, Phryges et Hellenes memorantur, qui greges et armenta pauerunt: ita potuere Arcades *et* Siculi, *qui, vti bonis paſcuis abundabant, ita vitam gregum curae*

*) Athenaeus XIV. pag. 619. Diodor. IV, c. 84. Aelianus V. H. X, 18, vbi vid. Not.

**) Lucret. V, 1381 ſqq.

Digitized by Google

impendebant, inuitante ipſa locorum amoenitate, caeli clementia (cf. Diodor. IV, 84), animi a curis vacuitate et otio, carmina paſtoritia condere et vulgari vſu habere; potuere eſſe inter eos, qui cantu excellerent, qui certamine vincerent. Conſecrarunt quoque poetarum fabulae nomina paſtorum veteris vitae, vt Daphnidem. vid. ad Ecl. V. Forte etiam feſta, quae Apollini, Dianae, Cereri, Pani aliisque diis ruſticis celebrabantur, vti maiorem celebritatem, ita maius ſtudium, maiorem artem, et concinnitatem carminum, forte etiam certantium, et ſibi mutuo reſpondentium ſollertiam, quae amoebaea carmina peperit, attulere; quo ipſo apparet, cur initia Muſae bucolicae ad feſtum fere Dianae aut Apollinis Nomii, alteriusue Numinis agreſtis, referantur.) Tandem, multo tempore poſt, forte etiam poſt multos alios, qui idem tentauerant, inter quos certe* Steſichorus *fuiſſe fertur,**) tum* Sicelidas *Samius, ſeu, vt grammatici tradunt, eius filius* Aſclepiades *Samius, cum* Lycida *Cydoniata et* Phileta, *elegis nobilitato,***) extitit homo ingenioſus,* Theo-

*) v. Vitam Virg. Donat. §. 84 ſq.

**) Aelian. l. l.

***) *Sicelidam* et *Philetam* memorat *Theocr.* VII, 40. vbi iſtum *Aſclepiadem* eſſe contendit Schol. de quo inter epigrammatum auctores videndi Reiske, Schneider, Iacobs. *Meleager* in Corona v. 46 *Sicelidam* cum *Poſidippo* et *Hedylo* memorat, quibus ἄγγια ἀρούης ἄνθεα tribuit; *Moſchus* autem III, 97 ſq. *Sicelidam Samium, Lycidam* Cydonia Cretae oriundum, *Philetam* et *Theocritum.*

Digitized by Google

critus *nomine, qui, cum videret, quantam gratiam iſta carmina rudia et indocta haberent, quantamque, ſi arte paullulum polirentur, venuſtatem et ſuauitatem habitura eſſent,* genus hoc carminis bucolici *excogitauit, quod antiquam quidem illam indolem referret,* politum *tamen* magis *et* excultum, *numerisque ac legibus adſtrictum, cuiusque ea natura eſſet, vt paſtoritiae iſtius vitae, cuius ſpecies animo humano ipſius naturae quodam lenocinio iucundiſſima eſſe ſolet, bona, tranquillitatem, ſecuritatem, innocentiam, delicias et gaudia numeris modisque adumbrando, animos hominum deliniret et grata fraude deluſos teneret. Cum autem duobus id potiſſimum modis effici poſſet,* aut *narratione, in qua, tamquam a pictore in tabula, agri, greges, ſiluae deſcriptae exhibentur,* aut *actione aliqua et ad dramatis formam, per dialogum, dum colloquentes inter ſe ſenſus ſuos, fortunam, facta exponunt ac declarant: priore quidem illo, quod vix diu placere poteſt, et ipſum peculiare carminis genus, haud tamen copioſum ac fecundum, efficeret, omiſſo, alterum arripuit, et paſtoritium carmen ita condidit et deſcripſit,* vt actionem aliquam ex iſta vitae ſimplicitate et felicitate, ſeu rem geſtam, aut quae contingere in iſta vita poſſet, *ſacrum aliquod feſtumue, forte etiam caſum memorabilem, vt inter tales homines,* aut

Digitized by Google

etiam cultum et colorem eius vitae, *ſed* facto *aliquo expreſſum, quo iſtorum hominum ſtudia, officia, rationes, affectiones declararentur, per ſermones iſtorum hominum inter ſe confabulantium* ita *exhiberet,* vt animi audientium iucunda rerum imagine et vitae iſtius grata ſpecie frui viderentur.*) *Capi autem et demulceri iſtis delinimentis animi non poſſunt, niſi ab vrbanae vitae curis ac moleſtiis auocati in agris ſiluisque inter greges et armenta et pecoris magiſtros verſari videbuntur, atque* id curabitur *a poeta,* vt ne quid ſubeat animos, quod moleſtiam, tenuitatem, ac ſordes iſtius vitae in memoriam reuocet, *adeoque ſuaviſſimam illam oculorum faſcinationem ſolvat; qua ipſa de cauſſa factum eſt, vt* paſtoritia *potius, quam omnino ruſtica vita, aut aratorum et opus ruſticum facientium conditio in hoc carmine exhiberetur, cum haec quidem paullo plus offenſionis haberet, nec facile ea laborum taedio, et attriti corporis defatigatione omninoque aerumnis ſuis, poetae arte et ingenio liberari poſſet. Sed haec a multis ſatis diligenter ſunt praecepta et ad prima huius generis elementa pertinere putanda ſunt. Itaque*

*) Appellare licet hanc argumentum aliquod tractandi rationem *dramaticam*, quoniam aliud nomen, quod magis accommodatum ſit, non habemus; nec tamen vel ſic carmen bucolicum pro dramatis genere haberi, aut inde ductum eſſe, aut cum mimo Sophronis, multo minus cum mimis Romanorum, comparari poteſt.

Digitized by Google

Et ſecura quies et neſcia fallere vita,
Diues opum variarum, et latis otia fundis,
Speluncae viuique lacus, et frigida Tempe,
Mugitusque boum mollesque ſub arbore ſomni
Non abſunt,*)

*omninoque totum carminis paſtoritii argumentum ad ſiluas agrosque ſpectare, ruris et veris amoenitate commendari, et locus facti ſiue dramatis ita declarari debet, vt ſenſus noſtri rebus ipſis intereſſe videantur. Quod animorum deludendorum artificium deſcriptione locorum ac temporis non parum iuuatur, cui veteres tam parum indulſiſſe mirari forte poſſis; quamquam Theocritus hac arte Virgilio multum praeſtat: ſunt enim inter eius deſcriptiones nonnullae veris ac ruris ſuauiſſimae et dulciſſimae **); frequentius, et in multis feliciter, eo Geſnerus vſus eſt, ſuaviſſimus poeta, quem antiqua illa Graecia aut ſuum eſſe popularem credidiſſet, aut nobis inuidiſſet. Ex eodem fonte deriuatur illa ratio, qua praecipitur, vt non modo, quicquid veri fructus, otii et felicitatis, vitae ruſticae ſiue paſtorali inſit, ad paſtoritii carminis ſuauitatem arceſſatur, verum etiam vt, quicquid ad amplificandam, exornandam, ac cumulandam iſtam veram iucunditatem animi vis excogitare ac fingere poſſit, ad maiorem ſuauitatem liberaliter congeratur. Quicquid enim animum delectare et illecebris*

*) Ge. II, 461 ſqq. **) Vide Idyll. VII.

Digitized by Google

quibusdam delinire poteſt, in id poeta ius habet. Sed non in omni genere omnia ad delectandum vim habere poſſunt; et perperam ſtatuitur, quod multi credere videntur, ſatis eſſe ad carmen ruſticum, modo res e vita ruſtica, quaecunque iſtae ſint, verbis ac verſibus reddantur. Sunt multae partes et caſus vitae ruſticae, nimis tenues, humiles, et viles, ita vt ornatum reſpuant aut ipſis ornamentis displiceant ſagacioribus; ſunt alia, quae in alio forte carmine feliciter adumbrata placere poſſint; ſed in noſtro genere tantum ea ſunt admittenda, quae otioſam, ſecuram, liberam et omnibus curis ſolutam negotiisque vacuam vitam exhibere et ſubiicere ſenſibus noſtris poſſunt, qualis eorum hominum et olim fuit, et adhuc in quibusdam terris eſt, qui nondum in ciuitates redacti aut imperii aliqua forma deſcripti ſunt: Qui homines cum aut venatione aut paſtione victum quaerant, nam cum aratione et magnos hominum coetus cogi et naturali libertate exui neceſſe eſt, cumque venatio multum feritatis habeat; eorum, qui gregibus paſcendis libere per ſiluas camposque vagantur, vita et minimis malis laborat et maximis plurimisque bonis cumulata eſt. In tractando *itaque paſtoritio argumento poetae neceſſario ita verſandum erit, vt partim paſtorum ſuae gentis conditionem malis, quibuscunque premitur, cogi-*

Digitized by Google

tatione liberet, bona autem omnia paſſim in ea obuia et maiora efficiat, et in vnum congeſta ita fingendi licentia exornet, vt cumulatiſſimam felicitate vitam adumbret; partim ad fabulas de primorum hominum vita et aetate aurea, nec non ad narrationes ſiue de maiorum vita, antequam per vicos et vrbes habitarunt, ſiue de populorum Nomadum paſtoritiamque vitam agentium moribus et inſtitutis confugiat et hinc ſuo argumento colores petat.

Iam non magna iudicii ſubtilitate indigere videtur ea quaeſtio diiudicanda, qua natura huius carminis ab argumentis piſcatorii, venatorii, meſſorii, vindemiatorii et ſimilis generis aliena eſſe exiſtimatur. *Carmina etiam huius argumenti bene condi poſſe quis neget? Sane erunt illa ſeu in deſcriptione et narratione, ſeu in actione aliqua ex vitae iſtius partibus ac generibus exhibenda occupata; non vero in vitae paſtoritiae ſimplicitate. Quod per ſe nihil habet, quod improbes. Quid? quod paſtoritii generis materies omnino eſt parum locuples; ipſa vitae ſimplicitas et tranquillitas perpauca argumenta idonea ſuppeditat, et tractandi ſimplicitas non magis magnam tractandi varietatem admittit. Neque adeo fieri poteſt, vt magna copia bonorum carminum bucolicorum vnquam ſperanda ſit. Quidni igitur liceat quamcunque tandem vi-*

Digitized by Google

*tae conditionem ac fortunam huic generi inferre, et fabulae ſemper eodem tenore procedentis taedium grata variatione leuare, modo iucundas rerum imagines, quae delectent, et congruas ſententias, adhibeas? Enimuero id ipſum difficultatis habet hoc argumenti genus, quod raro *) moleſtis iniucundarum rerum imaginibus liberari et ad gratam illam, inhaerentem animo noſtro, ſimplicitatis, libertatis, et tranquillae felicitatis notionem reuocari poteſt; quo pacto et infecundum ingratumque hoc genus eſt, et, dum in anguſtiore gyro coercetur, multo tamen magis laboris, artis, et ſubtilitatis requirit. Quotum enim quodque ex Sannazarii idylliis caret iis vitiis, quibus tota huius poetices ratio, vt iucundis et gratis rerum imaginibus delectet, tollitur?*

Enimuero, ſi totam bucolici carminis rationem his quidem finibus, quibus modo eam circumſcripſimus, contineri libeat, quid magnae Theocriteorum et Virgilianorum carminum parti *facias, videndum tibi eſt. Et* Virgilii *quidem* quinta, ſeptima, *et* octaua *haud dubie, quodammodo etiam* tertia *ecloga ad bucolicum genus referri poterit, reliqua ab eo aliena eſſe facile apparet. **) Quae qui-*

*) Fieri enim poteſt, vt ingenio et arte, qua tractata et enuntiata ſunt, ea ipſa, quae natura moleſta ſunt, aſciſcant gratum colorem et propter ipſam artem, quam animaduertimus, mirationem faciant.

**) Seruius in prooem. in Bu-

Digitized by Google

dem res, cum Virgilii et Theocriti carmina tam diuerſi generis ſint, tam diuerſis doctorum hominum de huius generis natura et arte iudiciis locum fecit; cum aut naturam bucolici carminis ex illis exemplis conſtituere aut ad notionem e natura rei inſtitutam revocare illa exempla vellent. Scilicet vti ea notio recte eo, quem ſequuti ſumus; modo informari videri poteſt, ita ingenioſorum hominum ſollertia, quae intra artis ac praeceptorum anguſtias vix coerceri poteſt, alia genera *inuenit, quae cum illo coniuncta nec tamen plane eiusdem modi ſunt. Et* Virgilius *quidem, nam ad hunc omnis noſtra ſpectare debet disputatio,* nouum genus *conſtituit in eo,* vt *non tam notiones et ſpecies rerum ex aurea aetate repeteret, ſed* ipſam auream aetatem repraeſentaret, *homines, deos et heroes, qui in ea vixiſſent, exhiberet, iisque ſententias ac mores congruos tribueret. Id genus inuenire mihi videor, ſi Silenum, eclogam VI, et Pollionem, eclogam IV, inſpicio. Et de illo quidem res manifeſta; de hoc non magis dubia, ſi facultatem illam vaticinandi et poeſin afflatis illis diuino ſpiritu hominibus propriam ad antiquos homines pertinere memineris. Quod quidem cum nouaſſet Maro, conſequutus eſt ſimul hoc, vt epico carmini pro-*

col. „Sane eſt ſciendum, VII eclogas eſſe meras ruſticas, quas Theocritus X habet.“ Excluſit puto IV. VI. X.

Digitized by Google

pius admoueret bucolicum, cum ex priſca heroum vita ſenſus et ſententias inferre liceret; id quod omnino non modo ad excuſandum, verum et probandum, Maronis ſpiritum in bucolico genere valet. Licuit non minus Maroni id facere, quam Theocrito Cyclopem Idyllium ſcribere; et antiquioribus, poſt Tragoediam et Comoediam Drama Satyricum condere, quod quodammodo comparari poteſt. Aliud porro carminis paſtoritii, modo tantum variato, genus eſt hoc, vt, ad maiorem animorum voluptatem, rem, factum aut caſum noſtrorum hominum, noſtrorum temporum, coloribus et pigmentis a vita paſtoritia petitis ornemus, *et non modo ad fabulae bucolicae modum tractemus, ſed etiam in fabulam inter paſtores geſtam commutemus; interdum etiam rem in antiquorum illorum temporum ſimplicitate et ſecuritate agi aut euenire fingamus. Cuius generis, quod priore illo multis modis inferius habendum eſt, nec tamen ſua laude, ſua gratia ac ſuauitate, caret, reliquae fere Virgilii ſunt eclogae. Quid enim?* prima *et* nona *an quicquam aliud, quam poetae caſum et Mantuanorum fortunam, aut, ſi hoc magis placet, iſtorum certe temporum calamitatem enarrat? *)* Decima *Galli amores, ſub paſtorali fabula, exponit.* Quarta

*) Non potuere Maronem Varonis Catonis Dirae fugere, ſi quidem ille ſimilem fortunam Sullana proſcriptione expertus et

autem, quamquam eam ad aliud genus modo retulimus, cum hoc tamen commune habet illud, quod natales nobilis alicuius pueri celebrat. Ecloga tandem ſecunda, *Corydon inſcripta, naturae paſtoritiae nihil aliud habet, quam quod amoris miſeri in puerum aeſtus imaginibus, ſententiis, et notionibus paſtoralibus exprimitur. Nam ad illud genus, in quo vitae paſtoritiae libertas, innocentia, et ſimplicitas commendatur, id plane non pertinere, quis non videat? Quid? quod argumentum hoc, cum plane nullam huius generis voluptatem afferat, et a vitae paſtoritiae integritate abhorreat, eo minus iucundum eſt, quod Corydon paſtor ſeruilis conditionis eſt, qui domini ſui puſionem amat. Hoc tamen, etſi infimum, genus recentiores fere poetas, cum bucolica carmina condere ſibi videbantur, ſequutos eſſe, non opus eſt, vt multis doceamus.*

Materia itaque et argumentum carminis bucolici ſeu paſtoritii quale ſit, videtis. Iam mores *ac* ſententiae, verba *atque* numeri, *facile* ex ipſa vitae paſtoritiae conditione *duci poſſunt. Simplicitas et naturalis aliqua venuſtas omnia ea continent, quae copioſius ab aliis hac in parte disputata ſunt. In hac*

agro Battaro exutus fuerat. Sunt et loca ex eo carmine, quae animo tenuiſſe Maro videri poteſt, vt Dir. 4 ſq. 15 ſq. 26 ſq. 30 *Nec mihi ſaepe meum reſonabis, Battare, carmen.* Sic porro, inpr. a v. 82 ſq.

Digitized by Google

ipſa tamen ſimplicitate excluditur ex hoc genere, quicquid, etſi ipſam vitae ruſticae veritatem exprimit, ingratum tamen ad ſenſum ac moleſtum eſt; neque adeo admittendae ſunt ſordes, quae nauſeam moueant, non verborum ruſticitas et aſperitas, non agreſtis et foeda ſpurcities: qua in re haud pauci egregie falſi fuere, dum imitationis veritatem male iactarent. Poſſe ſane cum arte et cum ingenio carmine reddi omnia, quis neget? Quorſum tamen ſtudeas imitando exprimere ea, a quibus, ſi caſus obtulerit, oculos animumque auertimus? et quae illa laus eſſe poteſt, ſi imitatione ea bene reddideris, quibus, ſi in vera vita expreſſeris, omnibus ingenue natis importunus ac moleſtus foedusque videaris? Contra, modo placeat poeta ac delectet, ſi conſilio ſuo reſpondere eiusmodi audaciam videat, quid eum vetet interdum ad mythicam hominum vitam nos reuocare, et talem rerum ordinem, modum, et ſitum exhibere, qui nullus vnquam niſi in hominum egregia imaginandi vi pollentium animis fuit; ea tamen cautione adhibita, vt ne incredibilia plane et ad praeſentem vitae conſuetudinem nullo modo veriſimilia fingat. Interdum vero quid eum negemus antiquam vitae paſtoritiae rationem elegantiis et deliciis e noſtra vita petitis, modo ſatis conſentaneae ſint, temperare commode poſſe? Non

Digitized by Google

*enim natura huius carminis ſtatim tollitur, ſi naturalis ſimplicitas, paullo horridior forte illa et incultior, noſtra venuſtate et elegantia temperetur; quamquam prior illa ingenuis animis maiorem voluptatem afferre ſolet. Quae res vel ipſo Theocriti et Virgilii exemplo declarari et comprobari poteſt. Illius enim quam ſimplicior et verior humilitatique argumenti accommodatior eſt ratio! huius vero quanto elegantior et ornatior! Sed habebat vterque, quod ſequeretur; non enim abhorrebant Graecorum ingenia a ſimplicitate et natiua aliqua caſtaque venuſtate; ipſius ſermonis ac dialecti Doricae natura, non poteſt dici, ſentiri facile poteſt, quantam ſimplicitatem prae ſe ferat, et quantopere huic rerum generi apta et idonea ſit, vt nec docta nec inculta et horrida oratio ſit. At Virgilius ſermonis et dialecti ſuauitate deſtitutus *), qui politiore aeuo, inter homines vrbanos et elegantiam cum faſtu ſectantes, viueret, multa ex vitae paſtoritiae veritate aut ſeponere aut verbis honeſtare neceſſe habuit, quae nude et ad rei veritatem propoſita et expreſſa ſuperbas Romanorum aures offendiſſent; quae eius elegantia adeo in laude fuit, vt et Horatius eum ab hac dote com-*

*) Recte Probus *Theocritum poetam facilius* ait *Bucolica ſcripſiſſe, quia apud Graecos ſermo ruſticanus a ciuili diuidi poteſt, ideo Latinis difficile fuiſſe, quia neceſſe eſt per eadem verba accommodare ſenſus.*

Digitized by Google

mendet: *) Molle atque facetum Virgilio annuerunt gaudentes rure Camoenae. *Ad Eclogas enim et Georgica respexisse Horatius videri debet; ad Aeneidem nec Musae agrestes nec mollis et faceta oratio spectare potest; vt scriptam esse necesse sit Satyram, ante quam Aeneidis coeptae aliqua fama exiisset. Eam vero eius laudis sententiam, quamquam de ea iam veteres dubitasse videntur, esse probabile sit, vt poetam ab aequabili aliqua elegantia commendet.* **) *Et* facetum *quidem quid sit, iam a Quinctiliano* ***) *expositum est, qui* decoris magis et excultae cuiusdam elegantiae appellationem *putat; et refertur* facetum *omnino ad id, quod placet et iucundum est, propter elegantiam maxime et vrbanum aliquem leporem; sed* molle *ita accipiendum est, vt suauitatem significet, quae cum aequabili et remisso genere coniuncta est; opponitur enim* epos forte Varii acris, *et apud Ciceronem* mollis *et* remissa *oratio vehementiori et intentiori, qua animi tumultus ac motus excitantur.*

*) Sat. I, 10, 46.

**) Non male Boilauius expressisse videri potest in vulgato illo:

L'Idylle —
Son tour simple et naif n'a rien de fastueux,

Au contraire cet autre object en son language
Fait parler ses Bergers, comme on parle au Village —
Entre ces deux Excès la route est difficile.
Suivés, pour la trouver, Theocrite et Virgile.
Que leurs tendres Ecrits, par les Graces dictés,
Ne quittent point vos mains jour et nuit feuilletés.

***) Inst. Or. VI, 3, 20.

Digitized by Google

Atque his dictis vix quicquam addendum eſt, vt illam cauſſam, quae tam diuerſis hominum doctorum iudiciis disceptata eſt, diiudicemus, vtrum Virgilius Theocrito praeſtet. *Qua in comparatione difficile eſt aſſequi, quid magna eorum pars ſequuta ſit, qui Virgilium Theocrito in genere bucolico quam maxime anteferendum eſſe exiſtimarunt; ſed conſuetudine fere, auctoritate, caecoque aliquo amore et impetu eos duci videas *); quamquam interdum ne ii quidem ipſi, qui Theocritum huius carminis verum magiſtrum eſſe largiuntur, iudicii ſubtilitatem et acumen nobis ſatis approbant, dum fere minutis neſcio quibus et grammaticis rem rationibus decidunt.* Virgilio elegantiae laudem, dignitatis et doctrinae *nemo inuidebit; ſed* ſimplicitate et naturali aliqua venuſtate rerumque copia ac varietate non minus cedit Theocrito, quam ars naturae, *quam vincere quidem illa operoſe in ſingulari aliqua re poteſt, ſed in ſumma rei iners et vana habenda eſt. Verum, etiamſi par laus vtrique in iis ipſis rebus, quae maximae ſunt, eſſet, Theocritus tamen in eo primas tuetur, quod ea inuenit,*

*) Nolo Scaligeri criticen in poetic. lib. V, et qui eum ſequuti ſunt, hic excitare. Sed, quae nuperae Virgilii editioni Romanae adiecta eſt, *Franc. Schmeizii* ſimilis disputatio ita comparata eſt, vt adoleſcentulorum vicem doleas, qui talibus magiſtris iudicii critici ſubtilitatem acuunt.

Digitized by Google

in quibus retractandis alter et poliendis ſe continuit; quod quamuis magno plerumque ingenio factum nemo neget, interdum tamen tam ſollicite Theocriti veſtigia premit, vt ſublegere potius illi ſua, et verſus vndique conquiſitos latine conuertere, quam ſuo ingenio vti videatur. Sed de his ita quisque, vti libitum eſt, ſentiat. Si tamen aliqua Virgilii ea in re culpa eſt, quod Theocriteas lacinias conſarcinauit, ſatis graues poenas dedit, cum poſt eum vix quisquam aut veterum aut recentiorum bucolicos verſus condiderit, quin ex Virgilio nouam rhapſodiam bucolicorum verſuum et ſententiarum adornaret. Facilitas haec in nonnullis vitae ruſticae tabellis tamquam muſiuo opere coagmentandis inducere plerumque ſolet naſcentes *poetas, vt in idylliis condendis ingenii periculum faciant.**) *Cum tabellarum harum, vt ita dicam, ex vita paſtoritia, quae placere poſſint, perexiguus ſit numerus; multo ille etiam minor futurus, niſi e vita priſca et ex antiquo ſermone mythico multa in paſtoritium ſermonem migraſſent: difficile eſt multa in his variare, vt nec tamen a ſimplicitate, ſine qua hoc genus placere nequit, recedas. Qui primi*

*) Hinc etiam in bucolicis carminibus apud Interpretes tanta copia locorum ſimilium et comparatio earundem ſententiarum afferri ac cumulari ſolet. Inſpiciat aliquis Cerdam vel Martynum poſt Vrſinum. Equidem non niſi ea appoſui, quae aut Maroni ante oculos fuere aut illuſtrationis vim habere poſſunt.

Digitized by Google

e noſtratibus in hoc genus inuolarunt, ſaltem vertendis ac repetendis antiquis ingenium approbare poterant. Nunc fere taedium faciunt, qui centies dicta repetunt, quae dum ingenioſe variare volunt, in argutias et luſus incidunt. Romanae artis omnino non exigua pars in eo continebatur, vt, quae a Graecis naturali aliqua cum venuſtate et lepore dicta acciperent, ea orationis ſuae dignitate, gravitate, ac copia ornarent. Hoc vnum monebo, niſi memineris, in Virgilio plus artis, in Theocrito plus natiuae elegantiae, eſſe, te non mirari non poſſe, cum videas, etiam praeſtantiſſimos ex hoc genere poetas recentiorum temporum Virgilium maluiſſe ſequi quam Theocritum. Artis ſcilicet ſemper facilior imitatio; naturalem venuſtatem difficillime aſſequare.

Quod ad deſcriptionem *et* oeconomiam huius carminis *attinet, varie ea quidem inſtitui poteſt, ſemper tamen ſpectandum hoc, vt ea potiſſimum ratio ac via ineatur, qua maxima voluptas legentis animo afferri poſſit; cuius quidem rei eo diligentior ratio habenda eſt, quod huius carminis ſimplicitas et humilitas interdum in exilitatem abire, lenis et mollis tenor languere, ſolet. Raro itaque poeta narrantis aut deſcribentis partes*

Digitized by Google

*ſuſcipit; niſi ille in argumento admodum ſuaui et copioſo ac florido verſetur; ſed convertit fere rem in drama et in actionem, ipſosque paſtores colloquentes ac narrantes inducit, vt res non tam narrari, quam potius geri, ac lectoris oculis ſubiici, et ille inter ſiluas errare, in vmbra arboris aſſidere, cantantes audire ſibi videatur; quod non ita accipiendum, tamquam ſi omne carmen paſtorale dramaticum eſſe debeat, vt cum Fraguerio *) plerique, qui hoc de carmine, nuper quoque, ſcripſere, exiſtimant, verum quia haec ratio poetae conſilio fere maxime reſpondet.*

Situs ac loci temporisque *deſignatio, quae cuiusque carminis argumento conueniat, vti poetae ingenioſi non infima laus eſt, ita ad maiorem ex lectione ſuauitatem capiendam non parum facit. Cuius enim animus veris ac ruris, paſcuorum et armentorum, ſuaui deſcriptione non vehementer delectatur, aut quis cantum paſtoris non multo gratiorem eſſe ſentit, ſi ille ſub fagi vmbra, ad riuuli murmur, in molli herba inter gregum exultationes, ſedens otio indulgeat?*

*) *Diſſertation ſur l'Eclogue par Mr. l'Abbé Fraguier, dans les Memoires de l'Academie des Inſcript.* T. II, p. 132.

Digitized by Google

Dicunt in tenero gramine pinguium
Custodes ouium carmina, fistula
Delectante deum, cui pecus et nigri
Colles Arcadiae placent. *)

Potest is locus interdum adeo duplex esse, vt et is designetur, in quo pastor cantet, et alter, in quo res commemorata gesta sit; vt in Ecloga decima a Virgilio factum videbimus.

Superest, vt nonnulla adiiciamus, quae ad Virgilianas Eclogas *propius spectant. Iam primum nisi alia essent, quibus Maro magni poetae nomen consequutus est, solis Bucolicis relictis vix eum in censum principum poetarum venturum fuisse arbitror. Ingenii enim in inueniendo vix magnam habet laudem; Argumenta carminum, vti paullo ante vidimus, alia sunt ex Theocrito mutuata et interdum ieiune satis traducta, aut e pluribus Idylliorum locis coagmentata, vt tertia et septima Ecloga; alia non bucolicae erant naturae, sed tantum ad bucolicorum morem sunt tractata, vt prima, quarta, sexta, nona, decima. Sententiae autem et verba magnam partem ex Theocrito sunt conuersa; alia sunt a bucolici carminis natura aliena. Quis pastorem ferat decantantem illa:* Ante perer-

*) Horat. Carm. IV, 12, 9.

Digitized by Google

ratis amborum finibus exul Aut Ararim Parthus bibet aut Germania Tigrim; *et illa:* At nos hinc alii ſitientes ibimus Afros, Pars Scythiam et rapidum Cretae veniemus Oaxem. *Quod infames mores paſtorum vno ſaltem loco expreſſit (Ecl. III pr.), hoc erat quod vix ab eius vrbanitate expectabamus; non magis quam haec nimis obnoxia et ſeruilis pene Theocriti imitatio. Contra mirationem facere poteſt, quod metrum bucolicum, cuius Theocritus ſtudioſiſſimus fuit, plerumque neglexerit: quod paſſim a multis obſeruatum eſt: cuius rei cauſſa potiſſimum in ſermonis Romani indole pedumque et numerorum natura ineſſe videtur. An vero in verbis agreſtia et ſoloeca ſequutus ſit, non equidem auſim pronuntiare. Nam diuerſa res eſt; eſſe dura nonnulla, quae in his eclogis occurrant, quae tamen corrupta potius et interpolata dixeris. Ex vno vero illo, quod* cuium pecus *reprehenſum fuiſſe Grammaticus narrat, vix ſatis tuto iudicium facias. Vt tamen Virgilius tantam apud populares ſuos laudem per Bucolica conſequeretur, fecit inprimis rei nouitas, felixque in carmine Siculo, quod ipſa ſermonis Romani aſperitas reſpuere videbatur, transferendo audacia. Nondum enim ſermo Romanus ad hoc rerum*

Digitized by Google

genus, ad venuſtam hanc ſimplicitatem, ad numerorum hanc mollitiem, expolitus erat, cum Maro primus tentaret carmen bucolicum ſcribere. Sunt praeterea multa magni poetae in his ipſis carminibus veſtigia, inprimis doctrina copioſa, orationis dignitas et elaborata limataque in plerisque elegantia. Eclogae *quidem nomen, non minus quam* Idyllii, *haud dubie Grammaticis debetur. Cum illud primo latius pateret, et ad quoduis carminis ſiue operis genus pertineret,* quod e pluribus delectum eſſet, *aut e* pluribus eiusdem formae *conſtaret; vt Horatii Sermones in nonnullis codicibus eodem nomine inſigniri narrant viri docti; quandoquidem plura carmina minora, licet eiusdem generis, duobus libris comprehenſa et collecta ſunt; adhaeſit id nomen, e Grammaticorum doctrina,* generi bucolico; *conſtat enim eiusmodi liber e pluribus carminibus; quae quidem vt ex aliis ſui generis ſelecta ſint, qui proprius vocabuli ſignificatus eſt, minime neceſſe eſſe arbitror. Quo nomine Virgilius ea in vulgus emiſerit, non conſtat; de titulo et inſcriptione librorum veteres non valde laborabant;* Bucolicorum *tamen nomen verius et antiquius eſt. Ipſum poetam poſtquam ſingula ea carmina vulgauerat, vno volumine cuncta eſſe complexum*

Digitized by Google

probabile ſit, cum Tityrus initium Bucolicorum conſtituiſſe feratur iam inter Maronis aequales: Tityrus et fruges Aeneiaque arma legentur, Roma triumphati dum caput orbis erit; *ipſe autem Maro Ecl. X pr. finem Bucolicis ſe imponere velle profiteatur.*

De tempore *et* ordine eclogarum *ad Vitam Virgilii, maxime ad a. 717, ſatis copioſe disputatum eſſe arbitramur. Monendum adhuc de* allegoria *Eclogarum Virgilii, in qua dici non poteſt, quam vanam et inanem operam a Seruio inde viri docti conſumſerint. Et Seruius quidem, cum exigua commentariorum pars antiquo illi Seruio debeatur, tot tamque variis et ab omni hiſtoriae fide alienis commentis et nugis conſarcinatus eſt, vt vnicuique argutias captanti magna ſatis copia materiae ad manum ſit. Catroeus autem, cuius vanitatem vt feras, magna animi aequitate et patientia opus eſt, tamquam ſi in Romanenſi fabula verſaretur, adeo multa noua et tam confidenter mentitus magis quam commentus eſt, vt interdum, quorſum euaſura res ſit, plane haereas. Verum ex reliquis etiam Interpretibus, qui maiore cum pudore, iudicii acumine et veritate, Eclogas enarrarunt, vix quisquam eſt, qui ab eo morbo*

Digitized by Google

intactus manserit. Quod si in nonnullis, vt in I. IX. X, allegoriae locus relinquendus est, eius tamen natura eiusmodi est, vt poeta vniuersam rem fabula arcessita inuoluisse, singulas vero partes proprie tractasse suisque ornamentis honestasse videri debeat. Nihil itaque nec odiosius, nec a rei ratione magis alienum, quam singulas sententias ad allegoriae subtilitatem reuocare velle.) Sufficit v. c. in prima Virgilii ecloga, tenere, communem omnium temporum opinionem esse, Virgilium partim ad suam partim ad Mantuanorum fortunam respexisse, et Augusto pro redditis agris gratias agere voluisse. Sed ea, quae de Tityro memorantur, singula anxie cum Virgilii persona comparare, id quam putidum sit, quis non sentiat? Appellat ipsum se Tityrum Ecl. VI, 4. Sed ad eundemne versum 55 Ecl. VIII referas? Quid IX, 23? Plerosque tamen interpretum multos in eo esse videas. Non quidem, quo se tueantur, habere nego. Fecit idem hoc antiquitas. Sed omnino huius generis bucolicorum carminum ratio et natura melius in-*

*) Recte, quisquis ille est Grammaticus, in attextis Vitae Virgil. §. 99 *Illud tenendum esse praedicimus, in Bucolicis Virgilii neque nusquam neque vbique aliquid figurate dici* etc., et in Seruianis ad Ecl. III, 20 *Refutandae sunt allegoriae in bucolico carmine, nisi cum, vt supra diximus* (ad Ecl. I, 1.), *ex aliqua agrorum perditorum necessitate descendunt.*

Digitized by Google

telligi poterit, ſi ea memineris, quae paullo ante de eo genere disputabamus, quo res e praeſenti vita arceſſita, maioris ſuauitatis cauſſa, paſtoritiae fabulae ſuauitate et ornamentis ex ea vita petitis commendatur. Quod conſilium recte ſi teneas, non erit, quod in ſingulis ſollicite et anxie labores.

Digitized by Google

P. VIRGILII MARONIS
BVCOLICON
LIBER

ECLOGA I
TITYRVS*)

ARGVMENTVM

***Meliboeus**, agris ſuis exutus, dum patria extorris capellarum gregem ante ſe agit, in Tityrum incidit, quem cum in communi calamitate ſumma ſecuritate et otio frui videret, miratus hominis ſortem, cui acceptam eam ferat, rogat. Narrat Tityrus, quomodo et a quo agros ſuos gregesque ſaluos recuperauerit, 20 ſqq.;*

*) *Tityrus.* Inſcripti hi tituli cum ipſo Eclogarum nomine debentur Grammaticis, non ipſi poetae: retineri tamen poſſunt, propter auctoritatem ſatis antiquam.

Digitized by Google

ſcilicet ſe, iàm aetate prouectum, libertatis conſequendae cauſſa Vrbem adiiſſe, ibique ab heri facilitate hoc obtinuiſſe, vt greges ſuos tuto ac libere paſcere liceret. Putandus eſt adeo Tityrus eſſe vnus ex paſtoribus ſeruis in fundo a domino habitis: cf. ad v. 28. Interea alter de malis ac moleſtiis migrationis ſuae conqueritur, tandemque aperte de veteranorum immiſſione in agros loquitur v. 70. Subſiſtit dialogus in eo, vt Tityrus miſerum exulem in ſuo tugurio pernoctare iubeat.

Atque hoc quidem verum ac proprium carminis eſt argumentum; quod, quantum a natura carminis paſtoritii proprie dicti abſit, facile apparet, et quale nouum genus conſtituat, in disputatione de Bucolicis Virgilianis expoſitum eſt. Sed communis omnium temporum opinio, veterum Grammaticorum fide firmata, obtinuit, Eclogae huius rationem ad illa tempora et Virgilii fortunam accommodatam eſſe, eoque anno eam (V. C. 713) ſcriptam eſſe, quo Triumuirorum pactione decreta nefanda illa agrorum inter veteranos diuiſio ab Octauiano facta eſt; de qua v. Appian. Ciuil. lib. IV, 3. (ed. Amſt. 1670, p. 954.) Dio XLVII, 14. Ante enim, quam Antonius et Octauianus aduerſus Caſſium et Brutum proficiſcerentur, icto ad Mutinam foedere, quae eſt infamis illa Triumuirorum pactio V. C. 711, vt exercitum, ex veteranis fere conſcriptum, in fide retinerent, militibus praeter alia praemia colonias vrbium Italicarum, et opibus et ſolo et aedificiis inter ceteras inſignium, octodecim, quae Caſſii partes amplexae erant, inter quas Capua, Rhegium, Venuſia, Beneuentum, Nuceria, Ariminum, Vibona et Cremona memorantur, promiſerunt; h. e. receperunt in ſe, ſe eos, bello feliciter confecto, in illas vrbes, tamquam colonias, deducturos, et eorum, qui nunc incolerent, agros iis aſſignaturos eſſe. Quam

Digitized by Google

rem cum, Cassio et Bruto caeso, in Italiam redux Octauianus perficere vellet, partim ex militum insolentia et auaritia, partim ex eiectorum de suis bonis indignatione magni motus ac tumultus orti sunt. vid. Appian. Ciuil. V, 3. 12 *sq. (p.* 1081 *sqq. ed. Steph.) Dio Cassius XLVIII,* 5—9; *adde Sueton. Aug. XIII. Erat autem eorum, quibus praemia soluenda essent, ingens numerus, legiones nimirum, si Appiano fides habenda l. l. p.* 1075. 1076, *non minus XXVIII, quae vna cum annumeratis in legiones (μετὰ τῶν συνταγμένων) efficiebant centum et septuaginta virorum millia, praeter equites et turbam militarem; quamquam eorum, quibus ad Mutinam promittebantur agri, numerus etiam maior erat; habebant enim triumuiri sub signis legiones XLIII, vt adeo quindecim legiones bello confecto desiderarentur; siue quod tanta hominum vis interiit, siue quod nonnullae legiones ab Antonio in Asiam abductae sunt, aliae vero, nondum stipendiis emeritis, ad nulla militiae praemia adspirare poterant; certe octo mille ex hoc numero memorantur apud Appianum l. l. pag.* 1073.

Inter eos, quorum agri assignati sunt veteranis, fuere Cremonenses, qui et ipsi Cassii Brutique partes erant secuti. vid. Seru. ad Ecl. IX, 28. *Quorum agri cum pro militum immissorum numero nimis angusti essent, vicinos Mantuanorum agros additos esse narrant. Cuius rei etsi nullam, praeterquam Grammaticorum, auctoritatem reperio, fidem tamen ei faciunt alia. Appianus quidem l. l. p.* 1082 *militum auaritiam non sese continuisse intra suos agros memorat, sed eos passim vicinos agros insolenter inuasisse; plus, quam concessum esset, vsurpasse, et quos meliores iis, qui sorte obtigerant, putarent agros, suos feciisse. Potuere itaque milites transgredi fines et Mantuanos agros inuadere; vt vel sic* Mantua Cremonae nimium

Digitized by Google

vicina *dici posset. Inter Mantuanos, qui hanc iniuriae indignitatem subirent, Virgilium fuisse tradunt: eum tamen, siue suo siue Asinii Pollionis consilio, Romam profectum ab Augusto obtinuisse, vt agri sibi restituerentur; qua de re v. ad Vitam Virgilii a.* 713, *vt adeo sub Tityri persona suam fortunam poeta adumbrauerit. Atque ea iam veterum opinio fuit. v. Nemesian. Ecl. II,* 82. *Calpurn. IV,* 162. *Sidon. lib. I, Epist.* 5, *vt Quinctilianum taceam. Quae res bene se habere potest; modo allegoria non ad omnes versus et verba singula circumferatur. Grammaticorum omninoque Interpretum, in his Catroei, intolerabiles sunt in allegoria expedienda argutiae et nugae. Locus autem, in quo pastores conueniunt, est ad vmbrosam fagum in loco arboribus consito, sub qua Tityrus recubans pastoritio cantu otium consumit, dum gregem errantem prospicit. Versu tamen* 52—59 *accuratius describitur loci prospectus, et quantum v.* 48. 49 quamuis lapis omnia nudus — *intelligitur, ex ipsa rerum veritate. Ad maiorem rei iucunditatem facit contraria alterius pastoris fortuna; quae miserationem mouet, et qua nihil disertius ad Tityri felicitatem illustrandam commemorari poterat.*

Sunt tamen multa in hac ecloga, in quibus subtilius poetae iudicium desideres. Primum ipsum hoc genus argumenti, quod, etsi pro mera allegoria haberi nequit, ad allegoriam tamen quodammodo accedit, adeoque in perpetuo rerum ac verborum lusu versatur, vix satis magnam grauitatem ac dignitatem vnquam habere potest. Nec in eo potuit vitae rusticae propria vis ac ratio (characterem vocant) recte seruari. Vix e persona pastoris apotheosis illa heri satis placere potest. Comparatio autem seu allegoria non vbique commode procedit. Sic v. 28 *Tityrus, vt libertatem suam impetret, Romam proficiscitur; obtinet ab hero libertatem greges pascendi: quid mirabimur hoc factum, si*

Digitized by Google

quidem ille heriles greges pascit? v. 46 Pascite, vt ante, boues. *Si libertatem consequutus est, quomodo haec securitatem et tutam in agro a vi hostili vitam praestare debuit? In sententiis autem ac verbis plurima sunt ab hoc rerum et hominum genere aliena: quae suis locis notauimus. Ita plures versus sunt fere epici, vt* 7 illius aram Saepe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus. *Sic* 60 *sq.* 65 *sq. Cum tamen semel poeta suum sibi bucolici carminis genus constituerit, quo a vitae pastoritiae simplicitate recedendum ei esset, licuit et haec et alia in carmen suum recipere.*

MELIBOEVS. TITYRVS

M. Tityre, tu patulae recubans sub tegmine fagi
Siluestrem tenui Musam meditaris auena:

1 *Tytire* multi, vitiose; sed est *Τίτυρος*. cf. Burm. 2 *Agrestem* Quinctil. IX, 4 memoriae vitio ex Ecl. VI, 8 laudat: recepit Egnat. v. Pier. et Heins., vtrumque apud Lucret. V, 1397. IV, 539. conf.

In interpretandis Bucolicis omnino maior difficultas est, quomodo copiam inutilem euites, quam nouas opes afferas. Facta enim sunt ea fundus obseruationum grammaticarum et philologicarum certatim huc congestarum et accumulatarum. Inter haec tamen de singulis potius verbis aut sententiis laboratum erat, quam de carminum summa, argumento, et forma, nec quaesitum, conueniantne illa satis naturae suae, praescriptisque quae ex ea ducta sunt, aut duci possunt. Venia itaque dabitur, si ad haec potissimum cum in Argumentis praefixis, tum in singulis locis animum aduertimus: vt tamen vnicuique iudicium suum relictum esse velimus liberum.

1. Meliboeum puta, agendo gregem ante se, accedere ad Tityrum sub fago sedentem et fistula canentem. Tityrum *siluestrem — musam*, carmen pastoritium, *medi-*

Digitized by Google

Nos patriae fines et dulcia linquimus arua;
Nos patriam fugimus: tu, Tityre, lentus in vmbra
Formoſam reſonare doces Amaryllida ſiluas.
T. O Meliboee, deus nobis haec otia fecit.

Cerda, qui *ſiluas* ad rem paſtoritiam, *agros* ad rem agricolarum, referri docet; quod hactenus verum eſt, vt communi *agreſtium* rerum vocabulo et paſtorum vita comprehendi poſſit, vt v. 10 *calamo agreſti*. 3 *Nos p. f. nos d.* quartus Moret. et fragm. Moret. a pr. m. *liquimus*, quod e Cod. Muſ. Brit. probat Wakef. ad Lucret. I, 275 eſt quoque in Parrhaſ. *patrios fines* idem coni. Wakefield Silv. P. IV p. 62 ne *patriae patriam* ſe excipiant, et vt ſit pro *paternos fines*. 4 *letus* Rottend., h. laetus, ſollenni variatione. v. Burm. h. l. et paſſim alii.

tari, exercere, μελετᾶν, h. e. cantui eum vacare, indulgere, ait, et quidem *tenui auena*, vt culmus pro fiſtula ſit. v. Ecl. III, 27. quod, nimis forte argute, ad genus carminis humile et *tenue* referunt; quamuis eius notio ipſi naturae carminis bucolici ſubſit. Ornans epitheton *tenuis*. An ſatis conueniat bucolici generis indoli *Muſam meditari auena*, pronuntiare vix auſis, niſi vſus exempla eſſent. Eſt tamen in Theocr. I, 20 καὶ τᾶς βουκολικᾶς ἐπὶ τὸ πλέον ἵκεο Μώσας. Lucretium praeiuiſſe Maroni in noto verſu: *Fiſtula ſilueſtrem ne ceſſet fundere verſum* conſtat. Et ſequuti ſunt alii bucolici; Nemeſian. I, 27 *Sed quia tu noſtrae Muſam depoſcis auenae*. 4. *Fugit*, φεύγει, is, qui expellitur et exulat, vt h. l. Meliboeus. *lentus*, otioſus et ſecurus. Seru. vid. Heinſ. ad Ouid. Her. XIX, 81.

6 — 10. *deus*, dominus Tityri, quem Romae adierat, quemque infra vſ. 43 *iuuenem* appellat. Octauianum Caeſarem declarari, Diui Iulii filium, dubitari nequit, quatenus Virgilius ſuam fortunam adumbrauit ſub Tityri perſona (Apud Pompon. Sab. eſt: *deus*, Auguſtus — „vel Roma, vt ait Apronianus;“ ergo et is his argutiis litauit?). Nunc tamen herus Tityri *deus* ipſi eſt beneficiis. Pronior autem veterum ſermo in hunc vocis vſum

Digitized by Google

Namque erit ille mihi ſemper deus; illius aram
Saepe tener noſtris ab ouilibus inbuet agnus.
Ille meas errare boues, vt cernis, et ipſum
Ludere, quae vellem, calamo permiſit agreſti. 10
M. Non equidem inuideo; miror magis: vndique totis
Vsque adeo turbatur agris. En, ipſe capellas

7 In *ſemper — deus* nugantur Grammatici. vid Pier. Benedictus in Ed. Flor. 1520. 8 *imbuit* Rottend. 9 *meis* Rottend. 10 *promiſit* Zulich., ſollenni errore. 11 *totis agris* Io. Schrader. in mſſ. coni. *notis*. 12 *turbamur* multi et ipſe Rom. v. Pier. et Heinſ., ſed damnat iam Seru., et alterum confirmat Quinctil. I, 4, 28.

ſuit, vt eos, a quibus ſeruati eſſent, deos et σωτῆρας appellarent. Per *otia* intelligit ſecuritatem inter tantas turbas et tumultus bellicos. 7. Obſerua poeticam orationem, pro, *ei ſacrificabo*, ſollennem tamen; vt apud Theocr. Epigr. I, 5 Βωμὸν δ' αἱμάξει κεραὸς τράγος οὗτος ὁ μαλλός. 8. *ab ouilibus*, noſtri ouilis; et tum *ouile* pro grege. cf. Burm. 9. Burmannus valde contendit, ita iungi debere, vt ſit, *ipſum hoc, quod animi cauſſa et tam ſecurus canto*. Cic. XIII ad Attic. 28 *vt viuere ipſum turpe*. Multo tamen ſimplicius et paſtore dignius, *ipſum* me *ludere permiſit*. Mox *ludere* animi cauſſa cantare. *Ludere* enim de omni re non graui et operoſa, ac de carmine tenui infr. Ecl. VI, 1 *Prima Syracoſio dignata eſt ludere verſu*.

11. *Non equidem inuideo*. Κοὔτοι τι Φθονέω Theocr. I, 62, quae forte verba hinc defendi poſſunt tamquam Maroni lecta. *miror magis* pro vulgari: ſed potius; non tam inuideo, quam miror: *vsque adeo totis agris turbatur*. In proſa per *nam* vel *quum* efferendum erat; miror te tam tuto et tranquille agere, quum tantae vndique in noſtris agris turbae et calamitates exortae ſint; quum immiſſi in noſtras poſſeſſiones coloni noſtros agros occupent, nosque depellant. *Ipſe*,

Digitized by Google

Protenus aeger ago; hanc etiam vix, Tityre, duco.
Hic inter denſas corulos modo namque gemellos,
Spem gregis, ah! ſilice in nuda connixa reliquit. 15
Saepe malum hoc nobis, ſi mens non laeua fuiſſet,
De coelo tactas memini praedicere quercus.
Saepe ſiniſtra caua praedixit ab ilice cornix.

13 *Protinus* nonnulli ap. Heinſ. et Burm., quos vide; vana diſputatio; vtriusque ſcripturae vis eadem; Antiquior tamen ſcriptura *Protenus* corrupta per pronuntiationem *Protinus*. vid. Not. 14 *Hinc* Auguſtin. de Gramm. *Haec* duo. *corulos:* alii *corilos*, vel *corylos*. Nil refert; ſed nullus dubito antiquam ſcripturam in his et ſimilibus fuiſſe *u:* ex pronuntiatione autem fuiſſe comparatam cum Gr. *υ*; hincque tot voces per *y* ſcriptas inualiſſe Latinum ſermonem. Conuerſae inde fuere nonnullae in *i:* vt *lacrimae* pro *lacrumae*, cum factum eſſet *lacrymae*. *denſos* Leid. a m. ſec. 15 *a* al., vt fere ſemper in antiquioribus membranis; ſeriores *ha*. *in media* Cod. Nonii Marcelli. *Silice in nuda* notat Quinctil. I, 6, 2 quod maluit poeta pro *nudo*. *conixa* ſex MSS. antiquo more. v. Heinſ. 17 *De coelo memini tactas* Menag. 18 Verſus hic a vetuſtioribus, etiam a multis ſerioribus, vt a noſtris, fere abeſt;

eiectus paternis bonis, affecto quamuis corpore (niſi *aeger* pro *aegre* accipias, vt Aen. V, 468. 432, quo ducit *hanc etiam vix*), ago capellas, dum hinc migro etc. 13. *Protenus*, porro tenus, longe a finibus, Seruius ait. Simpliciter accipiendum pro: ante ſe agere; opp. *τῷ errare, vagari*, quod fit, dum paſcendi cauſſa aguntur; at hic abiguntur. Vnam vero *ducit*, ſune trahit. 15. *connixa reliquit*, quod in proſa, *enixa eſt. reliquit*, maiorem etiam miſerationem excitat. *ſilice in nuda*, non ſubſtratis herbis, Ge. III, 297 Edico — *et multa duram ſtipula filicumque maniplis Sternere ſubter humum*. 16. Bene haec ad ſuperſtitionem talium hominum dicuntur, cum aduerſi aliquid iis accidit. Debuiſſe ſe hanc calamitatem praeuidere ait ex arboribus frequenter fulmine tactis: quod eſt inter oſtenta. In *quercubus* cete-

Digitized by Google

Sed tamen, iſte deus qui ſit, da, Tityre, nobis.
T. Vrbem, quam dicunt Romam, Meliboee, putaui 20
Stultus ego huic noſtrae ſimilem, quo ſaepe ſolemus
Paſtores ouium teneros depellere fetus.

iectus a Naugerio in Ald. tert. et iam ante ab Egnatio; adſutus et adumbratus ex Ecl. IX, 15. v. Heinſ. et Pier., in cuius binis erat *dicebat ab ilice.* miſit verſum nunc ed. Parmenſis. Et 18. 190 aberat a Monac. 2. 19 *quis ſit* ſeptem Codd. ap. Heinſ. tres Burm. cum Goth. pr. Sed v. Heinſ. ad Ecl. II, 19 et paſſim alios. *qua* Moret. vn. a m. ſec. *quoi* coni. Burm. qui haerebat in notione *τοῦ depellere,* vt eſſet: in cuius vibis gratiam, commodum et facilitatem victus, nos ſaepe lacte depellere ſolemus. vid. Not. 22 *deducere* vnus ap. Torr. ad Hor. IV Od. 2.

risque Seruius aliique Grammatici hic argutantur. *laeua mens,* ſtupida, tarda. Horat. Art. 301 *O ego laeuus* etc. 19. *da,* ede, dic, ediſſere, vt *accipe,* audi, Aen. II, 25. *Seru.* Notent in iis, quae ſequuntur, tirones longas narrationis ambages paſtoris imperitiae non male conuenientes, vt ne (v. c. cum nupero *Poetices Gallicae* auctore, acutiſſimo homine, Marmontelio, *Poetique Françoiſe* T. II, p. 85. 86) hoc vitioſe fieri putes. Debebat narrare, ſe libertatis petendae cauſſa Romam veniſſe et cum hac, vt tuto greges paſcere poſſet, a domino impetraſſe: haec v. 34 ſequuntur.

20. Adiit Tityrus Romam, cum alias tantum ad vicinum oppidum excurrere ſoleret. 21. *huic noſtrae,* Mantuae, *quo* agnos agere ſolemus. *depellere* ſorte nimis violentum, nam portantur a paſtoribus agni tenelli; ait Burmann. Verum ii, qui iam a lacte remoti lanio tradi debent, haud dubie agi et depelli poſſunt. Seruius a lacte remouere interpretatur, qua de re proprie *depellere* Ecl. VII, 15. III, 82. Ge. III, 187; quo tamen ſenſu additur fere *depulſus ab vbere. lacte.* aut ipſa res eo ducit. Calpurn. II, 47 *Ne depulſa vagos quaerat fetura parentes.* Sed *depellere* dixit

Sic canibus catulos ſimilis, ſic matribus haedos
Noram; ſic paruis conponere magna ſolebam.
Verum haec tantum alias inter caput extulit vrbis,
Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.
M. Et quae tanta fuit Romam tibi cauſſa videndi?
T. Libertas: quae, ſera, tamen reſpexit inertem;

23 *Sic catulos canibus* nonnulli; et *agnos* pro *haedos* nonnulli ap. Burm. 25 *Haec inter alias tantum* Franc. *tantum inter alias* Goth. pr. *altas* coni. van Hoven Campenſ. III, p. 224. 26 *virgulta* quartus Moret. 27 *Ecquae* olim aliquae vulgg. ap. Fabric. Nam *Et quae* ſtatim ab Aldo editum. 28 *Libertas: quae, ſera, tamen r.* Alii aut non diſtinguunt, aut: *quae, ſera tamen, r.*

pro pellere, agere; Sic *compellere* Ecl. II, 30. ἐλαύνειν toties ap. Theocr. pro ἄγειν. vt ſtatim III, 2 καὶ δέ μοι αἶγες Βόσκονται κατ' ὄρος, καὶ ὁ Τίτυρος αὐτὰς ἐλαύνει. 26. *Viburna* ſunt fruticis ſ. virgulti genus flexile et lentum in ſaepibus obuium, viendis h. ligandis faſciculis vtile. vid. Cerda. *Viorne, Wald-Rebe, Klein Mehlbaum.* Aiunt eſſe *Viburnum Lantana L.*

28. *Libertas*, h. libertatis obtinendae ſpes ac deſiderium. Vt nihil de ineptis huius loci interpretationibus dicamus, quas ipſe Burman. ſequitur, quamquam vix omnia ad liquidum perduci poſſunt, verba tamen nullum alium ſenſum ſuppeditant, quam hunc: Tityrus intelligendus eſt eſſe aliquis ex ſervis, quorum Romani tantum numerum in fundis ſuis et agris habebant, quibus ſiue agrorum ſiue pecudum cura mandata erat. Hoc paſtorum genus iſto tempore, quo latifundiis occupata erat Italia, cf. Plutarch. in Gracch. pag. 828 A. Appian. de B. Ciu. I, c. 7, per omnem Italiam erat frequentiſſimum. Neque alius Corydon Ecl. II, 1. Sunt quidem et apud Theocr. V Comatas et Lacon, vterque ſeruilis conditionis; quamquam aliis in locis ipſi domini gregum

Digitized by Google

Candidior poſtquam tondenti barba cadebat;
Reſpexit tamen, et longo poſt tempore venit, 30

30 *R. tandem* Cod. Köler., non male. Sed totus verſus tam ſcaber eſt, vt vix eum a poeta profectum, ſed e margine illatum eſſe putem. Reſpicit locum Propert. II, extr. 71. 72. v. ad Vitam Virgilii a. 717.

loqui et canere intelligendi ſunt. Sed in Italia villici, et quicumque in agris eſſent, non facile alia quam ſeruili conditione aut libertini fuiſſe videntur. Qui homines an recte in paſtoritio carmine, quod ſenſibus noſtris nil praeterquam amoeniſſimam quamque et ſuauiſſimam vitae ruſticae ſpeciem exhibere debet, a poeta excitari potuerint, nunc non diſputo; ſed ii homines, ſi peculium ſibi ſatis magnum paraſſent, pretio dominis ſoluto in libertatem ſe vindicare poterant. Nota res, de qua nemo facile dubitet. Subminiſtrauit tamen vir doctiſſ. auctoritatem Lipſii ad Tac. XIV, 42. Burman. ad Petron. 75, et Ouid. Am. I, 8, 63. conf. Apulei. Met. VIII, 43. Iam iisdem hominibus, nunc libertis ſuis, herus poterat greges ſuos committere, certa mercede dicta; vnde paſtores mercenarios memoratos legimus. Tityrus, qui per multos annos, dum Galateae amori indulſerat, peculii parum diligentem rationem habuerat, iam ſenex factus, cum Amaryllidem, quae frugalior et parcior erat, amicam haberet, vt libertatem ſibi compararet, Romam ad herum ſuum profectus eſt. Iam de libertate quidem, quam obtinuerat, iam v. 28. 29. 30 memorauerat; facilitatem tamen heri et humanitatem maximam expertum eſſe ſe ſignificat, in primisque illud obtinuiſſe ait, v. 46, vt tuto ac libere greges ſuos paſcere poſſet. *quae ſera tamen r.* quae, etſi ſero, tamen aliquando mihi contigit, vt v. 30 repetitur. *Reſpicere* de Libertate, vt proprie *Fortuna reſpiciens.* A deorum ſignis hanc deſignationem ductam eſſe, exiſtimat Spencius Polymet. p. 155, nimis argute. *Pietas laborem humanos reſpicit* Aen. V, 688.

30. *Reſpexit tamen et longo poſt tempore venit.* Sin-

Digitized by Google

Poſtquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.
Namque, fatebor eniſm, dum me Galatea tenebat,
Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi.
Quamuis multa meis exiret victima ſaeptis,

31 *Galatea*, Γαλάτεια. male in multis *Galathea*. 34 *ſaeptis*. Hanc ſcripturam h. l. vix duo Reg. et Mentel., in aliis locis antiquiores agnoſcunt. Nonnulli diſtinguunt poſt *pinguis*, vt ſit *victima pinguis*, vt Ecl. VI, 4. At ſic alterum, *caſeus*, ſubiiceretur ſine epitheto: quo extenuatur oratio: poetae itaque prius ſine epitheto relinquere ſolent, alteri epitheton addere. *errarat victima* Parrhaſ. Burm.

gula ad declarandum tempus, quo libertatem obtinuit, valere debent. In ſenectute *barbam* memorat, quia libertatem conſequutus eam deponit. Contigit tamen, inquam, libertas, et multo poſt mihi data eſt, *poſtquam*, ex quo tempore, a Galatea relictus, in Amaryllidis, conſeruae (quam v. 3 carmine recolebat, et quae moerore ſuo ex Tityri abſentia amorem ſuum prodebat vſſ. 37 ſqq.), contubernio ſum. Amica ne illa proprie dicta, an quae in contubernio eſſet, Romano ſenſu, quandoquidem ſeruorum non coniugium erat, ſed contubernium, non dicam. *longo poſt tempore*, vt v. 68 iterum. Sic *tanto poſt* Ge. III, 476. Fatendum tamen, inſidere his neſcio quid inuenuſti et incomti: cf. V. L.; quamquam et alia nonnulla in hoc primo carmine paullo ieiunius dicta videri poſſunt. Multo vero magis inficeta haec ſunt, ſi cum aliis per alteram amicam, Mantuam, per alteram, Romam declarari pronunties.

34. Quamuis iuuencus vnus et alter ex meis armentis deductus venderetur in vrbe, aut eo deportarentur a me caſei. Habuit autem Virgilius in animo Catull. XX, 10 — 13 (al. CXIV), ſi quidem Catulli carmen eſt. Georg. III, 400 *Quod ſurgente die mulſere horisque diurnis*, Nocte premunt; *quod iam tenebris et ſole cadente, Sub lucem expor-*

Digitized by Google

Pinguis et ingratae premeretur caseus vrbi: 35
Non vmquam grauis aere domum mihi dextra redibat.

M. Mirabar, quid maesta deos, Amarylli, vocares;
Cui pendere sua patereris in arbore poma.
Tityrus hinc aberat. Ipsae te, Tityre, pinus,
Ipsi te fontes, ipsa haec arbusta, vocabant. 40

T. Quid facerem? neque seruitio me exire licebat,
Nec tam praesentis alibi cognoscere diuos.

37 pro *Amarylli* al. *Galatea*, ita malit Cerda; inani allegoriae seruandae studio. 38 *mala* Rom. a pr. m. et in alio scriptum *poma* in rasura. 39 *Tityrus hinc aberat ipse* Goth. pr., perperam.

tans calathis, adit oppida *pastor*. 35. *ingratae*, quod nihil inde argenti referret, v. seq. Burmannus nimis argute exponit: *Mantuae iam non gratae, postquam occupata a veteranis, nouis colonis*. Martinus pro *infelici* accipiebat. Ceterum similia sunt illa Moreti 81 *Nonisque diebus Venales olerum fasces portabat in vrbem; Inde domum ceruice leuis, grauis aere, redibat.*

37. Nunc in animum reuocat moerorem Amaryllidis, cuius caussam ignorabat tunc Meliboeus, nunc facile assequitur. Ceterum desiderium Tityri absentis bene poeta exprimit; quod vero subiicit 39: *Ipsae te, T.*, etsi bucolici carminis nota figura est (sic apud Theocr. IV, 12), ab hoc tamen loco, si recte iudico, aliena est. Quorsum enim nunc hoc, cum de Amaryllidis desiderio agebatur?

41. *Quid facerem?* necessario mihi Romam proficiscendum erat, nulla Amaryllidis querelarum ratione habita, cum neque libertatem recuperare alibi, neque tam *praesentes* h. propitios, fauentes (v. Cerda) deos, tam praesens eorum bene-

Digitized by Google

Hic illum vidi iuuenem, Meliboee, quotannis
Bis ſenos cui noſtra dies altaria fumant.
Hic mihi reſponſum primus dedit ille petenti: 45
Paſcite, vt ante, boues, pueri; ſubmittite tauros.

43 *quot annis* diuiſim antiquiores. v. Pier. 45 *hoc* repoſuit Wakef. et neceſſe eſſe ita legi pronuntiat. *primum* Longob. Pierii. 46 *greges* Menag.

ficium, alibi experiri poſſem. 43. Hac in vrbe herum meum vidi, tam munificum et lenem, vt eum pro deo colere decreuerim. Non enim eum diuerſum facere videtur a iuuene. Dicta haec eſſe reſpectu ad Caeſarem Octavianum habito, dubitari vix poteſt. Nec tamen ſunt nimium vrgenda: alioqui dicendum eſſet, Octauianum poſſeſſiones in agro Mantuano habuiſſe, in quo Tityrus eſſet. Ei ſe menſtruis ſacris litare velle ait. cf. v. 7. 8. *fumant* pro fumabunt. 45. Hic, cum Romae eſſem ipſumque herum adiiſſem, primum tuli reſponſum illud, h. facultas nobis data eſt, vt nos pueri, vernae, ſerui, libere paſceremus et tauros ſubmitteremus. Color ſimilis carminis Agathiae: Analect. Brunck. To. III, p. 46. XXXVII. *Reſponſum* non nunc eo ſenſu, quo oracula hinc iuſſa dicuntur: nec tam magnifice, quam apud Horat. C. S. 55 *Iam Scythae reſponſa petunt:* ſed ſimpl. reſpondit petenti, annuit. *Submittite tauros.* Varie interpretes exponunt. Servius cum aliis: iugo ſubmittere ad arandum: recte, modo *iugo, aratro*, aut ſimile quid adiunctum eſſet; etſi vel ſic a paſtorum perſona alienum foret. *Submittere* eſt alere ad gregem ſupplendum; nam ſubiunguntur reliquis et aggregantur ii tauri, quibus grex ſuppletur. Ge. III, 73 *quos in ſpem ſtatues ſubmittere gentis.* conf. 159. v. Burm. h. l. Geſn. in Theſ. *Submittere* enim eſſe mittere in alterius locum, ſupplere, dubitandum plane non eſt. An dictum eſſe poſſit pro: *tauros admittere*, dubitare licet. Femina ſubmittitur, non taurus boui, vt *ſubmittere equas* Pallad.

Digitized by Google

M. Fortunate ſenex, ergo tua rura manebunt!
Et tibi magna ſatis; quamuis lapis omnia nudus
Limoſoque palus obducat paſcua iunco.

48 Ex hoc et v. 52 expreſſus v. 11 in Epigr. 177 Anthol. lat. I, 1 *Haec tibi ſemper erunt, hic inter flumina nota* etc. Totum carmen ex Virgilianis verſibus eſt contextum. 49 *obd. omnia* mſ. *Köler.* e ſup. verſu.

Mart. 13, 65 *ſubmittendae tauris vaccae,* idem Iul. 4, 1; *in feturam ſubmitti poſſunt vaccae* ibid. Nemeſianus tamen dixit Cyneg. 114: *Huic* (cani feminae) *parilem ſubmitte marem;* aliud autem exemplum nondum vidi. Niſi et ibi eſt ſubmittere vt admittatur v. Vlit. ad e. l. Theocritus IX, 3 eadem forma vti videtur: Μόσχως βωσὶν ὑφιέντες, ὑπὸ στείραισι δὲ ταύρως; etſi et hic dubia lectio eſt, cum in aliis ἐπὶ στ. ſit; et vix ὑφιέναι eodem verſu duplici ſenſu dixit poeta, vt et ſit *vitulos vberibus matrum admouere* (vt vulgo ea vox adhibetur, v. c. IV, 4 ἀλλ' ὁ γέρων ὑφίησι τὰ μοσχία), et *admittere vaccis taurum.* Debebat ad e. l. audiri Reiskius, nimium interdum neglectus.

47. *Ergo tua rura manebunt* tibi, non eripientur, *et* ea quidem *ſatis magna,* ad paſcenda armenta. Quae ſequuntur varie interpungi et exponi poſſunt. Aut vt noua ſententia fiat: *Quamuis — obducat paſcua iunco: Non* (tamen) *inſueta g.* aut vt cum antecedenti iungas: *et tibi magna ſatis, quamuis lapis — iunco. Non i.,* vt ſit ſenſus: *manebunt tua paſcua, ſatis tibi magna, quamuis lapis et palus omnia obducat.* Iam hoc duplici poteſt modo dictum eſſe, aut vt ager ille Tityri ſaxoſus et paluſtris ſit; aut vt inter aliorum agros ſaxoſos et paluſtres paſcua Tityrus habeat ſatis bona et tolerabilia. Hoc praeferam, vt neglectum culturae agrorum colonis ſuis ereptorum ea res arguat. Scilicet haud dubie haec dicta ſunt cum reſpectu fortunae iſtorum temporum. Prioribus dominis erepti agri a veteranis male culti ſentibus horrebant, lacunis et paludibus erant obducti: id quod mul-

Digitized by Google

Non inſueta grauis tentabunt pabula fetas; 50
Nec mala vicini pecoris contagia laèdent.
Fortunate ſenex, hic inter flumina nota

50 *paſcua* nonnulli ex antec. pro *fetas*, aut vt vulgo male ſcribitur (eſt enim a feo) *foetas*, nonnulli cum Goth. ſec. *foetus*, vt ſint agni. 51 *Non* Schol. Iuuen. II, 81. *Ne mala — laedant* Charif., male. 52 *intra* Goth. ſec.

to magis ita ſe habere debuit in agris ad Mincium fl. ſitis, cuius et ſtagnatione et frequenti exundatione paludes facile exiſtere poterant; Erant autem Maronis agri a cliuo inde collis ad eum fluvium ſiti, quibus adiacere debuere alii eodem ſitu eademque conditione: Ecl. IX, 7. VI, 12. Ge. III, 14. 15. II, 198. 199. Aen. X, 205. 206. Nunc igitur Meliboeus pergit v. 50 comparare ſuam calamitatem: cum, inquit, a meis agris discedendum mihi ſit: neque ex partu male affectas capellas conueniente pabulo reficere, neque, cum mihi illae, qua ſors dabit, agendae ſint, ſatis cauere iis poſſum, ne in greges contagio, quod *malum* h. noxium dicitur, tactos, aut in infecta ſaepta incidant. Sic etiam in ſqq. iſtius ſortem cum ſua comparat. 50. *grauis — fetas* dixit, vt *fetas* intelligas enixas, partu liberatas, vt ſaepe: vide vel Burm. ad Sammon. c. 13. cf. Geſner. Theſ. h. v. Eo ſenſu *feta vulpes* ap. Horat. III, 27, 4, vt recte Bentleius accipit. *Grauis* h. aegras e partu. *Tentare* de morbis proprie. Ita non neceſſe cum aliis diſtinguere poſt *pabula*, et *graues*, grauidas, *fetas* autem, quae peperere, intelligere, vt Cerda fecit.

52. *Flumina nota* Mincius et Padus; quorum proſpectus ex eo loco eſſe potuit: neſcio ſaltem, an de ſitu horum agrorum, de quibus hic agitur, ſatis conſtet; Mincius, ex lacu Benaco vbi proceſſit, non longe a Mantua lacus fit quinque mille paſſuum, mox aliquantum progreſſus Pado ſe iungit. Iucundus vero ille tractus et bonus paſcuis. v. Georg. II, 198. 199. Ab aliis tamen flumina de campeſtribus riuis iſtius loci accipi video. Sub-

Digitized by Google

Et fontis ſacros frigus captabis opacum.
Hinc, tibi quae ſemper vicino ab limite ſaepes
Hyblaeis apibus florem depaſta ſalicti,

53 *frigus captabis. tentabis* vnus Rottend. 54 *a limite* Ven. *ſaepes* Rom. et Oblong. Pierii: et ſic alibi vetuſtiores. cf. ad v. 34. Haud dubie verſus totusque locus contaminatus: quem ſe non intelligere iam Markland. ad Stat. I Silu. 3, 43 profeſſus eſt; ſuſpectum etiam Burmann. merito habuit. Haeret interpretatio in *quae ſemper*, quod ieiunum, et in defectu verbi in enuntiatione *quae ſaepes*. Burm. tentabat: *Hic tibi quae ſurgit*, vel *ſerpit v.* Multa poſſent alia coniectari: vt *hinc tibi vicino praetenta* (l. *praetexta*) *ab limite ſaepes — Saepe l. f. ſuadebit i. f.*, niſi haec et alia longius recederent. In mſ. Köler. erat: *Hinc tibi vicino q. ſemper ab limite ſepes.* Leniorem medelam eſſe vidi, ſi *Hic, tibi qua* refingeretur; vt ſit: *hic inter flumina nota frigus captabis opacum, hic*, inquam, *tibi qua ſaepes ſuadebit* etc., h. e. qua apes ſuſurro ad ſomnum te inuitabunt. Verbo: ſedes vulneris manifeſta eſt: *Hinc . . . . vicino a limite ſaepes* etc. — Iungunt quoque alii *Hinc tibi, quae.* 55 *ſalicta* Priſc. ed. Putſch. laudat, vitio operarum.

iunguntur ſane *fontes;* durum tamen altera ex parte, in regione intra Padum et Mincium ſita *flumina* ſi memorentur, de riuis potius, quam de illis proprie fluminibus dictis eſſe cogitandum. 53. *Frigus opacum* eſt frigus loci opaci, nemoris vmbrae. Ecl. II, 8.

54. Hunc locum, vti nunc ſe habet, ita expedire, vt nihil ſuperſit quod offendat, quamcunque rationem ineas, non adeo facile eſt. Inter ceteras tolerabilior ratio haec eſt, quam Burmannus quoque iniit, verbis in hunc modum iungendis: *Hinc ſaepes a limite vicino*, h. agrum vicinum a tuo disterminans, limitaneus (niſi malis *Hinc a limite vicino*, h. e. ab ea parte, qua vicinus limes eſt, vt Oudendorp. ad Suet. Aug. 91 monet, *ſaepes*), *quae ſemper depaſta* eſt *florem ſalicti apibus*, cuius ſalices, e quibus ipſa ſtructa eſt (cf. Georg. II, 434. 435. 436), ſemper depaſcuntur ab apibus (quas epitheto ad ornatum facto *Hyblaeas* a monte Siciliae appellat), *ſuadebit ſaepe*

Digitized by Google

Non inſueta grauis tentabunt pabula fetas; 50
Nec mala vicini pecoris contagia laèdent.
Fortunate ſenex, hic inter flumina nota

50 *paſcua* nonnulli ex antec. pro *fetas*, aut vt vulgo male ſcribitur (eſt enim a feo) *foetas*, nonnulli cum Goth. ſec. *foetus*, vt ſint agni. 51 *Non* Schol. Iuuen. II, 81. *Ne mala — laedant* Charif., male. 52 *intra* Goth. ſec.

to magis ita ſe habere debuit in agris ad Mincium fl. ſitis, cuius et ſtagnatione et frequenti exundatione paludes facile exiſtere poterant; Erant autem Maronis agri a cliuo inde collis ad eum fluvium ſiti, quibus adiacere debuere alii eodem ſitu eademque conditione: Ecl. IX, 7. VI, 12. Ge. III, 14. 15. II, 198. 199. Aen. X, 205. 206. Nunc igitur Meliboeus pergit v. 50 comparare ſuam calamitatem: cum, inquit, a meis agris discedendum mihi ſit: neque ex partu male affectas capellas conueniente pabulo reficere, neque, cum mihi illae, qua ſors dabit, agendae ſint, ſatis cauere iis poſſum, ne in greges contagio, quod *malum* h. noxium dicitur, tactos, aut in infecta ſaepta incidant. Sic etiam in ſqq. iſtius ſortem cum ſua comparat. 50. *grauis — fetas* dixit, vt *fetas* intelligas enixas, partu liberatas, vt ſaepe: vide vel Burm. ad Sammon. c. 13. cf. Geſner. Theſ. h. v. Eo ſenſu *feta vulpes* ap. Horat. III, 27, 4, vt recte Bentleius accipit. *Grauis* h. aegras e partu. *Tentare* de morbis proprie. Ita non neceſſe cum aliis diſtinguere poſt *pabula*, et *graues*, grauidas, *fetas* autem, quae peperere, intelligere, vt Cerda fecit.

52. *Flumina nota* Mincius et Padus; quorum proſpectus ex eo loco eſſe potuit: neſcio ſaltem, an de ſitu horum agrorum, de quibus hic agitur, ſatis conſtet; Mincius, ex lacu Benaco vbi proceſſit, non longe a Mantua lacus fit quinque mille paſſuum, mox aliquantum progreſſus Pado ſe iungit. Iucundus vero ille tractus et bonus paſcuis. v. Georg. II, 198. 199. Ab aliis tamen flumina de campeſtribus riuis iſtius loci accipi video. Sub-

Digitized by Google

Et fontis ſacros frigus captabis opacum.
Hinc, tibi quae ſemper vicino ab limite ſaepes
Hyblaeis apibus florem depaſta ſalicti,

53 *frigus captabis. tentabis* vnus Rottend. 54 *a limite* Ven. *ſaepes* Rom. et Oblong. Pierii: et ſic alibi vetuſtiores. cf. ad v. 34. Haud dubie verſus totusque locus contaminatus: quem ſe non intelligere iam Markland. ad Stat. I Silu. 3, 43 profeſſus eſt; ſuſpectum etiam Burmann. merito habuit. Haeret interpretatio in *quae ſemper*, quod ieiunum, et in defectu verbi in enuntiatione *quae ſaepes*. Burm. tentabat: *Hic tibi quae ſurgit*, vel *ſerpit v.* Multa poſſent alia coniectari: vt *hinc tibi vicino praetenta* (l. *praetexta*) *ab limite ſaepes — Saepe l. f. ſuadebit i. f.*, niſi haec et alia longius recederent. In mſ. Köler. erat: *Hinc tibi vicino q. ſemper ab limite ſepes.* Leniorem medelam eſſe vidi, ſi *Hic, tibi qua* refingeretur; vt ſit: *hic inter flumina nota frigus captabis opacum, hic*, inquam, *tibi qua ſaepes ſuadebit* etc., h. e. qua apes ſuſurro ad ſomnum te inuitabunt. Verbo: ſedes vulneris manifeſta eſt: *Hinc . . . . vicino a limite ſaepes* etc. — Iungunt quoque alii *Hinc tibi, quae.* 55 *ſalicta* Priſc. ed. Putſch. laudat, vitio operarum.

iunguntur ſane *fontes;* durum tamen altera ex parte, in regione intra Padum et Mincium ſita *flumina* ſi memorentur, de riuis potius, quam de illis proprie fluminibus dictis eſſe cogitandum. 53. *Frigus opacum* eſt frigus loci opaci, nemoris vmbrae. Ecl. II, 8.

54. Hunc locum, vti nunc ſe habet, ita expedire, vt nihil ſuperſit quod offendat, quamcunque rationem ineas, non adeo facile eſt. Inter ceteras tolerabilior ratio haec eſt, quam Burmannus quoque iniit, verbis in hunc modum iungendis: *Hinc ſaepes a limite vicino*, h. agrum vicinum a tuo disterminans, limitaneus (niſi malis *Hinc a limite vicino*, h. e. ab ea parte, qua vicinus limes eſt, vt Oudendorp. ad Suet. Aug. 91 monet, *ſaepes), quae ſemper depaſta* eſt *florem ſalicti apibus*, cuius ſalices, e quibus ipſa ſtructa eſt (cf. Georg. II, 434. 435. 436), ſemper depaſcuntur ab apibus (quas epitheto ad ornatum facto *Hyblaeas* a monte Siciliae appellat), *ſuadebit ſaepe*

Digitized by Google

Saepe leui ſomnum ſuadebit inire ſuſurro.
Hinc alta ſub rupe canet frondator ad auras;
Nec tamen interea raucae, tua cura, palumbes,
Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab vlmo.
T. Ante leues ergo paſcentur in aethere cerui,
Et freta deſtituent nudos in litore piſcis:

56 *ſuadebat* Goth. pr. 57 *alte* vnus Heinſ. *ad aures* Parrhaſ. quod refellit Burmann. 58 *rauci* apud Pier. nonnulli. 59 Seru. h. l. laudat: *turtur ceſſabit ab v.* 60 *in aethera* Gud. et duo alii: quartus Moret. pro diuerſa lect. *in aequore*, quod ad iuſtas oppoſitionis leges accommodatius foret; itaque placet Burm. et Trillero Obſſ. Crit. c. 27 et olim Cerdae; malim et ipſe, modo non correctorem redoleret. Recepit nunc Wakefield. 61 *nudo in littore* vnus Ven., deberet ſaltem *nudato*.

tibi ſuſurro leui apum (*παλὸν βομβεῖν* Theocr. dixit I, 107) inire ſomnum. Vltima expreſſit Auſon. Ep. 25, 12 *Hyblaeis apibus ſuepes depaſta ſuſurrat.*

57. *Frondator*, qui vites amputat et vitium folia ſtringit, decerpit. vid. Georg. II, 365 ſeqq. 400. 407. 410. Ecl. II, 70. IX, 60. *ad auras*, vti de *clamore*, eum *exire in auras, tolli ad aethera* etc. conſ. Burm.; alii *ſpirantibus auris et aeſtum leuantibus*; ſubtilius etiam alii. Aliter dicta turris *ſtare ad auras* alte Aen. VI, 554. *ſub rupe* in rupe, accipit Burm. Mox v. 59 *gemere* turturum ac columbarum proprium. v. Cerda. et *aeria ab vlmo*, perpetuo arborum epitheto, vt multi docuere, et Burmannus ad Anthol. lat. pag. 100.

60. *Ante leues ergo*, quaſi dicat: recte vtique haec bona mea enumeras, Meliboee, et propterea grato per totam vitam in patronum meum ero animo; id quod omnino ad pietatem liberti ſpectabat. *Paſcentur in aethere cerui*, pro volabunt, *et maria deſtituent piſces*, h. et piſces in ſicco viuent; itaque *nudos* dixit. Aſſumta autem formula ex antiquo ſermone. v. Herodot. V, 92, 1. cf. inf. ad Ecl. V, 76.

Digitized by Google

Ante, pererratis amborum finibus, exsul
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim:
Quam nostro illius labatur pectore vultus.
M. At nos hinc alii sitientis ibimus Afros;
Pars Scythiam et rapidum Cretae veniemus Oaxem,

63 Ingeniose tentabat Io. Schrader. *Aut Albim Parthis.* Παρθὶς pro Παρθενί. 64 *cultus* coni. vir doctus apud Burmann. 66 al. *Oaxen, Oaxin, Eaxem.* *Oaxes* Cretae fl. nemini memo-

62. *Pererratis amborum finibus,* ad ornatum spectat: ita vt alter alterius fines pererrauerit, ad alterius sedes peruenerit; h. antea Parthi migrabunt in Germaniam, et Germani sedes Parthorum occupabunt; quod, nisi victis et subactis Romanis, fieri non poterat. *Exsul* hic non vrgendum; simpl. apud poetas, qui ad alienas terras proficiscitur. 63. *Aut Ararim Parthus bibet.* Reprehenduntur haec, et merito, tamquam aliena a pastorum memoria, nomina, nimisque longe petita. Sed recessit Virgilius ab antiqua simplicitate in moribus, quos pastoribus suis tribuit. Porro *Germania* et *Arar* sibi respondere debebant; hic vero Galliae fluuius est, qui in Rhodanum se immittit. Defendunt poetam sic, vt dicant, hanc ipsam locorum inscientiam indoctum seruulum non male decere. Verum, populos Gallos et Germanos vulgari sermone fere confundi, satis constat. v. Burmann. h. l., item Ruaeum et Martinum. Et fit hoc eadem fere ratione, qua Tigris, qui Parthorum fines facit, Parthorum fluuius appellatur.

65. *Ibimus Afros,* elisum *in;* quod in epico carmine melius fieret, Homerico more. *alii* et *pars,* pro alii et alii. v. Burm. et alii. Musgrau. ad Eurip. Bacch. 407 *et - et* esse pro *aut - aut* contendit: quod sane fit interdum; etsi Aen. VII, 675 *Homolen Othrynque niualem Linquentes* huc non referam. At h. l. est: et pars veniemus ad Oaxem et pars ad Britannos. 66. *rapidum Cretae*

Digitized by Google

Et penitus toto diuiſos orbe Britannos.
En, vmquam patrios longo poſt tempore finis,

ratus, praeter Vibium Sequeſtrem, forte ex hoc ipſo loco; de vrbe tamen Cretae, *Oaxo*, non dubitatur, forte eadem, quae Axus eſt ap. Herodot. IV, 154, vbi v. Weſſel. p. 348, 53, nunc adde Eckhel Doctr. numor. P. II, p. 305; neque illud ignotum, Cretam *Oeaxida* dictam eſſe. v. Apollon. I, 1131, cuius verſus ab Varrone Atacino expreſſos Seruius recitat. Mirantur porro ſagaciores, cur tam obſcuri nominis fluuius h. l. a paſtore nominetur, neque illud ſatis aſſequuntur, quomodo poſt Africam et Scythiam, quum remotiſſimorum finium terra expectaretur, *Cretae* mentio facta ſit. *Oaxim* itaque iam veteres modo Meſopotamiae modo Scythiae fluvium haberi maluerunt, nulla tamen nominis commemorata auctoritate. Fuere, qui *Araxem* reponi mallent; et ſane apud Claudian. B. Gild. 31 inter *Oaxem* et *Araxem* Codices fluctuant. Poſſit etiam confirmatio huius emendationis e Theocrito peti, vt eum noſter ante oculos habuerit. Is enim, Hieronis laudes *vltra pontum Scythicum et Babylonem* vt extendantur, precatur Idyll. XVI, 99. 100. Eodem itaque modo Virgilius Scythiam et Araxem diuerſarum Orientis regionum fluuium memorare potuit. Verum, etiamſi hoc liceret, vel ſic *rapidus cretae* iungendum eſſet, qui rapit terram albam, radendo littus, h. lutulentus: atque hoc durum. Alii Oxum inferunt nunc a poeta ſine exemplo Oaxum dictum, qui *limum vehit turbidus ſemper* ſecundum Curt. VII, 10. Excuſemus poetam, quem defendere equidem non auſim. Sufficit fluuium huius nominis in inſula Creta eſſe, cuius mentionem hic fieri minus mirabitur, qui, vti *Afros*, ſeu Libyas, et *Scythas*, ſic inſulas ab Italia remotas *Cretam* et *Britanniam* ſibi opponi, obſeruet. Probabile mihi ſit, Maronem ante oculos habuiſſe locum ex antiquiore aliquo poeta, quem nimis docte et loco alieno expreſſit. 67 *Britanos* e libb. notat Ge. Fabric. 68 *En patrios*

veniemus Oaxem; alii adibimus Cretam. De Oaxi Cretae v. Var. Lect. Totus locus alienus a paſtoritii carminis indole; nec modo tragicum quid ſpirat, (Lyricus dixit *vltimos orbis Britannos* I, 35, 29) verum adeo ἀπροσδιόνυσον, quomodo enim paſtores, agro Mantuano eiecti, armenta ſua agentes per Africam et Scythiam errare aut Britanniam et Cretam inſulas adire poterant? Expreſſit tamen locum Nemeſ. Cyneg. 67. 68.

68. *En vnquam* pro vnquamne. inf. Ecl. VIII, 7 *En*

Digitized by Google

Pauperis et tugurI congeſtum ceſpite culmen,
Poſt aliquot, mea regna videns, mirabor ariſtas? 70
Inpius haec tam culta noualia miles habebit?
Barbarus has ſegetes? en, quo discordia ciuis
Produxit miſeros! en, quis conſeuimus agros!

numquam Ven. *En nunquam* vnus Heinſ. 69 *tugurI* v. Pier. 72 Wall. apud Heinſ. diſtinguebat: *Impius — miles habebit Barbarus? has ſegetes?* vt et erat in cod. Franc. 73 *Produxit.* Ita ex Heinſ. et Pierii Codd. edidit Heinſ.; vulgo, *Perduxit*, quod grauis auctoritas Vatic. et Longob. tuetur; quodque nunc repetiit

erit vnquam Ille dies. Illuſtrat Heinſ. ad h. l. Intpp. Liu. XXIV, 14. XXX, 21. 70. Vulgo *ariſtas* de annis exponi notum eſt. In hunc ſenſum iam Claudianus accepiſſe videtur, qui IV Conſ. Honor. 372 *decimas emenſus ariſtas* dixit. Huc etiam Rhiani, χείματά τε τοιάς τε δύω καὶ εἴκοσι πάσας, aduocari poſſunt, ap. Pauſan. IV, 17 extr. Enimuero *mea regna* ſubiiciuntur *patriis finibus* v. 68, ac *tugurio* v. 69, et eosdem agros et poſſeſſiones miſeri Meliboei denotant; haec itaque videns *poſt*, poſthac (ex v. 68 *longo poſt tempore*), h. quando eos aliquando iterum adſpicere mihi contiget, *rarae in illis ariſtae aliquot oculis occurrent? hi tam culti agri (noualia* dixit v. 71 omnino pro agris quibusuis) *per nouos ſuos colonos inculti neglectique iacebunt?* vt Ge. III, 476 *Nunc quoque poſt tanto videat deſertaque regna Paſtorum.* In ſequentibus poeta ſui obliuiſcitur: paſtor de ſegetibus, de ciuibus, de pomorum inſitione, de vinea agit. 71. *Impius*, ſceleratus, nefarius: vtpote in bello ciuili. Etſi omnino perpetuum epitheton eſt: *impia bella. impius haſtis. impius enſis.* vt ſynonyma ſint τοῦ ſaeuus, durus, crudelis. Contra *pius* eſt mitis, humanitatis ſenſum habens. 72. *Barbarus*, Galli, aliique, qui in legionibus Romanorum tum erant. 73. *En quis c.*, quibus, in quorum

Digitized by Google

Inſere nunc, Meliboee, piros, pone ordine vitis.
Ite meae, felix quondam pecus, ite capellae.
Non ego vos poſthac, viridi proiectus in antro,
Dumoſa pendere procul de rupe videbo;
Carmina nulla canam; non, me paſcente, capellae,
Florentem cytiſum et ſalices carpetis amaras.
T. Hic tamen hanc mecum poteras requieſcere noctem
Fronde ſuper viridi; ſunt nobis mitia poma,
Caſtaneae molles, et preſſi copia lactis;

Wakef. Voces hae fere permutantur. Sic inf. Ecl. VI, 60 *perducant* alii *producant*. Eſt tamen *perduxit* id quod proprie hic locum habet; alterum erit pro exquiſitiore habendum. *en quis* vel *queis conſeuimus agros;* ita optimae edd. et codd. At Rom. Cod., quo Pierius vſus erat: *his nos conſueuimus agris*, ſed expuncto primo *v* in *conſueuimus*, corrupte et interpolate. Arreptum tamen hoc a nonnullis: v. Burm. *en quis conſueuimus agris* Zulich. *en quis conſeuimus agris* Gud. 75 *quondam felix* alii ap. Heinſ., et ſic vulgo editum, vsque ad Pulmann. Meliorem ordinem iam Pierius docuerat e ſuis. 77 *Frondoſa* Mediceus Pierii, et Pompon. Sab. *de rupe procul pendere* Parrhaſ. Seru. ad Ecl. IX, 50, et edd. ante Pierium. Quod nunc editur eſt quoque apud Aruſianum Meſſium. 78 *nec me* mſ. Lenguich. *paſtore* vnus Mentel. pro var. l. 79 *amatas* coni. Vlit. ad Gratii Cyneg. 390. 80 *hanc — noctem.* Sic iam inde ab Aldo editum. Occurrit tamen in ſcriptis et edd. *hac — nocte;* ſed illud tuentur Heinſ. Burm. Martin. *poteras* editum iam a Nauger. in Ald. tert. firmauit e Rom. et Medic. Pierius, et ex optimis Heinſ. Alii *poteris*, vt fere Cod. in his temporibus variant. Illud prius elegantius. cf. Ouid. Met. I, 679.

vtilitatem agros coluimus. 74. Ironice dictum accipies. Quid iuuat nunc inſeuiſſe! Siue vt *inſerere* ſit pro plantare, quod ſit pluribus modis: quod contendit Martyn ad Ecl. IX, 50 *Inſere, Daphni, pyros:* ſiue vt ſit de inſitione proprie dicta accipiendum. 76. E Theocrit. I, 116. 117. 79. De *Cytiſo* v. ad Ecl. II, 64.

80. Ex Theocriti XI, 44 ſqq. 82. *Caſtaneae molles*

Digitized by Google

Et iam ſumma procul villarum culmina fumant;
Maioresque cadunt altis de montibus vmbrae.

varie explicantur, vt ſint *maturae*, vel *recentes*, vel *toſtae*; vel de genere quodam, quod echinum ſeu corticem minus durum habet, conf. Cerda. Fit id in primis, ſi amygdalis inſeruntur. Laudant ex Palladio lib. XIV, 155 *Caſtaneamque trucem depulſis cogit echinis Mirari fructus laeuia poma ſui.* Potuit tamen improprie pro *maturis molles* appellare. *Preſſi copia lactis*, h. caſei, quia ſerum e coagulo, ſiue concreta lactis parte exprimitur, et *adiectis* etiam *pro ſoliditate acquirenda ponderibus*, vt Palladius loquitur, *eliquatur*. 83. *Et iam* — nox ingruit. conf. Ecl. II, 67.

Digitized by Google



ECLOGA II

ALEXIS*)

ARGVMENTVM

*Corydon paſtor, Alexidis pueri, qui a communi vtriusque domino amabatur,**) inſano amore quum fureret, miſerum ſui animi affectum hoc carmine exponit. In votis habet, vt ille ruri ſecum habitet. Enumerat copias ſuas et opes ruſticas v.* 20, *ſuam oris ſpeciem* 25, *ſuam artem canendi* 31, *ſua munera puero parata,*

*) *Alexis*, alii, etiam Mediceus, *Poeta, Corydon* ex antiqua narratione apud Seru.; Gud. addit *de amore pueri*. Leid. *Carmen vel micticon; Poeta, Corydon, Ecloga ſecunda*. Voſſ. *Coinon vel Miſton*, forte pro κοινὸν et μισητόν h. impurum et libidinoſum.

**) Si modo recte accipio v. 2. *delicias domini*, vt idem vtrique dominus eſſet. Verius nunc arbitror: Alexin eſſe Iolae puſionem alterius paſtoris; ipſum autem Corydonem hominem ſui iuris, paſtorem gregis ſui: qui adeo bene iactare poterat opes ſuas v. 20 ſq. *Mille meae* —

Digitized by Google

fistulam 36, *et duo capreolos* 40, *tum corollas variorum florum* 45, *mox tamen damnat ipse amorem suum* 58. *Dominus per* Iolae *nomen declaratus esse videtur v.* 57. *Idem Corydon amauerat Amaryllidem, asperam puellam, et Menalcam puerum v.* 14 *sq.* 52. *Etiam in huius Eclogae allegoria retexenda misere se torquent interpretes, quum a Seruio et aliis traditum accepissent, Alexin siue Asinii Pollionis siue Maecenatis puerum fuisse, a Virgilio amatum; quanquam eius rei non satis constans fama fuit; cf. Heins., Martinus ad v.* 1 *et Catroeus. Quae ita secusne sese habeant, scire vtique nihil refert; neque de castis Virgilii moribus disputare h. l. attinet; etsi ille in dilectu talis argumenti morum suorum castitatem parum nobis approbauit. In interpretatione tamen satis est aut tenere, aut statuere, Virgilium ingenii caussa, forte vt Theocritum imitatione exprimeret, haec scripsisse, et exprimi hac Ecloga egregio cum artificio aestum et furias amoris, quo pastor, verna Iolae, nomine Corydon, in Alexin misere exarserat, qui domini amasius erat. Locus autem, in quo ille dolorem animi carmine mitigat, conuenientissimé describitur v.* 3—5; *amant amantes solitudinem siluarum. Siculos in hac Ecloga pastores inducere videtur poeta, v.* 21 Mille meae Siculis errant in montibus agnae. *Quo ipso argutiae allegoriae concidunt; quae plane corruunt, si expressa pleraque ex Theocrito cogites, inprimis ex Idyll. XI. XXIII et III, quae tamen, si cum his compares, multo dulciora esse, vix inficiari possis. Transtulit poeta in Corydonem nonnulla, quae melius de Polyphemo dicta erant, vt illud v.* 25 nuper me in littore vidi. *Inuerso modo Polyphemi amores ad Corydonis exemplum expressit Ouid. Met. XIII,* 776 *sq.* 801 *sq.*

Digitized by Google

Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexin,
Delicias domini; nec, quid ſperaret, habebat.
Tantum inter denſas, vmbroſa cacumina, fagos
Adſidue veniebat; ibi haec incondita ſolus
Montibus et ſiluis ſtudio iactabat inani:
O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas?
Nil noſtri miſerere? mori me denique coges.
Nunc etiam pecudes vmbras et frigora captant;
Nunc viridis etiam occultant ſpineta lacertos;

1 *Formonſum* Rom., de qua ſcriptura v. Pier. *Corydon*, Κορύδων. Male *Coridon* et *Choridon*. *Alexin:* alii *Alexim*. v. Heinſ. hic, et quoties eadem varietas redit, v. c. *Daphnim* et *Daphnin*. prius Heinſ. praefert ex obſeruatione vſus doctioris. Eſt tamen *Daphnin ad aſtra feramus*. cf. ad 15. 26. 73. Tum in cod. Rom. *Corydon paſtor ardebat*. Legerat Eclogam Propert. II, extr. 73. v. Vitam Virgilii 717. 2 *nec quod ſp.* edidit Bruncknius ſine libro: ex vſu Ciceroniano, quod iam maluerat Nodell. Obſſ. Crit. p. 39 et Io. Schrader. 4 Drakenb. ad Sil. Ital. III, 429 malebat *ſolis Montibus*. Sed et *ſolus* ſatis ſe tuetur. v. Burmann. Pro *ibi* Goth. ſec. *vbi;* nec male. 5 Idem hemiſtichium in Ciri 208. 7 *coges* Rom. et Heinſii meliores, et defendunt ex Theocr. ἀπάγξασθαί με ποιήσεις. Sed praeſens, quod et ipſum boni codd. Pierii et aliorum agnoſcunt, maiorem vim habet. v. Cerda, Burmann. 9 *Nunc etiam virides* Ven. ap. Burm. et Goth. ſec.

4. 5. Vid. Theocr. XI, 17. 18. *iactabat*, vt *verba, voces, iacere*, et Ecl. V, 62 *voces iactare ad ſidera*. Nunc ſiluis in montibus conqueritur ſpretum amorem ſuum.

7. Ex Theocr. III, 9. 8-13. In ſummo aeſtiui temporis aeſtu tua veſtigia ſequor. Suauiter e vita ruſtica adumbrata ſunt ſequentia. ad v. 8 cf. Georg. III, 327 ſqq. 9. Ex Theocr. ductum VII, 22 σκῦρος ἐφ' αἱμασιαῖσι καθεύδει, vbi ὑφ' ex h. l. commendabat Valk. Diuerſa tamen αἱμασιὰ ex caementis a ſpinetis; aſſident lacertae maceriis, aut inſident: praeſtat ſaltem ἐν, quod codd. praebent.

Digitized by Google

Theſtylis et rapido feſſis meſſoribus aeſtu
Allia ſerpyllumque herbas contundit olentis:
At mecum raucis, tua dum veſtigia luſtro,

incultant Moret. fragm. *lacertas* idem fragm. Moret. et codd. plures ap. Burm., it. Goth. ſec. 10 *rabido* emend. Clericus, ruſtice a Burmanno exagitatus, quanquam et illud bene dicitur et locum habet. 11 Nonnulli *Alia;* antiquus mos conſonas geminas vna tantum ſcribendi. In talibus haerere nihil attinet. Porro alii *ſerpillum, ſerpullum, ſerpelium;* ſed eſt ἕρπυλλον. quod latine ſcribi debuit *ſerpyllum.* 12 *Ac* Rom. Heinſius malebat diſtin-

10. *rapido aeſtu*, h. vehemente, magno, quia *ſol rapidus* dicitur, ducto vocabulo ab iis, qui *rapido curſu* h. magno et incitato feruntur, adeoque incaleſcunt, feruent. Burmannus, qui h. l. Clericum exagitat, ipſe nimis argute exponit, *aeſtum, qui vires meſſoribus rapit.* Alio modo *flamma rapit*, rapax eſt. 11. *herbas olentes*, ornat epitheton a natura rei ductum, nec definit, bene an male, modo grauiter ac valde. Simile edulium eſſe videtur *moreto*: quod carmine deſcriptum habemus. *Allia* vero *ſerpyllumque* memorantur ſimpliciter, quia talium hominum in illis terris quotidianus cibus erant; nam, quod ideo manducaſſe aiunt, vt odoris grauitate ſerpentes et ſcorpios fugarent (v. Plin. Valer. IV, 37, et Vrſin. in Virg. coll. ad h. l.), id vero, ne ſubtiliter magis, quam vere dictum ſit, vereor. *Serpyllum* eſſe noſtrum *Quendel, Feldkümmel, wilder Thymian*, Martinus ad Georg. IV, 30 docet; dubitant alii, an diuerſum ſit.

12. *Arbuſta reſonant cicadis mecum* h. me cantante, illis vna ſtridentibus. Nam ita *mecum* accipere iubet ratio grammatica, quam hic illuſtrabo. Ge. I, 41 *Ignarosque viae mecum miſeratus agreſtes:* mecum, qui eos miſeror ipſe. Ge. II, 8 *muſto tinge nouo mecum crura*, mecum, qui et ipſe tingo, calco vuas. Aen. I, 675 *Sed magno Aeneae mecum teneatur amore.* mecum, ſimul, vt ego eius amore teneor. Meminiſſe debebam haec, ad locum Aen. IV, 115 expediendum, vbi

Digitized by Google

Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis.
Nonne fuit ſatius, triſtes Amaryllidis iras
Atque ſuperba pati faſtidia? nonne Menalcan?
Quamuis ille niger, quamuis tu candidus eſſes.
O formoſe puer, nimium ne crede colori.
Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

guere: *At me, cum raucis — cicadis, reſonant arbuſta*, vt Ecl. I, 5. 14 *melius* Zulich., ex interpretatione. 15 *Menalcan* a Pierio ex optimis commendatum, a Pulmann. Sommelin. aliis receptum; alii *Menalcam*. In his igitur graec terminatio pro exquiſitiore habita eſt. v. ad vſ. 1.

Iuno ad Venerem: *mecum erit iſte labor:* erit tibi labor hic vna mecum; me vna tecum allaborante. In aliis locis res eſt apertior vt ſtatim inf. vſ. 31 *Mecum vna in ſiluis imitabere Pana canendo*, vna mecum, qui ipſe imitor. Apud Horat. *ſic collige mecum*. Eodem igitur modo h. l. *arbuſta reſonant cicadis mecum*, me canente; reſonant arbuſta et cicadis ſtrepentibus et me vna canente. 15. *nonne Menalcan?* nonne pati ſatius erat Menalcae faſtidia? quod v. ſq. confirmatur. Erat hic colore fuſco vt verna ruri natus.

17. *ne crede*, confide formae. Seruius e Salluſtio laudat: *Virtuti ſatis credebant*. 18. cadunt, decidunt neglecta, adeoque iacent. *vaccinia nigra* eſſe eundem florem cum hyacinthis ferrugineo colore, ſatis conuenit inter viros doctos. v. h. l. Cerda. cf. inf. v. 63. X, 39, coll. Theocr. Idyll. X, 28 Καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐντί, καὶ ἁ γραπτὰ ὑάκινθος. Ge. IV, 183, vbi Martinus *hyacinthum* poetarum *lilium floribus reflexis*, ſiue *Martagon*, forte id genus, quod *Imperial Martagon* appellant, *Türkiſch Bund*, eſſe putat, et eius effigiem appoſuit. Salmaſius ad Solin. pag. 1224 *gladiolum*, nobis *Schwerdlilie*, intelligi contendebat: cauſſas breuiter recenſuit Ruaeus ad Ecl. III, 62. Add. nunc Schreber. ad Theocr. X, 28. Sed de *liguſtris*, Italiae flore, maior dubitatio.

Digitized by Google

Deſpectus tibi ſum, nec, qui ſim, quaeris, Alexi;
Quam diues pecoris, niuei quam lactis abundans.
Mille meae Siculis errant in montibus agnae.
Lac mihi non aeſtate nouum, non frigore deſit.
Canto, quae ſolitus, ſi quando armenta vocabat,

19 *nec, qui ſim:* ita meliores ap. Pier. et Heinſ. conf. ad Ecl. I, 19. Vulgg. cum aliis codd. *quis ſim.* Primum mutatum video in Pulmann. et Commelin. Eſt *qui* mollius et doctius. vid. Heinſ. 20 *niuei* et ad *pecoris* et ad *lactis*, nam vtrumque recte dicitur, referri poteſt. Prius Seru. et Mart., poſterius Heinſ., ſequuntur. In pecore epitheton maiorem vim quam in lacte niueo habet. Si tamen poeticum morem, de quo monui ad I, 35., ſi porro aurem, conſulas, non dubitabis eo modo diſtinguere, quo nunc fecimus. 22 *Hic mihi* Menag. alt. *nec frigore* alii ap. Burm. *deſit* Goth. pr. *Lac mihi non aeſtate, nouum non frigore deſit:* ita diſtinguit Burm. Hieme enim *lac nouum* (v. Ecl. V, 67) ſuppetere, id demum eſſe glorioſum. Atqui ineunte hieme partum edunt oues. Verum, etiamſi poſt *nouum* diſtinguas, repetendum vtique idem voc. in altero membro de hieme. De *coluſtro* vero non accipi poteſt. v. Martin. Locum ante oculos habuit et expreſſit Ouid. Met. XIII, 829. 23 *ſi quanto arm. vocabant* mſ. Barth. Burm. coni. *vacabant*.

v. Martin. ad h. l. Vulgo *troene, Rainweide,* reddunt; alii *conuoluulum maiorem* intelligunt: Plinius arborem appellat. Graecis *Cyprus*. cf. Pompon. Sab. Sufficit, hunc florem, licet pulcrum, negligi, dum hyacinthus, coloris non aeque grati flos, ametur.

19. Ex Theocr. III, 7. et reliqua ex XI, 29 ſqq. 21. *Siculis*. Reuocatur adeo hoc carmen ad paſtores Siculos. v. Argumentum. nec potuit Corydon eſſe verna Iolae; ſed paſtor ſui iuris. 22. Suppetere ſibi per totum annum vaccas ait, quae bonam lactis copiam praebeant, vt quotidie lac recens apponi poſſit. Theocritus pro lacte *caſeum* poſuerat Idyll. XI, 36, etiam hoc ex more harum regionum: vide modo Georg. III, 400. 401.

23. *armenta vocabat*, revocabat, compellebat, vt in-

Digitized by Google

Amphion Dircaeus in Actaeo Aracyntho.

24 Scribitur *Arachinctus*, *Arachintus* etc.; item *Arctheo*, lapsu vario. Item *Dirceus*. At est Διρκαῖος. Pindar. P. 9, 153 Διρκαίων ὑδάτων. Totus versus ex Graeco factus est: Ἀμφίων Διρκαῖος ἐν Ἀκταίῳ Ἀρακύνθῳ, vt adeo manifestum sit poetam Graecum esse expressum.

primis fit vesperi, vt domum pastor gregem reducat. vid. suauem locum Apollon. I, 575 sq. et Cerd. 24. *in Actaeo Aracyntho*. Huius nominis nobilis mons est Acarnaniae siue Aetoliae; v. vel Strab. X, p. 692 A; nam fines harum regionum modo angustius modo latius patuerunt; non longe ab vrbe Pleurone. Ad hunc referenda haec esse contendit Palmerius Graec. ant. IV, 10, docetque eum tractum ἀκτὴν dici apud Homerum, quia Ithacae et Cephalleniae insulis ex aduerso situs est in continente. Amphion tamen in Acarnania fuisse nusquam legitur. Occurrit et huic rei ita, vt partim nos non omnia de hac fabula memorata tenere dicat, partim verba haec: *In Actaeo Aracyntho*, initium carminis noti faciat, vt apud Theocr. Idyll. IV, 31, 32 fieri putat, et vt noster fecit Ecl. V, 86. 87, vtque alii faciunt, v. c. Aristoph. Nub. 964. Alia exempla v. ap. Bentl. ad Horat. I Serm. 3, 7. Et forte ad eundem modum trahendi versus Bionis Idyll. III, (al. VI.) 7. sq., vt argumenta carminum sint, quae poeta Amorem edocuerit. Verum satis contorta est omnis illa Palmerii ratio, et tota Amphionis, qui lyrae cantu Thebas condidit (Horat. Art. 394), fabula ad Boeotiam pertinet; etiam hic *Amphion Dircaeus* a fonte Boeotiae. Tum vero nec deficit Aracynthi montis nomen et memoria in Boeotia: Nam non modo Steph. Byz. Ἀράκυνθος, ὄρος Βοιωτίας, ἀφ' οὗ Ἀθηνᾶ Ἀρακυνθία, et Vibius Sequester id asserunt, add. Lutat. ad Statii Theb. II, 239, et Sext. adu. Grammat. I, 12, p. 270; verum et illustris est Propertii locus III, 13, (al. 16.) 41 *victorque* (vltus matris iniuriam) *canebat Paeana Amphion rupe, Aracynthe, tua.* (ad quem locum miror in Burmanni edit. nihil esse notatum.) Simile quid in Euri-

Digitized by Google

Nec ſum adeo informis: nuper me in litore vidi,
Quum placidum ventis ſtaret mare; non ego Daphnin

25 *Non* Ven. et Parrhaſ., et in nonnullis deeſt *in*. 26 *Dum placitum* quatuor ap. Burm. *Daphnin* multi Pieriani et Rufinian.

pidis Antiope lectum fuiſſe de Amphione, colligebat ex Probo Valkenarius Diatribe pag. 66. 67. Probi verba ſunt: *Amphionem et Zethum Euripides, Iouis ex Antiopa Nyctei filia natos, ait cantando potuiſſe armenta vocare.* Si recte haec a Probo ſcripta ſunt, firmatur inde lectio Codicis in Propert. l. c. *Prata cruentantur: Zethus victorque canebat P.* vt ſit *Zethus victorque Amphion* docte pro *Zethus Amphionque victores.* Nam frigent *Prata Zethi*, durum eſt *Prata cruentantur Zetho*; et, quae alii coniectant, *Prata cruentantur late*, vel quae coniectari poſſint, v. c. *laetus victorque c.*, lubrica ſunt. Quod tandem Aracynthus *Actaeus* vocatur, puta eo ſpectare, quod mons ille fuit in finibus Boeotiae et Atticae, vnde *Actaeus*; omnis enim Attica *Actaea* dicitur, h. e. littoralis, ab *acte*, quae pro *littore* dicitur. Sextus l. l. Ἀράκυνθος τῆς Ἀττικῆς ἐστιν ὄρος. Add. Barth. ad Stat. II Theb. 239 *Illa* (Diana) *ſuas Cyntho comites agat, haec* (Pallas) *Aracyntho.* Copioſi ad h. l. Cerda et Martinus.

25. E Theocr. VI, 34 ſqq. Verum in eo commode haec de Cyclope dici poterant; non aeque nunc de paſtore, qui melius fonte, riuo, amni, pro ſpeculo vtitur. At Seruius omnino negat mare vnquam eſſe ſatis tranquillum, vt imaginem reddat. Videtur is de alto cogitaſſe; nam ad littus maris facies ſatis tranquilla et pellucida eſſe poteſt: conf. Cerda et Burm. Sernio tamen obtemperarunt alii, in his Alb. Gentilis, qui de lacu Mantuano accipere maluit, vt Aen. I, 244 mare de Timauo. *Quum placidum ventis ſtaret mare*, h. a ventis, per ventos. v.

Digitized by Google

Iudice te metuam, ſi numquam fallat imago.
O tantum libeat mecum tibi ſordida rura
Atque humilis habitare caſas, et figere ceruos,
Haedorumque gregem viridi conpellere hibiſco! 30

cum pluribus Burm. Si *Menalcan* ſcribas, debuit et *Daphnin* ſcribi cum Pulmann. Commel. Conf. Heinſ. ad v. 73. Conficitur res ex V, 52 *Daphnin ad aſtra feramus.* Itaque *Daphnim* expunxi. *Daphni* Rufinian. p. 272, quod ornari poſſet, ſi tanti eſſet. 27 *fallat* meliores Pier. et Heinſ.; et ſic elegantior ſermo ferre putatur pro vulgari vſu *fallit*, quod erat ante Heinſ. vulgatum. Mentel. pr. et Ven. *fallet.* 28 *O libeat tantum* duo Burm.

inf. Ge. IV, 484. cf. Tibull. IV, 1, 126. Explicat Seneca Quaeſt. nat. V pr. *Itaque ſi legeris:* Quum placidum ventis ſtaret mare, *ſcito illud non ſtare, ſed leuiter ſuccuti, et dici tranquillum, quia nec huc nec illuc impetum capiat.* Eſt hoc philoſophi argutantis. Quantopere Taſſus, dum eandem rem in *Amynta* ornare vellet, a rerum natura receſſerit, docuere viri docti.

28. *O tantum libeat*, vt Theocr. XI, 65. *ſordida rura*, h. l. non in vitium dictum, ſed pro vilis, pauper. Seruius *tibi ſordida* iungit, quae tibi ſordent. 29. *figere ceruos*, ſi ferae ſunt, telo, iaculo, Georg. I, 308. Aen. V, 516. VI, 803 cf. Burm. h. l. Venationis tamen ſtudium a vita paſtorum alienum eſſe videtur. Praeſtat hactenus alterum, quod Seruius habet: „aut furcas, quae figuntur ad caſae ſuſtentationem: quae dictae ſunt cerui, ad ſimilitudinem cornuum ceruinorum.“ et praeceſſerat mentio caſae; niſi alia ex parte id parum opportune commemoratur inter cetera ad vitae ruſticae commendationem. Probarunt tamen hoc Lipſ. et Duker. in Specim. Not. ad Seru. To. I Virg. Burm. In re militari obuia eſt vox, v. ad Tibull. IV, 1, 84 et Intpp. ad Liu. XLIV, 10. In vita communi aut paſtoritia vox non aeque occurrit, et omnino poeta non ſatis caute dilogiam intulit: dum *figere ceruos* dixit. 30. *hibiſco.* Hibiſcus e maluarum agreſtium genere eſſe creditur, Graecorum

Digitized by Google

Mecum vna in ſiluis imitabere Pana canendo.
Pan primus calamos cera coniungere pluris
Inſtituit; Pan curat ouis ouiumque magiſtros.
Nec te poeniteat calamo triuiſſe labellum:
Haec eadem vt ſciret, quid non faciebat Amyntas? 35
Eſt mihi disparibus ſeptem conpacta cicutis

31 *Meque vna* fragm. Moret. Deeſt verſus in Zulich. 32 *primum* Rom. et Goth. ſec. *cerae* Leid. Locum multi expreſſere vna cum VIII, 24. vt Ouid. Met. XI, 154. cf. Tibull. II, 5, 31. 32. Ita quoque mox 40 ſq. expreſſi ap. Ouid. Met. XIII, 834 ſq. 33 *miniſtros* Franc.

althaea: etſi, quae de ea diſputantur a viris doctis, parum certa ſunt. vid. Martin. Iam h. l. duplici modo eius notio conſtituitur: aut cum Seruio, vt ſit, *ad hibiſcum*, tamquam ad herbam pabularem: quod ex vſu loquendi bene fieret; aut vt hibiſci caulis et virga intelligenda ſit, qua paſtor vtitur ad compellendum gregem. Haud diffiteor mihi nunc praeferendum videri prius illud; eſt enim *hibiſcus* pabuli genus et planta eſculenta: Calpurn. Ecl. IV, 32 *viridique famem ſolarer hibiſco.* 33. *Ouium magiſtri* ſunt paſtores, οἰοπόλοι. vt Ecl. III, 101 *Idem amor exitio pecori pecorisque magiſtro,* et alibi. Sic *gregis magiſter* Tibull. II, 5, 35 *pecori pecorisque magiſtris* Ouid. Faſt. IV, 747 et ſic ſaepe.

34. *Nec te poeniteat,* pigeat, moleſtum videatur aut parum te dignum. cf. Tibull. I, 4, 47. 35. *quid non faciebat* omnia feciſſet, nihil intentatum relinquens. Nota formula. Corydon igitur cantu fiſtulae excellebat: eiusque artis aemulus erat Amyntas. 36. *cicutis* pro cannis. Ecl. V, 85. Expreſſa quidem haec a multis, ſatis ingenioſe tamen ab vno Popio *Paſtor.* II, 39, ſi expendas ac compares verſus 43. 44.

Digitized by Google

Fiſtula, Damoetas dono mihi quam dedit olim,
Et dixit moriens: te nunc habet iſta ſecundum:
Dixit Damoetas; inuidit ſtultus Amyntas.
Praeterea duo, nec tuta mihi valle reperti,
Capreoli, ſparſis etiam nunc pellibus albo,
Bina die ſiccant ouis vbera; quos tibi ſeruo.
Iam pridem a me illos abducere Theſtylis orat;
Et faciet; quoniam ſordent tibi munera noſtra.
Huc ades, o formoſe puer: tibi lilia plenis
Ecce ferunt Nymphae calathis; tibi candida Nais,

41 Pierii Vatic. votuſtiſſimus diſtinguebat: *ſparſis etiam nunc pellibus. ambo Bina die ſiccant. ambo Bina die ſiccant* Goth. pr. Sic et in nonnullis Heinſ. Sed *ambo* otioſum, poſt *duo.* vid. Burm. 42 *quod* Rom. 43 *ipſos a me* Rottend. *a me vllos* Leid. Schrader. coni. *optat.*

40. E. Theocr. XI, 40 ſq. III, 34 ſq. *nec tuta mihi valle reperti*, commendat donum a difficultate; periculo a feris contemto capreas has ſilueſtres ceperat. conf. Ouid. Met. XIII, 834 ſq., quo toto loco hanc Eclogam ante oculos habuit. Ouem praebere vbera capreolis, exemplo non caret. 41. *ſparſis pellibus albo*, vt maculae fuerint albae. Ducta res e Theocr. XI, 41, vbi vid. disputantes Intpp. *etiam nunc* vero, quia acceſſu temporis mutant colorem, ait Seruius, ex albo in pallidum an liuidum. Niſi, durius quidem, ad *ſiccant* referas; etiamnum lactent. 42. *die*, quotidie Ecl. III, 34. Aen. XI, 397. 44. *Et faciet*, abducet; ex Theocr. III, 36. Ad 45 ſq. cf. XI, 47. 56. 57.

46. *ferunt Nymphae.* Repente a vita vera et communi aberrat poeta et transit in vitam mythicam et poeticam; quod vix bene fit: Inopinato enim in vitam vulgarem inducuntur deae, Nymphae et Naides. Forte tamen non nimium in hoc argutandum; ita enim loqui et deos deasque agreſtes luſibus paſtorum intereſſe dicere, genus carminis bucolici

Digitized by Google

Pallentis violas et ſumma papauera carpens,
Narciſſum et florem iungit bene olentis anethi;
Tum, caſia atque aliis intexens ſuauibus herbis,
Mollia luteola pingit vaccinia caltha. 50

47 *Palantes* Leid. a m. pr. 48 *bene iungit* fragm. Moret. *acanthi* coni. Schrader. An bene oleat acanthus, ignoro. 49 *Cum caſia* Ven. et Parrhaſ. *Tunc* multi. 50 *Pingula l.* Nonius

forte fert. Splendidi autem hi verſus 46—55. 47. *Pallentis violas*, ſunt noſtrae violae flauae, *gelbe Violen*, vid. Martin. ad h. l., inter vernos flores numerandae; λευκόϊον ſ. albam violam, flore ſiue albo ſiue flauo ſiue purpureo, vocant veteres. *Pallens* vero pro flauo; ſi corpora hominum calidiore in plaga viuentium reputes, quae, cum pallent, ſubflaueſcunt. *Papauera* ſunt ex genere ſilueſtri, flore rufo, quod in aruis cum hordeo maxime naſcitur. Plin. XIX, 9. vid. Martin. h. l. et ad Ge. I, 78. *Narciſſus* ex eo vtique genere eſt, quod nos ita appellamus. v. eund. ad Ge. IV, 122. Schreber. ad Theocr. I, 133 cum Linnaeo conſentit, qui *Narciſſum poeticum* edidit. (Quae autem Iulius Sabinus h. l. habet de Narciſſo, coronis Erinnyum deſtinato, petita ſunt ex Schol. Sophocl. Oed. Col. 681.) *Anethum* noſtrum *Tille*, ſ. *Dille*, *dill*, *anet*, eſſe putatur, quod et in noſtris hortis viſitur, flore flauo. ἄνηθον etiam Theocritus cum roſis et violis iungit VII, 63: Dubites tamen de alio loco Idyll. XV, 119. Cum maluis et apio iungit τό τ' εὐθαλὲς οὖλον ἄνηθον Moſchus Idyll. III, 101. 49. *Caſia* a Plinio inter herbas ac flores recenſetur coronarios, et inter eos, quos circa aluearia ſerere iubet. Vulgo *lauendulam* noſtram eſſe putant. vid. Cerda ad Ge. IV, 30, p. 480. Sed Martinus, comparatis inter ſe Plinio, Dioſcoride ac Theophraſto, docet, *Caſiam* hanc eſſe *cneoron* Graecorum, ſ. *Thymelaeam lini folio*, *quae grana cnidia* fert. v. Martin. ad Ge. II, 213. 50. *pingit vaccinia*, variat, *caltha*, tamquam flore diverſi coloris, *intexens herbis* n. violas et reliqua.

Digitized by Google

Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala,
Caſtaneasque nuces, mea quas Amaryllis amabat.
Addam cerea pruna; honos erit huic quoque pomo;

Marcellus in *caltula.* 53 *poma* Ven.; porro *et* ante *honos* in vulgg. edd. et in nonnullis libris ad euitandum hiatum; male. vid. Pier. Heinſ. h. l., qui primus eiecit, et ad Ge. I, 4, 221. Waſium de Senar. c. 4. Ad Graecorum imitationem, quibus aſpiratio ſonum conſonae ſimilem reddebat, *v* vel. *w*, *f.* poeta et hoc accommodauit, eſt quoque hiatus in caeſura, ſententia ſubſiſtente.

Aen. VII, 488 *ceruum Mollibus intexens ornabat cornua ſertis. Caltha* vulgo noſtra *Ringelblum, marggold, ſoucy,* habetur. vid. Cerda, quamquam de eo adhuc dubitat Martin. ad h. l. De *vacciniis* vid. ad v. 18. *mollia,* tenera, vt Ecl. V, 38 *mollis viola,* VI, 53 *mollis hyacinthus* et vt noſtrum *ſanft.*

51. *cana legam tenera lanugine mala. χνοάοντα.* Intelligunt vulgo mala cydonia, ſ. cotonea, nobis *Quitten,* quae cana lana ſ. lanugine obduci ſatis conſtat. Quum tamen ea palato puellae parum grata fuiſſe videri poſſint (oblitus erat vir doctiſſimus, h. l. de re coronaria agi, ad quam referuntur quoque calathi floribus et pomis nucibusque ſcite ornati), coniicit Martinus ſignificari a poeta *praecocia,* ſ. noſtra *Apricoſen.* Sed vulgatae interpretatio confirmari etiam poteſt ex Alcimi Epigrammate Antholog. Burm. T. I, n. 211, quod ex h. l. expreſſum, vbi *haec mala* redduntur *velleribus hirſuta cydonia canis.* Calpurn. Ecl. II, 90. 91 *vt in arbore ſaepe notaui Cerea ſub tenui lucere cydonia lana.* cf. Martial. X, 42 aliosque a viris doctis ad vtrumque locum laudatos. 52. Reſpicit hunc verſum Ouid. Art. II, 267. III, 183. 53. *cerea pruna,* ſiue ſaua, ſiue matura; hoc ſenſu dictum illud Alcmanis, quod h. l. laudat Fabric., *κηρίνην ὀπώραν,* illo videtur accipere Ouid. Met. XIII, 818 *prunaque, non ſolum nigro liuentia ſucco; Verum etiam generoſa nouasque imitantia ceras.* Memorantur quoque cerea pruna in Copa 18. Alia loca Cerda laudat. cf. Intpp. ad Horat. I Carm. 13 *cerea*

Digitized by Google

Et vos, o lauri, carpam, et te, proxima myrte:
Sic poſitae quoniam ſuauis miſcetis odores. 55
Ruſticus es, Corydon; nec munera curat Alexis;
Nec, ſi muneribus certes, concedat Iollas.
Heu, heu, quid volui miſero mihi! floribus auſtrum
Perditus, et liquidis inmiſi fontibus apros.

56 *eſt* Rom. 57 *certet* idem, et *concedat*, quod praeſtantiores Heinſii tuentur; idque editum inde ab Aldd. At Pierius editum laudat *concedet*, ſicque multi codd. *concedit* pr. Moret. *Iollas* in plerisque: quod metrica ratio requirit. *Iolla* Rottend. ſec., vt Ecl. III, 79. Eſt Ἰόλη. Ἰόλαος. Ἰόλας. 58 *Heu! heu!* Rom. et alii vetuſtiores: itaque recepit Burm.; vulgo editur et ſcribitur *Eheu*, vt et apud alios. v. h. l. Muſon. et Burm. 59 *Inmiſit* Parrhaſ. *Perditos* Rom. ex antiquo vſu. v. Pier. *Proditus* quart. Moret. *Perditis* Lutat. ad Stat.; at ſatis notum, *perditus* pro miſer, vt, amore.

Telephi brachia. 54. *proxima myrte*, quae in calatho proxima laureis frondibus ponetur; et iunguntur fere. v. Horat. Od. III, 4, 19. v. h. l. Burm. *Laurus* vero non eſt accipienda de eo genere, quae accuratius *lauroceraſus* dicitur, et verſus finem ſaeculi XVI ex Trapezunte et Conſtantinopoli ad has terras allata fuit, ſed de ea lauro, quae in ſiluis et ſaepibus paſſim per Italiam viſitur. Ceterum imaginem huius *ſertì floreì* expreſſam dedit Martinus ad h. l.

56. *Ruſticus es*, ſtultus; niſi poeta exprimere voluit Theocr. XX, 3 Βωκόλος ὢν ἐθέλεις με κύσαι τὰλάν; quod tamen paullo argutius eſſet dictum. *Iolas*, dominus Corydonis et pueri huius delicati. Fluctuat autem in ſqq. et iactatur variis curis animus miſeri amantis ab alio ad aliud abreptus.

58. 59. Ita intelligo: me miſerum! qui munerum mentionem feci, quibus te expugnare et mihi conciliare vellem; quam meae cauſſae male ipſe conſului, quum, vt munerum rationem habeas, te horter; habes enim herum tuum, amatorem, qui multo maioribus te corrumpere poſſit. *Perditus*, n. amore, amens. Ecl. VI, 88.

Digitized by Google

Quem fugis, ah demens? habitarunt di quoque ſiluas,
Dardaniusque Paris. Pallas, quas condidit, arces
Ipſa colat: nobis placeant ante omnia ſiluae.
Torua leaena lupum ſequitur; lupus ipſe capellam;
Florentem cytiſum ſequitur laſciua capella;

60 *Quam f.* Menag. ſec. *a, ah, ha, o* alii, vt fere in libris variatur ſcriptura. 61 *quae condidit* Pier. ex Rom. vt ſit ipſa illa dea, quae condidit arces. 62 *colit* duo Burm. *colant* Rom. 63 *capellas* Rom. 64 Hic verſus abeſt a Ven. et Rottend.

60. *habitarunt di quoque ſiluas.* Notum exemplum Phoebi. Ouid. Art. II, 239. Tibull. II, 3, 11. Paris autem inter paſtores adoleuit. Pallas vero πολιὰς, πολιοῦχος, ἀκραία ſatis nota. v. Spanhem. ad Callim. Lau. Pall. 53. cf. Cerda. Enimuero quid eſt, *quas condidit?* An plures arces, ἀκροπόλεις, Mineruam condidiſſe conſtat? Scilicet reuocanda res ad ſolas Athenas: habitet Athene ſuas Athenas, quarum tutela illa eſt. Etiam haec paullo doctiora, quam pro paſtorum ingenio, videri debent; monuit quoque Klotzius Opuſc. pag. 285. Ornauit haec Popius *Paſtor.* II, 59 ſqq.

63. Ex Theocr. X, 30, quo loco, quidquid Grammatici pro Virgilio dicunt, multo commodius et elegantius poſitum eſt. Hic Corydon inter alias animi aeſtuantis curas ardoris ſui incredibilem vim et impetum ſiue exponere ſiue excuſare putandus eſt. *Torua* eſt truculenta, ipſo adſpectu terribilis, βλοσυρά. *Sequi* autem non vno ſenſu ponitur; alio enim modo Corydon Alexin ſequitur, quam leo lupum. 64. *Cytiſus* fruticis genus, rhamno ſimilis, colore albicante, ramis fere cubitalibus, iucundo foliorum odore et ſapore, apibus et capris gratum. Noſtrorum *Cytiſus Marantae.* Plin. XIII, 24. v. Martin. Ge. II, 431. Audio tamen etiamnum fruſtra hoc aſſeri; nec conſtare, qui cytiſus veterum ſit. Certe e XVII ſpeciebus in Linn. ed. Murray p. 666 nulla conuenit; eſſe forte medicaginis arboreſcentis genus ſuſpicantur artis periti. Verum ad veteres poetas haec ſunt ἀκροςδιόνυσα. 65. *trahit*

Digitized by Google

Te Corydon, o Alexi; trahit sua quemque voluptas.
Adspice, aratra iugo referunt suspensa iuuenci,
Et sol crescentis decedens duplicat vmbras:
Me tamen vrit amor; quis enim modus adsit amori?
Ah Corydon, Corydon, quae te dementia cepit!
Semiputata tibi frondosa vitis in vlmo est.
Quin tu aliquid saltem, potius quorum indiget vsus,
Viminibus mollique paras detexere iunco.

66 *iugo vt referant* Leid. et alii quidam. Sic Ecl. IV, 52. V, 6. Aen. X, 20 et al. v. Burm. *Aspice, vt* Goth. pr., paullo insciticius; idem *referant*. 67 *descendens* pr. Ed. et Vossian. a pr. m. *discedens* Pier. ex nonnullis, sollenni laptu. 69 *O Corydon*. In aliis *a. ah*. v. Pier. 70 *tibi est f. vitis in vlmo* vnus Reinf. Iunius Philargyrius laudat e Varo anapaestos: *Et frondosam semiputatam queritur vitem*. 71 *potior quorum indiget vsus* elegans est emendatio Marklandi ad Stati Silu. p. 341. Sed μᾶλλον etiam in Theocr. loco XI, 74. 72 *para* tres Burm.

sua q. voluptas, amor, libido. vide Burm. Theocr. X, 31, vnde haec conuersa, ἐγὼ δ' ἐπὶ τὶν μεμάχημαι. cf. Martin. ad Ge. III, 130. 66. *aratra* ex *iugo suspensa*, inuerso vomere, vt solum verrant, protracta. Horat. Epod. II, 63 *videre fessos vomerem inversum boues collo trahentes languido*. Color horum versuum petitus ex Theocr. II, 38. 39. Graecis vna voce est βουλυτός. 67. Ecl. I, 84 *Maioresque cadunt altis de montibus vmbrae*. 68. Theocr. VII, 56. θερμὸς γὰρ ἔρως αὐτῶ με καταίθει.

69. Ex eodem XI, 72 sq. et epice in Aen. V, 465 *Infelix, quae tanta animum dementia cepit!* Obiurgat se ipsum, quod amori indulgens curam operis rustici negligit; debuerat dudum vites et vlmos amputare et opus inchoatum et omissum absoluere. Itaque v. 70. 71 subiicit *Semiputata tibi f.* cf. ad Ecl. I, 57, et Georg. II, 410. Seruius ad h. l. superstitionem veterum commemorat, *in sacris dici furore corripi eum, qui sacrificauerit de vino, quod est de vitibus imputatis;* atque talis lex inter Numae leges memoratur: *Diis ex*

Digitized by Google

Inuenies alium, ſi te hic faſtidit, Alexin.

73 *hic* abeſt a Rottend. ſec. *faſtidat* Rom. *Alexin* Heinſ. repoſuit e melioribus, in quibus *Alexin* et *Alexim*, vulgo *ſi te hic faſtidit Alexis*, quod et ipſum bene ſe habet.

imputata vite ne libanto. Cuius opinionis ad acuendam ruſticorum induſtriam ſumma vis eſſe debuit. Amputantur autem vites bis in anno, primum aeſtate, deinde poſt Idus Octobres, vt maturitatem capere fructus et ſole coqui poſſint. Colum. V, 5 *Pampinandi autem modus is erit, vt opacis locis humidisque ac frigidis aeſtate vitis nudetur, foliaque palmitibus detrahantur, vt maturitatem fructus capere poſſit, et ne ſitu putreſcat.* De altera hac amputatione accipiendus locus Theocriti VII, 134, quod apparet, ſi conferas ib. vſſ. 24. 25. Idem in arboribus fieri neceſſe eſt, quibus vites ſe adiungunt, et ſuſtinentur, ne aemula vmbra viti noceat. Mart. h. l. 71. *quorum indiget vſus*, quae ad vſum vitae ruſticae neceſſaria; ſcil. vas aliquod, vel calathum. *detexere iunco* cf. Tibull. II, 3, 15. *mollis*, flexilis, ὑγρός.

Digitized by Google

ECLOGA III

PALAEMON

ARGVMENTVM

***Disceptant** hoc carmine alternis verſibus duo paſtores, Damoetas mercenarius, Aegonis oues paſcens, et Menalcas, puerili aetate (v. 33) conſtitutus, et puerili petulantia alterum laceſſens: cuius carminis,* amoebaeum *illud dicitur, ea lex eſt, vt is, qui reſpondet, iisdem verſibus ac numeris aut contrarium aut maius et pulcrius aliquod dicat, aut vlla alia ratione ſimile quid ſubiiciat. Neque ex eodem omnia argumento neceſſe eſt eſſe petita, ſed a variis ac diverſis plane rebus arceſſita; cuius quidem rei bene memores eſſe debemus, ne argutemur in conſtituendo ſententiarum ordine et nexu. Etiam noſtro tempore eius generis carmina apud Italos in pretio haberi, et*

Digitized by Google

laudari poetas Improviſatori, *nota res eſt (cf. Spencius, Anglus elegantiſſimus, Ecl. VII pr.) Occaſio huius certaminis parum feliciter a conuiciis mutuis et probris, quibus ſe inuicem laceſſunt, petitur, in quibus non modo honeſti et decori nulla ratio habita, verum ne id quidem, quod poetae nomen et naturam efficit, ſpectatum eſt, vt non niſi gratae et iucundae res exhiberentur. Vitae et moribus huius generis hominum conuicia iſta haud eſſe inſolita, nemo dubitet; verum poeta, ſi ingenio et carmine recte vtitur, nunquam ad ſordida et flagitioſa, turpia ac foeda, carmine exprimenda ſe demittet: multo minus, ſi carmina* virginibus puerisque *cantare ſe meminerit. Nec omnino inuenti magna laus eſſe poteſt, non modo in ſumma carminis; eſt enim petitum argumentum ex Theocrito Idyll. IV et V; verum et in ſingulis verſibus paſtorum ſibi reſpondentium: nihil enim in illis eſt, quod naturali aliquo ſententiarum ordine vinctum vim ad animum habeat. Singula diſticha ſunt ſingula carmina; ſcopae ſolutae. De tempore huius carminis v. Vita Virgil. a.* 711. *cf.* 709. *Agitur res inter paſcua et greges per agros gramen carpentes. cf. v.* 55.

MENALCAS. DAMOETAS. PALAEMON

M. Dic mihi, Damoeta, cuium pecus? an Meliboei?

D. Non; verum Aegonis: nuper mihi tradidit Aegon.

1 *atn' M.* vnus Leid.

1. Ex Theocrit. IV, 1 ſq. addebat Virgiliomaſtix, vt *cuium* iam deſueta vox Pſeudo Donatus §. 61 memorat; *ſic rure loquuntur,* morat.

Digitized by Google

M. Infelix o ſemper, oues, pecus! ipſe Neaeram
Dum fouet, ac, ne me ſibi praeferat illa, veretur,
Hic alienus oues cuſtos bis mulget in hora:
Et ſucus pecori, et lac ſubducitur agnis.
D. Parcius iſta viris tamen obiicienda memento.
Nouimus et qui te, transuerſa tuentibus hircis:

3 *oues* iam Ald. ſec., Steph. et aliae, firmauitque Heinſ. ex Pier. Rom. Oblong. aliisque Codd. *ouis* vulgo, quod ſecundo caſu capiebant; at ſi eſt quartus caſus, facile admittes. 4 *ille veretur* Leid. Seruii. Sic et Rom. 5 *Hicc' alienus.* Sic Marius Victorin. in Grammat. monet legendum. Scilicet vbique ante vocalem ita erit ſcribendum; enimuero iam vbique conuentum eſt in hoc, vt *Hic* producta ſyllaba ſit pro hicce. *ouis* vett. edd., Marius Victorinus et potiores ſcripti cum edd., ſed iam Aldd. *oueis;* tum *mulgit* Mentel. 6 *ſucus* vbique antiquiores: recte a ſugendo. 7 *Parcius: iſta,* ita diſtinguunt Codd. nonnulli et Seruius: atqui ſic eſſe debebat: *iſta viris te obiicere memineris.* 8 *hirquis* Grammatici et pars codd., ſiue vt ſit pro *hircis,* diuerſa ſcriptura, ſiue vt ſint ἕλλοι, oculorum anguli. v. Pier. Sed vid. Not. Apud Ouid. Faſt. I, 283 Ianus *attollens oculos diuerſa tuentes* legitur.

4. Dum ipſe Aegon Neaerae aſſidet, hic mercede conductus gregem eius perdit, Fere vt ap. Homer. Od. ρ, 246 ἀλαλήμενος αἰὲν Ἀστυ κάτ' · αὐτὰρ μῆλα κακοὶ φθείρουσι νομῆες.

7. *Parcius iſta viris.* Conuicium conuicio opponit Damoetas, et Menalcae infamiam pathicae libidinis exprobrat. Dicit itaque, etiamſi haec iure exprobrari mihi poſſent, at iſta tamen conuicia certe non homo mollis, effeminatus et turpis, iis facere debebat, qui ſunt puris moribus, h. mihi; vt apud Suet. Veſp. cap. 13 Veſpaſianus notae impudicitiae homini reſpondet; *Ego tamen vir ſum.*

8. *Nouimus et qui te* ſcil. corruperit. Non me latet, te inter greges, hircis intuentibus, et in ipſo ſacello Nympharum turpi libidine pollutum eſſe. *hircos* ſ. *hirquos* multi ex interpolato Seruio de angulis oculorum accipiunt, h. oculis prae libidine in angulos reductis. Sed

Digitized by Google

Et quo, sed faciles Nymphae risere, sacello.
M. Tum, credo, quum me arbustum videre Miconis 10
Atque mala vitis incidere falce nouellas.
D. Aut hic ad veteres fagos, quum Daphnidis arcum

10 *Miconis* nunc scripsi e Theocrito hoc ipso loco, quem expressit: Μίκωνος Idyll. V, 112. Vulgo *Myconis*. 12 *Daphnidos* Valer. Prob. in Arte Grammat. agnoscit.

hoc inter argutias interpretum harum Eclogarum referendum; idque manifestum sit, si quis Theocrit. V, 41. 42, vnde haec expressa, et Plinii locum (qui in nostro Plinio non occurrit), a Servio laudatum, comparet. *sed faciles Nymphae risere* n. sacrilegum hoc facinus, cum alii dii seueriores id grauiter vlturi fuissent. Potest itaque *faciles* hactenus ad lasciuiam Nympharum referri, quae caussa huius facilitatis erat: quae proprie in iniuria ferenda, h. l. e violata religione, spectatur.

10. 11. Aliud Menalcas Damoetae exprobrat flagitium malitiae in Miconem, corrumpenda eius vinea. Tum, credo, hoc factum, cum Nymphae viderunt me etc. Noto ironiae genere de se praedicat flagitium alterius. Imitatus est hoc, vt solent homines digna indigna imitari, Calpurnius VI, 84 sq. *mala falce*, obtusa, rubigine exesa, qualis falx ramis et vitibus tanto magis nocet. Ita exponit Burm., docte vtique, vt tamen nihil huic loco inest, quod ad istam argutam rationem ferat. Damoetam furtim per malitiam vites incidisse ac corrupisse sufficit. Accipiamus itaque simpl. *malam*, nociuam, perniciosam. Tibull. III, 5, 20 *Et modo nata mala vellere poma manu. arbustum* potest esse synonymum *vitium*, vt Georg. II, 416 *Iam vinctae vites, iam falcem arbusta reponunt.* Nec tamen necesse; cum vites sint satae inter arbores iisque iunctae.

12. Recriminatur hic, simileque eius, quo se petitum videbat, malitiae et in-

Fregiſti et calamos: quae tu, peruerſe Menalca,
Et, quum vidiſti puero donata, dolebas;
Et, ſi non aliqua nocuiſſes, mortuus eſſes.
M. Quid domini faciant, audent quum talia fures!
Non ego te vidi Damonis, peſſime, caprum
Excipere inſidiis, multum latrante Lyciſca?
Et quum clamarem: Quo nunc ſe proripit ille?
Tityre, coge pecus; tu poſt carecta latebas.
D. An mihi cantando victus non redderet ille,
Quem mea carminibus meruiſſet fiſtula, caprum?

15 *aliquid* Ven. et Parrhaſ. *aliquem* Rottend. alter. *ex aliqua* Voſſ. 16 *faciant* Heinſ. ex optimis codd. etiam Pierianis iterum reuocauit; ediderat iam idem Nauger. in Ald. tert. Vulgo *facient*. *facerent* vnus Moreti. *Quid facient domini, audent* Scalig. et Gifan., euitandi ingrati ſoni cauſſa. 17 *Nonne ego* Menag. et Goth. pr.; idem mox *carrecta*. 19 *Et dum* multi.

vidiae flagitium obiicit Menalcae. *quae donata* v. 13, ſc. *arcum* et *calamos*. Arcus non alienus a paſtorum vita ad defendendos greges a feris.

16. *fures*, ſerui, ex oppoſ. *domini* et vetere interpretatione Seruii; cum nunc ille mercenarius paſtor conuiciari audeat. Vſum vocis in vulgari ſermone arguunt Comici, qui fures pro ſeruis improbis, ac de ſceleſta plebe adhibent. 20. *Tityre, coge pecus*, quod diſperſum vago diſcurſu palabatur; tacite vero eo ipſo indicabat, furem adeſſe, qui caprum ex grege dolo interciperet. *Tityrum* vero Damonis ſeruum intelligere debemus, aut eum certe, qui eius pecus paſceret. *Carex* apud Catull. cum *iunco*, apud Colum. cum *ſilice* iungitur; Georg. III, 231 *acuta* appellatur; videtur itaque *iunci* genus eſſe commune, *Riedgraſs*. v. Martin. ad Ge. III, 231.

21—24. Non furtum factum, ſed debitum a Damone eſſe exactum profitetur Da-

Digitized by Google

Si neſcis, meus ille caper fuit: et mihi Damon
Ipſe fatebatur; ſed reddere poſſe negabat.
M. Cantando tu illum? aut vmquam tibi fiſtula cera
Iuncta fuit? non tu in triuiis, indocte, ſolebas
Stridenti miſerum ſtipula disperdere carmen?
D. Vis ergo, inter nos, quid poſſit vterque, viciſſim
Experiamur? ego hanc vitulam (ne forte recuſes,
Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fetus) 30
Depono: tu dic, mecum quo pignore certes.
M. De grege non auſim quidquam deponere tecum:

23 *quem miht* Rottend. ſec. 25 *haut vnquam* Goth. pr. pro *aut;* nonnulli *haud* apud Burm. et Pierii Mediceus. Cetera ſimilia Ecl. II, 32. 26 *Vincta* Rom. et alii, ſollenni lapſu. Sed vid. Heinſ. Nonnulli *num tu*, et v. 27 vnus Heinſ. *miſere. diſpergere* mſ. Lengnich. quod etiam Wakefield. in animum venerat ad Lucret. I, 418.

moetas. 23. *Si neſcis,* h. vt hoc ſcias, ne hoc ignores. Ouid. Epiſt. XX, 150 *Si neſcis, dominum res habet iſta ſuum.*

25. *Cantando tu illum?* viciſſe te ais? cf. Theocr. V, 5. 27. *in triuiis — miſerum* addita intellige, vt efficiat, ea eſſe quam viliſſima; vti *disperdere* h. e. corrumpere, vitiare, depravare, inuidioſe pro canere. *in triuiis,* multo minus in certamine.

28. *viciſſim* h. l. per vices, alterne; ad amoebaeum carmen referendum. cf. Ecl. V, 50. Damoetas vaccam in ſponſione collocat. conf. Theocr. VIII, 11 ſq. 30. ex Theocr. I, 25. 26. Eſt autem iuuenca διδυματόκος· aliter quam apud Theocritum, in quo ἐς δύο πέλλας poſitum eſt, vt tantum lactis ex mulctu proueniat, quantum ad duo mulctralia replenda ſatis ſit. *pignus* dictum pro ſponſione. cf. Theocr. VIII, 14 ſq.

32. Theocr. VIII, 15 ſq.

Digitized by Google

Eſt mihi namque domi pater; eſt iniuſta nouerca;
Bisque die numerant ambo pecus, alter et haedos.
Verum, id quod multo tute ipſe fatebere maius, 35
(Inſanire libet quoniam tibi) pocula ponam
Fagina, caelatum diuini opus Alcimedontis:
Lenta quibus torno facili ſuperaddita vitis

33 *iniuſta*. Io. Schrader. malebat *infeſta*, χαλεπή, vt ap. Theocr. χαλεπὸς ὁ πατήρ μου χ' ἁ μάτηρ. Idem mox coni. *pecus, altera haedos*. vt ſit nouerca. 35 *tute multo ipſe* Leid. *tu ipſe* Ven. Ed. 1472. 36 Diſtinxere alii, vt iam in ſcriptis, poſt *libet*, alii poſt *quoniam*, ſiue eodem ſenſu, ſiue vt ipſe Menalcas de ſe dicat, ſe inſanire, qui depoſiturus ſit contra vitulum poculum (poetice dixit plur. *pocula*), multo maioris rem pretii. 37 *Alcimedontis*. Multis modis aberrant librarii; eſt Ἀλκιμέδων. 38 *facilis* fuiſſe a prima Virgilii manu teſtatur Seru. ad Aen. II, 592, agnoſcit quoque Donatus, eſtque idem illud in quibusdam Codd. parum commode poſt *lenta*. Etiam *fragilis* Rom. et al. v. ad Ouid. Met. XV, 169 B.

34. *alter et haedos*, fetum pecoris h. matrum caprarum, numerat. 36. *Inſanire* ſcil. mecum certando. *pocula ponam:* aut pluralis pro ſingulari poſitus aut ſunt duo pocula: vtrumque ſit paullo durius; praeferam tamen prius; cui alter tamquam maius aliquid vſ. 44 ſubiicit: *Et nobis — duo pocula.*

38. *Lenta quibus torno f.* Multo plus pulueris commotum eſt in hoc loco cum ab aliis tum a me ipſo (in Addend. Ed. pr. p. 212), quam neceſſe erat. De *torno* et *caelatura* egi diſertius alio loco (*Antiquar. Aufſätze* II P. pag. 145 ſq.). Reputandum erat, h. l. agi non de Graeci alicuius artificis (niſi et hic voluimus Virgilium immiſcuiſſe aliena a vita ruſtica), ſed de paſtoris opere, qui nec *torno* tornare poculum, nec *caelo* vti potuit, ſed *ſcalpello*, quo et *excauauit* illud et *caelauit*, exſculpſit in poculi exteriore area *opus anaglyphum*. Eſt adeo *tornus* h. l. parum proprie dictus pro ſcalpro, ſeu cultro paſtoritio ad ſcalpendum adhibito. Nihil amplius: hocque vno animad-

Digitized by Google

Diffuſos edera veſtit pallente corymbos.

39 *palante* Rottend. ſec. et qu. Moret., vt Ecl. II, 47.

verſo expedita ſatis ſunt reliqua. Itaque Salmaſio et Burmanno nolis accedere, vt torno tantum politum et rotundatum poculum, caelatura vero vitis ſuperaddita ſit, h. in plana et laeuigata ſuperficie exſculpta extet. Iam reliqua ita iungenda: *quibus*, h. cui poculo *vitis lenta ſuperaddita*, exſculpta, *torno facili*, ope ſcalpelli, qui *facili* h. e. docta et perita manu tractatur. v. ad Ouid. Art. I, 160. Tibull. I, 4, 40. — vitis *veſtit corymbos diffuſos hedera pallente*, explicat ſe ſupra hederam, cuius corymbi diffuſi ſunt, eamque adeo implicat ſuis racemulis. Scilicet anaglyphum erat ita factum, vt, collocatis in medio duorum hominum ſignis, oras ambiret vitis hederae implicita. *Corymbi* ſunt racemi hederae in orbem circumacti, vt Plin. 16, 34, et acinis ac baccis, qui fructus hederae, quas vuas vocant, graues. *Hedera* dicta *pallens*, quia genus eius albo colore conſpicitur; namque eſt alia nigro colore, et nigro aut croceo fructu. v. Martin. ad h. l. *Vitis* autem explicare ſe et ſerpere ſuper *racemos diffuſos hedera*, h. racemos hederae, hederaceos, adeoque ſuper hederam, putanda eſt, atque ita ambire duas caelatas imagines Cononis et Arati. Nam *vitem* de hederae vimine, viticula appellatur quidem Plinio, cum W. Clarkio (*Connexion of Roman, Saxon and Engliſh Coins* pag. 224) accipere non licet: ita vimen hederae, adeoque hedera hederam, ambire diceretur. Erat in his ante oculos Maroni locus Theocriti I, 29 ſqq., quem h. l. illuſtratum dabo: Ibi in ciſſybii, quod maius vas erat paſtoritium, ſuperficie tres ſunt areae: quarum prima mulierem ſedentem inter duo amatores cum ipſa amatorie expoſtulantes exhibet, in altera piſcator rete trahit mari, in tertia vinea eſt cum puero cuſtode. Totum poculum ambit acanthus flexibus ſuis: ad ſummam oram hedera et helichryſus ſunt implicitae inter ſe mutuis nexibus: ex his

Digitized by Google

In medio duo ſigna, Conon: et quis fuit alter,
Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem;
Tempora quae meſſor, quae curuus arator haberet?

42 *haberet arator* duo Burm.

expreſſit illa Maro: Τῶ περὶ μὲν χείλη μαρύεται ὑψόθι κισσὸς, *ambit oram vaſis hedera*, κισσὸς ἑλιχρύσῳ κεκονισμένος, flore helichryſo (de quo quomodo dubitare poſſunt, qui Idyll. II, 78 legerant?) *veſtita*, implicita, ἁ δὲ ἕλιξ ἀγαλλομένα καρπῷ προκύεντι εἵλεῖται κατ' αὐτὸν, hederae autem racemuli, *corymbi diffuſi hedera*, corymbi hederae, diffuſi, fructu croceo ſeu baccis ornati (cf. Bentl. ad Horat. Ep. I, 19, 10), voluuntur circa illum (helichryſum), florem eum implicant. Ita fere ap. Nemeſian. Ecl. III, 18. 19 *vitea ſerta plicantur corymbis*. Cf. ſertum Theocr. III, 22. 23. Ceterum, qui flos *helichryſus* ſit, ignoro cum aliis; florem eſſe patet. An ſit gnaphalium ſtoechas Linn. quod coniectatum vidi, diſpiciant botanices magiſtri. Atqui illi clamant, tam parum certos characteres plantarum a veteribus proditos eſſe, vt certi aliquid de iis pronuntiare liceat.

40. *In medio duo ſigna: Conon.* Fuit Conon celeberrimus mathematicus et aſtronomus, qui circa Ptolemaei Philadelphi tempora vixit, cuius Archimedes aliquoties, tamquam ſibi amiciſſimi et doctiſſimi hominis, et Catullus *de coma Beren.* v. 7 ex Callimacho mentionem fecit. cf. Mart. h. l. *quis fuit alter* — de celebri aſtronomo loqui eum neceſſe eſt, qui caeli plagas, ortus occaſusque ſiderum, et anni tempora in agricolarum vſum deſcripſerit. Ad Aratum (male Ptolemaeus interponitur, qui CL annis ſerius vixit), Eudoxum, Seruius, alii ad Heſiodum, Anaximandrum, Archimedem, referunt. Iam Archimedem familiarem Cononis fuiſſe, et ſphaeram e vitro confeciſſe, conſtat vel ex Claudiano epigr. 86. v. ibi Geſn.; verum, eum rem ruſticam ſua arte adiuuiſſe,

Digitized by Google

Necdum illis labra admoui, ſed condita ſeruo.
D. Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit,
Et molli circum eſt anſas amplexus acantho; 45

43 *Nondum* Goth. pr. hic et 47.

memoriae tradidit nemo; quod contra in Aratum cadit, qui aſtronomicas rationes ad vſum agricolarum transtulit, cuiusque *phaenomena et prognoſtica*, propter vtilitatem magis forte, quam propter poetae ingenium, celeberrima inter veteres fuere, et, cum faſtorum et Kalendariorum vſus non tantus nec tam frequens eſſet, vtiliſſima eſſe debuere. Forte tamen *radius* melius tribuitur Eudoxo, quippe aſtronomo. Laudabat Schrader. locum Auieni *Arati Phaenom.* pr. vbi is late illud Arateum expoſuit; Grot. Arateor. p. 84 *Hic* (Iupiter) *primus Cnidii radium ducis intulit aſtris Mortalemque loqui docuit conuexa deorum. Radius* enim proprie geometrarum virga eſt, qua in puluere formas delineabant; nec in aliam rationem intelligendum videtur, quando Vraniae ſignis, aut, vti ſollenni more fit (cf. Aen. VI, 851), aſtronomis tribuitur, cum et figuris et numeris opus habeant. Ceterum certauit cum his Popius *Paſtoral.* I, 35 ſq., qui etiam minus ambitioſe nonnulla dixiſſe videri poteſt. At v. 42 alluſum eſſe videri poteſt ad Heſiodeum E., 384 Πληϊάδων — ἐπιτελλομενάων, Ἄρχεσθ' ἀμητοῦ, ἀρότοιο δὲ, δυσσομενάων. 43. conuerſa ex Theocr. eod. l. v. 59. 60.

44. Inuidia punctus hic duo pocula pro vno commemorat, verum ambo, vt apparet, eodem exemplo facta. Pro vite hederae implicita nunc ambit ora acanthus; in media poculi area Orpheus cantans effictus. Eſt autem *Acanthus* apud Virgilium *et* plantae Aegyptiacae, ex acaciarum genere, v. Georg. II, 119. ibique Mart., *et* herbae ſilueſtris hortenſisque ac topiariae genus, hic et Ecl. IV, 20. Georg. IV, 123 et 137, vbi v. Mart. add. Aen. I, 649. 711. v. Böttigeri doctam notam ad Vaſa picta

Digitized by Google

Orpheaque in medio posuit siluasque sequentis.
Necdum illis labra admoui, sed condita seruo.
Si ad vitulam spectas, nihil est, quod pocula laudes.

M. Numquam hodie effugies; veniam, quocumque vocaris.

46 *in medium* Goth. pr. *sequaces* alter Rottend., quod illustrat Heins.; nam ponitur et ipsum pro *sequentes*. 48 *Si ad* non displicuisse duram synaloephen ex eo patet, quod *ad* abesse poterat. *spectas* reposuit Heins. e potioribus: idem iam Ald. pr. dederat; sed Naugerius et ceteri *spectes*; in compluribus etiam *laudas*. *quo pocula laudas* Menag. *cur p. laudes* Ven. 49 *Non hodie* Zulich. *vocabis* Goth. sec.

p. 80. et iam Ciofan. ad Ouid. Met. XIII, 701. Nos *Baerenklau* dicimus. *Mollis* ad artificis facilem et leuem manum referri contendit Burm., nimis docte; nam *mollis* est proprium ex acanthi lubrica et flexuosa natura epitheton; vide modo laudatum locum Georg. IV, 137 *Ille comam mollis iam tum tondebat acanthi* et ap. Theocr. I, 55, vnde haec expressa, ὑγρὸς ἄκανθος: cf. Martin. h. l. add. doctam notam Ciofani ad Ouid. Met. XIII, 701. 48. *Si ad vitulam spectas*, h. si tamen poculum tuum ad iuuencam exigis, cum ea comparas: non est quod illud vitula potius habeas; nec opus est, vt ego, etsi duo pocula et ipse habeo, alterum ex iis pro sponsione ponam. Scilicet Damoetas veretur, ne Menalcas iuuencae aliam iuvencam in sponsione opponere recuset eo consilio, vt certamen propositum effugiat: Qua suspicione incensus Menalcas mox crimen in eum vertit: *Numquam hodie effugies*.

49. *Numquam hodie effugies*: verba a Naeuio mutuata esse ap. Macrob. VI, 1 asseritur p. 576. *veniam quocunque vocaris*: quod vulgo, descendere ad omnia, h. l. omni conditione proposita tecum certabo: modo arbiter certaminis adsit!

Digitized by Google

Audiat haec tantum, vel qui venit, ecce, Palaemon.
Efficiam posthac, ne quemquam voce lacessas.
D. Quin age, siquid habes, in me mora non erit ulla;
Nec quemquam fugio: tantum, vicine Palaemon,
Sensibus haec imis, res est non parua, reponas.
R. Dicite: quandoquidem in molli consedimus herba;
Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos,
Nunc frondent siluae, nunc formosissimus annus.
Incipe, Damoeta; tu deinde sequere, Menalca.
Alternis dicetis; amant alterna Camoenae.

50 Palat. et Reg. distinguunt post *vel qui?* At vero: *Audiat haec aliquis* Ven. et Parrhas.; hic quoque *vel quis.* Tandem Moret. quartus *Audeat — ipse P.* Ceterum de *Palaemonis* nomine, quod fatale visum Grammatico Remmio Palaemoni, arroganti homini, v. Sueton. Ill. Grammat. 23. 55 *in* abest a nonnullis Pier. et Heins. *consedimus vmbra* Ven., perpetua librorum aberratione. vid. Burm. conf. ad Tibull. II, 5, 95. 59 *alterni* Menag. et ed. Ven., etiam hoc bene.

50. *Audiat haec tantum* — volebat subiicere *aliquis*, vel nomen pastoris alicuius, cumque circumspicienti se offeret Palaemon, *vel hic Palaemon*, inquit, *audiat, qui ecce venit.* cf. Theocr. V, 61. 62. VIII, 25 sqq.

52. *siquid habes.* Eadem formula Ecl. IX, 32. V, 11. *Nec quemquam fugio* iudicem recusso.

56. *Et nunc omnis ager* — ex Bione Idyll. VI, 17 εἴαρι πάντα νύει, πάντ' εἴαρος ἁδέα βλαστεῖ. Cf. Popius *Pastor.* IV, 5. 58. Theocr. IX, 1. 2. 59. *Alternis*, δὶ ἀμοιβαίων, Theocr. VIII, 61. *amant alterna Camoenae;* notum Homeri Iliad. α, 604 Μουσάων θ', αἱ ἄειδον ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ.

Digitized by Google

D. Ab Ioue principium Muſae: Iouis omnia plena. 60
Ille colit terras; illi mea carmina curae.
M. Et me Phoebus amat: Phoebo ſua ſemper apud me

60 *A Ioue* alii: ſed ſollenni poetarum vſu alterum dicitur. v. Burm. Poteſt quoque, quod Seruius iam monuit, interpungi: *A Ioue principium, Muſae.* vt ſit, o Muſae. 62 *At me* tres Heinſ., vt 66. *Et* Menag. cum Goth. pr.

60. 61. Eſſe verſum 60 ex principio Phaenomenorum Arati translatum, iam Seruius monuit. cf. La Cerda, Vrſinus et al., quamquam colorem ex Theocr. V, 80—83 mutuatus eſſe, et quoad prima verba reſpexiſſe ad Idyll. XVII, 1 videri poteſt; et a laudibus Iouis carminum initium facere ſollenne antiquioribus v. Pindar. Nem. II, princ. Dixerat vero Aratus, *Iouis omnia plena eſſe*, ex Stoicorum mente, dum animam mundi intelligeret, quae vniuerſum hoc permearet, cf. Georg. IV, 220 ſqq. *deum namque ire per omnis Terrasque tractusque maris etc.* audiuerat enim Stoicos, Dionyſium Heracleotam, et Perſaeum Citieum. Attamen in indocti paſtoris ore videntur haec nimis eſſe ſubtilia. Omnino illud πάντα θεῶν πλήρη εἶναι varia ſententia dictum occurrit, ſaltem inter philoſophos: cf. Dauiſ. ad Cic. de LL. II, 11. Geſner. Comment. Soc. Gott. To. I, p. 87, vt difficile ſit definire, quo ſenſu a poeta paſtoris ore dictum ſit. *Colere terras* idem dicitur h. curare, ſeu, cum Seruio, amare, frequentare et ſaepe in iis verſari, vt Aen. I, 15 Iuno fertur Carthaginem *coluiſſe*. Niſi philoſophicum illud in animo habuit poeta: Iupiter, ſ. mens et anima mundi, omnes terras penetrat; per eas diffuſus eſt. cf. Aen. VI, 724 ſqq. *Curae* vero *illi carmina*. Nouum hoc, ſi bene memini, certe non vulgare, Iouem carmina curare. Apollini et Muſis probari ea dici ſolent. Forte dictum reſpectu Muſarum in Olympo canentium.

Digitized by Google

Munera ſunt, lauri, et ſuaue rubens hyacinthus.
D. Malo me Galatea petit, laſciua puella;
Et fugit ad ſalices, et ſe cupit ante videri.
M. At mihi ſeſe offert vltro, meus ignis, Amyntas;
Notior vt iam ſit canibus non Delia noſtris.
D. Parta meae Veneri ſunt munera: namque notaui
Ipſe locum, aeriae quo congeſſere palumbes.
M. Quod potui, puero ſilueſtri ex arbore lecta
Aurea mala decem miſi; cras altera mittam.

65 Burmannus ad Anthol. lat. p. 37 rectius legi putabat: *ſed ſe cupit a.* Idem malebat Drakenb. ad Liu. Epit. l. XLVIII. 68 *tamque* Voſſ. *namque notauit ipſa locum* praeſtare putat Wakefield Silu. P. IV, p. 4. 69 *quo conceſſere* coni. Heinſ. *conſedere* Io. Schrader. Notat Quinctil. I, 6 pr. quod, *aeriae palumbes*, non *aerii*, maluit poeta. 70 *Quot* quatuor; ſed vulgatum tuetur Burm., *Quae potui* Franc. Reſpicit locum Propert. II extr. 69 ſq. v. Vitam Virgilii 717.

Qui ſit 63 *hyacinthus*, v. ad Ecl. II, 18. *laurus* ib. ad 54; vtramque in dei gratiam et honorem colere ait.

64. 65. Ex Theocr. V, 88 ſq., vbi λεῖος ὑπαντῶν ex hoc ipſo Virgilii loco, *ſeſe offert*, defenditur; et VI, 6 ſqq., vbi admodum ſuauiter expreſſa res. 67. *Delia* nomen amicae, quae frequenter paſtorem ſuum conueniebat, more antiquo; cf. Ecl. VII, 40. Tibull. II, 5, 36: cui vſ. 68 alter ſuam opponit, nominans eam *Venerem;* Obſeruat praeterea Burm., vtrique animalia, *deabus, quarum nomina habent*, ſacra et cara, tribui, Deliae, quod nomen Dianae eſt, canes, Veneri columbae; lepide, hercle!

Verſus 68 ſq. ex Theocr. V, 96 ſq. 69. *quo congeſſere p.* Notandum abſolute dictum pro vulgari *nidum congerere;* aduocat Burm. Horat. Od. III, 4, 19 *collata myrtus*, at ibi ea tegitur puer dormiens. 71. *Aurea mala*, Theocritus III, 10,

Digitized by Google

D. O quoties, et quae nobis Galatea locuta eſt!
Partem aliquam venti diuom referatis ad auris.
M. Quid prodeſt, quod me ipſe animo non ſpernis, Amynta,
Si, dum tu ſectaris apros, ego retia ſeruo? 75

72 *quotiens* codd. Pier. vt alibi, more priſco. 73 *auras* Menag. et ed. Ven. 1472, vt Ecl. I, 57. 74 *ipſo animo* nonnulli codd. et edd. *Amyntas* alii cum Goth. pr. 75 *Si, tu dum* Goth. pr. *r. cerno* Ven.

vnde haec petita, ſimpl. μῆλα dicit, vt epitheton adeo tantum ornatus cauſſa adiectum, et *aurea* pulcra eſſe videri poſſint. De malis tamen Cydoniis (*Quitten*, v. ad II, 51), melle condiri ſolitis, accipi poteſt. Mala citrea, ſ. medica (*Citronen*), intelligi non poſſunt, quoniam, cum ea arbor Mediae propria eſſe dicatur Georg. II, 126, nondum ea *ſilueſtris* Italiae *arbor* eſſe potuit. Ea, quae Galli *Oranges* appellant, veteribus plane ignota fuere. Martinus, qui hic videndus, *poma Punica*, ſeu *granata*, ſignificari non temere contendit.

72. Certat cum Theocr. V, 132 — 135. 73. *Partem aliquam* n. eorum, quae locuta eſt, *o venti*, etc. Vota irrita, et verba ac promiſſa, quae ad nihilum recidunt, noto loquendi more, ferre venti dicuntur. v. Tibull. I, 5, 35. III, 49, 96, vti periuria amantium ib. I, 4, 21. III, 6, 50. Iam paſtor ex omnibus iis blande dictis ac promiſſis partem ſaltim ratam eſſe et euentum habere precatur: dum addit *diuum referatis ad aures*. Variauit Theocriteum VII, 93 τά τοι καὶ Ζανὸς ἐπὶ θρόνον ἤγαγε φάμα. Burmannus ideo eum velle ait ad deorum aures promiſſa illa peruenire, vt puellae perfidiam vlciſcantur. 75. *ego retia ſeruo*; ferebat mos, vt hoc eſſet obſequii genus. v. Tibull. I, 4, 50. IV, 3, 12. Ouid. Art. II, 189; vt vero, vti nonnullos accipere video, pericula ſibi cum eo communia eſſe velit, id ex noſtrorum hominum elegantiis eſt. Scilicet hoc vult paſtor, obſequium ſuum

Digitized by Google

D. Phyllida mitte mihi; meus eſt natalis, Iolla:
Cum faciam vitula pro frugibus, ipſe venito.
M. Phyllida amo ante alias: nam me diſcedere fleuit;
Et, Longum formoſe vale, vale, inquit, Iolla.
D. Triſte lupus ſtabulis, maturis frugibus imbres,
Arboribus venti, nobis Amaryllidis irae.
M. Dulce ſatis humor, depulſis arbutus haedis,

76 *meus et* Mentel. pr. *Iolas* coni. Burm. At vid. Notam. De ſcriptura *Iolla* v. ad II, 57. 77 *vitulam* Rom. et Medic. Pierii, Reg. et Voſſ. cum ed. Ven. Burmanni; etiam Non. Marcell. in *facere*. Sed iſtud etiam Priſcian. et Macrob. Porro Alcuin. Grammat. vet. *ipſa venito*; ac ſi *Iola* feminae nomen eſſet: male: v. Ecl. II, 57. 80 *imber* tres vetuſti et Franc., quod Burm. praefert, quum omnes fere huius verſus voces in ſibilum exeant. 81 *Amaryllidos* vnus Moret. pro var. lect.

fructu carere, cum puer venationi intentus ſit; non ſuo amori. Ceterum haec a paſtoris perſona ne aliena ſint, vereor.

76. Intelligenda eſt Phyllis fuiſſe ſiue ſerua ſiue amica Iolae; quem Damoetas, quaſi praeſentem, rogat, vt Phyllidem ad ſacrum natalitium venire iubeat: alter, Menalcas, vt eius dictis obtrectet, ſe etiam amari ab ea dicit, quia ſe diſcedente fleuerit, ac, tamquam ipſi comes adhaeſura, Iolae amatori valedixerit: *Longum vale, vale, o formoſe Iola.* Hac ipſa interpretatione ſententia de h. l. noſtra ſatis intelligitur. Ea certe ratio vnice ferri poteſt. 77. *Cum faciam vitula pro frugibus.* Sacrum ambaruale. Georg. I, 345. cf. Tibull. I, 1, 21. II, 1. *facere pro frugibus* ῥέξαι ὑπὲρ Δαναῶν Iliad. α, 444. 79. *Longum vale*, μακρὰ χαῖρε, Claud. Rap. Proſ. 234 *Sis memor, o, longumque vale.* vid. Burm. et Cerda.

80. Secundum Theocritea illa Idyll. VIII, 57 ſqq. 82. *depulſis haedis*, h. a lacte remotis. Ecl. VII, 15.

Digitized by Google

Lenta ſalix feto pecori, mihi ſolus Amyntas.
D. Pollio amat noſtram, quamuis eſt ruſtica, Muſam:

84 *quamuis eſt* Heinſ. e Rom. ſuisque melioribus: vt ſit: *quantumuis ruſtica;* non, *quamuis eſt.* Vulgo *ſit:* quod pedeſtris oratio poſtulat. Alii *et.*

cf. ad I, 22. *arbutus*, in Italia valde frequens et obuia arbor, fructum habens fragis ſimilem, vt tenuiorum victus eſſe poſſit. v. Martin. ad Georg. I, 148. Italis dici ſolent *Sorbole peloſe*, et Romae *ceraſe marine.* Frondes eius ac folia grata capellis, vid. Georg. III, 300. Horat. Carm. I, 17, 5, quae iisdem a lactis materni deſiderio leuantur. Calpurn. Ecl. II, 47 *nouas vt carpere frondes Condiſcant — Ne depulſa vagos quaerat fetura parentes. Salix* vid. Ecl. I, 79.

84. *Pollio* gratia apud Auguſtum, amicitia M. Antonii, ingenio, tragoediis ſtudiisque ſuis in Virgilium Horatiumque notiſſimus. cf. Horat. Od. II, 1, et Vitam Virgilii ad a. 715. Ei alter, tamquam iudici carminum ſuorum intelligenti et eleganti, vitulam, alter, tamquam poetae nobili, iuuencum decernit. Non vero in alterutro horum munerum argutandum, ſed res ſimpliciter ad amoebaei carminis naturam exigenda eſt, cum, quod primus poſuiſſet, alteri amplificandum et augendum eſſet. Cum itaque ille iudicem carminum et vitulam poſuiſſet, hic poetam et iuvencum commemorat ſimpliciter, vt hoc et iudicii et ingenii praemium eſſe debeat. Alioqui Ruaei non inelegans coniectura eſt, qui eo reſpici putat, quod Pollio circa illud tempus (V. C. 715) ex Illyrico, victis Parthinis, ad triumphum habendum Romam deceſſerat, quo adeo tempore triumphalia ſacra ac victimae pro Pollionis victoria parandae erant. cf. Ecl. VIII, 6. Hor. Od. II, 1, 15. 16. Nam, quod Burm. amplectitur, paſci et vitulam et iuvencum Pollioni dici, vt iſtam tamquam lyricus, hunc

Pierides, vitulam lectori paſcite veſtro. 85
M. Pollio et ipſe facit noua carmina: paſcite taurum,
Iam cornu petat, et pedibus qui ſpargat arenam.
D. Qui te, Pollio, amat, veniat, quo te quoque gaudet.

87 Idem verſus Aen. IX, 629, et ſane epico poeta dignior: *Qui c.* Parrhaſ. *Qui iam cornupetat* Ven. *cornum* Rom. 88 *qui te quoque* ed. Ven. et Mediol. *quo te quoque laudet* coni. Burm. At v. Not.

tamquam epicus, poeta immolet, id nimis doctum adeoque multo magis vitioſum in tali carmine; quamquam in ſimilem modum argutatur Schol. Horatii ad Epiſt. I, 3, 36. Quod vero *lectorem* carminum memorauit, parum ſcite feciſſe et perſonam in hoc paſtoris male ſuſtinuiſſe videri debet Maro; Paſtor canit carmina et auditur eius cantus: non vero ſcribit carmina et legitur. Ferri poterat Ecl. VI, 12 in praefatione ipſius poetae. Alias Paſtor in cortice fagi verſus incidit; recte Ecl. V, 13. Multo minus comtum eſt, quod Pollionem *lectorem Pieridum* facit; etiam ſi ſtatuere malim, *lectorem* eſſe h. l. qui carmina recitat.

86. *noua carmina*, h. praeclara, qualia nunquam ante facta, vt Horat. Od. I, 26, 10 *fides nouas* dixit. Pollionis autem laudem ex tragicis ſtudiis tenemus ex Horat. Carm. II, 1, 9. 10. Serm. I, 10, 42 *Pollio regum facta canit pede ter percuſſo*, h. tragoedias ſcribit ſenariis.

88. *veniat, quo te quoque gaudet.* Quod primum occurrit, eſt, vt ſuppleas, *peruenireſſe;* vtque ad felicitatem omnino referas, quam apprecetur ei, qui Pollioni faueat. Cum quo conuenit v. 89, in quo adeo aurei ſaeculi felicitas exprimitur: v. Ecl. IV, 30. 25. Si tamen Menalcae verba compares, et, quem expreſſit Maro, lo-

Digitized by Google

Mella fluant illi, ferat et rubus aſper amomum.

M. Qui Bauium non odit, amet tua carmina, Maeui;

Atque idem iungat vulpes, et mulgeat hircos.

D. Qui legitis flores et humi naſcentia fraga,
Frigidus, o pueri, fugite hinc, latet anguis in herba.

89 *fluunt* Mentel. pr. *robus* Leid. *rubus aſpera* coni. Heinſ. ſed vid. Burm. 90 *Meni* Ven. *Meui* Rom. 91 *mulceat* Rom. et duo tresue.

cum Theocrit. I, 20 *καὶ τᾶς βωκολικᾶς ἐπὶ τὸ πλέον ἴκεο Μούσας*, apparere arbitror, hoc, *quo te quoque gaudet* peruenisſe, eſſe referendum ad cantus facultatem; illi, tam bonum poetam contingat eſſe, quam Pollio eſt; vt contra, qui Bauium non odit, tam malus iudex carminum eſto, vt Maeuium probet. 89. Adumbratur ad ductum Theocr. V, 124 ſq. *Amomum* fruticis genus Indici, quod tamen quale fuerit parum conſtat. Plinii et Dioſcoridis loca v. ap. Martin. et Salmaſ. ad Solin. p. 284, qui amomum fere de omni aromate ſincero dictum docet. *Rubus* eſt noſtratum *Brombeerſtaude*. 90. Nihil his, quae alter ſubiicit, cum Pollione commune eſſe, aut huic Bauium opponi, cum nulla rei auctoritas adſit, cenſendum eſt; ſed, cum iſte bonum poetam laudaſſet, ipſe malum memorat, eiusque ſtudioſis mala maxima precatur, n. amare Maeuium, peiorem etiam poetam etc. Creditur idem eſſe quem exagitat Horat. Epod. 10. *iungat vulpes* ad arandum.

93—95. *Frigidus anguis* dictus ex natura horum reptilium: ſic et Ecl. VIII, 71.

Digitized by Google

M. Parcite, oues, nimium procedere; non bene ripae
Creditur: ipſe aries etiam nunc vellera ſiccat.
D. Tityre, paſcentis a flumine reice capellas;
Ipſe, vbi tempus erit, omnis in fonte lauabo.
M. Cogite ouis, pueri; ſi lac praeceperit aeſtus,
Vt nuper, fruſtra preſſabimus vbera palmis.
D. Heu, heu, quam pingui macer eſt mihi taurus in eruo!
Idem amor exitium pecori, pecorisque magiſtro.

94 *ante pr.* Zulich. *producere* Rottend., vt pueros appellet; quod illuſtrat Burmann. *nam bene* ed. Dan. Heinſ., vitioſe. 95 *etiam ſua* Menag. 98 *perceperit* Ven. et Parrhaſ. *aeſtas* Rom. cum aliis Pier. 99 *preſſabitis* ed. Ven. *prenſabimus* Zulich. *pulſabimus* Moret. 100 *Heu! Heu!* Burmann. ex nonnullis pro vulg. *Eheu.* conf. ad Ecl. II, 58. *in eruo* ab Heinſ. reductum et firmatum e libris permultis, et Plinii ac Columellae auctoritate; vulgo *aruo*, quod Manutius inuexiſſe videtur; nam Aldd. recte *eruo*. Tuentur *aruo* Rom. Longob. et alii. 101 Ante Burm. *eſt* ante *pecori*; in Codd. Pierii et aliorum

Parcite, cauete, nolite, *oues, nimium procedere;* o oues, ne procedite: ex gr. *Φείδου προελθεῖν. non bene creditur:* Horat. II Serm. 4, 21 fungis — *aliis male creditur.* Adumbrata autem haec ex Theocr. V, 100 etc.

96. 97. Ex Theocr. V, 146.

98. *Cogite* ad vmbram et frigus captandum. *praecipit lac aeſtus* ſiccato vbere.

100. *Eruum* leguminis, noſtratum *Wicken*, genus, bubus iam olim paſtum dari ſolitum, vt ex Columella docent Intpp. Verſus ex preſſus ex Theocr. IV, 20, vt 102 ex IV, 15.

Digitized by Google

BI. His certe neque amor cauſſa eſt: vix oſſibus haerent.
Neſcio quis, teneros oculus mihi faſcinat agnos.
D. Dic, quibus in terris, et eris mihi magnus Apollo,
Tris pateat coeli ſpatium non amplius vlnas.
M. Dic, quibus in terris inſcripti nomina regum

modo poſt *pecori*, modo poſt *magiſtro*; itaque Burm. ſuſtulit; a Goth. vtroque abeſt. 102 Elegans Heinſii et iam Stephani coniectura eſt: *Hi certe (neque amor cauſſa eſt) vix oſſibus haerent*; eamque recepere Cuningh. et Brunck. Gulielm. eodem modo dispungebat, vt tamen *his oſſibus* retineret. Moreti quartus omittit *eſt*. 103 *oculis* Marius Victorin. Pro *agnos* habet *haedos* Goth. pr. 105 *Coeli* ſcripſerunt nonnulli, vt poetam Mantuanum tetigerit Maro, qui bonis omnibus conſumtis tantum modo ſpatii ſibi ſeruauerat, quod ſepulcro ſufficeret. *vlnis* Ven. et ed. Ven. *vllas* Rom.

104. 5. Simpliciter intelligam cuiuslibet loci puteum, in quem cum quis deſcenderit, tantum caeli proſpicit ſpatium, tantum caeli, quantum puteus patet, h. e. putei latitudo permiſerit. In talibus Grammatici, (quorum pericula in ſoluendo aenigmate dabit Seruius, cum Philargyrio, vbi ſunt qui ad ea, quae, etſi non valde ingenioſa, ex ipſo Virgilio audita fuerant, provocant, alia Burmannus,) crucem ſibi fixam eſſe putare non debebant. Propoſita nuper ab Abbate Diuotio ratio, vt ad Panthei tholum referatur, et ab paſtoris ingenio, et ab eo tempore, quo plura huius modi formae aedificia Romae viſebantur, plane aliena eſt. Alio eoque magis arguto, nec tamen magis vero, luſu poſſit aliquis huc arceſſere cryptam ad Pauſilypum in Campania, eiusque ingreſſum veterem: quod fecit quoque Paoli *Antiqq. Puteol.* fol. 11. 106. Nota res de hyacintho, de quo ſup. ad Ecl. II, 18, in cuius foliis paſſim litteras AI inſcriptas, ſiue vt

Naſcantur flores; et Phyllida ſolus habeto.

P. Non noſtrum inter vos tantas conponere litis:

Et vitula tu dignus, et hic: et quisquis amores

Aut metuet dulcis, aut experietur amaros. 110

107 *Naſcuntur* multi et Pier. et Burm. Sed eſt paullo ante *pateat.* 108 *Non veſtrum inter nos* Parrhaſ. *inter nos* Voſſ. pr. 109 *dignus es, et* Goth. pr. 110 *metuat* et *experiatur* Ven. *metuat* et *experietur* Leid. duo cum Goth. ſec. *metuet* et *experiatur* Moret. quartus. Ebertus coniiciebat *et quisquis amaros aut metuet, dulces aut experietur amores.* Ita ſane *metuet* magis conuenit. Recepit hoc Wakefield. Nondum me poenitet eorum, quae ante hos XX annos in Notis moxque in Addendis Tom. IV.

Αἴ Αἴ, *heu! heu!* quae Apollinis de Hyacintho lamenta adumbrarent, ſiue vt Αἴαντος ſ. Aiacis nomen expreſſum eſſet, veteres memorabant. Cf. Ouid. Metam. XIII, 398. *Reges* duces Graecorum voce Homerica. Apud Ciceronem Agamemnon *rex regum.* 107. *Phyllida*, quam vterque amicam ſibi vindicarat. v. 76 ſq.

108. *Non noſtrum* ſcil. eſt. Seruius tamen contendit interpungendum eſſe: *Non:* quaſi interloquatur Iudex, *non, non habebis Phyllida* etc. *noſtrum eſt, arbitrium ferre.* Sed hoc durum: nec ſatis poteſt confirmari ex Theocr. V, 138 παύσασθαι κέλομαι τὸν ποιμένα.

109. *et quisquis amores* etc. Vt haec verba per ſe ſenſum ſatis obuium habeant, non tamen, quid ad reliquam ſententiam faciant, ab vllo interprete monitum aut dictum eſt, neque vnquam dici poſſe, exiſtimo. Referre interpretum commenta nil attinet; frigere enim ea cum ipſo carmine neceſſe eſt. Verum Palaemon eiusmodi arbitrium facit, vt vtrumque parem eſſe dicat, vt adeo alter, Menalcas, *vitula*, ab Damoeta in ſponſione poſita, Damoetas

Digitized by Google

Claudite iam riuos, pueri: ſat prata biberunt.

p. 215 adſcripſeram: necdum, etſi diſcendi valde cupidus, vidi vllam rationem aut grammaticae aut ſententiae ſatis conſentaneam, qua ſcabri hi verſus defendi poſſint. Nam quae tandem haec eſt ſententia: *Et vitula tu dignus et hic, et quisquis:* vt vterque vitula remunerandus ſit (atqui alter poculum ferre debebat); multo minus ferri poteſt, vt et tertius aliquis vitulam ferat, et omnes alii praemium idem ferant, et quidem non propter victoriam, ſed propter amores infauſtos. Quis tandem locus praemio in hoc? et quorſum vitula? an pro puella amata? Sin ſententiam ab antecedentibus ſeiunctam facias, vt ſit: *Et* vel *At quisquis amores Aut metuet — aut experietur,* primo ſententia eſt contorta, obſcura, et, ſi expeditam dederis, a loco aliena; quorſum enim repente amores? de cantu agebatur; praemium debebatur ei, qui cantu ſuperior eſſet; nunc autem ambo cantu erant pares, non amore felices aut infelices; tum vero grammaticae aduerſatur hoc, vt *quisquis* ſit vnusquisque. Nam *quisquis* relatiuam vim habet, nec abſolute poni poteſt; niſi addito aut ſubintellecto verbo: *quisquis* ille fuerit, *quicquid* illud eſt: multo minus *quisquis* de duobus pro vterque dictum eſſe poteſt. Mihi itaque ſatis liquere videtur, duo hos verſus eſſe ſetum Grammatici, qui ſupplere volebat ſententiam breuiter a poeta enuntiatam: *Non noſtrum inter vos tantas componere lites.* Forte plures interpolationis auctores fuere. Adſcripſerat prior: *Et vitula tu dignus et hic poculo.* Caſu appinxerat alius verſum paraeneticum in margine: *Aut metuat dulces aut experiatur amaros.* Fuit librarius, qui vtrumque verſum male conſarcinatum intexeret. Fruatur tamen per me iudicio quisque ſuo.

autem *poculo* fagino Menalcae dignus videri debeat. Iam, quorſum reliqua hoc et ſeq. verſu ſpectent, non facile dicas; neque quicquam ex Calpurnio Ecl. II, 99 diuines, vbi haec adumbrat: *Eſte pares et ab hoc concordes viuite; nam vos Et decor et cantus et amor ſociauit et aetas.* Melius Theocr. VI extr. Νίκη μὰν οὐδ' ἄλλος, *vicit neuter,* ἀνάσσατοι δ' ἐγένοντο. Meliorem quoque viam iniit Popius *Paſtoral.* I, 92 ſqq.

111. *Claudite iam riuos.* Exiſſe Palaemon intelligendus, vt ſeruis ſuis imperaret,

Digitized by Google

vt riuos ſeu canales ad irriganda prata aperirent; interea a Menalca et Damoeta arbiter aduocatus, nunc, finito certamine, ad ſeruos ſuos iterum ſe conuertit. vid. Seru. et Burm. conf. Calpurn. II, 96. 97.

Digitized by Google

ECLOGA IV

POLLIO*)

ARGVMENTVM

In hac Ecloga interpretanda dici vix poteſt, quam inanem operam et olim Grammatici et hinc viri docti vana religione capti nauauerint. Vaticinationem Sibyllae de Chriſti natalibus *expreſſam eſſe, quam Virgilius ingenioſe ad natales nobilis pueri transtulerit, iam* Lactantius, Inſtit. VII, 24 *ſtatuebat, et* Conſtantinus M. *in* Orat. ad Sanctorum coetum, *graece reddita a non indocto homine,* Euſebii *libris* de Vita Conſtantini *adiuncta c.* 19 *ſq. (quam in Exc. I ad Bucolica iterum excudi curaui), demonſtrare voluit, eiusque auctoritatem cum iſta aetate plerumque Chriſtiani homines (cf. Wernsdorf. Poet. min. To. IV, p.* 767 *ſqq.), tum*

*) *Pollio.* In pleriſque vet. *Saeculi noui interpretatio.* Zulich. *Laus nouae progeniei.*

Digitized by Google

aetatibus noſtris viri docti ſequuti ſunt plerique omnes, de via ac ratione tantum ſolliciti, qua reconditum huiusmodi vaticinium ad Romanos peruenire potuerit. Vide inprimis Chandler's Vindication of the Defenſe of Chriſtianity Book *II, ch. 2, ſect. 2, et T. II.* Poſtſcript *p.* 44. Whiſton's Supplement to the literal accomplishment of Scripture Prophecies *p.* 94 *ſq.* Cudworth Syſtema Intellect. *c. IV, §.* 16. *Certis tamen rerum argumentis deſtituitur iſta opinio; quamuis ea multis aliis exornari poſſit, quae a viris doctis minus animaduerſa ſunt. Sic, v. c. e Ioſeph. Ant. XV,* 13, *qui Herodem regem Pollionis hoſpitio et amicitia vſum eſſe memorat, colligere aliquis poſſit, ab Herode facile, Virgilio praeſente, Pollioni de Meſſia narrari, aut Nicolaum Damaſcenum, doctum hominem, cuius miniſterio Herodes vſus eſt, Auguſto percarum, de Iudaeorum opinionibus commemorare potuiſſe, et id genus alia. Enimuero, quicunque ſenſum Romanorum et ingenium vel e longinquo inſpexit, facile tenebit, nunquam Iudaeorum tantam auctoritatem ac fidem aut fuiſſe aut eſſe potuiſſe apud Romanos, longe aliis ſenſibus, religionibus, iudiciis imbutos, vt iſtorum opiniones publice admitterent et carminibus celebrarent. Meminit ſuperſtitionis Iudaicae Horatius: verum vt eam riſu exploderet.*

Vt ordine agamus: videamus primo loco, quodnam carminis argumentum ſit per ſe ſpectati. Carmen bucolicum ad Conſulem, quem v. 11 Pollionem *nominat, ſe exorſurum eſſe profitetur Maro:* 1—3. *Agi nunc vltimam aetatem a Sibylla memoratam: Inde reſtitutionem rerum in priſtinam faciem, ἀποκατάστασιν, nouum ſaeculorum ordinem, nouam hominum progeniem, melioris aetatis vitam, humano generi redituram eſſe pronuntiat; idque euenturum eſſe puero aliquo nato, in Pollionis quidem Conſulatu* 4—14. *Ille adſcriptus erit*

Digitized by Google

heroibus, et orbis terrarum pacati erit regnator 15—17. *Iam vero melior illa aetas, aetati aureae ac Saturniae similis, per gradus succedet, ita vt puero nato exordia,* 18—25; *incrementa vero sua habitura sit, quando ille adoleuerit,* 26—36; *cumulata autem vt sit et perfecta ab omnibus partibus, vbi ille ad virilem aetatem peruenerit:* 37—45. *Reliqua sunt exultantis laetitia et vota facientis ac gratulantis poetae:* 46 *ad fin.*

Iam in his facile agnoscas, si modo nulla praeuia opinione imbutus accesseris, primo poetam phantasmata ab aureae aetatis narrationibus petiisse; tum vero, eum illa cumulasse in certo aliquo sui temporis euentu declarando, quem paullo obscurius designauit, quoniam in vaticinium rem mutauit, adeoque vaticinantis verbis et phantasmatibus sensa sua exposuit. Solent autem poetae cupide et ambitiose vaticinia argumenta carminum facere, cum nihil ad enthusiasmum poeticum sit accommodatius: quod multis exemplis doceri posset, si nunc id ageretur. Summa sententiarum haec est, insequuturam esse temporum felicitatem magnam; eamque initium habituram esse a natalibus pueri, Pollione Cos. nati. Quinam ille puer fuerit, et quid poetam adduxerit, vt tantam rerum conuersionem eo nato insequuturam polliceri posset, hoc est, quod quaeritur. Scilicet inter omnes populos, magna inprimis aliqua calamitate oppressos, vaticinia circumferri assolent, quae siue grauiora minari siue laetiora solent polliceri, eaque, necessaria rerum vicissitudine, melioribus aliquando succedentibus temporibus, fere semper euentum habent. Nullo tamen tempore vaticiniorum insanius fuit studium, quam sub extrema reipublicae Romanae tempora, primosque Imperatores; cum bellorum ciuilium calamitates hominum animos terroribus omnis generis agitatos ad varia portentorum, prodigiorum, et vaticiniorum ludibria conuertissent. Imprimis autem

Digitized by Google

ad Sibyllas multa vaticinia referebant, cuius oraculorum generis omnino et alias inter Romanos et tunc multo magis erat magna auctoritas. Collegit ex illa aetate oracula nonnulla Sibyllina Fabricius Bibl. Gr. Tom. I, lib. I, c. 30, *§.* 6 *sqq. Sed rem satis vel vnus Suetonii locus Octau. c.* 31 *declarat; cum Augustus* librorum fatidicorum Graeci Latinique generis, qui nullis vel parum idoneis auctoribus ferebantur, *supra duo millia* contracta vndique cremauerit. *Iam in magno illo numero vaticiniorum et oraculorum, quae partim superstitione partim fraudibus hominum celebrata, et siue sub aliis nominibus siue sub Sibyllarum nomine passim vendita fuere, vnum fuit aliquod, quod magnam aliquam felicitatem futuram promitteret, eiusque descriptionem ab iis, quae de saeculo aureo memorassent poetae, mutuaretur. Erat alia ab Etruscis profecta fama de octo saeculis genti Etruscae datis, et de saeculo nono inde a Sulla exorso, tum de decimo, periodi rerum, quae tum erat, fine. cf. Censorin. c.* 17. *Plutarch. in Sulla p.* 456 *A. Opinionis vestigium aliquod apud Seru. ad Ecl. IX,* 47 *est de noni saeculi exitu et ingressu decimi. Erat alia de magno anno vertente e Platonicis et Stoicis petita opinio, quo omnium rerum* ἀναπύλωσις *et* ἀποκατάστασις *esset futura, tum alia de magno Rege venturo fama: vid. Sueton. Aug.* 94. *Quascunque autem in hoc genere descriptiones nouae felicitatis habemus, siue in Orientis siue in Graecis ac Romanis poetis, omnes fere inter se similes sunt: bestiae ac ferae cicures, serpentes innocui, fruges nullo cultu enatae, mare placidum, dii praesentes in terris aliaque eiusmodi in omnibus memorantur. Nullum in his phantasma est, quod non mens humana magno metu contacta concipere possit, si ad vitae simplicitatem, a pestibus et malis magnarum vrbium et magnorum imperiorum liberatam, cogitatione se retulerit.*

Digitized by Google

Haec eadem aetatis aureae, ſaeculi Saturnii, bona conſtituunt. Translata ea partim ad Elyſium, et ad Hyperboreos, ac ſimilia commenta.

Hoc itaque oraculo et vaticinio ſeu commento ingenioſo Virgilius commode vſus eſſe, et, quae de aetate aurea, inprimis ab Heſiodo, memorantur, ad ea tempora, in quibus hanc eclogam ſcriberet, et ad pueri, circa id tempus naſcituri, natales, quaſi cum iis aetas aurea initium habitura ſit, transtuliſſe videri debet. In quo aliquid ſumi a viris doctis video, quod omnino neceſſe eſſe non video; volunt enim puerum naſciturum noui rerum ordinis auctorem, *certe pignus, a poeta pronuntiari: quod ita ſe non habet. Tempora felicia ait eſſe ſucceſſura, eorumque initium natalibus pueri ita aſſignat, vt cum vitae humanae gradibus ea incrementa habitura eſſe oſtendat. Poteſt ita noui ſaeculi felicitas, ex pace Brunduſina ducta, ſimpliciter, tamquam epochae, alligari natalibus pueri, qui tum expectabantur. Fuit enim annus V. C. 714, Coſſ. C. Aſinio Pollione et Cn. Domitio Caluino, vt ex v. 11. 12 patet. Eo itaque anno, poſt ſummos, ne bellum ciuile inter Octauianum et M. Antonium, qui ex Aſia cum copiis in Italiam traiecerat, recrudeſceret, metus, Maecenatis et Pollionis opera Brundiſii pax compoſita fuit, cuius quaſi pignus Octauia, Octauiani ſoror, Antonio in matrimonium tradita eſt. Erat ea ex priore marito, Marcello, grauida, id quod diſertis verbis Dio memorat, lib. XLVIII, c. 31; infantem illum M. Marcellum, generum mox Auguſti, de quo Aen. VI locus nobilis eſt, fuiſſe, putant; an omni dubitatione maius hoc ſit, non cum Catroeo, qui ſublectam hanc Badio Aſcenſio aliisque rationem tamquam a ſe profectam mirifica vanitate iactat, decidere auſim: ſunt enim, quae contra moneri poſſint. Sed, cum ea pace confirmata tandem publica tran-*

Digitized by Google

quillitas videretur, ſatis commode Virgilius hunc tamquam fundum ſui carminis facere potuit, vt ex eo tempore, rerum fortuna in melius mutata, auream aetatem eſſe reuerſuram diceret, eamque ſententiam iis omnibus exornaret, quae a poetis de felicitate eius aetatis commemorari ſolent. An Saturnaliorum dies inter ea commemorandi ſint, quibus poeta in rem ſuam vſus ſit, paullo longius petita eſt coniectura. Haec quidem, quamquam difficultatibus ea ſuis laborare non ignoro, inter alia parum probanda, ſaltem aliqua cum veri ſpecie dici videntur. In difficultatibus tamen eſt inprimis haec, quod puer ex Octauia ſuſcipiendus, non ex nouo ſed ex priſtino matrimonio erat naſciturus. cf. Vitam Virgilii ad a. 714 exeuntem, vt adeo non appareat, quanta ſpes ex huius pueri natalibus de felicitate publica concipi potuerit; maior erat ſpes ex Octauiae prudentia, ſi Antonium in officio retineret.

Aliam magnae expectationis prolem eidem anno aſſignari poſſe viderunt alii viri docti, inque his Nauzeus, (Mem. de l'Acad. des Inſcript. *Tom. XXXI), et iam ante eum vir doctus* (Boulacre *in* Bibliotheque Françoiſe *Tom. XXVIII, p.* 243, *acceſſit quoque nuper* Sam. Henley, *vir elegantis ingenii, in libello mox commemorando), ex nuptiis Octauiani cum Scribonia, quacum tamen anno ſequente diuortium fecit, ſuſcepta ex ea Iulia. Duxerat eam Caeſar initio anni, quo Pollio Coſ. erat, eamque ſub anni exitum, quo pax Brundiſina facta eſt, partui vicinam fuiſſe, ex eo intelligitur, quod Iulia ſub anni ſequentis initium nata eſt. Cum in expectatione eſſet Roma, quam prolem Scribonia editura eſſet, quippe vxor Caeſaris, III viri iam tum Lepidi et Antonii praevalentis opibus, potuit Virgilius filium ominari et meliorem inde rerum conditionem augurari; eſi de Auguſto rerum domino nondum illo anno quisquam cogitare poterat.*

Digitized by Google

Errat inter duo hos partus interpretatio, cum vterque habeat, quod iudicium inclinare possit. Quod Pollioni inscripta est Ecloga, pro priore opinione facit, quandoquidem is inter eos fuit, per quos pax Brundusina fuit composita: missus erat ab Antonio, cui fuit familiaris et studiosissimus; ex nuptiis adeo eius cum Octauia haud parum laetam spem concipere debuit. Nec obstat, quod idem Pollio mox iterum in Antonii partibus fuit; est enim res ex eius anni, quo pax facta est, actis dispicienda.

Iam quod ad Pollionis filium, Saloninum, vulgo e Seruianis commentis ad vs. 11. *(idque ceteris doctius persequutus est Boecler. Diss. Acad. Tom. II, pag.* 388*), aut ad Salonini fratrem, C. Asinium Gallum, ex alio istis commentariis adsuto panno ad v.* 11*, res refertur, non magis fide historica nititur; nam Pollioni puerum illo anno natum esse ignoramus. Esset adeo hoc, inferre aliquid de suo in poetam, et tum ex eo, quod intulimus, probationes petere. In Drusum incidisse virum doctum video in Comment. Treuolt.* 1703*, p.* 7*, id vero temporum rerumque rationibus repugnat. cf. Ruaeus pr. huius Eclogae. Multo vero molestiorem et nulla ope tuendam rationem proposuit Vignolius (in* Biblioth. Germ. *Tom. XXXV, pag.* 173 *sqq.), qui hanc Eclogam in annum* 730 *coniecit, vt tamen v.* 11 *de M. Tullio Cicerone, M. F. Consule suffecto* 724*, accipiat, et* Tullio *pro* Pollio *legat, et ad magnae aerae Alexandrinae initium, quod a magni cycli canicularis, qui est* 1461 *annorum, decimo quarto saeculo procedebat, retulit; quae sententia cum hactenus speciosa sit, vt valde probabile fiat, poetam ad magnam istam aeram, quae pro* reuolutione magni anni *et ἀποκαταστάσει omnium rerum habebatur, respexisse (cf.* des Vignoles Chronologie de l'Hist. Sainte *Tom. II, pag.* 710. 711*), in annum tamen memoratum* 730 *reiici ipsa*

Digitized by Google

ecloga non poteſt, niſi perquam contorte et aduerſa rerum verborumque omni natura, vt probare ſe eam rem Burmanno potuiſſe mirer. Enimuero quorſum bonum otium conteto in exponendis opinationibus et ariolationibus, in quibus nihil ad liquidum perduci poteſt!

Quid autem, ſi ne locus quidem ariolationi eſt, quis puer ille fuerit, quem Maro naſcentem memorat? Poteſt enim ille nihil aliud voluiſſe, quam, calamitoſis bellorum ciuilium temporibus ſucceſſura nunc eſſe tempora laetiora; quae εὐφαντασιώδης poeta per aetates mythicas declarat; cum autem funeſtum hoc et ferreum ſaeculum non protinus mutari poſſet in aureum, inuerſa ratione per gradus res ad ſaeculum aureum adducenda fuit. Cum porro melior rerum conditio eſſe nequeat, niſi homines meliores deterioribus ſucceſſerint: eam rationem ingreſſus eſſe putari poteſt, vt nouam progeniem *proditurum eſſe dicat; haec progenies vt primordia ſua habeat neceſſe eſt; deflexit itaque orationem ad* puerum *illum,* qui primus in huius ſaeculi auſpiciis eſt naſciturus. *In hanc fere ſententiam vidi quoque incidiſſe vnum ex meis olim familiaribus Kuithan, Tremonienſem, acuti ingenii iuuenem, Rectorem nunc Gymnaſii Liinenſis Weſtphaliae. Puerum illum iam herois nomine et loco recte impertiit; potuere quoque Iouis pueri incunabula animo poetae inſidere; recte quoque* patrias virtutes *commemorat, natus enim ille puer eſt a deo aliquo, tamquam heros. Manent quidem vel ſic in figmento hoc nonnulla obſcura nec ſatis commode inuenta; verum probe arrogantem eſſe neceſſe foret eum, qui hoc ſibi ſumeret, aut ſibi ſatis confideret, vt omnia a ſe expedita in hoc carmine eſſe pronuntiet; ipſa enim res, vaticinii indoles et lex, enuntiationis modus per mythica ornamenta, omnem conatum ſuffiaminant.*

Digitized by Google

Non oraculum Sibyllae ſed Heſiodi quattuor aetates a Marone reſpici contendebat Fabric. in Bibl. Gr. Tom. I, 31, 19. Fuere tamen huius generis et vatum et poetarum luſus multi alii. In ipſo quoque Heſiodo non ſatis aperta eſt aetatum ratio, loco forte interpolato. De obſcuritate carminis perperam conquerun-tur homines docti, quandoquidem hoc ipſum ad vaticinii indolem pertinet, vt per ambages obſcurata ſit oratio. Tum vero ſingulos verſus ad ſingulare aliqnod iſtorum temporum factum reuocare velle, non minus inane ſtudium eſt, quam quod interpretes oraculorum ſacrorum ſequi videas, cum ſingula phantasmata vatum, tamquam ſi in annalibus Taciti alicuius verſentur, inter ipſas res geſtas referunt, et poetica ornamenta ad factorum fidem explorant. Etiam Lowthius Summe Ven. Epiſc. Londin. Praelect. XXI erudite de hac Ecloga agit, eamque omnino expediri poſſe negat, nec multum abeſt, quin ſibi perſuadeat, non ſine veri dei afflatu eam ſcriptam eſſe: Contra quam ſententiam disputatum eſt nuper ſingulari libello a viro docto, Sam. Henley. *Si quis tamen animo reputet, aliorum quoque populorum, praeter Iudaeos, vates et vaticinia olim fuiſſe permagno numero; eorum porro vatum ingenia non minus incaluiſſe phantasmatibus et viſis poeticis, ſeu poeticum ornatum admittentibus; quotiesque in eodem argumento ſeu calamitatum praedicendarum ſeu felicitatis publicae priuataeque oſtendendae verſarentur, neceſſario in eadem rerum phantasmata eos incidere debuiſſe; non adeo mirabitur, adumbratas eſſe in hoc carmine, vt in tot aliis, rerum ſpecies ac formas ex aetate aurea iisque ſimiles, quae in Hebraicis vatibus occurrunt; vt illud taceam, in magno illo Sibyllinorum oraculorum numero, quem paullo ante vidimus, multa eſſe debuiſſe a Syris et Iudaeis hominibus propagata.*

Digitized by Google

quillitas videretur, ſatis commode Virgilius hunc tamquam fundum ſui carminis facere potuit, vt ex eo tempore, rerum fortuna in melius mutata, auream aetatem eſſe reuerſuram diceret, eamque ſententiam iis omnibus exornaret, quae a poetis de felicitate eius aetatis commemorari ſolent. An Saturnaliorum dies inter ea commemorandi ſint, quibus poeta in rem ſuam vſus ſit, paullo longius petita eſt coniectura. Haec quidem, quamquam difficultatibus ea ſuis laborare non ignoro, inter alia parum probanda, ſaltem aliqua cum veri ſpecie dici videntur. In difficultatibus tamen eſt inprimis haec, quod puer ex Octauia ſuſcipiendus, non ex nouo ſed ex priſtino matrimonio erat aſciturus. cf. Vitam Virgilii ad a. 714 exeuntem, vt adeo non appareat, quanta ſpes ex huius pueri natalibus de felicitate publica concipi potuerit; maior erat ſpes ex Octauiae prudentia, ſi Antonium in officio retineret.

Aliam magnae expectationis prolem eidem anno aſſignari poſſe viderunt alii viri docti, inque his Nauzeus, (Mem. de l'Acad. des Inſcript. *Tom. XXXI), et iam ante eum vir doctus* (Boulacre *in* Bibliotheque Françoiſe *Tom. XXVIII, p.* 243, *acceſſit quoque nuper* Sam. Henley, *vir elegantis ingenii, in libello mox commemorando), ex nuptiis Octauiani cum Scribonia, quacum tamen anno ſequente diuortium fecit, ſuſcepta ex ea Iulia. Duxerat eam Caeſar initio anni, quo Pollio Coſ. erat, eamque ſub anni exitum, quo pax Brundiſina facta eſt, partui vicinam fuiſſe, ex eo intelligitur, quod Iulia ſub anni ſequentis initium nata eſt. Cum in expectatione eſſet Roma, quam prolem Scribonia editura eſſet, quippe vxor Caeſaris, III viri iam tum Lepidi et Antonii praevalentis opibus, potuit Virgilius filium ominari et meliorem inde rerum conditionem augurari; etſi de Auguſto rerum domino nondum illo anno quisquam cogitare poterat.*

Digitized by Google

Errat inter duo hos partus interpretatio, cum vterque habeat, quod iudicium inclinare possit. Quod Pollioni inscripta est Ecloga, pro priore opinione facit, quandoquidem is inter eos fuit, per quos pax Brundusina fuit composita: missus erat ab Antonio, cui fuit familiaris et studiosissimus; ex nuptiis adeo eius cum Octauia haud parum laetam spem concipere debuit. Nec obstat, quod idem Pollio mox iterum in Antonii partibus fuit; est enim res ex eius anni, quo pax facta est, actis dispicienda.

Iam quod ad Pollionis filium, Saloninum, vulgo e Seruianis commentis ad vs. 11. *(idque ceteris doctius persequutus est Boecler. Diss. Acad. Tom. II, pag.* 388*), aut ad Salonini fratrem, C. Asinium Gallum, ex alio istis commentariis adsuto panno ad v.* 11*, res refertur, non magis fide historica nititur; nam Pollioni puerum illo anno natum esse ignoramus. Esset adeo hoc, inferre aliquid de suo in poetam, et tum ex eo, quod intulimus, probationes petere. In Drusum incidisse virum doctum video in Comment. Treuolt.* 1703*, p.* 7*, id vero temporum rerumque rationibus repugnat. cf. Ruaeus pr. huius Eclogae. Multo vero molestiorem et nulla ope tuendam rationem proposuit Vignolius (in* Biblioth. Germ. *Tom. XXXV, pag.* 173 *sqq.), qui hanc Eclogam in annum* 730 *coniecit, vt tamen v.* 11 *de M. Tullio Cicerone, M. F. Consule suffecto* 724*, accipiat, et* Tullio *pro* Pollio *legat, et ad magnae aerae Alexandrinae initium, quod a magni cycli canicularis, qui est* 1461 *annorum, decimo quarto saeculo procedebat, retulit; quae sententia cum hactenus speciosa sit, vt valde probabile fiat, poetam ad magnam istam aeram, quae pro* reuolutione magni anni *et* ἀποκαταστάσει *omnium rerum habebatur, respexisse (cf.* des Vignoles Chronologie de l'Hist. Sainte *Tom. II, pag.* 710. 711*), in annum tamen memoratum* 730 *reiici ipsa*

Digitized by Google

ecloga non poteſt, niſi perquam contorte et aduerſa rerum verborumque omni natura, vt probare ſe eam rem Burmanno potuiſſe mirer. Enimuero quorſum bonum otium conteſo in exponendis opinationibus et ariolationibus, in quibus nihil ad liquidum perduci poteſt!

Quid autem, ſi ne locus quidem ariolationi eſt, quis puer ille fuerit, quem Maro naſcentem memorat? Poteſt enim ille nihil aliud voluiſſe, quam, calamitoſis bellorum ciuilium temporibus ſucceſſura nunc eſſe tempora laetiora; quae εὐφαντασιώδης poeta per aetates mythicas declarat; cum autem funeſtum hoc et ferreum ſaeculum non protinus mutari poſſet in aureum, inuerſa ratione per gradus res ad ſaeculum aureum adducenda fuit. Cum porro melior rerum conditio eſſe nequeat, niſi homines meliores deterioribus ſucceſſerint: eam rationem ingreſſus eſſe putari poteſt, vt nouam progeniem *proditurum eſſe dicat; haec progenies vt primordia ſua habeat neceſſe eſt; deflexit itaque orationem ad* puerum *illum,* qui primus in huius ſaeculi auſpiciis eſt naſciturus. *In hanc fere ſententiam vidi quoque incidiſſe vnum ex meis olim familiaribus Kuithan, Tremonienſem, acuti ingenii iuuenem, Rectorem nunc Gymnaſii Lünenſis Weſtphaliae. Puerum illum iam herois nomine et loco recte impertiit; potuere quoque Iouis pueri incunabula animo poetae inſidere; recte quoque* patrias virtutes *commemorat, natus enim ille puer eſt a deo aliquo, tamquam heros. Manent quidem vel ſic in figmento hoc nonnulla obſcura nec ſatis commode inuenta; verum probe arrogantem eſſe neceſſe foret eum, qui hoc ſibi ſumeret, aut ſibi ſatis confideret, vt omnia a ſe expedita in hoc carmine eſſe pronuntiet; ipſa enim res, vaticinii indoles et lex, enuntiationis modus per mythica ornamenta, omnem conatum ſuffiaminant.*

Digitized by Google

Non oraculum Sibyllae ſed Heſiodi quattuor aetates a Marone reſpici contendebat Fabric. in Bibl. Gr. Tom. I, 31, 19. Fuere tamen huius generis et vatum et poetarum luſus multi alii. In ipſo quoque Heſiodo non ſatis aperta eſt aetatum ratio, loco forte interpolato. De obſcuritate carminis perperam conquerunt. homines docti, quandoquidem hoc ipſum ad vaticinii indolem pertinet, vt per ambages obſcurata ſit oratio. Tum vero ſingulos verſus ad ſingulare aliqnod iſtorum temporum factum reuocare velle, non minus inane ſtudium eſt, quam quod interpretes oraculorum ſacrorum ſequi videas, cum ſingula phantasmata vatum, tamquam ſi in annalibus Taciti alicuius verſentur, inter ipſas res geſtas referunt, et poetica ornamenta ad factorum fidem explorant. Etiam Lowthius Summe Ven. Epiſc. Londin. Praelect. XXI erudite de hac Ecloga agit, eamque omnino expediri poſſe negat, nec multum abeſt, quin ſibi perſuadeat, non ſine veri dei afflatu eam ſcriptam eſſe: Contra quam ſententiam disputatum eſt nuper ſingulari libello a viro docto, Sam. Henley. *Si quis tamen animo reputet, aliorum quoque populorum, praeter Iudaeos, vates et vaticinia olim fuiſſe permagno numero; eorum porro vatum ingenia non minus incaluiſſe phantasmatibus et viſis poeticis, ſeu poeticum ornatum admittentibus; quotiesque in eodem argumento ſeu calamitatum praedicendarum ſeu felicitatis publicae priuataeque oſtendendae verſarentur, neceſſario in eadem rerum phantasmata eos incidere debuiſſe; non adeo mirabitur, adumbratas eſſe in hoc carmine, vt in tot aliis, rerum ſpecies ac formas ex aetate aurea iisque ſimiles, quae in Hebraicis vatibus occurrunt; vt illud taceam, in magno illo Sibyllinorum oraculorum numero, quem paullo ante vidimus, multa eſſe debuiſſe a Syris et Iudaeis hominibus propagata.*

Digitized by Google

Noluere viri docti hanc Eclogam inter Bucolica referri: quae res omnino ex carminis Bucolici notione ac definitione diiudicanda eſt. Illud notari debet, etſi argumentum ex ipſa vita ruſtica petitum dici nequeat, ita tamen illud eſſe tractatum, vt ſententiae et imagines rerum ſiue ab ea vita ſiue a vita antiquiſſimorum hominum arceſſitae ſint. Ceterum et in hoc carmine poetam interpretabimur ad ſenſum noſtrum: ad refellendum quemquam non deſcendemus. Quoties fide hiſtorica certa deſtituimur, omnisque res ad coniecturam redit, liberum cuique eſſe debet, pro ingenio ſuo ariolari, aut, ſi nolit, omnino non ariolari: in qua quidem ſecta me eſſe profiteor. Imitatione magnam partem expreſſit Calpurnius Ecl. I, 36 ſq.

Sicelides Muſae, paullo maiora canamus;
Non omnis arbuſta iuuant humilesque myricae;
Si canimus ſiluas, ſiluae ſint Conſule dignae.

1 *Sicilides* paſſim codd. Pier. et Burm. Verum eſt Σικελίς, Σικελίδες ex Σικελοί. 2 *humilesque geneſtae* Pierii Medic. *myricae*, penultima longa, cum Theocrito μυρῖναι. At Homer. Iliad. K, 467 corripit: — μυρίκης τ' ἰξιᾶλέας ὄζους. 3 *ſunt* Goth.

1. *Sicelides Muſae*, Paſtoritii carminis praeſides, Theocriteae, omninoque bucolicae. Σικελὸν μέλος Bion Idyll. VII, 1. Σικελικαὶ Μοῖσαι Moſchus Idyll. III. Paullo altius ſe pro bucolico carmine aggredi argumentum bene praefatur. Idem genus bucolicum porro *arbuſtis, myricis*, et *ſiluis* exprimit. *Myrica* virgulti genus in Italiae oris, quod ripas fluminum obſidere ſolet. *Tamariſcum* eſſe docent poſt Iulium Sabinum viri docti. conf. Mart. *Tamaricem Gallicam Linn.* Schreber ad Theocr. I, 13. 3. *ſilvae ſint conſule dignae*, ſit

Digitized by Google

Vltima Cumaei venit iam carminis aetas;
Magnus ab integro ſaeclorum naſcitur ordo. 5

ſec. cum al., et ſic Pierius in plerisque eſſe ait: ſententia parum commoda. 4 *Cymaei* plerique ap. Pier. *temporis* Menag. *iam venit* Leid.

carmen hoc bucolicum ſatis ex dignitate Pollionis Coſ.

4. 5. Agitur iam vltima aetas carminis Sibyllini; iterum procedent ſaecula, quae fuerunt: 6. 7. Adeoque redit nunc ſaeculum Saturnium, et cum eo hominum genus, quale ſaeculo illo aureo fuit. Itaque v. 8. 9 ſubiicitur: puero nato ferream aetatem deſinere, auream exoriri. Haec ſunt ipſa poetae phantasmata, ſi nihil aliunde adſciueris. Igitur carmen tum ſupererat, quod ad Sibyllam Cumanam vulgo referri ſolebat, in quo, vbi *vltima aetas* aduenieſſet, quam de ſua aetate interpretatur poeta, meliorum temporum ordo, per ἀποκατάστασιν aliquam, denuo procedere nuntiabatur; Nam, *Cumaeum carmen* de *Heſiodeo*, a Dio eius patre, Cumis oriundo (vid. Opera et Dies v. 636 ſq.), ſecundum Valerium Probum, Grammaticum, intelligere (cum Fabricio Bibl. Graec. I, 30, 14, et Graeuio Lect. Heſiod. c. 5), non licet. Nihil enim in illo de reuoluentibus ſe ac redituris aetatibus melioribus occurrit: niſi obſcure elicias ex vſ. 175 ὄφελον — ἢ πρόσθε θανεῖν, ἢ ἔπειτα γενέσθαι. Quot aetates Sibylla conſtituerit, ex h. l. non conſtat. Etiam in retracto aetatum curſu mox tantum memoratur melior ſeu aurea aetas, ſua exordia, incrementa, et ἀκμὴν habens. Si quem vero illud male habet, quod, cum Cumanae Sibyllae libri in Capitolio ſeruarentur, nihil ex iis a poeta ſciri aut vulgari potuerit: tenendum eſt, auctoritate Senatus, qua quidem talia agi fas erat (v. Dio lib. XXXIX, c. 15), multa paſſim ex libris Sibyllinis vulgata, et praeterea magnum effatorum Sibyllinorum numerum, vndecunque acceptum et ex cunctis gentibus apportatum, vulgo inter homines iactatum fuiſſe. v. Argumentum. Conſtituit autem poeta aetatem auream

Digitized by Google

Iam redit et Virgo; redeunt Saturnia regna;
Iam noua progenies coelo demittitur alto.
Tu modo naſcenti puero, quo ferrea primum
Deſinet, ac toto ſurget gens aurea mundo,
Caſta, faue, Lucina: tuus iam regnat Apollo. 10

7 *dimittitur* alii ap. Burm., ſolita variatione. 9 *et* Menag. *at* Goth. ſec. 10 Erat vir doctus, qui accipiebat de Pollione: *tuus iam regnat Apollo.*

per certos gradus ac progreſſus, quos ſecundum vitae humanae gradus conſtituit; per pueritiam, 18—25 dum aetatis ferreae mala deſitura, aureae bona reditura ſunt; tum per adoleſcentiam, qua perfectior quidem aetas, heroicae tamen ſimilis, proceſſura ſit; 26—36 cum virili autem aetate, tamquam tertio gradu ipſum ſaeculum Saturnium eſſe ſucceſſurum. Poetica haec eſſe phantasmata, nec hiſtorici quicquam argumenti, ne vaticinium quidem, ſubeſſe, ſatis apparet, dummodo nihil aliunde intuleris, et, vbi intuleras, ex eo argumenteris ac disputes. 6. *Virgo*, Δίκη, Iuſtitia, vt Heſiod. Ἔργ. 256. Nota res vel ex Ouid. Met. I, 149, et Ge. II, 414. Heſiod. Ἔργ. 209. *Saturnia regna* vt Romanus poeta laudat (vid. Excurſ. V ad Aen. VII, pag. 550.) Graeci tamen et auream aetatem ἐπὶ Κρόνου memorant: Heſiod. l. l. 109 ſeq. Attigit noſter eandem Georg. I, 125 ſq. II, 536 ſq. 7. *noua progenies*, nouum hominum genus, noua ſucceſſio, naſcitur, νέα πληθὺς ἀνδρῶν, h. meliores et iuſtiores, vt in nouo rerum ordine et aurea aetate. Eadem mox vſ. 9 *gens aurea*. Heſiod. O. et D. 109 χρύσεον γένος μερόπων ἀνθρώπων. Non igitur ad puerum referri hoc poteſt; qui ab ea discernitur. *demitti caelo* ſimpliciter eſſe naſci, ſtatuas ex v. 8 *naſcenti puero*. etſi notio θεόθεν γεννᾶσθαι, diuinitus, numine propitio, naſci. *ſurget*, procedet, ortum et initium habebit hoc puero nato.

10. *tuus iam regnat Apollo*. „Vltimum ſaecu-

Digitized by Google

Teque adeo decus hoc aeui, te Conſule, inibit,
Pollio; et incipient magni procedere menſes.

lum oſtendit, quod Sibylla Solis eſſe memorauit.„ *Seru.* Videtur hoc tenendum eſſe. Fabricius Bibl. Gr. I, 30, §. 14 multa quidem docte contra disputat, ipſe tamen multo moleſtiorem rationem proponit, vt et omnes ceteri interpretes. Si ſubſequentibus temporibus ſcriptum eſſet carmen, ferrem ſane *Apollinem* pro *Caeſare* dici; namque deus erat Caeſarum tutelaris; habitabat Auguſtus in Palatio ab 718 inde. conf. Dio XLIX, 15. LIII, 16, et Apollinis filius exiſtimatus fuit. v. Sueton. Octau. cap. 94. Occurrit quoque Apollo et Sol in numis. Verum eo tempore, quo haec Ecloga ſcripta eſt, honores illi in Caeſarem nondum erant cumulati.

11. *decus hoc aeui,* praeclara haec aetas. *inibit:* ſimpliciſſima eſt ratio, vt *inibit* ſit pro, curſum inibit, incipiet; eamque Seruius et vulgo interpretes ſequuntur. *Inire* quidem abſolute ita poſitum non occurrere, bene monet Burmannus; participium tamen nunquam non ita dicitur: *ineunte anno, menſe; iniens aetas:* quidni etiam *annus init?* et eodem modo dictum *ingredi* pro incipere, vt Ge. I, 42 *ingredere.* (Burmannus, vt ita iungamus, auctor eſt: *Apollo*, hoc eſt, Auguſtus, hunc fere intelligunt interpretes, *inibit decus hoc aeui, te, Pollio, Conſule.* Melius ſubiectum eſſet ſic ipſe *puer naſcens,* qui idem ex noſtra ratione *Apollo* eſt, qui hanc praeclaram vitam, hoc aeuum, inibit. Videri aliis poſſunt verba v. 12 *et magni incipient procedere menſes,* quae ad *nouam progeniem* ſpectant, poſtulare, vt et illa *decus hoc aeui inire* putetur. Sed praeſtat vulgatum retinere.) 12. *magni menſes,* illuſtres, inſignes, memorabiles, vt v. 5, vtpote ſaeculi aurei. Nimirum *magnus annus* eſt, vtique hinc et *magni menſes.* Quis, niſi apud Iulium Sabinum e pleniore Seruio legeretur, crederet, iam Aſconium Pedianum libro ſecundo de praetura vrbana putare potuiſſe, Virgilium

Digitized by Google

Te duce, ſi qua manent, ſceleris veſtigia noſtri
Inrita perpetua ſoluent formidine terras.
Ille deum vitam adcipiet, diuisque videbit
Permixtos heroas, et ipſe videbitur illis;

13 *primi* vel *noſtri* Köler. mſ. 14 *poenas* Ven. 15 *diuoſque* Rottend.

intellexiſſe de Iulio et Auguſto, qui menſes nomina tum de D. Iulio et Auguſto Caeſare acceperant.

13. *Te duce:* auſpice, a tuo inde conſulatu; expiabitur primo omne ſcelus, quo contaminatum eſt hoc hominum genus: ſcilicet vt ſanctior et caſtior aetas ſuccedere poſſit. *ſceleris veſtigia noſtri:* belli ciuilis reliquias ſpectari, manifeſtum eſt. Nam perpetuum hoc, vt de bello ciuili ἄγος, *ſcelus*, praedicetur; Notum: *Cui dabit partes ſcelus expiandi. Quo, quo, ſceleſti, ruitis.* Nunc inprimis de illo tempore agitur, cum poſt Brunduſinam pacem Sext. Pompeius adhuc maria Italiae infeſtaret, et commeatu Romam intercluderet. Pax quidem etiam cum hoc paullo poſt apud Puteolos inita; verum, quod Ruaeus poſt hanc pacem Eclogam noſtram ſcriptam arbitratur, vnde ſcilicet tanto maior aurei ſaeculi ſpes affulſiſſe videri poſſet, id propterea commode dici non poteſt, quia pax illa ſequenti demum anno compoſita fuit, v. Dio XLVIII, c. 36; partus vero ille pueri adhuc eodem anno expectabatur, vt v. 11 et 61. Mox ornatus v. 14 pro eluentur, tollentur. *Irrita*, abolita. *formido* eſt propter τὸ ἄγος et reatum ex ſcelere conceptum.

15. 16. *Ille deum vitam a.*, aget vitam deorum, et inter deos heroesque. Adumbratum ex iis, quae praedicantur de aurea aetate ὡς τε θεοὶ ἔζωον, ἀχηδέα θυμὸν ἔχοντες Νόσφιν ἄτερ τε πόνων etc. cf. Heſiod. Εργ. v. 112 ſqq. Erat enim hoc inter aurei ſaeculi bona, vt dii praeſentes inuiſerent homines. Ouid. Faſt. I, 251 et paſſim. 16. *et ipſe videbitur illis*, ſcil. permixtus iis, h. e. admixtus erit. ἀναμίξ

Digitized by Google

Pacatumque reget patriis virtutibus orbem.
At tibi prima, puer, nullo munuſcula cultu,
Errantis ederas paſſim cum baccare, tellus,

17 *patris* Mentel. pr. et in vetuſtiſſimis aliquot Pierii. f. pro patrIs. 18 *Ac tibi* Rom. *primo* Parrhaſ.

φάσθητο, Aratus Phaenom. 104, quem ante oculos habuit. 17. *Pacatum orbem reget:* etiam hoc ex aurea aetate, quod in ea pacata omnia ſunt: obſcurius eſt, quod addit, *patriis virtutibus,* omnino, maiorum: et ad hoc, tamquam ad ſcopulum, offendit quaelibet opinio de puero naſcituro. Marcellorum quidem nomen in annalibus Romanis clariſſimum: hactenus puer, qui ex Octauia, Octauiani ſorore, Marcello nupta, nunc autem Antonio deſponſa, patriis virtutibus ornatus eſſe poterat: at quae ſpes eſſe potuit, vt ille *orbem regeret?* Non magis in puero ex Octauiano et Scribonia id locum habebat: nam de herede imperii et ſucceſſore deſignato eo tempore cogitari nondum potuit. Multo minus haec cadunt in Pollionis, viri conſularis, prolem. *Regit* orbem terrarum *populus* Romanus, (*Tu regere imperio populos, Romane, memento*) regit poſtea *princeps,* at nec Senatus, nec magiſtratus.

18. Felicitatis *aureae* huius *aetatis,* ex verſibus forte Heſiodeis l. l. 130 ſqq. ſuborto commento, *initia* cum pueritia procedere facit, *incrementa* vero cum adoleſcentia, cum virili tandem et perfecta aetate *vitam perfectiſſimam. nullo cultu,* vti omnia in ſaeculo aureo naſcebantur, Heſiod. l. l. v. 118 καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα Αὐτομάτη πολλόν τε καὶ ἄφθονον· hic tamen, vtpote in infantia eius pueri, herbas tantum et flores ſua ſponte terra editos memorat; at fruges cum adoleſcentia v. 28, cum virili tandem aetate omne genus prouentus terrae ſponte naſcetur v. 39. Ouidius adeo, *ſine ſemine,* addit Met. I, 108. 19. *Baccar;* Plin. XXI, 6 ſ. 16 *Bacchar quoque radicis tantum odoratae*

Digitized by Google

Mixtaque ridenti colocasia fundet acantho. 20
Ipsae lacte domum referent distenta capellae
Vbera; nec magnos metuent armenta leones.
Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.
Occidet et serpens, et fallax herba veneni

20 *fundat* ap. Macrob. Sat. VI, 6. *fundit* Gud. a m. pr., et mox *referant*. *fundet* Schol. Horat. II Carm. 6. 22 *metuant* Mentel. et Menag. 24 Interpungunt alii post *veneni*, vt iteretur *occidet*.

est; a quibusdam nardum rusticum appellatum — Odor est ei cinnamomo proximus. Formam Dioscorides satis accurate descripsit, sed, qualis illa sit, inter recentiores nondum constat, vt docet Martinus. Fascinum depellere creditum esse, discimus inf. Ecl. VII, 27. 20. *Colocasium* s. *colocasia*, planta palustris Aegyptia, latissimis foliis, caule spectabili, quo quidem non minus ac radicis bulbo vesci solent; fabas esu gratas pro fructu habet. Circa haec demum tempora in Italia seri coepisse, ex Plinio colligere licet; non tamen post victam demum ab Augusto Aegyptum, vt Serv. ad h. l. Notissima etiam nunc haec planta est inter Aegyptios nomine *Culcas*. cf. Martin. et Cerda, Schneider ad Pallad. III, 24, 14.2 *Acanthus* h. l. est Aegyptia arbor, Acaciae genus. Cf. ad Ecl. III, 45. *ridens* est florens, pulcer; notissimo vsu vocis *ridere*, γελᾶν, γάνος, γανύεσθαι et similium, etiam in vernaculo sermone.

21 — 25. *Ipsae*, sponte, nullo ducente, vt satis notum. Sic *αὐταὶ* pro *αὐτόματοι* Theocr. Idyll. XI, 12, et mox v. 23 *cunabula fundent ipsa flores*, quos *blandos* dixit seu colore et adspectu seu odore gratos et tactu. Quod ex iis flores sponte nascuntur, ductum est ex iis, quae de deorum praesentia et ἐπιφανείᾳ passim narrantur: tellurem sub eorum gressu et obtutu viresc ere ac floresc ere. 24. Aut *herba veneni*, graeco more pro venenata; eadem *fallax*, vt Georg. II, 152 *nec miseros*

Digitized by Google

Occidet: Assyrium vulgo nascetur amomum. 25
At, simul heroum laudes et facta parentis
Iam legere, et quae sit poteris cognoscere virtus;
Molli paullatim flaueſcet campus arista,

25 *Assyrium et v.* Pierii Longobard. Versus deerat Leid. 26 *Ac* multi. *Et* vnus qu. Moret. *facta parentum* fragm. Moret. et Gud. a sec. manu, et Rom. Pierii. Memorabilis haec est lectio, et poterit hac vti, cuius animo insidet aliqua opinio. Tutum iudicium fieri nequit, quamdiu inuolucra, quibus sententiam suam obscurauit poeta, retexere nequimus. 27 *et poteris, quae sit* vnus Heins. 28 *flaueſcit* Gud. a m. pr. Rottend. tert. et qu. Moret.

fallunt aconita legentes, aut *fallax veneni*, veneno fallaci; exquisitiore vsu poetae, vt audax animi. *Occidet*, verum vt *herba moritur*. 25. *Assyrium — amomum*: quod genus fruticis aromatici est. v. ad Ecl. III, 89. *Assyrium* vero, cum Armeniae et Mediae ea planta esset, cf. Mart. h. l.

26. 27. Vbi adoleueris. Hoc splendide enuntiatum. *heroum laudes* sunt facta laude digna, vt κλέα ἀνδρῶν ἡρώων apud Homer. Iliad. χ, 520. *Parens*, cuius *facta* legere poterit, aut ipse Octauianus est, si de Scriboniae puero agitur; aut, si de Octauiae partu, C. Marcellus; cuius tamen virtus cum parum nobilis et celebrata sit, arripienda foret coniectura, a Martino ad v. 15 propositа, vt forte infans ille ab Octauiano adoptatus, aut certe in pacis conditionibus aliqua ratione ei insigniter prospectum fuerit. Cum tamen et huius rei fides laboret; altera lectio, *facta parentum*, h. maiorum, tamquam tutior, amplectenda erit. 27. *quae sit — virtus*, pro, virtutem cognoscere: frequenti poetarum, inprimis Homerico, vsu. Nimis argute ad philosophiae disciplinam trahunt.

28—30. Vbi puer adoleverit, maior iam terrae cultus et felicitas erit (conf. ad 18); nascentur sponte fruges, vuae, mel. Quod *sponte* haec fiunt, nullo cul-

Digitized by Google

Incultisque rubens pendebit ſentibus vua;
Et durae quercus ſudabunt roſcida mella. 30

30 *Durae* coni. Voſſius, vt Ge. IV, 145. *roſida* et hic ſcribitur in binis, vt alibi.

tu, conf. Ouid. Met. I, 109. 110 ex omni conſilio poetae manifeſtum: etſi non ſatis diſerte expreſſum eſt. Diſertius Horat. Epod. 16, 43 *Reddit vbi Cererem tellus* inarata *quotannis, Et* imputata *floret vsque vinea, Germinat et nunquam fallentis termes olivae*, etc. Haec ornate extulit. *Mollis ariſta* quo ſenſu dicta ſit, ambigitur: communi vſu et ratione erit, quae adhuc eſt in herba, gramen tritici, herba. Sic Seneca Epiſt. 124 *cum folliculo ſe exſerit ſpica mollis.* Ita *ariſta* improprie dicta. Atque ita poetam ſenſiſſe nullus dubito: noua ſegete ſponte enata paullatim ager efflorescet. Si vero *ariſtam* proprie dictam contendas, vt ſit ſpica frugis iam adulta et firmata, quandoquidem *flaueſcet* adiectum eſt, tum in epitheto *mollis* haerebis; et aut accipiendum erit, vt ſit laeuis: cum nunc grana tenuibus quibusdam et acutis acubus, tamquam vallis, obſita ſint, nouo miraculo ariſtae tum erunt glabrae. Ita etiam Martinus. Aut *molles* erunt tenerae, quod ariſtarum epitheton Aen. VII, 809 habetur: *nec teneras curſu laeſiſſet ariſtas.* Ita *molles* h. e. tenerae *ariſtae*, vt *mollis acanthus, mollis iuncus, molle ſiler.* 30. *ſudabunt*, ſtillabunt, eliquabunt. Exempla dat Cerda. Inf. Ge. II, 118 *odorato ſudantia balſama ligno.* Nam duplici more haec efferuntur. Videntur antiqui hoc aetatis aureae bonum dupliciter extuliſſe, vt aut mel, quod in quercubus apes faciunt, tam copioſum eſſet, vt in terram defluueret, vt Ouid. Am. III, 8, 40. Horat. Od. II, 19, 11. Epod. 16, 47. conf. Heſiod. Ἔργ. 233; alios v. apud Vrſin. ad h. l.; aut vt folia ilignea mel eliquarent et ſudarent pro glutine, quod nunc illa folia certis temporibus obſidet. Sic Ouid. Met. I, 112 *Flauaque de viridi ſtillabunt ilice mella.* Ge. I,

Digitized by Google

Pauca tamen ſuberunt priſcae veſtigia fraudis,
Quae tentare Thetim ratibus, quae cingere muris
Oppida, quae iubeant telluri infindere ſulcos.

32 *Thetin* duo ap. Heinſ. qui vbique praefert Latinam terminationem tamquam minus vſitatam. 33 *infundere* tres, aberratione ſolita. *tellure* Rottend. tert. *tellurem infindere ſulco* Rom. vnus, pro quo *ſulcis* Vatic. oblong., quae et ipſa bene ſe haberent. Recepit quoque poſterius Wakefield.

131 *mellaque decuſſit foliis*, de Iouis aetate; et hunc in ſenſum dictum h. l., quare et *roſcida mella* accipio, quae roris more per folia guttatim ſe colligebant. Eiusmodi mel ex certis arboribus, v. c. palma, in Media, Arabia, variisque Aſiae locis legi memoratur. vid. Weſſeling ad Diodor. XIX, 94. Eſſe id ἄγριον illud μέλι, quo Ioannes vſus eſt, putant nonnulli, et ſub *Mannae* nomine ex Suida complexus eſt Salmaſ. in Diſſ. ſua de Manna. Apud Conſtantinum l. l. Σκληρῶν δὴ πεύκης λαγόνων μέλιτος ῥέει νᾶμα ex priore ratione exponitur: *Duris ex picearum truncis mellis latex fluxit.* Cf. ad Tibull. I, 3, 45. Transtulere poetae hoc idem naturae miraculum ad prodigia et miracula, quae in Bacchicis initiis iactabantur, vt dei praeſentia mella paſſim defluerent arborum truncis. v. Eurip. Bacch. 142 ſq. 703. 710. Horat. II Carm. 19, 11.

31—36. *Pauca tamen.* Heroum erit haec aetas, nondum illa Saturnia: ad quam per iſtam exactam rerum orbis redibit. Enarrat adeo poeta illa, quae ab heroica vita non abfuere. *veſtigia fraudis*, ſceleris, προτέρας ἄτης, vt 13 *ſceleris veſtigia noſtri*, h. mala et vitia nonnulla, ex ſerioribus aetatibus inolita, quae cum Saturniorum temporum ſimplicitate et innocentia non ſatis conveniunt; vt nauigatio, vrbium munitio, aratio; quae omnia cum adulta pueri aetate ceſſabunt v. 37. Cum in vate verſemur, interpreti ſubſiſtendum in hoc phantas-

Digitized by Google

Alter erit tum Tiphys, et altera quae vehat Argo
Delectos heroas; erunt etiam altera bella;
Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.
Hinc, vbi iam firmata virum te fecerit aetas,
Cedet et ipſe mari vector; nec nautica pinus
Mutabit merces: omnis feret omnia tellus:
Non raſtros patietur humus, non vinea, falcem;

34 *Argos* duo, male; mox duo *Achillis*. *delectos heroas* illuſtrauit Mitſcherlich noſter Lect. in Catull. p. 3. 37 *Hic* Parrhaſ. et Ven. 38 *maris* Goth. ſec. a m. pr. *vietor* Mentel. et Dan. Heinſ. ed., 40 *Nec* Vratisl. et Franc.; alter et mox *nec vinea f. falces* Menag.

mate poetico; nec quaerendus euentus, qui reſpondeat. Magis argute itaque quam vere ad res eius anni referas, quod poſt Brunduſinam pacem metus de Sexti Pompeii claſſibus adhuc ſupererat, quem annus ſequens pace Puteolana ſublatum vidit. 34. Indulget ſibi poeta, ea, quae heroicis aetatibus euenisſe narrantur, commemorando; Argonautarum ſcilicet nauigationem, et Achivorum ad Troiam expeditionem. Sunt vero plane adumbrata ex Heſiodeis vſſ. 161 ſqq.

37—45. Cum virili aetate perfectum ab omni parte ſuccedet ſaeculum Saturnium, aurea aetas. Ab hac itaque aberunt omnes peſtes et mala vitae, quae per cupiditates hominum inferuntur. Contra omnium rerum vbique per terrarum orbem copia erit ſumma, *omnis feret omnia tellus*, vt nauigatione externa bona ne petere quidem neceſſe ſit. Nulla adeo erit nauigatio v. 38. 39; erit contra frugum omniumque e terra naſcentium prouentus ſine cultu 40 ſqq., quae eſt perpetua laus aetatis aureae, ex antiquo ſermone petita. Quid? quod adeo loquendi mos inualuit, vt etiam populi, qui iuſtitiam colit, vita

Digitized by Google

Robuſtus quoque iam tauris iuga ſoluet arator.
Nec varios diſcet mentiri lana colores:
Ipſe ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti
Murice, iam croceo mutabit vellera luto;
Sponte ſua ſandyx paſcentis veſtiet agnos. 45

41 *Robuſtis* Ven. et Parrhaſ., ſed et illud epitheton ornat. 44 *fucabit* coni. Io. Schrader., vt Ge. II, 465. IV, 335. Virgilium expreſſit Claudian. 29, 73 *roſeis formoſus Duria ripis Vellera purpureo paſſim mutauit ouili.* 45 *ſandix* multi apud Burmann. Fuit vir doctus, qui *naſcentes* coniiceret: aduerſus

eodem modo redhibeatur ab Heſiodo Op. 232 ſq. 236. 237. Ad v. 38—40. Nulla opera humana indigebit ager. cf. Arat. Phaenom. 110. 111. Genus operae in vitium cura eſt amputatio. v. ad I, 57. II, 70. Reſpexit autem noſter Catullum LXIII, 39 ſqq., vti noſtrum Ouidius Met. I, 101.

42—45. Nouum ac mirum phantasma in vaticinio! pecudis color natiuus erit purpureus, croceus ac roſeus. Hoc ita declarauit, vt tingendi neceſſitatem abfore dicat. *Mentiri lana* dicitur, dum fucum imbibit, alieno colore tingitur. Ad Etruſcam diſciplinam referre hoc vult cum Seruio Grammaticus ap. Macrob. III, 7; ex ea enim: *purpureo, aureoue colore ouis ariesue ſi aſpergatur:* principi generis claritatem ſignificari. Poteſt hoc ita ſe habere; potuit tamen nec minus poetae ſatis eſſe, vt lanae pulcritudinem in gregibus inter fauſta et laeta adſpectu aureae aetatis numeraret. 44. *mutabit vellera luto,* permutabit, adeoque tinget, inficiet, naturalem velleris colorem *ipſe,* ſponte, naturae beneficio, non opera hominum, purpura et luto, vt naturalis color iam purpureus ſit et aureus. Pro coloribus materias colorum poſuit. *Luteum* ſeu *lutum,* ac *lutea,* herbae genus, qua tincta lana flauo et croceo colore inficitur. Notus eius vſus etiam noſtris tinctoribus ſub nomine *Wau.* Cf. Martin., it. ad Tibull. I, 8, 52. vbi meliora e Beckmanno noſtro appoſui. *Sandycem*

Digitized by Google

Talia ſaecla, ſuis dixerunt, currite, fuſis

quem disputauit Burmann. ad h. l. et ad Ouid. III Art. 25 et ad Calpurn. Ecl. II, 37. Scilicet fuit is Bentleius (in *Bibliotheque Angloiſe* T. I, p. 186). Haeſerat autem ille in voce *paſcentes*: ſi enim inter paſcendum mutatum eſt vellus: pabuli ea vis eſſe debuit, vt fucus accederet lanae. Enimuero fraudem fecit non animaduerſa poeticae orationis indoles: *paſcentes*, epitheton, ornat tantum agnos; nihil amplius. Idem hoc non animaduerſum adduxerat veteres, et ipſum Plinium (v. in Not.), vt Virgilium crederent *ſandycem exiſtimaſſe herbam eſſe*. In quo iniuriam faciunt poetae. Quod ſi vel maxime id ſe ita haberet, ieiunum eſſet: repente inter paſcendum ſandyce guſtato mutari vellus. Interea tamen fatendum, *naſcentes* melius ſcriptum fuiſſe a poeta. 46 *currere* Parrhaſ. et Pierii Mediceus. Io. Schrader. coni. *ducite*.

v. 45 a Virgilio pro herbae genere habitam eſſe, poſt Plinium XXXV, 6 (23) credunt Interpretes; de natura tamen coloris nihil dixit poeta; coloris tantum genus indicare voluit, quo vellus ouillum ſplendeat: vt *ſandyx* ſit color ſandycis, et ornate dixit, quod erat; habebunt agni vellus rubrum nemine tingente. Eſt vero coloris ſeu pigmenti genus ex metallo; interdum etiam factitium, ex ſandaracha toſta et rubrica aequa parte admixta: vt ibid. Plin., quo rubeus color efficitur. Niſi cum viris doctis, in his cum Beckmanno, ſandycem pro herba tinctoria, forte rubia, habere malis, quandoquidem cum altera herba, *lutea*, iungitur. Referunt quoque eo *paſcentes*, quia depaſta rubia oſſa pecudum infici ſolere obſervatum eſt. Paullo tamen ſubtilius haec ita accepta putem. Conſtantini Interpres l. l. c. 20 *purpuream Sandycem* appellat: Σάνδυκι πορφυρέῳ λάχνην ῥυπόεσσαν ἀμείβων. Eſt autem ὁ et ἡ Sandyx.

46. 47. Dixerunt Parcae ſuis fuſis: *O talia ſaecla, currite!* pro vulgari: o ſila. Pro filo ex colo deducto fata ſunt, ſeu ſaecla: haec neri dicuntur; vt apud Homerum toties ἐπικλώθειν fata alicui deſtinare, nendo ſcil. Ἀλλ' οὔ μοι τοιοῦτον ἐπέκλωσαν θεοὶ ὄλβον. Habuit autem, quod iam Macrob. VI, 1 vidit, Maro ante oculos Catull. LX, 320 ſqq., vbi eſt *Currite fuſi. Sed vos, quae fata ſequuntur, Currite ducen-*

Digitized by Google

Concordes ſtabili fatorum numine Parcae.
Adgredere o magnos (aderit iam tempus) honores,
Cara deum ſuboles, magnum Iouis incrementum!
Adſpice conuexo nutantem pondere mundum; 50

47 Idem fere verſus in Ciri 125 — *regnumque futurum Concordes ſtabili firmarunt numine Parcae.* 48 *Adgredere:* ſcripturam e libris firmat Burmann., neſcio cur hoc potiſſimum loco. Tuenda erat ex eo, quod tenorem et conſtantiam ſequi conſentaneum eſt. 49 *Clara* Moret. quart. et Scheff. recentiſſ. Idem verſus in Ciri v. 398. *ſuboles* vetus ſcriptura, quam Feſtus firmat h. v. verſu laudato. 50 Sic in Ciri 228 *culti nutantia ſidera caeli.* etſi ibi minus commode. *ſidera* enim *micant, nictant,* ſcintillant. At nutant quae aut quaſſantur, aut quae pondus habent. Sic *nutant criſtae, ſiluarum cacumina, terra mota.*

tes ſubtemina, currite, fuſi. Tum 47 *Concordes ſtabili fatorum numine Parcae. fata* ſunt *ſtabilia,* immutabilia, iisque *numen* h. vis et poteſtas aeque ac voluntas diuina tribuitur. *Parcae concordes fatis,* h. in fatis hominum rerumque definiendis et conſtituendis. Solent autem poetae modo in nuptiis modo in natalibus Parcas, Μοῖρας, adhibere fata canentes.

48 — 52. Dicere haec ἐνθουσιῶν de puero, iam ad virilem illam aetatem adulto, exiſtimandus eſt poeta, impatienter ferens moram, et iam animo prouidens praeſagia ac prodigia, quae magnam rerum mutationem portendunt. 49. *magnum Iouis incrementum,* alumnus et nutricius, θρέμμα Διὸς, διοτρεφής, vt: Ioue natus. cf. Cerda. 50. Eorum, quae ſequuntur, ambigua eſt et ſtructura et ſententia: Poteſt prior verſus: *Aſpice conuexo nutantem pondere mundum* per ſe accipi tamquam phantasma propheticum ſeu viſum prodigii, quod inſtantem rerum inuerſionem portendit: vniverſi terrarum orbis motus ac tremor. *mundus nutans conuexo pondere* ornate dictus pro: mundus conuexus, caelum conuexum, nutans: bene tribuitur caelo moles, pondus, in primis in motu. *Nutat* autem et concutitur orbis terrarum, tamquam aduentu et apparitione numinis,

Digitized by Google

Terrasque tractusque maris coelumque profundum;
Adſpice, venturo laetantur vt omnia ſaeclo.
O mihi tam longae maneat pars vltima vitae,

51 *Terrasque et tractusque* Menag. alter, ſcilicet ad fulciendum verſum. *Terramque* nonnulli ap. Pier. Verſus repetitur Ge. IV, 222. 52 *laetantur* Rom. Pierii. conf. Burm. ad Ecl. II, 66. Bentl. ad Horat. Epiſt. I, 1, 91. et hoc vulgato *laetentur* praeferendum in poeta arbitror. 53 *longe* aliquot vett. edd., vt Flor.

quod in ἐπιφανείαις deorum fieri ſollenne eſt. Quae ſequuntur, cum antecedente iungere licet, *vt et ipſa terra, mare, caelum, nutent;* vtque ſubiiciatur ſic ad declarandam cauſſam: *adſpice vt omnia laetentur venturo ſaeclo*, . inſtante magna illa rerum inuerſione. Ita *nutatio mundi* futuri laetum ac fauſtum ſignum habendum. Quemadmodum in dei praeſentia terra moveri ac contremiſcere et quaſi exultare ac tripudiare ſolet: quod adeo ad deum agreſtem Horatius retulit III Carm. 18, 14 *Spargit agreſtes tibi ſilua frondes,* haud dubie nutantibus cacuminibus. Alter modus iungendi verba eſt: vt vnicum praedicatum ſit: *Aſpice, vt laetentur omnia:* et vt in enumeratione partium mundus epitheto ornetur: *conuexo nutantem pondere mundum,* h. e. ſimpliciter libratum mole ſua aequaliter. Eſt vero ſic graeca ſtructura: *Aſpice mundum, terras* etc., *vt laetentur,* pro: aſpice, vt mundus etc. omnia laetentur. Et vaſtae vtique cuivis moli ac ponderi tribui hoc poteſt, vt *nutare* cum vi et δεινότητι dicatur, vt de ruina tamen aut diſſolutione nihil ſignificetur. Sic *rami pondere nutant* apud Ouid. Art. II, 263. Nec aliter acceperat Conſtantini Interpres. v. Excurſ. ad hanc Eclogam. Quo minus hanc interpretationem praeferam, mouet me, quod ita *mundus* et *caelum* 50. 51 non bene diſcerni poſſunt.

53 — 59. *O mihi tam;* adumbratum ad Heſiodi ductum l. l. 174 ſqq. Sit mihi tam longa vita! cumque eius non niſi extrema pars ea tempora attingere poſſit, pro eo dixit: *longae pars vltima vitae. Spiritus,* ingenii

Digitized by Google

Spiritus et, quantum ſat erit tua dicere facta!
Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus,
Nec Linus; huic mater quamuis, atque huic pater adſit:
Orphei Calliopea, Lino formoſus Apollo.
Pan etiam, Arcadia mecum ſi iudice certet,
Pan etiam Arcadia dicat ſe iudice victum.
Incipe, parue puer, riſu cognoſcere matrem;
Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.

Egnat., et hinc recentiores nonnullae. Sed iam Aldd. et ex his ductae *longae*, quod firmat Heinſ. poſt Pier., nam et libri variant. In multis etiam *tuae* quod praetulit Wakefield, nec incommode. 54 *ſua* Heinſ. vnus. *fata* Rottend. 55 *Thraceus* nonnulli. 56 *atque* deeſt in vno Rottend. 57 *Orphi, Orpheo, Orphea. Calliopia.* Sic variant libri edd. et Grammatici. *Orphi* Rom. et Priſcianus agnoſcunt: Ὀρφεῖ, Ὀρφεῖ. Et Καλλιόπεια. 58 *Pan etiam, Arc.* firmata ab Heinſio omnium libb. lectio, excepto vno Oblongo Pierii: in quo *Pan deus*, quod hinc irrepſit in edd. Pulmann., et hinc in alias. Poteſt quoque interpungi: *Pan, etiam Arcadia mecum ſi iudice certet, Pan etiam A. ſi i. certet* Aurel. Vict. de Orig. gent. Rom. 5, memoriae vitio. 59 *dicet* nonnulli ap. Heinſ. 61 *tulerunt* agnoſcunt Grammatici, Probus et Donatus, cum libris,

vis vigorque poeticus; et mihi ſit tantus, quantum eius ſpiritus ſat erit ad facta tua dicenda. 55—59. *Non me c.* Tanta erunt tua facta; tanta erit, tamque magnifica ac diuina, materia tuae laudis, vt ingenium meum ab ea excitatum, inflammatum et diviniore ſpiritu actum, ſupra omnes excellere, et ipſos deos canendo vincere poſſit. *adſit*, vti inuocati dii adſunt, opem ferunt, fauent poetis. 60—63. *Incipe, p. p., riſu cognoſcere matrem.* Deſiderii impatientia poeta ἐνθουσιῶν vix moram fert, quod fauſti ſaeculi initia nondum exorſum habere videt, cum pueri natalibus coniuncta. Vulgari ratione eſſet: naſcere puer! nam decimus iam menſis agitur, iuſtumque adeo matri vtero ferenti tempus expletum. Omnia haec ornauit, vt poeta: cum decem menſes memorat, *faſti-*

Digitized by Google

Incipe, parue puer; cui non riſere parentes,

inpr. Rom. et Gud. Male metuentes metro alii: *tulerint, tulerant. abstulerint* legi, addit Seruius. 62 *qui* emendarant viri docti, vti iam Quinctilianus IX, 8 legerat, v. Pier. Cod. Burmann., receptum quoque in Aldd., et in tertia interpunctum: *qui non riſere: parentes Nec.* Senſu aut nullo aut parum commodo: at *cui* indubitate vera lectio; antiquiores etiam *quoi.* In Parrhaſ. *cur.* Io. Schrader. coni. *qui non riſere parenti, Nec deus hos m.* ſaltem lenius, quam Withof. *cui non ridere parenti eſt, —*

dia addit, cum temporis huius decurſu ſatis iam magna oneris ſui taedia ei ſint. Exprimit porro rem a ſigno valde iucundo, a voluptate et laetitia matris, cum qua recens natum infantem intuetur; vt eo riſu ſe quaſi matrem probare videri poſſit. Vix dici poteſt, quantum h. l. trepident interpretes, qui ab antiquiſſimis inde temporibus (verum tamen Iulius Sabinus vidit) ad riſum pueri matri arridentis haec retulerunt. At hoc non admittunt ſeqq. *cui non riſere parentes:* Scilicet poeta volebat: incipe in dias auras prodire, et oculos in matrem coniicere, eamque quaſi ex hoc, quod tibi ea arridet, agnoſcere. Poeticum ſenſum ad talia afferre neceſſe eſt. 62. *cui non riſere parentes, Nec.* Exprimit id, quod iam dicendum erat: riſum hunc matris ad puellum natum laetitiam matris arguere, eumque expectandum eſſe ei puero nato, qui matri gratiſſimus ſit, quippe qui aliquando inter heroes et deos locum ſit habiturus: a contrario; quae conuerſio rationi poeticae valde conſentanea eſt. Quem infantem recens natum tali cum riſu non excepere vlnis ſuis parentes, adeoque de nato puero non laetati ſunt, eſt is ingratus et inuenuſtus homo, adeoque ad deorum vitam et conſortium admitti non poteſt, quod puero promiſerat vſ. 15. Conueniret adeo in eum, quod Pindarus ait Pyth. II, 80 γόνον οὔτ' ἐν ἀνδράσι γεραςφόρον, οὔτ' ἐν θεῶν νόμοις, de Centauro Ixionis f., aut quod apud Homerum eſt, θεῶν ἀέκητι γενέσθαι τε τραφέμεν τε Odyſſ. γ, 28. Deſignari autem recepti inter deos herois vita duabus rebus ſolet, conuictu cum Ioue et deae alicuius coniugio. Sic de Her-

Digitized by Google

Nec deus hunc menſa, dea nec dignata cubili eſt.

63 *eſt* abeſt a nonnullis. *cubile eſt* duo, et *cubileſt* in Rom.

cule Horat. Od. IV, 8, 30 *Iouis intereſt optatis epulis*, idemque Heben coniugio accipit. cf. Virg. Georg. I, 31. Haec interpretatio vti ſimpliciſſima, ita veriſſima eſt. Ad Vulcanum hactenus reſpici poteſt, quod, cum eius deformiter nati aſpectu Iuno parum delectata fuiſſet, ita vt eum de caelo praecipitaret, Hymn. in Apoll. 316 ſqq., excluſus ille eſt (ad tempus certe, nam aliis locis in conſilio Iouis nominatur) deorum conſeſſu et conuiuio, et a dea Minerua ſpretus, cuius ille coniugium appetierat.

Digitized by Google

ECLOGA V

DAPHNIS

ARGVMENTVM

Conuenerant Mopſus et Menalcas, paſtores, ille fiſtula, hic cantu excellens, et ſe ad canendum mutuo inuitant 1 — 19. *Poſtquam ſub antrum conceſſerant, prior Mopſus* 20 — 44 *Daphnidis mortem luget; inde Menalcas ſuccedens* 56 — 80 *eiusdem Daphnidis tamquam diis adſcripti laudes perſequitur. Mutuis hinc ſibi muneribus datis discedunt. Etiam in huius eclogae allegoria exſculpenda moleſti fuere interpretes. In Daphnide plerique Iulium Caeſarem, eiusque necem et apotheoſin (v. Vita Virgilii ad a.* 712*), nonnulli, iam ex antiquioribus, Maronis fratrem Flaccum, mox etiam Quinctilium Cremonenſem, ſiue etiam Quinctilium Varum, item Saloninum, Pollionis filium, quaeſiuerunt; vt Catroei aliorumque ſomnia taceam. Quod ſi altio-*

Digitized by Google

rem, quam verborum ratio fert, ſententiam quaerendam putes, ad Caeſarem vt putes poetam reſpexiſſe, feram equidem; modo non ſingula allegorice interpretari auſis; quandoquidem illud ſaltem non incommode fieri poteſt; quod tamen cogat nos, nihil ineſt; inferre autem de ſuo aliquid alieni, quod non in ipſo carmine habetur, non eſt boni interpretis, cui ſatis eſſe debet, elicere ea, quae in carmine ſunt, non ea, quae ſunt extra carmen, inferre. Si carmen animo ab opinione vacuo et intacto legimus, nihil aliud poeta ſpectaſſe videri poteſt, quam vt Theocritei Idyllii I et XIX imitationem inſtitueret, et, vt Ecloga tertia duos paſtores a conuiciis ad cantum progreſſos, ita h. l., idque paullo elegantius, duo alios paſtores a mutuis laudibus ad cantus certamen procedentes induceret. Carminis argumentum ſunt Daphnidis laudes, *nobile haud dubie in vetuſtis carminibus paſtoritiis argumentum, vt ex nonnullis Theocriti, inprimis Idyll. I et VII, 73 ſq. locis apparet. Fuit ille in herois loco inter paſtores habitus; cantu ille nobilis et a Nympha amatus; hique eius amores, fata et mors paſtoritiis carminibus celebrata et multis modis variata. vid. de eo Seruius ad Ecl. VIII, 68. Diodor. IV, 84, et Aelian. V. H. X, 18, H. An. XI, 13 et ibi Intpp., Schol. Theocr. Id. VIII, f. et primo loco Parthen. c. 29 ex Timaeo. cf. Silius Ital. XIV, 466 ſqq. Ouid. IV Met. 276—278, et ibi Intpp., Doruill. Sicula p. 27 ſq. Epigr. in Analectis T. I, p. 15. et T. III, p. 123. III. Noſter vero poeta argumentum paſtoritium heroico generi propius admouit, idque ita tractauit, ornauit et amplificauit, vt generoſum poetae epici ſpiritum facile in eo agnoſcas; quamquam ſingulae rerum imagines et characteres ex antiquiſſimorum carminum indole et colore ducti ſunt. Locus, in quo ſe conueniunt paſtores, ſtatim ab initio magna cum ſuauitate deſcribitur: ſucceſſerant antro agreſtis vitis palmitibus obducto. Carmen*

Digitized by Google

ad annum 712 referri ſolet. Vide Vitam Virgilii *h. a. Imitatione ſequutus eſt hanc Eclogam Popius* Paſtor. *IV, quem* naſcentes poetae *cum ea contendent.*

MENALCAS. MOPSVS

Cur non, Mopſe, boni quoniam conuenimus ambo,
Tu calamos inflare leuis, ego dicere verſus,
Hic corulis mixtas inter conſidimus vlmos?
MO. Tu maior; tibi me eſt aequum parere, Menalca:
Siue ſub incertas Zephyris mutantibus vmbras, 5

1 *conſedimus* Pierii Oblongus. Malo nunc diſtinguere poſt *leuis*, quam *leues verſus* iungere, quae paſtoris ſenſui minus conuenirent. Alioqui epitheton alteri membro iungere praeſtat. cf. ad I, 34. 35. 3 *conſidimus* Heinſ. e Gud. Mentel. pr. a m. ſec. Mentel. ſec. a m. pr. praetulit, vtpote in poeta. *conſedimus* vulgo. *inter conſedimus agros* Menag. prior. 4 *tibi me aequum eſt* Leid. et Rottend. alter. 5 *Zephyris mutantibus;* hoc ab Heinſio e binis Moret. alt. Rottend. cum Voſſ. alt. commendatum, accedente Franciano et fragm. Antwerp., cum praeterea alter Mentel.

1. *boni — inflare — dicere.* ἀγαθοί, ἐσθλοί, συρίζειν, ἀείδειν. Theocr. Idyll. VIII, 3 Ἄμφω συρίσδεν δεδαημένω, ἄμφω ἀείδεν. *Conuenimus* in vnum locum. *Calamos leues,* ita iunge; vt ſit fiſtula e tenui arundine facta. vt *arundo calamo leui* in Moreto 62. Sic eſt epitheton culmi, ſtipulae. In vſſ. 3. 6. 12 color ductus ex Theocr. Idyll. I, 12 ſqq.

4. *maior* natu. Sic *maximus* abſolute Aen. VII, 532. Quanto haec iucundiora ſunt Eclogae tertiae principio! Ἀλλὰ πίθεσθ' ἄμφω δὲ νεωτέρω ἐστὸν ἐμεῖο Iliad. α, 259. 5. *mutantibus* (eas) *Zephyris* reddit rationem τῶν *incertas,* quod non

Digitized by Google

Siue antro potius ſuccedimus. Adſpice, vt antrum
Silueſtris raris ſparſit labruſca racemis.

ME. Montibus in noſtris ſolus tibi certet Amyntas.

MO. Quid, ſi idem certet Phoebum ſuperare canendo?

a m. pr. et pr. Voſſ. *nutantibus* haberent, repoſuit Burm. Vulgo vbique *motantibus:* quod equidem haud deſeruiſſem. Modo recte accipias *Zephyris motantibus* ſcil. eas vmbras. Niſi alteram malis *motantibus* eſſe *mouentibus ſe.* Etiam Ecl. VI, 28 *rigidas motare cacumina quercus.* Nunc cum alterum et ipſum locum tueri poſſit, retinetor illud, ne iterum variet vulgata lectio. Mutauit tamen iterum Wakef. quem cf. ad Lucret. IV, 78. 6 *antra* Parrhaſ. *Subſedimus* Zulich. 7 *paucis* Leid. e gloſſa. *varils* coni. Schrader. Oppoſita ſunt: *rarum — continuum.* 8 *certat* antiquiores fere omnes cum Aruſiano Meſſio. v. Pier. et Heinſ., quod equidem praeferam. Accommodatius etiam ſic vſ. ſq. ſententiae dictum. E noſtris idem habet Goth. ſec., ſicque Edd. Aldd. et hinc aliae. *certet* tamen praeſidium habet in Oblongo Pierii, tum in multis aliis. In edd. praeiuit Flor. ex emend. Angelii: tum Fabric. *ſolum tibi certet* Franc. 9 *certet Phoebum;* hoc ordine plures Pier. et Heinſ., et inter edd. Ald. tert. et hinc aliae. Alii *Phoebum certet.*

pro vituperio vmbrae haberi debebat, cum ſit longe elegantiſſima rerum imago. Sic *vmbrae tremulae* apud Calpurn. Ecl. V, 101. 7. *labruſca* vitis ſilueſtris, ἀγριάμπελος. v. Plin. XXIII, 1. cf. Martin. Vitibus obductae ſpeluncae, vtpote quae amoenitate ſe commendant, paſſim laudantur. Habent ſcilicet poetae ex Homeri ſplendida deſcriptione antri Calypſus Odyſſ. ε, 68. cf. 63. *raris* autem hic non vrgendum, vti Burm. et Martin. faciunt; alias in vitio hoc eſſet, quod rari ſunt racemi; ſed ſimpliciter notat naturam racemorum, ſiue vuarum, paſſim e palmitibus per antri oſtium ſerpentibus pendentium, vt adeo per interualla dies intret. Ita et Ecl. VII, 46 *Et quae vos rara viridis tegit arbutus vmbra.*

9. *Quid ſi idem certet.* Aut dictum hoc cum ſenſu modeſtiae, vt Amyntam vnum omnes ſuperare dicat; aut

Digitized by Google

ME. Incipe, Mopſe, prior: ſiquos aut Phyllidis ignes,
Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri.
Incipe; paſcentis ſeruabit Tityrus haedos.
MO. Immo haec, in viridi nuper quae cortice fagi
Carmina deſcripſi, et modulans alterna notaui,
Experiar: tu deinde iubeto certet Amyntas.

11 *vt* Leid. Mentel. 13 *Immo etiam viridi* Zulich. *in viridi n. quae in c.* Parrhaſ. Heinſius adſcripſerat: *in viridis— fagi.* 14 *deſtrixi* Goth. pr. an *deſtrinxi?* Sed vitium eſt; ſic idem Ecl. VI, 12 *praeſtrixit: modulansque alterna* Zulich. *notauit* vitium eſt Ald. 1527. 15 *iubeto, vt certet A.* Rom. Longob. Medic. Pier. cum quatuor Heinſ. et Lengnich. Omittitur tamen melius *vt.*

eſt inuidioſe dictum: vt pungat paſtorem laus aemuli, eamque adeo ille eleuet, vt ex audacia potius, quam artis confidentia, certare eum cum melioribus ſignificet. *Hoc eum audere, vt ſe mihi aequiparet, mecum certet, nihil mirum, cum idem ille ſatis temerarius ſit, vt vel cum diis congrediatur.* Firmes hoc ex v. 15 *tu deinde iubeto certet Amyntas.* Apud Theocritum dictum eſt ſine obtrectatione et inuidia IV, 8 *Φαντί νιν Ἡρακλῆϊ βίην καὶ κάρτος ἐρίσδεν.*

10. Ex Theocr. I, 19 ſq. Nil niſi nota aliqua paſtoritiorum carminum argumenta h. l. memorari et vulgaria paſtorum nomina recitari puta; qua de re dictum in Nota ad Ecl. II, 24. Male hic aut Phyllis a Demophoonte amata, aut Codrus, Athenarum rex, nominaretur. De Codro paſtore infra quoque VII, 22. 26. *iurgia Codri*, carmen reſpiciunt, quo is cum alio paſtore cantu contenderat. Ita Ecl. III inſcribi poſſet: Iurgia Damoetae et Menalcae.

14. *alterna notaui*, per alterna, alternatim canens verſiculum, et eundem mox incidens in corticem. Etſi non leuis opera eſſe debuit, totum hoc, quod ſequitur a v. 20, carmen incidere cortici. 15. Vid. Theocrit.

Digitized by Google

MIE. Lenta ſalix quantum pallenti cedit oliuae,
Puniceis humilis quantum ſaliunca roſetis:
Iudicio noſtro tantum tibi cedit Amyntas.
MO. Sed tu deſine plura, puer; ſucceſſimus antro.
Exſtinctum Nymphae crudeli funere Daphnin
Flebant: vos coruli teſtes et flumina Nymphis:
Quum, conplexa ſui corpus miſerabile gnati,
Atque deos atque aſtra vocat crudelia mater.
Non vlli paſtos illis egere diebus
Frigida, Daphni, boues ad flumina; nulla neque amnem

18 *mihi* Zulich. *cedet* tres ap. Burm. cum Goth. ſec. 19 *Tu ſed d.* Rottend. *ſuccedimus* tres cum Goth. pr. 20 *Daphnin.* Etiam hic *Daphnim* alii ſcripti et editi: at inf. *Daphnin ad aſtra feremus.* cf. ad II, 26. 22 *Eſt complexa* vnus Heinſ. 24 *Nonnulli* fragm. Moret., male. 25 *vlla nec* nonnulli. vid. Heinſ.

V, 92—95. 17. *ſaliunca* herba ignota, forte *nardus Celtica.* vid. Martin. Iulio Sabino genus virgulti aſperi eſt.

20. Luctus ſuper Daphnidis, antiqui iſtius paſtoris Siculi (conf. Argum.), morte, quem poeta nunc carminis argumentum facit, ſatis declarat luſum ingenii, non verum affectum et ſenſum ex funere vero. Itaque luctus declaratur phantasmatibus antiquorum poetarum: ſentire eum et armenta et feras 25—29, et ipſos agros ac prata 35—39. Mater eius fuit Nympha, a Mercurio oppreſſa. Retracta igitur res in aetatem heroicam et mythicam: ſicque excuſes dithyrambicam fere vſſ. 27 ſqq. audaciam. *crudeli funere*, ſimplic. acerba morte. 23. *aſtra vocat crudelia;* h. inuocat, inclamat, deos et aſtra incuſat. Ieiunum eſt, quod vulgo aiunt: dicit aſtra eſſe crudelia.

24. Non paſtores prae luctu armenta ad paſcendum, et poſt paſtum ad flumina egerunt. conf. Burm. Moſch.

Digitized by Google

Libauit quadrupes, nec graminis adtigit herbam.
Daphni, tuum Poenos etiam ingemuiſſe leones
Interitum, montesque feri ſiluaeque loquuntur.

ad flumina nota, nec amnem Zulich., non infelici aberratione: modo *frigida* non praecederet. *ad flumina nulla* iungebat Longob. 26 *quadripes* codd. etiam hic. vid. Pier. 27 *gemuiſſe* Rom. Pierii. 28 *ferae* Parrhaſ. Mentel. tert. a m. ſec. et vnus Heinſ., quo alludunt Menag. ſec. et Ven., in quibus *fere*. Hactenus nihil intereſt, ſeu *ſiluae ferae* ſeu *montes feri* dicantur. *montes feri*, *loca fera* h. inculta et alibi occurrunt. Markland. ad Stat. II Silu. 6, 13 coni. *montesque, feras, ſiluasque loquuntur* ſcil. homines; ingenioſe quidem. Verum vid. Notam. Tum parum placent *ferae* inter *montes* et *ſiluas*.

III, 23. 24. Nemeſ. II, 29. Adeoque ea fuere impaſta per eos dies. 26. *graminis herbam* puta hic et Ouid. Met. X, 87. Liu. I, 24 dictam eſſe, vt *cytiſi, loti*, herbam, nempe cum de virenti germine fruticis cuiuscunque agitur; niſi noto poetarum more pro herba graminea dictum malis, cum *gramen ipſum inter herbas vulgatiſſimum ſit*: Plin. XXIV, 19.

28. *montesque feri ſilvaeque loquuntur*. Montibus et ſiluis vocem dari, ſatis notum eſt; et ſi *ingemuiſſe montes ſiluasque* dixiſſet, aut *queri*, aut *loqui*, eodem, cum iſto, ſenſu, vt in exemplis a Burmanno fieri deprehendas, et in Bionis Idyll. I, 32, nihil offenderet: ſolet enim rebus inanimatis ſenſus, adeoque et vox tribui: ſic inf. 62 *Ipſi laetitia voces ad ſidera iactant Intonſi montes; ipſae iam carmina rupes, Ipſa ſonant arbuſta*. cf. X, 14. 15. Sed hic eſt: *montes et ſiluae memorant, narrant, leones ingemuiſſe*. Nam pro *reſonare* accipi *loqui* non poteſt, cum praeteriti temporis rem τὸ *ingemuiſſe* indicet. Itaque dicendus eſt poeta paullo durius expreſſiſſe idem illud, quod ante dixerat: *coruli teſtes et flumina Nymphis*; ſi ſunt teſtes, ſi meminerunt, nunc etiam narrant audita. *Leones Afros* paſtorem in Sicilia extinctum deflere vix poeta credi voluit; ſed eſt epitheton ornans; vt mox *Armeniae tigres* et ſupra *Cydonia mala*, *Sithonia*

Digitized by Google

Daphnis et Armenias curru ſubiungere tigris
Inſtituit; Daphnis thiaſos inducere Bacchi,
Et foliis lentas intexere mollibus haſtas.

29 *currui* vnus Moreti pro var. lect. *Armenia* Rom. et Leid. 30 *Baccho* vbique editum video. *Bacchi* ex antiquioribus Pierii et Heinſ. probatum Heinſio repoſuit Burm., memor verſus Aen. VII, 390 *etenim molles tibi ſumere thyrſos;* iterum eiecit Brunck., cum *Baccho* exquiſitius ſit. *thyrſos* Parrhaſ. Cum *inducere thiaſos* obſcurum eſſet Heinſio, coniiciebat: *thiaſos indicere Bacchi. indici* enim ſacra ſollennia et feſti dies ſolent: quod copioſe adſtruit Heinſ.; forte multo magis hoc ex vſu loquendi foret; ſed et hoc Daphnidis laudibus conuenit, vt ipſe duxiſſe choros dicatur. Poſſis quoque accipere *inducere,* inferre in vitam, vſum, inſtituere, διάσους, τελετὰς εἰσάγειν, vt bene Mitſcherl.

nix; et quod multo magis mireris Ecl. X, 59 *libet Partho torquere Cydonia cornu Spicula.* Circumſpectius hunc colorem ſervaſſe videas Moſchum in epicedio Bionis, quod ante oculos habebat Virgilius, quum Daphnidem ſcriberet; vti Virgilium Nemeſianus Ecl. I, 72—74. Sunt tamen *leones* ſequentibus tigribus adiungendi, vt et ipſi a Bacchi leonum domitoris fabulis petiti et hic memorati ſint: Daphnidem fleuiſſe leones et tigres, quos in Bacchicis orgiis ille domare didicerat.

29. Haec et ſqq. paullo abruptius poſita, ſimpliciter eo interpretanda ſunt, vt, ad augendas eius laudes et ampliſicandam dignitatem, Daphnidem ſuum vnum ex Bacchi commilitonibus et ſociis fuiſſe fingat, qui ſacra Bacchi inſtituerit inter paſtores, atque adeo caerimonias in Liberalibus ſollennes exhibuerit, inter quas Bacchi res geſtae inprimisque ad Indos expeditio repraeſentari ſolebat. Quam conuenienter haec de Daphnide paſtore narrentur, non dicam. Bacchum autem curru tigribus iuncto vehi, innumeris monumentis conſtat (cf. Montfauc. *Ant. expl. Vol. I, tab.* 158.) 30. *thiaſos inducere Bacchi* accipio pro ſimplici *ducere* choros bacchantium, quales ſaepe in anaglyphis et gemmis. Verſu 31 thyrſum

Digitized by Google

Vitis vt arboribus decori eſt, vt vitibus vuae,
Vt gregibus tauri, ſegetes vt pinguibus aruis:
Tu decus omne tuis; poſtquam te fata tulerunt:
Ipſa Pales agros, atque ipſe reliquit Apollo. 35
Grandia ſaepe quibus mandauimus hordea ſulcis,
Infelix lolium et ſteriles naſcuntur auenae.

32 *eſt* abeſt a Menag. ſec. *eſt et vitibus* Moreti quartus, qui et mox: *Et gregibus t. ſ. et p.* In Theocr. VIII, 79 τῷ δρυὶ τοὶ βάλανοι κόσμος. Accommodatius hoc quam: *Vitis vt arboribus decori eſt.* Arboribus ornatus ex pomis et frondibus eſt. Io. Schrader. coni. *Fetus vt arboribus decori eſt.* Vt Ge. II, 390 *Ergo omnis largo pubeſcit vinea fetu.* Sic ſaepe *fetus: Arborei fetus.* Quid tamen? ſi poeta de vlmis et populis cogitauit, quibus iunctae ſunt vites? Ornat vlmum vitis, vitem vua. 34 *tulere* vnus Heinſ. et Goth. vterque. 36 *quidem* nonnulli apud Pier. 37 *dominantur* vulgo editum. Eſt tamen *naſcuntur* omnibus fere in vetuſtis. Iam alterum iſtud: *ſteriles dominantur auenae* extat etiam in Georg. I, 154; docuit vero Heinſ. ad h. l. et ad Aen. V, 466. IX, 814. Virgilium, ſi hemiſtichio verſuue eodem bis vtatur, vocem fere vnam alteramue immutare ſolere. Itaque hic *naſcuntur* verius viſum.

deſcribit, quem bacchantes geſtabant.

32. Ex Theocr. VII, 79. 34. Ornauit hunc luctum Moſchus Idyll. III, 66. *fata tulerunt*, abstulerunt. σὲ δ' οὐλομέναι κῆρες ἔλοντο Apollon. IV, 1485. Hom. Iliad. β, 302 οὔς μὴ κῆρες ἔβαν θανάτοιο φέρουσαι. 35. *Pales et Apollo* Nomius *agros reliquerunt*, deliciis ſuis, Daphnide inquam, ſibi ereptis et ablatis, vt ſolitudinem agrorum fugerent. Summo cum affectu haec, ad iacturae magnitudinem doloriſque grauitatem, dicta ſunt. Cum ea tamen morte eorumdemque deorum diſceſſu, agros ſumma ſterilitas occupare debuit; itaque verſuum ſequentium ſententia inde exoritur. 36. 37. In iis ſulcis, quibus *hordea*, quod hic omnino pro quouis frumenti genere dictum, ſerebamus, *infelix lolium* (infecundum, vt contra *felix ſeges*), et *auenae*, vani

Digitized by Google

Pro molli viola, pro purpureo narciſſo,
Carduus et ſpinis ſurgit paliurus acutis.
Spargite humum foliis, inducite fontibus vmbras,
Paſtores: mandat fieri ſibi talia Daphnis.
Et tumulum facite, et tumulo ſuperaddite carmen:

38 *viola et p.* Rom. Zulich. Diomedem Grammat. *purpurea* legiſſe ſuſpicatur Heinſ. 39 *aut ſpinis* Zulich. *creſcit paliurus* Menag. pr. e gloſſa. 40 *montibus* Goth. pr. *frondibus* Voſſ. et fragm. Moret. cum Goth. ſec. *frontibus* vnus Leid., vt ſertis tempora cingant; probatum Klotzio Opuſc. p. 300. *aras* Pierii Rom., vnde ille legit: *inducite frondibus aras*, vt Manibus arae ſertis cinctae ponantur. Sequitur hoc Catroeus. Nec per ſe improbum. Sed tuetur vulgatam locus Ecl. IX, 19 *quis humum florentibus herbis Spargeret aut viridi fontes induceret vmbra;* quamquam ad ſententiae rationem reddendam nihil inde auxilii accedit, de qua vid. Not. Alio modo dicitur *fontes inducere*, vbi de latis agitur; vt Columella X, 143 *et primum moneo largos inducere fontes.* inf. Ge. I, 106 *Deinde ſatis fluuium inducit riuosque ſequentes.* At in noſtro eſt *inducere vmbras fontibus*, h. obducere vmbra fontes. 42 *et* ante *tumulo* deeſt in Moret. quarto.

culmi vitioſi frumenti (*Flughaber,*) naſcuntur. 38. vid. Theocr. I, 132 ſq. *purpureus narciſſus*, a purpureo calyce. *paliurus* fruticis ſpinei et rubi ſeu rhamni genus, *Chriſtdorn*, *Rhamnus paliurus Linn.* vid. Martin. ad h. l. et Schreber ad Theocr. XXIV, 87.

40. *Spargite humum foliis*, ſi proprie accipias, hoc non niſi de florum ac frondium ſparſione per humum exponi poteſt. Horat. Od. III, 18, 14: *Spargit agreſtes tibi* (Faune) *ſilua frondes.* Fieri hoc putandum eſt in honorem Daphnidis. *inducite fontibus vmbras*, multo magis vagum et indefinitum eſt: ſiue ſic accipias, vt arbores ponantur circa fontes, ſiue vt rami frondentes: quod et ipſum ad honorem quodammodo factum ſpectare dicas, frondibus et corollis circa fontem ſuſpenſis. An vero hoc circa omnes fontes fieri debet, et quorſum?

Digitized by Google

Daphnis ego in ſiluis, hinc vsque ad ſidera notus,
Formoſi pecoris cuſtos, formoſior ipſe.
ME. Tale tuum carmen nobis, diuine poeta,

45 *nobis carmen* ap. Probum Grammat. ſuauius ad aurem.

Aiunt ritum funebrem eſſe: ſed quis eum vsquam memorauit? Circa tumulum arbores ſeri mos fuit (v. c. Iliad. ζ, 419), non vero circa fontes. Si porro de arboribus ponendis ac ſerendis accipias, accommodatum erit, vt priore quoque loco *ſpargere humum foliis* de ſatione florum accipiamus. Firmat hanc rationem locus Eclogae IX, 19 *quis humum florentibus herbis ſpargeret, aut viridi fontes induceret vmbra?* Neutrum tamen inter honores mortuis habitos memorari vsquam vidi; quamquam ad fontes et in viretis olim ſepulcra facta eſſe, et, *frondes ferre*, inter honores et munera mortuorum habitum eſſe, non ignoro. conf. locum, in quo cum noſtro certat, Nemeſiani Ecl. I, 64 ſqq. Nihil, quod ad rem faciat, afferunt interpretes, neque locus Horatii Carm. III, 13, 2. O fons Bandufiae — *Dulci digne mero nec ſine floribus;* recte huc refertur. Videtur mihi res ſic expedienda, vt tumulum iuxta fontem factum intelligamus. Sic in honorem defuncti paſtoris, noto more, humus floribus et frondibus ſpargitur ac circa tumulum arbores ſeruntur. Incuſandus tamen vel ſic poeta, quod ad ſenſum animi et oculi non ſatis diſerte rem expoſuit. Popius, expreſſurus haec, ad alia delabitur *Paſtor.* IV, 21 ſq. 43. Theocr. I, 120. 121 Δάφνις ἐγὼν ὅδε τῆνος, ὁ τὰς βόας ὧδε νομεύων, Δάφνις ὁ τὼς ταύρως καὶ πόρτιας ὧδε ποτίσδων; quos verſus, cum multo maiorem ſimplicitatem habeant, mireris Virgilianis poſthaberi. *hinc vsque ad ſidera notus*, epicum eſt, nec in paſtoritio carmine ſatis placere poteſt. Si tamen exemplo defendi poteſt, quod non per ſe probes, eſt locus haud multum dispar in Theocr. VII, 92. 93.

45. Vid. Theocr. I, 1 et 7 etc. VIII, 78—83. Compara Popium *Paſtor.* IV, 1—4.

Digitized by Google

Quale ſopor feſſis in gramine; quale, per aeſtum
Dulcis aquae ſaliente ſitim reſtinguere riuo.
Nec calamis ſolum aequiparas, ſed voce magiſtrum;
Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo.
Nos tamen haec quocumque modo tibi noſtra viciſſim
Dicemus; Daphninque tuum tollemus ad aſtra;
Daphnin ad aſtra feremus: amauit nos quoque Daphnis.
MO. An quidquam nobis tali ſit munere maius?
Et puer ipſe fuit cantari dignus; et iſta
Iam pridem Stimicon laudauit carmina nobis.
ME. Candidus inſuetum miratur limen Olympi,

46 *laſſis* Rom. *per gramina* apud Priſcian. VII. 47 *reſtringere* ſeriores tres, ex more. 48 *aequiperas* ſcriptum in vetuſtioribus: v. Heinſ. 53 *An quicquid* Gud. *tali nobis* Voſſ. et fragm. Moreti. *Et, puer, ipſe* interpungit Wakef. coll. v. 19. 55 *Stimichon, Stimycon*, varie ſcribitur. *Sthymacon* et *Stimethon* Gothani. In Seruianis confunditur Σιμιχίδης ap. Theocr. „nonnulli Stimichonem patrem Theocriti dicunt". hoc quidem parum certa fide. Verum probabile inde fit, *Stimicon* in noſtro corruptum eſſe ex Σιμίχων v. Koen. ad Gregor. Cor. p. 133. *Simichus* repoſitum eſt in edit. Parmenſi. 56 *lumen* Menag. alter et Franc.

aquae riuo poetis perpetuum: vid. ad Ecl. VIII, 87. 48. *ſed* etiam *voce*, cantu, magiſtro par es. 49. conf. Theocrit. I, 3. 4. 5. 51. *tollemus ad aſtra*, poteſt eſſe: in caelum et inter diuos ſublatum canam; Eſt tamen verius ex vſu loquendi et ſimplicius: celebrabimus, vt IX, 29 *Vare, tuum nomen — Cantantes ſublime ferent ad ſidera cygni;* et ſup. 43 *hinc vsque ad ſidera notus.* Porro 54 *puer* eſt Daphnis. Sic v. 49 *puer* erat Mopſus, etſi aetate maior ſup. 4.

56. Iam Daphnis deus factus celebratur, atque adeo ei,

Digitized by Google

Sub pedibusque videt nubes et ſidera Daphnis.
Ergo alacris ſiluas et cetera rura voluptas
Panaque paſtoresque tenet Dryadasque puellas.
Nec lupus inſidias pecori, nec retia ceruis
Vlla dolum meditantur: amat bonus otia Daphnis.
Ipſi laetitia voces ad ſidera iactant
Intonſi montes; ipſae iam carmina rupes,

Sicque Gifan. et Canter. et poſt illos Klotzius Opuſc. p. 301. *nomen* Menag. prior. 58 *et cetera rura.* Quam vim *cetera* h. l. habeat, non video. Erant tamen epitheto quae adiungi poterant: *florea. roſcida.* Nunc video, etiam Io. Schrader. coni. *ſecretaque. ſecuraque.* Poterat quoque ſcribi *ſiluas, et agros, et rura.* 59 *paſtoresque ſimul* Menag. alter. *videt* Ven. *Dryades* Rom. et Leid. 61 *malum* alii apud Pier. et Heinſ. pro *dolum. meditatur* Menag. pr. 62 *laetitiae voces* Mentel. pr. *iactant vel tollunt* mſ. Köler. 63 *ipſae et iam* Rom.

tamquam nouo numini agreſti, ea omnia tribuuntur, quae ſiue deorum olim in terris praeſentiae tribuebantur, ſiue deorum honoribus inſtitui ſolebant; ſumma ſcilicet laetitia etiam ferarum et rerum inanimatarum 58—64. Inde ſacrum annuum ei inſtituendum narrat 65—80. *Candidus*, ſplendens, micans, vt ſidus. cf. Cerda. Locus autem longe dulciſſimus. 58. *alacris* ratio poetica cum *voluptas* iungi docet. 61. Non ſcilicet illa ſiluarum et agrorum laetitia eſſe poterat ſine ſecuritate: quam per *otia* declarat. Ab hac itaque enuntiationem mutuatur poeta. Et vſ. 62 omnium adeo rerum naturae ea laetitia communis eſſe ponitur. Ductum autem ex Theocr. XXIV, 84. 85 videtur, vbi, Hercule inter deos recepto, lupus non amplius inſidiatur hinnulo. 63. *Intonſi montes* ſunt ſilvoſi, incaedui, vt *Seru.* Paullo aliter *tonſae valles* Georg. IV, 277 ſunt quas pecudes tondent, depaſcunt. *tonſa humus* Ouid. Rem. 192 defecto gramine vel foeno. Non vno itaque modo hoc dicitur. Quibus ipſis con-

Digitized by Google

Ipſa ſonant arbuſta: deus, deus ille, Menalca!
Sis bonus o felixque tuis! en quatuor aras:
Ecce duas tibi, Daphni, duas altaria Phoebo;
Pocula bina nouo ſpumantia lacte quot annis
Craterasque duo ſtatuam tibi pinguis oliui.

64 *deus ipſe* Longob. et Medic. *Menalcas* Goth. pr. 65 *an* Menag. 66 *duoque altaria* vulgo ante Heinſ. *duo altaria* in nonnullis. *duas altaria* iam e Longob. probabat Pier., ex Gud. et aliis adſtruxit Heinſ. 68 *Crateraſque* iam inde ab Aldo editur; in aliis *Crateresque*. Contra vulgg. *duos*. At *duo* iam e Rom. commendauit Pier., nunc Heinſ. recepit, aliis aſſentientibus. *aliuae* duo Moret. et fragm. Interpunxi nunc plene poſt *oliui*, in fine vſ. 68. vt diuerſa ſint ſeqq. a ſuperioribus. v. Notam.

cidit dubitatio Martini, qui non niſi *a pecude depaſtos* intelligi poſſe putabat. 64. O Menalca, ipſa arbuſta reſonant: Deus, deus ille!

65. Nunc ſacrum ei annuum decernit. Primo eum inuocat: *ſis bonus o felixque tuis. felix* eſt propitius, vt Aen. I, 330 *Sis felix, noſtrumque leues quaecunque laborem.* v. Seru. et Intpp. Mox ſacrum eius cum alio ſacro Phoebi coniungit: quod obſeruatu dignum eſt: heroi igitur cum deo: forte tamquam cantus praeſide. Porro nouum hoc, quod non vtrique vna ara fit, vt σύμβωμοι ſint; ſed quod vtrique *ſua* ara, et quidem vtrique *duae arae*, adeoque *quatuor* ponuntur. Cuius rei equidem rationem noui nullam. 66. *duas altaria Phoebo*, duas aras Phoebo, quae ſint altaria; vt, quod discrimen inter vtrumque faciunt grammatici, poeta ſequatur (vid. Heinſ.), Phoeboque adeo, tamquam ex ſuperis diis, altare, Daphnidi, heroi, aram dedicet. Non tamen placet in poeta iſta grammatici ſubtilitas; et potuere duo vocabula promiſcue a poeta poni, communi more. Obſeruandum autem, Daphnidi vt heroi ſacrum fieri lacte, oleo, vino, adeoque λοιβῇ, σπονδῇ· non victima caeſa. Idem Nymphis et Pani fit apud Theocr. V, 53. 54 et 58. 59, vnde haec expreſſa ſunt. *nouo lacte*, vt

Digitized by Google

Et multo in primis hilarans conuiuia Baccho,
Ante focum, ſi frigus erit, ſi meſſis, in vmbra,
Vina nouum fundam calathis Ariuſia nectar.
Cantabunt mihi Damoetas et Lyctius Aegon;
Saltantis Satyros imitabitur Alpheſiboeus.

69 *altaria* Medic. Pierii. 70 *ſin aeſtus, in vmbra* coni. Waddel. p. I. 71 *infundam* Menag. et Moret. quart., it. Pier. Oblong. *noua infundam* Moret. ſec. Aberrationes in *Ariuſia* vid. apud Pier. et Burm.; it. mox in *Lyctius*. Eſt ἡ Ἀριουσία χώρα, inſulae Chii, et Λύκτος, vrbs Cretae.

Ecl. II, 22 *Lac mihi non aeſtate nouum non frigore deſit.* 69—73. Ex multo ſuauiore loco Theocr. VII, 63 ſqq. adumbrata. Ambiguitas eſt in ſqq. ſintne omnia reuocanda ad feſtos dies in Daphnidis honorem habendos, an ad honorem et memoriam eius recolendam in quibusuis ſollennibus, vt ei tamquam heroi ſeu deo libatio fiat; etſi nonnulla interponuntur, quae ſacrum in eius honorem inſtituendum arguant. Videtur itaque ſic ſtatuendum eſſe, vt v. 69 ſq. de ceteris ſollennibus ac feſtis diebus memoret, quibus inter epulas feſtas *Daphnidi* quoque *libatio fiat:* hoc eſt vſ. 71 *fundam.* 70. *Ante focum, ſi frigus erit:* quod ſane et ipſum oblectationem facit; vnde poetae et hoc memorant. cf. ad Tibull. II, 1, 29. 71. *Vina Ariuſia* ex promontorio et tractu Ariuſio in inſula Chio. v. Heinſ. ad h. l., et Potter. ad Clement. Alex. Coh. pag. 184. Etiam horum mentio a paſtore facta reprehenſione digna viſa Klotzio Opuſc. p. 287; defendi tamen poteſt, cum inter Chium et Siciliam commercia ſatis multa fuerint, cumque in carmine maioris ſpiritus verſetur poeta. *nouum nectar;* fuit ſcilicet vinum dulce. *Calathus* h. l. vaſis et calicis genus. 73. *Saltantes Satyros imitabitur:* ſimpliciter pro ſaltabit: ſcil. Satyrorum more, incondite: vt Georg. I, 350 in ſacro ante meſſem *Det motus incompoſitos et carmina dicat.* Male accipit Baxter. ad Horat. Epiſt. II,

Digitized by Google

Haec tibi ſemper erunt, et quum ſollemnia vota
Reddemus Nymphis, et quum luſtrabimus agros. 75
Dum iuga montis aper, fluuios dum piſcis amabit,
Dumque thymo paſcentur apes, dum rore cicadae:
Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.

74 *dona* Parrhaſ. et pro var. lect. vnus Leid. 75 *et colluſtrabimus* tres. *conluſtrabimus* vnus Burm. 76 *amauit* Gud. a m. pr. 77 *paſcuntur* Gud., quod tuetur Cort. ad Plin. II Epp. 9, 5. 78 Verſus repetitus Aen. I, 609.

2, 125, vt ſit, Satyrum ſaltabit.

74. 75. Ea, quae antea omnibus diebus feſtis ſe facturum eſſe dixerat, nunc ad duo ſollennia inſigniora revocat: alterum Nympharum, alterum luſtrationis agrorum. Ipſe poeta paullo ante v. 69. 70 bina binis ſollennibus tempora aſſignat, alteri feſto hibernum, alteri aeſtivum: nec tamen iſta ad h. l. referri poſſe videntur. Apud Romanos ſollenne Nymphis inſtitutum fuiſſe aliunde vix conſtat. *Luſtratio agrorum*, ſiue ambarualia, moribus quidem Romanis fiebant ſub caſum hiemis, iam vere ſereno. v. Georg. I, 340, et ad Tibull. II, 1 pr. Fatendum igitur eſt, ad Siculos potius ritus accommodata haec haberi debere. Itaque cogitandum ſimpliciter de feſto Nympharum, et altero feſto agrorum luſtrandorum. Discernit ipſe poeta paullo poſt v. 79 ſacrum Bacchi et Cereris ab illo, quod Daphnidi inſtituetur.

76—78. Faſtiditum nunc hoc, quod delectare debuit nouum dictum in poeta, h. l. Aen. I, 607 ſqq. et Ecl. I, 60 ſqq. vt temporis duratio per eiusmodi inductiones declaretur.— *dum rore cicadae;* antiqua opinio. vid. Heſiod. Sc. Herc. 395. Theocr. Idyll. IV, 16. cf. Vrſin. Cer-

Digitized by Google

Vt Baccho Cererique, tibi ſic vota quot annis
Agricolae facient; damnabis tu quoque votis. 80
MO. Quae tibi, quae tali reddam pro carmine dona!
Nam neque me tantum venientis ſibilus auſtri,
Nec percuſſa iuuant fluctu tam litora, nec quae
Saxoſas inter decurrunt flumina valles.
ME. Hac te nos fragili donabimus ante cicuta; 85
Haec nos, Formoſum Corydon ardebat Alexin:
Haec eadem docuit, Cuium pecus? an Meliboei?

79 *tibi ſua* Moreti quartus. 80 *damnabis — votis.* Placebat Heinſio *voti.* Sed vtrumque recte. 81 *pro munere* Leid. alt. *digna* Parrhaſ. *vota* vnus Leid. 82 *nec mentis ſ.* fragm. Moret. 85 *donauimus* ap. Probum in Inſtitutis art. et in pr. Meutel. et Reg., quod de parato Menalcae ad donandum animo accipit Muſon., parum apte. *ante*, antequam discedimus. Paullo ieiunius hoc a poeta inſertum. Praeſtabat ſaltem *ecce*. Coniicit hoc idem Io. Schrader. et laudat VI, 69 *Hos tibi dant calamos, en accipe, Muſae.*

da. 79. 80. Referetur ergo Daphnis in deorum agreſtium numerum. *damnabis tu quoque votis*, h. eo, quod homines earum rerum, quas a te precati erant, compotes facis, obligabis eos ad vota, quae ea quaſi ſub conditione fecerant, ſoluenda. Res ſaepe obuia. ſic et *voti reus* Aen. V, 237. Formula ſollennis: *damnatus voti*, ſed et *voto*. Spectat autem hoc ad numen declarandum, vt non modo ſacra, verum vt etiam preces et vota ad eum, qui inter deos relatus eſt, fiant, ytque vota, re impetrata, ei perſoluantur. Simili modo numen declaratur per iusiurandum: *Iurandasque tuum per numen ponimus aras.*

82. *veniens auſter* eſt oriens, flare incipiens. vid. Burm. 83. Certauit cum Theocr. I, 7. 8. 86. 87. Exordia carminum ad ea declaranda poſita vt ſup. v. 10. 11. Ex vſſ. 86. 87 haud te-

Digitized by Google

mo. At tu ſume pedum, quod, me quum ſaepe rogaret,
Non tulit Antigenes, et erat tum dignus amari,
Formoſum paribus nodis atque aere, Menalca. 90

88 *Ac* Moreti quart. *me dum ſaepe* Ven. 89 *eras cum* pr. Moret. *tuno* qu. Moret. et Ven.

mere ſuſpicio nata, voluiſſe Maronem ſub Menalcae perſona agnoſci: cum ſua carmina memoret: Ecl. II et III.

88. Cf. Theocr. VII, 43. 44.

ECLOGA VI

SILENVS*)

ARGVMENTVM

Exordio praemiſſo poeta ſe, parum feliciter tentato carmine epico, redire ait ad carmen bucolicum; Vari tamen laudibus celebrandis et hoc haud impar fore 1—12. *Inde narrat, duo Satyros cum Nympha Aegle Silenum iacentem aggreſſos adegiſſe, vt ſibi carmen caneret* — 30. *Exponit inde ſummatim poeta* 31 — 63 *carminis argumentum, quod mythicum eſt; attigerat Silenus fabulas primo e cosmogonia* 31 — 40; *inde alias, promiſcue memoratas, inter quas copioſius exponit Paſiphaes infauſtum amorem tauri* 45 — 60. *qui*

*) *Silenus.* Adſcriptum praeterea in edd. *Faunorum, Satyrorum, et Siluanorum delectatio.* Hoc et codd. habent; nonnulli pro *Siluanorum Silenorum,* ab aliis voc. omnino abeſt. Pro *Silenus* in aliis praeſcriptum *Varus.*

Digitized by Google

cur eum potiſſimum detinuerit ſi quaeras, cauſſam idoneam non reperio, praeter lubitum poetae. Repente inde ad Gallum carmen deducitur, et ad eius laudem poeticam et carmina inchoata 64 — 73. *Tum iterum ad fabulas redit* 84. *Veſpere ingruente facit Silenus finem canendi* 85. 86.

Felix in huius Eclogae argumento et eius tractatione fuit poeta. Iucundiſſimis enim, dulciſſimis, ac pulcerrimis rerum imaginibus omnis haec narratio diſtincta eſt, qua Silenus ex antiquiſſimorum poetarum ac philoſophorum rationibus originem rerum canit, atque inde per fabulas ornatum poeticum maxime admittentes vagatur. Non enim, quare cum Grammaticis, qui Syronem huc vocant (de quo v. ad Pſeudodonat. f. 79*), ad Epicuri potiſſimum placita v.* 31 *ſqq. referam, video; quid? quod quatuor elementa, e quibus vniuerſum ibi conſtruitur, quae ad Empedocleam rationem pertinent, ab Epicureorum principe Lucretio exagitantur I,* 717*, et nititur tota de Virgilio Epicureae philoſophiae ſectatore fabula fide Pſeudodonati et Seruii, aut potius vaniſſimorum hominum, qui nomina iſta ſunt mentiti. Fuit autem antiquiſſima aliqua reconditior fabula de Sileni philoſophia et ſuper res naturales et ethicas disputationibus; neque vanum eſt, quod Seruio inſertum eſt ad v.* 13 Sane hoc de Sileno non dicitur fictum a Virgilio, ſed a Theopompo translatum. Is enim apprehenſum Silenum a Midae regis paſtoribus dicit crapula madentem et ex ea ſoporatum; illos dolo aggreſſos dormientem vinxiſſe, poſtea vinculis ſponte labentibus liberatum de rebus naturalibus et antiquis Midae interroganti reſpondiſſe. *Locus fuit huc de re claſſicus in Theopompi Thaumaſiis: vnde excerpta particula apud Aelian. Var. Hiſt. III,* 18*, vbi vid. Inttpp. et quos laudant. Appoſita ibi narratio Sophiſta aliquo dignior de terra Meropide in Oceano ſita my-*

Digitized by Google

*thice exornata. Antiquior tamen et ex domeſticis Phrygum *) de Mida fabulis ducta mythi auctoritas fuit; ſaltem Pindari, (Fragm. CLII, p. 148) nam, quod ille Silenum cum Olympo confabulantem induxit, coniunctum cum illo fuit; eſt enim Olympus Marſyae Phrygis alumnus. Vocem inde ἐφήμερος pro homine laudat Schol. Ariſtoph. Nub. 223 et ex eo Suidas: (in Pindaro eſſe debuit, ὦ τάλας ἐπάμερε —) Seruata ex dictis illis ſententia:* non naſci homini longe optimum eſſe, proximum autem, quam primum mori *Cic. Tuſc. I,* 48, *vnde habet Lactant. Inſt. III,* 19. *Ex Plutarch. Conſolat. ad Apollon. p.* 115 *diſcimus, Ariſtotelem in Eudemo haec latius expoſuiſſe, vnde ibid. D.* Δαίμονος ἐπιπόνου καὶ τύχης χαλεπῆς ἐφήμερον σπέρμα, τί με βιάζεσθε λέγειν ἃ ὑμῖν ἄρειον μὴ γνῶναι. *Memorabile autem hoc, quod Silenus nunc inter canentes deos habetur. Quod eum vinciunt, vt cogant canere, Satyri, a furore vaticinantium petitum eſſe putabimus, quem detrectabant vates: vt vel de Pythia notum. Catroeus, et poſt eum Martinus ac Wartonus, qui anglicis verſibus Eclogas reddidit, ſi quaeritur, quorſum phyſicis placitis fabulae iſtae a v.* 43 *ſqq. ſubiectae ſint, rationem comminiſcuntur ſatis ſubtilem; tradi ſcilicet non minus moralem quam naturalem Epicureorum philoſophiam, qua reuocentur inprimis a cupiditatibus et immoderatis animi perturbationibus homines; haec autem praecepta, vt decebat poetam, expreſſa eſſe fabulis de turpi amore Herculis et Paſiphaes, de ſuperbia Proetidum, auaritia Atalantae et immodico luctu Phaethontiadum ſororum. Sed Virgilium eas tantum fabulas ſequutum eſſe apparet, quae et frequentatiſſimae in veterum carminibus eſſent, et ornatum poeticum*

*) Phrygum ſ. Brigum, cum adhuc loca ſub monte Bermio in Macedoniae poſtea dictae finibus inhabitarent: Herodot. VIII, 138. Conon Narrat. I. cf. ad Philoſtrati Imagg. I, 22 notata. Adumbrauit inde ſua de Mida et Sileno Ouid. Met. XI, 90—99.

Digitized by Google

inprimis admitterent. Itaque alias disertius exponit, aliarum non nisi argumenta commemorat, et delectationi adeo studet, vt inter antiquas illas fabulas Galli sui meminerit; loco parum idoneo, nisi versus transponere placuerit: qua de re v. inf. ad 64. *Formam et colorem ab hoc carmine ducebat Gesnerus elegantissimus poeta, cum* Cantharum fractum *scriberet, sed nollemus eum carminis grauitatem ad rem leuissimam deflexisse; quo ipso omnis voluptatis fructus interceptus est.*

Ceterum Varo inscriptum est carmen: de quo vid. Excurs. ad hanc Ecl. Fabulam de recitata hac Ecloga a Cytheride mima et Ciceronis exultatione vid. in Pseudodonati Vita Virg. s. 41.

Prima Syracosio dignata est ludere versu
Nostra, neque erubuit siluas habitare, Thalia.

1 *Syracosio.* Ita Romanus Pierii. Συρακόσιον ἆσμα. Vulgo *Syracusio*, mendose: quod iam Benedictus monuit. *Syracuso* Moreti alter, Menag. alter et Parrhas. 2 *neque* e scriptis reposuit Heins. pro *nec.* *siluis* Rom. Pierii. conf. Heins.

1. *Syracosio — versu*, Theocriteo. v. Ecl. IV, 1. *Prima* intelligunt vulgo: e Romanis; e quibus se primum ad tenue hoc carminis genus descendisse significet. Ge. II, 175 *tibi res antiquae laudis et artis Ingredior, sanctos ausus recludere fontes, Ascraeumque cano Romana per oppida carmen.* Ita accipiebat quoque Popius *Pastoral.* I pr. Melius de aetate accipias, quod in adolescentia iis carminibus se dederat, non epicis, vs. 3, a quibus reuocabat eum Apollo. 2. *siluas habitare*, ad genus bucolicum refertur. v. ad Ecl. IV pr. *Thalia* omnino pro Musa dicta videri potest; etsi ea proprie hic memorata, quia bucolicum carmen eius fidei

Digitized by Google

Quum canerem reges et proelia, Cynthius aurem
Vellit, et admonuit: Paſtorem, Tityre, pinguis
Paſcere oportet ouis, deductum dicere carmen. 5
Nunc ego; namque ſuper tibi erunt, qui dicere laudes,
Vare, tuas cupiant, et triſtia condere bella;

4 *admouit* Rottend. ex more librar. *Paſtorum Tityre* vitium ed. Rob. Steph. 5 *ducere* Moret. quart. et Ven. *deductum carmen* ex h. l. memorat Quinctil. VIII, 2, 9. 7 *Varre* Parrhaſ., hic et in ſqq. *cupiant* duo Moreti et fragm. Antwerp.

ac praeſidio creditum habebatur: quod ſaltem auctoritate Schol. Apollonii Arg. III, 1 traditur: Θάλεια δὲ (λέγεται εὑρηκέναι) γεωργίαν καὶ τὴν περὶ τὰ φυτὰ πραγματείταν. 3. Voluit igitur Maro adoleſcens aggredi ſtatim epos: *reges et praelia;* (quod minus bene de tragoedia interpretatur Heinſ. ad Ouid. IV ex P. 2, 1) Qudin. in Miſc. Obſſ. crit. nou. To. IV, p. 308 ad Culicem hoc trahit, Pſeudodonato et Seruio aduocato. Poſſis ex Seruio etiam laudare, quod res Romanas ſeu regum Albanorum aggreſſus eſſe Maro fertur. Sed parum tuta haec, cum aliis ap. Pſeudodonat. in Vita ſ. 28. *aurem vellit;* notus admonendi mos, qui adeo in gemmis expreſſus. (v. Muſeum Flor. T. II, t. 22, vnde in ed. Lond. Knapt. repetitus.) 5. *deductum carmen,* ex ipſa ſententia apparet eſſe tenue, vt paſtoritium; oppoſitum grandiori epico. Ita tamen adiectum expectes: tenui filo, vt ap. Horat. II Ep. I, 225 *tenui deducta poemata filo.* Eſt enim petitum hoc a lana in filum deducta. Auſus igitur eſt poeta *deductum* abſolute pro tenui ponere; Ex Afranio et Cornificio illuſtrat vſum voc. Macrob. VI, 4, p. 595. 596.

6. *qui dicere laudes tuas cupiant,* qui carmen epicum condant. Magna vero cum venuſtate rem ad Vari laudes trahit: ac ſi hoc epici carminis argumentum conſtitutum habuiſſet. Varum autem res bello geſſiſſe neceſſe eſt, vt eius *bella condi,* carmen

Digitized by Google

Agreſtem tenui meditabor arundine Muſam.
Non iniuſſa cano. Si quis tamen haec quoque, ſi quis
Captus amore leget: te noſtrae, Vare, myricae,
Te nemus, omne canet; nec Phoebo gratior vlla eſt,
Quam ſibi quae Vari praeſcripſit pagina nomen.
Pergite, Pierides. Chromis et Mnaſylos in antro
Silenum pueri ſomno videre iacentem,
Inflatum heſterno venas, vt ſemper, Iaccho;
Serta procul tantum capiti delapſa iacebant;

10 *legat* Menag. ſec. et Moret. ſec., et Priſcian. ap. Heinſ. vtrumque dici ſolet. vid. Burmann. 11 *eſt* a Leid. alt. abeſt. 12 *perſcripſit* multi, male. *praeſcribit* Parrhaſ. 13 Errores in his nominibus v. ap. Burm. *Cronus* et *Cronys* Goth. Χρόμις. Μνάσυλος. 16 *capiti tantum* Rottend. Saltem hoc malim a

de iis componi poſſet. v. Excurſ. II.

9. *Non iniuſſa cano*, ſed ab Apolline iuſſa; *iuſſis carmina coepta tuis* Ecl. VIII, 11; tenui ea *quidem* carmine; ſi *tamen* non infeliciter a me elaborata erunt, vt ſint, quibus placeant; haec ipſa quoque laudes tuas ornabunt. 10. *myricae — nemus* pro rure et paſtoribus, qui carmen repetunt. conf. ad v. 2 et Ecl. IV, 2. *pagina* nunc primum a poeta pro carmine dicta, vt *chartae* Horatio, hoc tamen Ennii exemplo; *pagina* hinc in Ciri, Culice, aliis. Vox a paſtoris perſona aliena adhiberi h. l. in bucolico carmine potuit, quum e poetae perſona haec dicta ſint; cf. ad Ecl. III, 85.

13. *Chromis et Mnaſylus.* Faunorum vel Satyrorum nomina eſſe neceſſe eſt. Et ita Seruius quoque. Rem poeta hic adornauit in artis quoque antiquae operibus obuiam. v. Excurſ. II * ad h. l.

16. *Serta procul tantum c.* Hoc in loco me adhuc haerere fateor, nec, *procul*

Digitized by Google

Et grauis adtrita pendebat cantharus anſa.
Adgreſſi, nam ſaepe ſenex ſpe carminis ambo

poeta profectum. Quod nunc habemus, *procul tantum capiti d.*, vix habet quomodo ſatis bene iungas (vid. Not.), aut expedias. Poterat tamen tum facile epitheton ſubſtitui et apponi *capiti*, v. c. *madido*, *tumido*, *foſſo*. Poteſt quoque in capite verſus mox excidiſſe videri *Vitea ſerta procul capiti delapſa*, male et importuno loco ſuppleta. Omnino ieiunus eſt verſus, et multo magis τὸ *iacebant* poſt v. 14 *videre iacentem*. Tacent, qui in aliis diſerti ſunt. Nec Wakef. quicquam monet aut mouet. 17 *At grauis* Moret. quartus. 18 *ambo*; ita Pierii et Heinſ. meliores et plures; alii *ambos*. v. Heinſ.

tantum quomodo bene iungi poſſit, video. Graece dictum Faber accipit; ſatis longe; nec tamen declarat, quomodo ſic dici poſſit. Comparat cum Graeco ἄλλως, vt ſit pro ſic, temere, vt caſus tulerat, Dan. Heinſius ad Heſiod. Ἐργ. 344, ſed ſine auctoritate. *tantum delapſa* iungunt, et *tantummodo* exponunt Turnebus et Cerda; ita vero quomodo *procul* iacet, ſi *tantummodo* delapſa ſunt? niſi contendas *tantum* noue dictum eſſe pro *modo* vt *ad tempus* referatur, quod alio exemplo nondum vidi confirmatum. Dicas *procul* relatiue dici, nec ſemper remotum ac longinquum ſignificare; definiri quoque ac circumſcribi per τὸ *tantum*: vt ſit, *procul*, nempe a *capite tantum delapſa*, prope caput. Exempla vſus huius in *procul* collegit Ouwens Noct. Hag. p. 415. Ita Seruius accipiebat Aen. X, 835 *Arboris acclinis trunco; procul aerea ramis Dependet galea*. Ita *ſerta procul iacebant*; cum reſtrictione tamen, quam vocant, vt eſſent *capiti tantum delapſa*. Verum etiam haec ieiuna ſunt, et quouis bono poeta indigna; quod ſenſus quemque ſuus docebit. Quanto melius de Andromache Iliad. χ, 468 Ἤριπε δ' ἐξοπίσω — Τῆλε δ' ἀπὸ κρατὸς χέε δέσματα σιγαλόεντα, Ἄμπυκα etc., et Hymn. in Dionyſ. 13 τὸν δ' οὐκ ἴσχανε δεσμὰ, λύγοι δ' ἄπο τηλόσ' ἔπιπτον χειρῶν ἠδὲ ποδῶν. *longe lapſum temone* quoque dixit noſter Aen. XII, 470, et IX, 771 *Cum galea*

Digitized by Google

Luſerat, iniiciunt ipſis ex vincula ſertis.
Addit ſe ſociam, timidisque ſuperuenit, Aegle; 20

19 *ex ipſis* Voſſ. pr. *et vincula* Menag. ſec. 20 *tumidisque* Leid. ſec. a m. ſec.

longe iacuit caput; et Catullianum, de pinu: *Illa procul radicitus exturbata Prona cadit:* Epith. 107. Nec minus coacta ſunt, ſi interpungas: *Serta procul. Tantum c.*, aut ſi ita iungantur verba: *videre iacentem, inflatum. Tantum ſerta capiti delapſa procul iacebant;* vt Ecl. II, 3 *Tantum inter denſas, vmbroſa cacumina, fagos aſſidue veniebat;* vt ſupprimantur reliqua, ſcilicet eos illi ſoli, neminem comitem, nullum Faunum vel Satyrum, habenti, ſuperueniſſe, vt adeo vincire ſertis potuerint. Tantum ſerta a capite pendentia et cantharus cum eo erant. Si ad Graecam rationem refingere velis, aut eſſet πόρρωθεν ὅσον, vt ap. Theocr. I, 45 Τυτθὸν δ' ὅσσον ἄπωθεν (pro τόσσον ἄπωθεν, ὅσσον τυτθὸν), et 25, 37 ἀπὸ χθονὸς ὅσσον ἀείρων; tantum, quantum a terra, h. paullum; aut τῆλε τόσσον, τῆλε τοῖον, vt ſit δεικτικῶς dictum, cum geſtu, vt ſaepe Homericum τοῖον vel τόσσον, v. c. Od. o, 404. 450, h. e. tantillum, non adeo longe, paullulum. Homerico itaque more efferres: κρατὸς ἄπο τόσσον πολυάνθεμα στέμματ' ἔχειτο. Hoc ſaltem tolerabile; etſi vel ſic poeta hic paullo ieiunior eſt. Similitudinem habet, nihil tamen interpretationem iuuat, locus Catulli Epith. 66 de Ariadne: *Proſpicit — Non flauo retinens ſubtilem vertice mitram* etc. *Omnia quae toto delapſa e corpore paſſim — Ipſius ante pedes fluctus ſalis alludebant.* Apud Statium Theb. VII, de Baccho turbato v. 149 *Non crines, non ſerta loco; dextramque reliquit Thyrſus, et intactae ceciderunt cornibus vuae.* Et Prudent. Pſychom. 687 *Sciſſa procul palla, ſtructum et ſerpente flagellum Multiplici, media camporum in ſtrage iacebant. capiti* eſſe a capite, nemo dubitet,

Digitized by Google

Aegle, Naiadum pulcerrima; iamque videnti
Sanguineis frontem moris et tempora pingit.
Ille dolum ridens, Quo vincula nectitis? inquit.
Soluite me, pueri; ſatis eſt potuiſſe videri.
Carmina, quae vultis, cognoſcite; carmina vobis,

21 *namque* aliquot antiqui Pier., tum Moreti vnus et ed. Mediol. Eſt et in ed. Ven. 1472 et Goth. ſec. 23 *Quid* ed. Ven., et Pier. in antiqu. aliquot codd. eſſe memorat; ſcilicet ex interpretatione.

Graece dictum: Silius XVI, 468 *veluti delapſa corona Victoris capiti foret. Gravis cantharus,* vino plenus, inquit Burmannus, malim omnino vas magnum et capax deſignari. Nam *pendebat* ſc. ſemiſupinus, tantum non euerſus. *attrita,* frequenti vſu. Variauit rem auctor Epithal. Auſpicii in Anthol. Lat. et in Poet. min. Wernsdorf. Tom. IV, p. 481 *Ecce pater pando recubans Silenus aſello; Cui lacer a ſummo pendebat cantharus armo.*

21. *iamque videnti,* expergefacto. Cauſſam pingendi afferunt ſiue iocum ac petulantiam, ſiue honorem, quod antiquiſſimo more, qui deinceps in diis agreſtibus perſtitiſſe videtur, deorum ſimulacra minio pingebantur. Notum, Iouem miniari ſolitum ap. Plin. XXXV, 45. etſi alia de cauſſa, ne lignum ab imbribus putreſceret. Praeferendum prius. 24. *ſatis eſt potuiſſe videri,* vt videamini me vincire potuiſſe. Petitum autem hoc, vt vincire vellent Silenum, quo ad canendum, quod vellent, eum cogerent, ab eo, quod de vatibus memorari ſolet, qui repugnabant, nolebant κάτοχοι fieri, deo impleri; Notum de Pythia. cf. Lucan. V, 116 ſq. Furor enim ille, qui mentem occupat, ſpaſmos haud mediocres afferre corporibus debuit. cf. Aen. VI, 47 ſqq. Inde etiam in diis vaticinantibus hoc idem locum habuit; itaque Proteus vinculis conſtrictus apud Homer. Odyſſ. δ, 414 ſq. et Ge. IV, 396. 439. Et Silenus ad

Digitized by Google

Huic aliud mercedis erit. Simul incipit ipſe.
Tum vero in numerum Faunosque ferasque videres
Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus.
Nec tantum Phoebo gaudet Parnaſia rupes;
Nec tantum Rhodope mirantur et Iſmarus Orphea.
Namque canebat, vti magnum per inane coacta

26 *ille* Ven. et Parrhaſ. 27 *Faunos ſiluasque* Vratisl. 28 *mutare* Longob. Pierii, quod ille exponit, vt mutent arbores montium cacumina, transeant de monte in montem. *nutare* Parrhaſ. cf. Ecl. V, 5. 30 *Iſmarum vrbem* ex Homero bene nouimus: nunc *montem* memorari ne dubites; etiam Ge. II, 37 *iuuat Iſmara Baccho Conſerere*; quod vnde poeta acceperit, non conſtat. Fuit etiam Iſmaria palus, Herodoto memorata ad Maroneam VII, 119. *mirantur* e Rom. aliisque melioribus Heinſ. Vulgo *miratur*. *tanto* Leid. Poſt hunc in nonnullis libb. et edd. ſuppoſititius, et iam a Benedicto damnatus, verſus: *Quantum omnis mundus gaudet cantante Sileno;* habet etiam Goth. vterque, alter ab alia manu, quae metrum vapulare nolebat, adſcriptum habet alium verſum: *Quantum Sileno ſiluae laetantur ouante.* Priorem verſum ex Seruii verbis conſarcinatum eſſe vidit Io. Schrader. in ſchedis mſſ. Non autem ſemper τῷ *quantum* ſubiicitur *tantum*. Similis ratio erat Ecl. V, 82 ſq.

Midam vinctus adductus (ap. Plutarch. Conſolat. ad Apollon. Tom. II Opp. p. 115 D.) diu renuit ac repugnat. 26. *Huic aliud mercedis erit;* ſecundum illa: *vis haud ingrata puellis.* 27. *in numerum,* ad rhythmum ſaltare, vt παίζειν. *Faunis ſaltantibus* adiungit *feras ſaltantes,* et ſubiicit *quercus mouentes cacumina,* aut omnino, aut mouentes in numerum. Tanta ſcilicet e cantu audito eſt voluptas; tanta carminis dulcedo: Non autem haec in modorum concentu quaerenda, ſed in argumenti mythici nouitate et fabularum ſuauitate.

31. Nota ad h. l. ſeruata eſt Probi valde docta, ſed bonis malisque permixta; partem inde mutuatus eſt

Digitized by Google

Semina terrarumque animaeque marisque fuiſſent,
Et liquidi ſimul ignis; vt his exordia primis
Omnia, et ipſe tener mundi concreuerit orbis;
Tum durare ſolum, et discludere Nerea ponto
Coeperit, et rerum paullatim ſumere formas;
Iamque nouum terrae ſtupeant luceſcere ſolem,

32 *terrarum, animaeque* Ven. et ed. Ven. *marisque* quatuor cum Goth.; et ſic in edd., vsque ad edd. Pulmann., in quas *ve* temere inductum miror ab Heinſio et Burm. eſſe ſeruatum. Poſt v. 32 Goth. ſec. ſubiungit verſum: *Hinc hominum quondam genus et primordia rerum.* 33 *in his* tres ſcripti cum ed. Ven. 34 *concreuerat* Mentel. vterque. *mundus* Rottend. 35 *ponti* Zulich. 37 *nouum vt terrae* erat ante Heinſ.; ſuſtulit ille *vt*

Iulius Sab. cum loco e Varrone de LL. IV, p. 17. Ex Apollonii Argonaut. I, 496ſqq. adumbratum hoc exordium eſt, vt iam notauit Vrſinus. Macrob. VI, 2, p. 586 laudat loca Lucretii V, 433 ſq. 447. 456. quem Maroni ante oculos fuiſſe manifeſtum eſt inde ab eo loco. *Semina* ſunt elementa, non atomi Epicurei, ad quos ea reuocant grammatici, inducti per voc. *inane;* ſed ſunt elementa per chaos ſparſa; itaque *coacta* dixit ſemina, quae paſſim per vacuum ferebantur, nunc ad quatuor rerum genera redacta. *magnum inane*, et *anima* pro aere, et *liquidus* ignis, Lucretiana oratio. *tener orbis*, vt *tenerae res* Ge. II, 343. *mollia terrae arua* Lucret. V, 778. *Chaos enixum terras* dixit Manil. II, 13 *Orbemque ſub illo Infantem; primum titubantia ſidera corpus.*

35. *Tum durare ſolum et d.* Cecinit tum, *vt* terra coeperit indureſcere et ſolidari, adeoque aquas discretas et a ſuperficie intra certos fines et littora depulſas mari includere (cf. Lucret. V, 439. 448. 454. 488. 498 ſq.), et paullatim herbis arboribusque veſtiri. Eae enim ſunt *formae rerum*, quae, excluſis aquis, in ſuperficie telluris apparuere. cf. Lucret. V, 781. 37. 38. 39. *ſtu-*

Digitized by Google

Altius atque cadant ſubmotis nubibus imbres;
Incipiant ſiluae quum primum ſurgere, quumque
Rara per ignotos errent animalia montis.
Hinc lapides Pyrrhae iactos, Saturnia regna,

ad fidem vetuſt. codd. 38 *vtque c.* Rom. Pierii. *vtque caduni* Mentel. pr. a m. pr. et Leid. *ſubmotis ignibus* idem Rom. cum ed. Ven. 1472. quod Pierius interpretatur ſummota aeſtate. 39 *Incipiunt* Moreti quart. Leid. ſec. 40 *errant* Moret. quart. et Mentel. tert. *currant* Ven. et Parrhaſ. *per ignaros — montes* Rom. Pierii, it. ed. Ven. 1472, quod commendat et paſſiue pro *ignotus* dici oſtendit Heinſ., qui etiam Medic. laudat; atqui is ante v. 48 deficit. Tuetur vulgatam Burm.; proprium enim *notus* de ſedibus ferarum. Quod quidem verum eſt; *ignarus* tamen doctius eſt altero: adeoque ad criticam rationem praeferendum erat. 41 In Cod. Franc. *Hinc lapides Pirre tactos, primordia rerum. Hinc hominum pecudumque genus, Saturnia regna;* in Voſſ. et Zulich. a ſec. m. *Hinc hominum quondam genus et primordia rerum;* ita etiam in Fragm. Moreti, niſi quod *regum.* Videtur interpolatio deberi iis, qui videbant, *Saturnia regna* non bene

peant — cadant — Incipiant. Tempus praeſens pro praeterito: canebat, *vt* ſtupuerint, ceciderint etc., ſed valet hoc ad viuidiorem orationem. Dicta vero haec ornate pro, vt ſol et caelum factum ſit; leuatis a terra, quam obſidebant, vaporibus et nebulis, collectus aer facit atmoſphaeram; vnde mox iterum pluuiae in terras deſcenderent. 39. *Incipiant ſiluae.* cum primum ſiluae inciperent enaſci cum animantibus. *montes ignotos,* in quibus tum primum ferae vagabantur.

41. Hominum originem iam exponere debebat; ſed, et poeticam rationem et vetuſtiſſimorum philoſophorum morem ſequutus, fabulis eam inuolutam exponit; quas qui ſingulas vult cognoſcere, adeat Naſonem aliosue mythologos, etiam Apollodorum. Delectare porro narratione pueros et puellam Aeglen inſtituerat. *Saturni regnum* ad diuerſum mythorum genus diuerſumque mythorum ordinem ſpectat, vt et ſubductus a Prometheo et hominibus impertitus ignis; ſuntque haec diluuio Deuca-

Digitized by Google

Caucaſiasque refert volucres, furtumque Promethei.
His adiungit, Hylan nautae quo fonte relictum
Clamaſſent, vt litus, Hyla, Hyla, omne ſonaret;
Et fortunatam, ſi nunquam armenta fuiſſent,
Paſiphaen niuei ſolatur amore iuuenci.
Ah, virgo infelix, quae te dementia cepit!

poſt Pyrrham poni. 42 *Caucaſiasque;* ſic vetuſtiores Pier. et Heinſ. *Caucaſeasque* alii. *Caucaſeosque* Reg. *Caucaſea refert* Leid. *Promethi* Franc., ſicque Seru. ad v. 78, vbi *Teri.* 43 *Hylan* Pier. et Heinſ. e melioribus. Vulgo *Hylam.* 44 *quo litus* ex aliquot mſſ. laudat Pier. 45 Seruius: Caluus in Io: *Ah virgo infelix, herbis paſcens amaris.*

lioneo anteriora: ſed in tali enumeratione ordinem temporum ſeruare non neceſſe erat.

43. Ex inſignioribus antiquitatis mythis ſunt Argonautica et res Herculis; ex his vnus laudatur Hylas, Argo ad Myſiam appulſa, a Nymphis raptus et fruſtra ab Hercule quaeſitus. v. Apollon. II, 1207 ſq. Qui de eo egerunt, adſcripti ſunt in Not. ad Antonin. Lib. 26. 45. 46. Ad antiquiores mythos referendi Cretenſes, inque his Europae genus, Minos, cui nupta fuit Paſiphae. v. Apollod. III, 1. Eius amor tauri inter phantasmata eſt, quae poetica copia ornari poſſunt: itaque arripuit poeta et in eo moratur: Haec vna eſt ratio, qua tueri poſſis mythos tam promiſcue memoratos, vt, nec dilectus nec ordinis, vllam rationem idoneam reperire queas. *ſolatur amore iuuenci;* elegantiſſima conuerſio, pro eo, quod ſimpliciter erat, *Paſiphaes amores canit,* quae fabula magna cum arte ad rerum praeſentiſſimas imagines reuocata apponitur. Sic poetae dicuntur *conqueri* eos, quorum fata canunt, nunc *ſolari.* cf. 62. 63. 47. *virgo* h. l., vt puella, omnino pro femina; nam nupta illa erat Minoi.

Digitized by Google

Proetides inplerunt falſis mugitibus agros:
At non tam turpis pecudum tamen vlla ſecuta eſt
Concubitus, quamuis collo timuiſſet aratrum,
Et ſaepe in leui quaeſiſſet cornua fronte.
Ah, virgo infelix, tu nunc in montibus erras;
Ille, latus niueum molli fultus hyacintho,
Ilice ſub nigra pallentis ruminat herbas;
Aut aliquam in magno ſequitur grege! Claudite, Nymphae,

48 *auras* duo Moreti, quod et ipſum bonum eſſet. *falſas — auras* vnus Mentel. et fragm. Moreti. Sed Macrob. IV, 6 et Schol. Stat. V Theb. 590 agnoſcunt vulgatam. 49 *eſt* abeſt a Medic. 50 *collo quamuis* vnus Francii, eleganti ordine. *tenuiſſet* tres libri; vnde Heinſ. coniicit *renuiſſet*, fruſtra; mox *quaeſiſſent*, tres ſcripti. 53 *fulto* Gud. a m. pr. *ſuffultus* Leid. Acute quaerit Io. Schrader., an *in ſiluis hyacintho* locus ſit? et an *tam paruo* flore *fulciatur* bos? coniicit itaque: *ſuffultus acantho:* ſcilicet in pratis quoque paſſim arbores viſuntur, et in ſaltibus loca ſunt libera herboſa, *ἰάμενοι*. Et, *fultum* eſſe, ornatui inſeruit, ſi de recubante agitur. 55 *in* deeſt in Zulich.

48—51. *falſis mugitibus.* Proeti filiae infania correptae videbantur ſibi in vaccas mutatae eſſe, mugiebant, et aratro iungi ſe putabant. Eſt hic inter antiquiores mythos hiſtorici generis: primumque exemplum morbi hyſterici: a quo liberatae ſunt Proetides aluo purgata Melampodis opera. cf. Apollod. II, 2, 2 et Not. pag. 278 ſq. Alia v. *Kurt Sprengels Beyträge zur Geſchichte der Medic.* I, 2, p. 37.

52. *erras*, vagaris per montes, tauri amati inſequendi cauſſa. At ille ſpreto tuo amore, tamquam ſuperbus aliquis puer, *inter herbas ac flores* recubans etc. 54. *pallentes — herbas*, χλωρὰς, virides; iam Ecl. II, 47. III, 39. V, 16. *ilex* vero *nigra* a nigricante virore.

55. *Claudite Nymphae.* Vt concitatior et acrior reddatur narratio, ingenioſa orationis conuerſione Paſi-

Digitized by Google

Dictaeae Nymphae, nemorum iam claudite ſaltus;
Si qua forte ferant oculis ſeſe obuia noſtris
Errabunda bouis veſtigia; forſitan illum
Aut herba captum viridi, aut armenta ſecutum,
Perducant aliquae ſtabula ad Gortynia vaccae. 60
Tum canit Heſperidum miratam mala puellam.

56 *Dircaeae* Rottend. *nemori* fragm. Moreti. Diſtinguunt multi poſt *Dictaeae* et iungunt *Nymphae nemorum*, quo ſpectat Zulich. *Dictaeae, et Nymphae*, minus ſuauiter. 57 *Si quae* Leid. a m. pr. *fata* pro *forte* Goth. pr. *ferent* ed. Dan. *veſtris* quinque Codd. cum Goth. ſec., quod et ipſum ferri poſſit. Verum *Si qua* vt *εἴπως. εἰὰν* ap. Homerum, dictum eſt pro *vt:* occludite ſiluarum aditus, vt ille mihi in conſpectum veniat, euagandi licentia ademta. 59 *herbam* Medic., forte *herba in* addit Burm. Sed eſt ex vitio ſcriptionis. cf. in eod. Cod. Ecl. VII, 8. 13. 60 *Producant* fragm. Moreti. v. ad Ecl. I, 73. *Cortynia* paſſim codd., male. 61 *Tunc* tres ap. Burm. Parum ſuauis eſt iunctura horum verſuum: *Tum canit* v. 61, *Tum Ph.* v. 62, *Tum canit*

phae exclamans inducitur. Obſeruare iubet ſiluae exitus, ne taurus, quem illa quaerit, elabatur; forte illum vaccam ſequendo aberrare ad ſtabulum alienum. 56. *Dictaeae* a monte Cretae, Dicte. *nemorum ſaltus* ſunt hic aditus ad ſiluas, anguſti fere, aſperi et confragoſi, quae loca proprie *ſaltus* dicuntur. Aen. XI, 904. 905 Aeneas *ſaltus ingreſſus opacos — ſiluaque euadit opaca.* 58. *Errabunda bouis veſtigia*, h. greſſus bouis errantis; *πλανοδίας βοῦς* dixit Auctor hymni Homerici in Merc. 75. Comparat Seruius *εἰλίποδας βοῦς.* quod remotius eſt. 60. *Gortynia ſtabula* a Gortyne, Gortyna, Cretae vrbe, vt ſic, ſpreta Paſiphae, aliam amicam ſequutus, ad ſtabulum vaccae perducatur, cum ille e Gnoſſicis armentis eſſet. Vix tamen cogit poetica ratio *Gortynia* tam anguſte accipere; eſt enim omnino ornatus cauſſa appoſitum, quia res in Creta agitur, et intelligenda ſtabula vaccae nota ac conſueta.

61. Atalantam canit, Schoenei f. Poteſt poeta *Heſperidum mala* omnino dixiſſe

Digitized by Google

Tum Phaethontiadas muſco circumdat amarae
Corticis, atque ſolo proceras erigit alnos.
Tum canit, errantem Permeſſi ad flumina Gallum

v. 64. Io. Schraderum video eo deueniſſe, vt v. 61 retraheret ſupra ante v. 54 *Et fortunatam.* 62 Male *Phaetontiades* ſcriptum in ed. Burm. et al.; eſt enim Φαέθων Sol. Φαεθοντιάς. *amarae corticis.* notat Seruius propter genus; cum alibi vt Aen. VII, 742 ſit maſculinum. 63 *aquae ſolo* Gudian. a m. pr., ita variatur fere; hic tamen non male; etſi *a* per ſe ſuppletur. 64 Tam importuna eſt Galli commemoratio in mediis fabulis, cum mox v. 74 ad alias fabulas de Scylla et Philomela procedat, vt ſemper moleſtum ſenſum in his verſſ. habuerim. Facilis tamen medela eſt, ſi

pro aureis; poteſt etiam ſequutus eſſe veterem poetam, qui vere ex Heſperidum pomis fuiſſe illa Hippomenis poma aurea inter decurſum proiecta aut finxerat aut crediderat. Idem tradit alter ex grammaticis ad Theocr. III, 40, et Maronem ſequitur auctor Elegiae ad Meſſalam in Catal. v. 25. Vulgatius eſt, a Venere fuiſſe apportata illa poma: v. Schol. ad e. l. Hygin. f. 185. Alia ad Apollod. Not. pag. 678.

62. 63. *muſco circumdat*, h. canit, quemadmodum Phaethontis ſorores muſcoſo cortice circumdatae et in alnos mutatae fuerint. Dicunt enim poetae ea *fieri*, quae *facta* narrare volebant; et tribuitur poetae ac vati tamquam auctori id, quod contigiſſe carmine ſuo exponit: vt iam ad v. 46. Ceterum Phaethontis ſorores mutatas eſſe in *larices*, communior fabula fert, populos noſter ipſe ſubſtituit Aen. X, 190, vbi v. Not. Piceas appellat circa fontem Padi ſitas, Pades Gallis dictas, Plin. III, 16 f. 20 e Metrodoro. De electro, quod exſudare dictae ſunt, multis modis ſtatui poteſt: quod ſatis conſtet, non habemus.

64 — 73. Intertexit his mythis Gallum ſuum ad Muſarum chorum deductum et a Lino fiſtula Heſiodea donatum: an loco ſatis commodo, recte dubites: dum antiquiſſimis rebus immiſceatur homo aeui Virgiliani. Per ſe quidem praeclarum eſt poetae commentum ad

Digitized by Google

Aonas in montis vt duxerit vna ſororum;
Vtque viro Phoebi chorus adſurrexerit omnis;
Vt Linus haec illi, diuino carmine paſtor,
Floribus atque apio crinis ornatus amaro,
Dixerit: Hos tibi dant calamos, en accipe, Muſae,

verſus transpoſitos eſſe intellexeris; quod ſi vequam, ſaltem h. l. factum arbitror; neque aliter Scaligerum ſenſiſſe conſtat. Scilicet verſus 74 — 81 *Quid loquar* etc. veque ad *Infelix ſua tecta ſuper volitauerit alis* retrahendi ſunt in ſuum locum ante hunc 64, vtque poſt illos ſequatur: *Tum canit, errantem.* 65 *Aonios* vnus Pierii et Heinſii tres cum edit. Mediol. ex interpretatione. *Ionas* ed. Ven. 1472. *dixerit* Medic. 66 *Atque v.* nonnulli et ap. Aruſian. Meſſum. 67 *hoc illi* Ven. 68 *armatus* duo. 69 *Dixerat* fragm. Moret. *eja a.* coni. Heinſ. *en aſpice* Goth. ſec.

Galli laudem ab ingenio et poetica facultate. Vt poeticis ſtudiis eum teneri ſignificaret, ait eum erraſſe in Muſarum receſſibus. *Permeſſus* fl. Boeotiae ex Helicone monte deſcendens; declaratur hic mons per *Aonas montes*, ab Aonibus, primis Boeotiae incolis. v. Strabo IX, p. 615. Finxit autem poeta haec ad exemplum Heſiodi in Helicone oues paſcentis et in Muſas incidentis Theog. 22 ſqq. add. Nicand. Ther. 11. 12 *εἰ ἐτεόν περ Ἀσκραῖος, μυχάτοιο μελισσήεντος ἐν ὄχθαις, Ἡσίοδος κατέλεξε παρ' ὕδασι Περμησσοῖο.* Quod *omnes Muſas Gallo adſurrexiſſe* ait, honoris teſtificatio eſt, non tam ex ſuae aetatis elegantia a poeta illata, quam aeuo iam heroico frequentata. Sic Ioui venienti aſſurgunt dii Iliad. α, 533. 534. 535. 67. *Vt Linus.* Duplici modo haec iungi poſſunt: aut, vt *diuino carmine paſtor* ſit Linus, pro vulgari, paſtor diuini carminis ſeu cantus; aut vt *dixerit* haec *diuino carmine:* quod praeferam. *Linum*, ſupra IV, 56 cum Orpheo iunctum, memorat, nomen inter vetuſtiſſimae memoriae vates clarum, ſeruatum illud partim fama ac mythis, partim carminibus, quae eius eſſe ferebantur. Nunc ille cum Muſis verſari narratur et earum iuſſu fiſtulam Heſiodi Gallo dare. Cur apio

Digitized by Google

Aſcraeo quos ante ſeni; quibus ille ſolebat
Cantando rigidas deducere montibus ornos.
His tibi Grynei nemoris dicatur origo:

70 *ante ſolebat* Ven. Parrhaſ. 71 *rigidos* fragm. Moret. 72 *Grinei* et *Grynaei* aberratt. Sed eſt Γρύνιον.

coronatum dixerit, cauſſa non conſtat: niſi ad argumentum lugubris cantus in eius mortem ſpectat: de quo cantu multa occurrunt vel in Pauſania. *Aſcraeus ſenex* Heſiodus a vico Boeotiae Aſcra. Nouum vero hoc, quod nunc Heſiodo tribuitur, id quod de Orpheo ſollenne eſt, ſilvas eius cantum eſſe ſequutas.

72. 73. *Grynium* ſeu *Grynia* oppidum Aeolidis in Aſia minore, fano et oraculo Apollinis, quod in luco amoeniſſimo ſitum erat, nobile. vid. Strabo XIII, p. 923 B. (622). Pauſ. I, 21 f. add. Burm. ad Aen. IV, 345. In magnas difficultates impegit interpretes, quamquam ipſi ſatis ſenſiſſe non videntur, Seruiana aliqua lacinia ad h. v. *Hoc autem* (quod de Gryneo nemore narratum fuerat) *Euphorionis continent carmina, quae Gallus transtulit in ſermonem latinum, vnde eſt illud in fine Ecl. X*, 50 *Ibo, et Chalcidico quae ſunt mihi condita verſu Carmina.* De his v. Excurſ. Si tamen, interpretum nulla ratione habita, verba ipſa ſequi in animum induxeris, nihil aliud dici videas, quam, Linum fiſtulam Heſiodi Gallo dediſſe, quo Gryneum nemus cantaret. Quo nihil aliud ſignificari poteſt, quam, Gallum aut carmine tractaſſe fabulam ab Heſiodo in parte aliqua τῶν ἠοιῶν memoratam, aut ad Heſiodi imitationem ſeu ſcripſiſſe ſeu molitum eſſe opus, quo oraculi Grynei aut Apollinis Grynei fabulae ſeu hiſtoriae exponerentur. Praebuiſſe autem eas ſatis materiae ad carmen condendum, diſcere licet ex iis, quae in Seruianis ad v. 72 expoſita ſunt de Gryno Eurypyli f., de Pergamo Neoptolemi et Andromaches filio, de Calchante et Mopſo. cf. Not. ad Apollod. p. 655.

Digitized by Google

Ne quis ſit lucus, quo ſe plus iactet Apollo.
Quid loquar, vt Scyllam Niſi, quam fama ſecuta eſt,

73 *Nec* Goth. vterque. *Nec qui ſit lucus* Rottend. et Mentel. alter a m. pr. *quo plus ſe* Ven. et Zulich. cum Goth. pr. 74 *Quid loquar aut Scyllam Niſi quam f.* Sic Medic. cum aliis vet., vt et Goth., ſicque edd. Aldd. pr. et ſec., vt tamen interpungant: *Quid loquar? aut.* At Nauger. in tertia emendauit *vt Scyllam:* eſtque ei lectioni auctoritas e cod. Rom. et ſuffragantur viri docti, in his Brunck.; et fatendum eſt, orationem ita fieri leniorem. Gronou. Obſſ. I, 22 etiam ingeminat: *Quid loquar, vt Scyllam Niſi, vt, quam f.* Suppleri quidem poteſt *vt*, toto ſententiarum ordine recte inſtituto, ex v. 78 *Aut vt m.* Altera tamen ex parte non minus procliuis fuit lapſus, vt mutaretur *vt* in *aut:* nec minor auctoritas eſt Romano quam Mediceo Codici. *Quid loquar? an Sc. N. aut* vnus Pier. *in Scillam Nixi* Parrhaſ. Porro *aut Sc. N.* aut *quam f. f.* in Pulmannianas illatum: nec conſtat auctoritas. Recte itaque Heinſius ſecundum codices expulit alterum *aut.* Idem obſeruat, interpolationem hinc ortam, quod duas Scyllas, Niſi alteram, alteram Phorci et Crataeidis (apud Homer. Od. μ, 124. cf. Ciris 65 ſq. et ibi notata. Hygin. f. 199 et Muncker), confundi hic nolebant viri docti; quod tamen paſſim factum. vid. Heinſ. Ouid. Epiſt. Sabini I, 33. Perizon. Animaduerſſ. hiſt. c. 9, et paſſim alii; etſi non tam confundere dicendi ſunt poetae fabulas, quam potius varios narrandi modos ſequi; quod bene monuit doctiſſ. Ouwens Noct. Hagan. p. 389 ſqq. *an Scyllam Niſi an quam* fuere qui emendarent, apud Taubmannum. *Fama loquuta eſt* tres ap. Burm., ſed male poſt *quid loquar.* A Medic. abeſt *eſt;* Rom. *narrauerat.* Ceterum in Voſſ. et Reg. ante v. 74 erat vacuum ſpatium, quo apponi ſcilicet alio pigmento fabulae argumentum poſſet.

73. *Ne quis ſit lucus, quo ſe plus iactet Apollo;* quod ſimplicius Callimach. in Del. 269 οὐδέ τις ἄλλη Γαιάων τοσσόνδε θεῷ πεφιλήσεται ἄλλῳ.

74. *Quid loquar.* Pergit commemorare Silenii carminis argumentum, non Galli verſuum; breuitatis autem ſtudio ſtrictim tantum fabulas percenſet. Quid loquar, vt narrauerit Scyllam, aut vt Tereum mutatum narrauerit, h. fabulas de Scylla et Tereo. Scyllam nunc facit poeta Niſi filiam, quae aliis poetis alia ac diuerſa eſt, Phorci quidem filia. v. Var. Lect. De Vlyſſis, dum praeteruehérentur, ſociis a Scylla deuoratis nota fabula. vid. Odyſſ. μ,

Digitized by Google

Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris
Dulichias vexaſſe rates, et gurgite in alto
Ah! timidos nautas canibus laceraſſe marinis?
Aut, vt mutatos Terei narrauerit artus;
Quas illi Philomela dapes, quae dona pararit,
Quo curſu deſerta petiuerit, et quibus ante

75 — 77 iidem verſus in Ciri 59. 60. 61. 76 *gurgite vaſto* Goth. ſec. a m. ſec. 77 *At* Menag. *canibus nautas* vnus Moreti et Leid. *vexaſſe* Rottend. alter pro *laceraſſe*. 78 *Teri* Voſſ. prior et Seru., vt 42 *Promethi*. 79 *pararet* Mentel. pr. *pararat* Rottend. ſec. 80 *Quae curſu deſerta* Ven. et Parrhaſ., non male, ſed *Quo curſu* melius reſpondet *quibus alis*. *petierit* Parrhaſ. et Reg.

265. *quam fama ſequuta eſt*, ſimpl. quam ferunt, μυθοῦνται, (Expreſſit voc. φάτις, φήμη, pro μῦθος, fabula) habentem inguina ſuccincta canibus marinis, ex aluo eius prodeuntibus, infeſtaſſe Vlyſſis nauem et ſocios eius deuoraſſe. Verſum 75 et formam monſtroſam Scyllae illuſtrant numi, gemmae et alia monumenta. Alia v. in Excurſu ad h. l. 76. *vexaſſe*, habuiſſe hoc vocabulum paullo maioris atrocitatis ſignificatum apud veteres contendunt, et defendunt Virgilium, Gellius N. A. II, 6. Macrob. VI, 7. Seru. ex Probo h. l. Videtur poetae animo inſediſſe Homericum βλάπτειν. *Canes marini*. v. Excurſ. ad h. v.

80. Pendet a ſuperioribus: *vt narrauerit, quas dapes pararit — petiuerit — volitauerit*. Nota vel ex Ouid. Met. VI extr. fabula. Trepidaui olim in hoc loco, dum non meum ſenſum ſed alios interpretes conſulueram, qui Philomelam in luſciniam mutatam auolaſſe in ſiluas volunt, et *ante*, antequam volaret, ſuas aedes circumuolitaſſe aiunt. Poeta, puto, eos ſequitur, qui Philomelam in hirundinem mutatam eſſe memorarunt, vt multi fecere: vide v. c. Apollod. III, 14, 8. cf. Notas p. 842 ſq. Conon. c. 31. Appoſitis autem epulis, ex Ityis filii

Infelix ſua tecta ſuperuolitauerit alis?
Omnia, quae, Phoebo quondam meditante, beatus
Audiit Eurotas, iuſſitque ediſcere lauros,

81 *ſupra volitauerit ales* Rom. *ales* etiam Medic. a m. ſec. Ciris 50 de altera Scylla: *vt tenui conſcendens ſidera penna Caeruleis ſua tecta ſuperuolitauerit alis.* 82 *quodam* Medic. *quae quondam Phoebo m.* Goth. ſec. 83 *ediſſere* Parrhaſ. *edicere* Pierius exhibet, et laudat ex vet. *ramos. laurus* Medic. et

membris paratis (*dapes — dona*), illa cum ſorore ſtatim profugit, inſequente cum ferro Tereo; hinc illud: *quo curſu deſerta petiuerit.* Mox, Tereo inſtante, ſorores in aues mutantur; tum Philomela hirundo facta ingenioſo luſu narratur aedes ſuas circumuolare, quaſi priſtinae ſedis deſiderio: Stat. III Silu. 5, 98 *Non ſic Philomela penates Circuit amplectens animamque in pignora transfert;* et de altera Scylla in auem mutata Ciris 51 *vt tenui conſcendens ſidera penna Caeruleis ſua tecta ſuperuolitauerit alis.* Similiter de Calliſto in vrſam mutata Ouid. II Met. 490 *Ah quoties, ſola non auſa quieſcere ſilua, Ante domum quondamque ſuis errauit in agris. Quo curſu* et *quibus alis* dicta eleganter pro quomodo; Sic Aen. I, 750 *Nunc quibus Aurorae veniſſet filius armis, Nunc quales Diomedis equi, nunc quantus Achilles,* pro: multa rogans ſuper Memnone, Diomede et Achille. Tum *tecta ante ſua* iungenda ſunt, quod iam alii monuere, vt in Ouidii loco: *quondamque ſuis in agris,* etſi parum ſuauiter adiectum ſentio. Attamen alterum, vt *ante* ſit antequam deſerta peteret, non minus moleſtum eſt. Curſus, *quo deſerta petiuit,* videri poſſit eſſe bacchatio, qua illa, mariti ſcelere comperto, ad locum proſiluit, quo ſoror occluſa latebat: Ouid. l. c. 590. 594 ſq. Ne tamen ſic ſtatuas, poeta ipſe intercedit; nam *poſt* paratas iam epulas et appoſitum filium, *curſum in deſerta* commemorat, et tunc demum Philomela in auem mutatur.

83. Amauit Hyacinthum, Oebali filium, Spartanum,

Digitized by Google

Ille canit; pulsae referunt ad sidera valles:
Cogere donec oues stabulis, numerumque referre 85
Iussit, et inuito processit Vesper Olympo.

Ven. Heinsii. At *myrtos* ad Eurotam plantauerat Catull. Epith. Thet. 89. Statius autem *oleas* IV Theb. 227. Monuit Io. Schrader. 85 *referri* optimus quisque cum Medic. a m. sec., qua exquisitiore ratione vsus interdum Virgilius, vt Ge. I, 130. II, 316. Aen. III, 61. vid. Heins. idque ipse praeferam. Regius etiam: *numeroque referri*. Sunt tamen veteres grammatici, qui alterum, *referre*, laudant.

Phoebus. vid. Ouid. Met. X, 162 sqq.; ad Eurotae itaque, qui Laconicae fl. est, ripas saepe lyra cecinit; quae ille cecinerat, nunc repetit Silenus. ***meditante*** v. ad Ecl. I, 1. *pulsae* sc. vocibus, sonis, vt resonarent. 85. Silenus vsque ad noctem canit. Sed quam poetice hoc expressum! *numerum referre*. cf. Ecl. III, 34. *Vesper* est Hesperus, Veneris stella. *invito Olympo*, quod caelum aegre ferebat, nocte ingruente carmen finiri. Contendi possunt Popiana *Pastor*. III, 97.

Digitized by Google

ECLOGA VII

MELIBOEVS

ARGVMENTVM

Meliboeus pastor narrat, se, cum aberrantem caprum quaerebat, in Corydonem et Thyrsidem incidisse, qui, assidente Daphnide, cantu erant decertaturi; obtemperasse se Daphnidis hortatibus, vt ipse assideret et cantantes audiret — 20. Inde Corydon primas, Thyrsis secundas, partes carmine amoebaeo ita sustinent, vt, quemadmodum Ecl. III distichis, sic nunc tetrastichis, seu quaternis versibus, comprehensa carmina decantent, sena vterque, Corydon diuersi quaeque argumenti exorsus, Thyrsis, aut similia ac paria aut contraria afferendo. Habet adeo carmen non nihil ex dramatico genere, quo ipso maiorem delectationem facit. Locus, in quo consederant, est sub vmbrosa quercu a fauonio leniter agitata, inter apum susurrus, in vicinia Mincii fluuii, et quidem ea parte, qua

Digitized by Google

armenta potum ducebantur. Etiam in hoc carmine putidum esset referre allegorias, quas commenti sunt interpretes, cum haud dubie nihil aliud spectarit poeta, quam vt ad Theocritei Idyllii VI imitationem illud carminis amoebaei genus exprimeret, quod narratione alicuius pastoris, qui interfuerat certamini, continetur. Nec omnino magnam inuenti laudem Maro habet in hoc carmine. Noua arte ac varietate expressit Eclogam Gesnerus in Lyca et Milone. *Propert. II, Eleg. extr.* 67 *hoc carmen respicit:* Tu canis vmbrosi subter pineta Galaesi Thyrsin et auritis Daphnin arundinibus. *Non quasi Maronem narret haec in agro Tarentino ceciniſſe; verum paullo argutius respectu ad Ge. IV,* 126 *habito, vbi illorum locorum amoenitatem praedicat Maro.*

MELIBOEVS. CORYDON. THYRSIS

M. Forte sub arguta consederat ilice Daphnis,
Conpulerantque greges Corydon et Thyrsis in vnum;
Thyrsis oues, Corydon distentas lacte capellas;

1 *sub antiqua* Schol. Horat. Epod. 2. *considerat* Mentel. a m. pr. et Regius, exquisitiore forma; sed tuentur h. l. Grammatici antiqui vulgatam. 2 *Conpulerat* Rottend. *gregem* alter Rottend. cum Pierii ant. Cod.

1. *arguta ilice*, leui cum susurro ac murmure, seu sibilo venti, agitata. Sic Graecis arbor ᾄδει, συρίζεται, μελίζεται, ψιθυρίζει. Expressum vero hoc initium carminis ex Theocr. Idyll. VI, 1 sq. et VIII, 1 sqq. Ipsa Melibaei narratio habet summam et ἀφέλειαν et suauitatem. *Ilicem* in agro Mantuano non nasci, vt nec pinum, nec iuniperum v. 24, notat Castelvetrius. Sed Rayi et

Ambo florentes aetatibus, Arcades ambo,
Et cantare pares, et reſpondere parati.
Huc mihi, dum teneras defendo a frigore myrtos,

5 *certare pares* Leid. *et reſpondere periti* coni. Io. Schrader., vt in Theocr. ἄμφω ευῤῥόδεν δεδαημένω, ἄμφω ἀείδεν. Scilicet et hoc bene ſcriptum eſſet; ſed poeta maluit alterum. 6 *Huc mihi* reuocauit Burm., vt in Medic. et aliis antiquis libris, it. Goth. ſec. a m. pr. *Hic mihi* erat in Ald. pr. et hinc deſcriptis, *Huc* a Naugerio receptum; quod iterum eiectum in Pulmannianis et aliis hinc per Belgium ductis. Interpretatur tamen *Hic* Seruius. *teneros* Voſſ. *myrtus* Gud. conf. Not. Cum *frigus*, quod myrtos exurat, per aeſtiuum tempus parum bene memoratum videretur: Voſſius deleto *a* explicabat: *defendo myrtos frigore* h. vmbra, ne aeſtu exurantur. Burm. coni. *Hic ego dum teneros defendo a frigore fetus*, vt haedos intelligat, quos in aprico loco poſuerit. Ita vero eadem difficultas manet, vnde tantum frigus per aeſtiuum calorem veniat. Nec aliter ſe res habet, ſi cum alio viro

Matthioli auctoritate eum refellit Martinus. Saltem poetae patrius ager notior eſſe debuit, quam vt in hoc peccaret. Male autem hic *Daphnis* confunditur cum altero illo, mythico, Ecl. V. 4. *florentes aetatibus*, vt poeta dixit, ambo florente aetate. 5. *Et cantare pares*, h. pares cantando, et vterque amoebaeo carmine praeſtans; hoc expreſſit *paratus* ad *reſpondendum*, quod in eo genere difficillimum eſt. Nemeſ. Ecl. II, 16 *ambo aeuo cantuque pares*. Similes adeo ii, qui nunc Italis *Improviſatori* dicuntur. Quod vero *Arcades* ambo ſunt, id per ſe otioſum non eſſet, cum is populus muſica maxime delectaretur; ipſa etiam legum diſciplina, ad molliendos hominum nullis vrbibus habitantium mores, ea arte erudiebantur pueri; Erant itaque inter eos plures, qui in ea excellerent; Eſt tamen altera ex parte, quod parum conuenire videtur, cum in agro Mantuano v. 12. 13 illi greges paſcere dicantur. Alterutrum igitur ne memoraret, poeta cauere debebat.

6. *defendo a frigore*, vindico, tegendo eas ſtramine, ſarmentis etc., ne frigore vrantur. Sed hic ea difficultas iam antiquis (v.

Digitized by Google

Vir gregis ipſe caper deerrauerat; atque ego Daphnin
Adſpicio; ille vbi me contra videt: Ocius, inquit,
Huc ades, o Meliboee; caper tibi ſaluus, et haedi;
Et, ſi quid ceſſare potes, requieſce ſub vmbra; 10
Huc ipſi potum venient per prata iuuenci;
Hic viridis tenera praetexit arundine ripas

docto *matres* ſubſtituas. Io. Schraderus inter alia tentabat: *defendo a ſidere*, h. ſole. Nunc vid. Not. 7 *at ego* Leid. *atque Daphnin* alter. *Daphnim* multi Heinſ. v. ad II, 26. 8 *ipſe* Zulich. *vbi contra* Leid. 9 *vt haedi* coni. Burm., qui in h. l. argutatur. 10 *poteſt* fragm. Moreti. *velis* Leid. 11 *veniunt* Leid., quod placet. 12 *pertexit* Voſſ. prior. *protexit* Zulich. et Leid. ſec. *viridis etiam protexit* Franc. *viridis ripas* iun-

Seru.) animaduerſa oritur, quod aeſtiuo tempore tota huius eclogae res agi videatur, in quo, inprimis clementi Italiae caelo, a frigore nullus metus eſſe poteſt. Deſcenderunt adeo viri docti ad emendationem: vid. Var. Lect. Enimuero agi hic *de verno tempore*, vt ſtatuamus, et *vmbra quercus* et *arundinis tenerae* mentio, et *apum ſuſurrus* permittit, *depulſi* vero a lacte *agni* et *distentae lacte capellae* etiam iubent; exitu enim auctumnali oues in his Italiae locis parere apparet. Adderem verſus 46. 47, ſed vid. ad 53. Ineunte autem vere non raro vri arbores nocturno frigore videmus, et *myrtos* frigoris impatientes eſſe docet Martinus; et regio iſta vltra Padum frigidior. conf. Seru. ad v. 47. 7. *Vir gregis ipſe caper;* habet a Theocrit. VIII, 49; *ipſe caper* deerrauerat, adeoque et haedi totusque grex; hinc verſu 9 *caper tibi ſaluus et haedi.* Animaduerterat eos et in tutum locum compulerat Daphnis v. 9. Sed idem Meliboeus armenta paſcebat; quibus adiunctum capellarum et ouium gregem habebat. cf. v. 11 et 15. 12. Mincius enim non longe a Mantua lacum efficit et paluſtres ripas habet. cf. Ecl. I, 49. 52 et Notas. Ge. III,

Digitized by Google

Mincius, eque ſacra reſonant examina quercu.
Quid facerem? neque ego Alcippen, nec Phyllida, habebam,
Depulſos a lacte domi quae clauderet agnos;
Et certamen erat, Corydon cum Thyrſide, magnum.
Poſthabui tamen illorum mea ſeria ludo.
Alternis igitur contendere verſibus ambo
Coepere: alternos Muſae meminiſſe volebant.

gere nemo dubitabit. 13 *atque* Longob. ſec. Moreti et Zulich. *hic que* quart. Moreti. Pierius memorat a viris nonnullis doctis recitari: *eque caua.* 14 *neque Ph.* fragm. Moreti. 15 *quae clauderet haedos* Medic. Sic conueniret cum v. 7 et 9, ſed in marg. *agnos.* *paſceret agnos* fragm. Moreti. 18 *A. ergo c.* Rottend. ſec. 19 *alternis Muſae cecinisſe volebant* nusquam legitur: quod magis expeditum eſſet. *alternos M. m. volebam* Medic. cum Menag. et pro var. lect. in Moret., vti Seru. alios legere ait, vt ſit ſenſus: *Optabam, o Muſae, meminiſſe alternos, h. omnia, quae dixerunt, tenere, nam* et in fine dicturus eſt: *Haec memini.* In vulgari lectione, quam tamen Meſſius Aruſianus et Nonius Marcellus agnoſcunt, ieiuna eſt ſententia, quocunque te vertas; ſiue vt ad duo paſtores referatur, vt in Nota feci, ſiue vt ad Meliboeum, vt vulgo accipitur; vt ſit: *Muſae volebant me meminiſſe alternos;* h. iubebant. Muſae iubent canere, non vero

13 — 15. Ea facie illo a noſtris quoque hominibus deſcribitur. Cf. Aen. X, 205. *ſacra quercus.* Gē. II, 16 *habitae Graiis oracula quercus.* Ornamenta ſunt petita ex Theocriti I, 106. 107. conf. Ecl. I, 54 ſqq. Mox *certamen* pro certantibus.

15. *Depulſos a lacte agnos,* h. a matribus. v. Ecl. I, 22. III, 82, atque adeo infirmos et curae diligentioris egentes. 19. *alternos Muſae meminiſſe volebant.* Si haec vera lectio eſt, in hunc modum exponenda forte ſit: Muſae, *quae amant alterna,* Ecl. III, 59, hanc legem carminis dicebant, vt alternos verſus meminiſſent,

Digitized by Google

Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrſis. 20
c. Nymphae, noſter amor, Libethrides, aut
mihi carmen,
Quale meo Codro, concedite; proxima Phoebi
Verſibus ille facit; aut, ſi non poſſumus omnes,
Hic arguta ſacra pendebit fiſtula pinu.
t. Paſtores, edera creſcentem ornate poetam, 25

meminiſſe ea, quae ab aliis canebantur; etſi nemo dubitet, carmina audita paſtorem memoriae mandare potuiſſe, vt Ecl. IX, 38. 45. 53. Equidem totum verſum inſititium eſſe arbitror; ſupplere vetus poetaſter voluit id, quod prouide Maro omiſerat, cum ſcripſiſſet: *Alternis igitur contendere verſibus ambo; Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrſis.* 20 *Haec Corydon* Franc. 22 *concedunt* Menag. *proxima Phoebo* alter Rottend. et Leid., male. 24 *His a* Ven. *pendebat* Voſſ. *quercu* Zulich. a m. pr. pro *pinu*. *pino* Gud. pro diu. lect., vt Ecl. VIII, 22. 25 *naſcen-*

ſeu recitarent; h. e. vt verſibus alternis canerent. vid. Var. Lect.

21. Quae ſequuntur, parva ſunt carmina quaternorum verſuum (*Quatrains* dixeris), ſui ac diuerſi ſingula argumenti. *Libethrus* fons eſt cum antro in Helicone. v. Strabo IX, p. 629 A τὸ τῶν Λειβηθρίδων νυμφῶν ἄντρον, alius, isque antiquior, in Pieria; qua de re disputatum in Commentat. de Muſarum religione p. 44 (in Commentat. Soc. Gott. Tom. VIII). cf. Martin. Cerda. Videri poſſunt Muſae h. l. inter Nymphas referri: vt vulgo ſtatuunt. Poſſunt tamen deae loci, Nymphae, non minus a paſtore h. l. invocari, quam Arethuſa Ecl. X, pr. 22. *Codrus* nomen paſtoris, quem iam ſupra memorauit cantu certantem Ecl. V, 11. 23. *aut ſi non poſſumus omnes;* verſus facere proximos (ita exp. *τὸ proxima*, neutrum abſolute poſitum) eius verſibus; pro, ſi eum aequare carmine non licet. *proximus* h. l. dignitate et praeſtantia. conf. ad Tibull. III, 5, 3. *ſacra* vt v. 13. Ouid. Met. X, 103. 104.

25. *creſcentem poetam.* De ſe loqui Thyrſin puta.

Digitized by Google

Arcades, inuidia rumpantur vt ilia Codro;
Aut, ſi vltra placitum laudarit, baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.
c. Saetoſi caput hoc apri tibi, Delia, paruus
Et ramoſa Micon viuacis cornua cerui.
Si proprium hoc fuerit, leui de marmore tota

tem Medic. a m. pr. cum nonnullis aliis ap. Pier., Heinſ. et Burm., forte ex interpretatione alterius, quod minus obuium. 26 *Codri* Moret. ſec. et Gud. a m. ſec. 27 *placidum* Longob. Pier. et Goth. pr. 28 *ne puero noceant mala ſigna* Gloſſator Barthii Adu. 37, 5. *futuro* in Voſſ. altero ab eadem manu ſuperſcriptum *ſuſurro*. 29 *Saetoſi* ſcripturam Burm. e libris emendauit. *Setoſi* vulgo. 30 *Micon* repoſui: vid. ſup. ad III, 10. Vulgo *Mycon*. *Myco* alter Menag. *paruos* (a m. pr.) *Et raros Amycon* Medic. 31 *leni* duo, vt ſolent.

Obtrectat ſcilicet laudibus Codri. 27. *vltra placitum*, ſi plus, quam ipſi placet, h. videtur, laudamur ab eo; ſi Codrus nos immodice et praeter veritatem laudat. Eſt autem faſcini genus notum, vt immodica laude efferantur ea, quibus quis inuideat. v. Cerda. De *baccare* vid. ad Ecl. IV, 19.

30. Mirantur, quod de alieno paſtore agat Corydon, non de ſe. Verum ſunt haec, vt diximus, parua carmina promiſcue cumulata. Nunc id, quod ſequitur, eſt epigrammatis genus ſeu votum a paſtore Micone Dianae factum, cui ſimilia ſunt in Anthologia graeca. Supplendum vero „Micon tibi dicat, quod, te propitia, feliciter venatus fuerit.“ At obſcurum eſt quod ſequitur: *ſi proprium hoc* ac perpetuum *fuerit*, quoniam non certam habet interpretationem ex ipſis verbis aut ex re, quid illud ſit, quod per *hoc* deſignetur. Dicitur aliquid eſſe *proprium*, h. e. perpetuum, vſu et fructu certum ac tutum, firmum et ſtabile. De hoc nemo dubitet. Sed quaeritur, quid *hoc* ſit. Cum dedicentur ſpolia ferae ex venatu, videtur elici poſſe e Miconis perſona: ſi tam felici venatu perpetuo vti contigerit etc.;

Digitized by Google

Puniceo ſtabis ſuras euincta cothurno.
T. Sinum lactis, et haec te liba, Priape, quot annis
Exſpectare ſat eſt: cuſtos es pauperis horti.

32 *ſuras ſtabis euincta* Goth. pr. 33 *haec tibi liba* multi apud Heinſ. et Burm. cum Goth. pr., quod magis vulgare eſſet.

hoc ſequuntur Seru., Cerda et Burm. Hoc ſenſu Aen. VI, 872 *propria haec ſi dona fuiſſent.* Vt reddas cum aliis: „ſi quidem habitus iſte tibi proprius eſt:“ fieri vix recte poteſt; nam et friget hoc, et deberet ita eſſe *eſt*, non *fuerit*. Alii apud Seruium *proprium hoc* ad gregem, quem paſcebat (ita reſponderet vſ. 36 *ſi fetura gregem ſuppleuerit*), alii ad id, quod v. 21 ſq. petierat, vt carmen ſibi, quale Codro, contingeret, referunt. Volunt ſcilicet haec ex Corydonis perſona dicta eſſe, vt comparationem inſtituere dicatur Corydon: Micon tibi haec capita cervi et apri dicauit, o Diana; at ego ſtatuam marmoream, quod maius eſt, tibi ponam, ſi proprius ac perpetuus grex hic fuerit. Enimuero ſic impedita huius verſus manet ratio; et aduerſatur hoc, quod mox alterum epigramma, etiam ex alterius paſtoris perſona ſubiicitur. De *protomis* ferarum Dianae conſecratis et ex arbore ſuſpenſis nota res, et notus locus Spanhemii ad Callimach. in Dian. cf. Aen. IX, 407. 408. Dona — *ſi quae ipſe meis venatibus auxi Suſpendiue tholo aut ſacra ad faſtigia fixi.* Sunt quoque huius generis epigrammata: vt Analect. Tom. II, p. 295. 32. Antiquo more in ſtatuis etiam marmoreis veſtitus coloribus pingi ſolitus; ita h. l. pedum indumentum. In Epigr. in Aeneidem: *Marmoreusque tibi, dea, verſicoloribus alis In morem picta ſtabit Amor pharetra. Cothurno,* quod calceamentum venatorium eſt, Diana fere conſpicua in ſignis et gemmis. *euincta* poteſt eſſe, a pede ad ſuras vsque; niſi eſt ſimpliciter vincta: vt Aen. I, 337 *Purpureoque alte ſuras vincire cothurno.* Liuius Andronicus in Inone

Digitized by Google

Nunc te marmoreum pro tempore fecimus; at tu,
Si fetura gregem ſuppleuerit, aureus eſto.
c. Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblae,
Candidior cycnis, edera formoſior alba;
Quum primum paſti repetent praeſepia tauri,

35 *et tu* Rottend. *ac tu* Menag. 36 *gregis* Goth. ſec. 37 *Nunc Galathea thimo — mihi* Parrhaſ., aperta aberratione. *Nerine:* ex Νηρείνη, a Νηρεύς. Alias eſt Νηρηίνη a Νηρηΐς. 38 *cigno* alter Rottend. 39 *repetunt* multi ap. Heinſ. quod et ipſum defendas. *praeſagia* fragm. Moreti, vitioſe.

apud Terentian. Maur. de Metris: *Iam nunc purpureo ſuras includе cothurno* (ſorte ad Inonem nutrix, vt Dianam illa imitetur). *ſtabis* vox ſollennis: tibi ſtatua ponetur: Expreſſit locum hunc Statius II Theb. 725 ſqq.

33 — 36. Etiam hoc, vt dixi, epigramma eſt, Priapi ſigno affixum, vt innumera alia; idque votum ei factum. Signum eius eſt ex marmore (ſane a paſtore ligneum expectabas), ad quod ſacra quotannis fiunt paſtoritia: ponet ex voto auream ſtatuam, (nimis ambitioſe pro pauperis paſtoris perſona!) ſi deus propitius fuerit. 34. Idem color in Tib. I, 1, 19 ſq. Sat eſt tibi hacc a me quotannis offerri. 35. *pro tempore*, vt tempus et res ferebat, ἐκ τῶν παρόντων, ἐνόντων, ὑπαρχόντων. 36. h. ſi bona ouium fetura fuerit.

37. *Nerine Galatea.* Nerei et Doridis filia fuit, Nympha illa marina a Polyphemo adamata, quam tamen hic Corydon, Nympham paſtor, tamquam ſuam amicam, vt veſperi ad ſe veniat, appellat. Scilicet poeta tantum in hoc elaborauit, vt Theocriteum carmen exprimeret Idyll. XI, 19 ſq., vti etiam fecit Ecl. IX, 39 ſq. Sic ſup. v. 26 *Arcades* paſtor memorat, qui inter Mantuanos viuebat. Quamquam hoc ipſo minor carminis ſuauitas eſſe debet, quod in vera vita iſtae fabulae minus iucundae ſunt. De *Hyblae* cf. Ecl. I, 55. *edera alba* vid. ad Ecl. III, 39.

Digitized by Google

Si qua tui Corydonis habet te cura, venito. 40
T. Immo ego Sardois videar tibi amarior herbis,
Horridior ruſco, proiecta vilior alga:
Si mihi non haec lux toto iam longior anno eſt.
Ite domum paſti, ſi quis pudor, ite iuuenci.

40 *tibi* Ven. 41 *Sardois* ex gr. Σαρδῶος. v. Inst. ad Sammonic. de Medic. pag. 431, ſicque editum ſtatim in Ald. ſec. Sed Medic. cum aliis Heinſ. Longob. et Medic. Pierii, et Goth. ſec. *Sardonis*, vt et ipſi Gr. Σαρδόνιος. Σαρδόνιον κατὰ νῦμα Theocrit. XVI, 86, nec aliter expreſſum in edd. antiquis et Ald. pr. *Sardonis* Gud. bini Leid. et Ven. *Sardinis* Pierii duo. vid. Heinſ. *videor* alter Menag. et ed. P. Dan. *videat* fragm. Moreti. *tibi vitherior* Menag. a m. pr., aberratione calami ex ſeq. *herbis*. 42 *ruſto* Giph. ind. Lucret. ex mſſ., vt Ge. II, 413. *viſco* Parrhaſ. 43 *totoque* Voſſ. *eſt* deeſt Parrhaſ. *anno ſt* Medic. a m. pr.

41. Thyrſis ſuam et ipſe amicam inuitat, vt veſperi ad ſe veniat; deſideriique ſui impatientiam declarat. Per *Sardoas herbas*, batrachii ſ. ranunculi, *Hahnenfuſs*, genus intelligunt, cuius magnus in Sardinia erat prouentus; vis eius cauſtica, vt, ſi cruda folia cuti imponantur, puſtulas, vt ignis, faciat, Plin. XXV, 13; ſuccus autem potus inſanire facit, et inter alias membrorum contractiones eos oris ſpaſmos efficit, vt ridere videantur. v. Martin. h. l.; hinc de riſu Sardonio res notiſſima. cf. Tzetz. ad Heſiod. p. 26 ed. Heinſ., quem male in ipſum Homerum intulerunt Od. υ, 302. *amarior*, nam δριμύτατον appellat Dioſcorides; et hinc amaror *mellis Sardoi*. 42. *Ruſcus* virgultum breue, acutis foliis et pungentibus. *Sarti*. cf. Martin. Iterum memoratur Ge. II, 413; noſtris *Mausdorn* eſſe dicitur. *alga* herba marina vario genere, quae tempeſtate in littus eiici ſolet. vid. ibid., conf. Cerda. 43. Quanta venuſtas in illo Theocr. XII, 2 οἱ δὲ ποθεῦντες ἐν ἤματι γηράσκουσι. 44. *ſi quis pudor*, increpat boues, quaſi dicat, pudeat vos paſtos tam tarde domum procedere, et me ab amicae amplexu diſtinere.

Digitized by Google

c. Muſcoſi fontes, et ſomno mollior herba, 45
Et quae vos rara viridis tegit arbutus vmbra,
Solſtitium pecori defendite; iam venit aeſtas
Torrida, iam laeto turgent in palmite gemmae.
T. Hic focus, et taedae pingues, hic plurimus ignis

45 *mollior alba* Parrhaſ., forte pro *alga*, quod repetitum ex v. 42. Burm. 46 *Et quae nos rura* fragm. Moret. *nos* etiam coniiciebat Io. Schrader. *Et quae rara tegis viridis vos* Goth. ſec. 48 *lento* Medic. a m. ſec. 49 *et plurimus* Menag. pr.

45. Felicior fuit poeta in hoc et altero tetraſticho: alter frigus et vmbram per aeſtiuum tempus laudat, alter focum hiberno tempore. *ſomno mollior herba*, ex Theocrit. expreſſum Idyll. V, 50 εἴρεα ὕπνῳ μαλακώτερα. τάπητες ὕπνῳ μαλακώτερα XV, 125. cf. Valk. p. 405. 406. *mollis ſomnus* ſollenni epith. Ge. II, 470, non minus ac *mollis herba*; hinc comparatio ducta. Ceterum v. 45—60 cum Theocrito certauit Idyll. VIII, 33 ſqq. 46. *arbutus*, v. ad Ecl. III, 82. *rara* vero *vmbra*, aut vt ad naturam arboris humilis nec admodum patentis reſpiciatur, aut pro anni tempore, verno, necdum adulto; aut, quod praeſtat, vt *rara* non vrgendum ſit, epitheton ornatus cauſſa appoſitum, ex ipſius vmbrae, interuallis diſtinctae per frondes, natura. vt Ecl. V, 7. Dictum vero pro: *et o arbute, quae tegis eos* etc., h. et o arbuti, quae *tegitis* fontes cum herba. 47. *Solſtitium pecori defendite*, h. calorem ac vim ſolis in ſolſtitio conſtituti, ſ. ſimpliciter, aeſtiui, a pecore prohibete. Horat. Od. I, 17, 3 *Faunus igneam defendit aeſtatem capellis* etc. Cic. Cat. mai. 53 *vua veſtita pampinis nec modico tepore caret, et nimios ſolis defendit ardores*. Sic ἀρκεῖν, ἐπαρκεῖν, ἀμύνειν, ἀλέξειν, ἀλάλκειν. Mox v. 48 *turgere*, ὀργᾶν. Ornamenta huius verſus auide arrepta ſunt ab aliis poetis, Ouidio et al.

49. *taedae*, ligna, e picea, ſeu pinu. Verſus ex

Digitized by Google

Semper, et adſidua poſtes fuligine nigri. 50
Hic tantum Boreae curamus frigora, quantum
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.
c. Stant et iuniperi, et caſtaneae hirſutae;

51 *Hinc tantum* Seruii tempore nonnullos legiſſe colligas e ſcholio ad v. 49. 53 Hunc verſum ſequenti ſubiicit Moreti quart. At doctus Britannus, qui mox Corydonis amicam Phyllidem laudari meminerat v. 63, ne nunc ipſi amica eripiatur a Thyrſide v. 59, verſuum ordinem mutabat, et poſt v. 52 ſubiiciebat tetraſtichon 57 — 60 et Corydoni aſſerebat; alterum vero: *Stant et iuniperi*, Thyrſidi. Ita vero Thyrſin tanto manifeſtius inconſtantiae reum facit, qui intra paucos verſus Alexidis et Lycidae amorem profitetur. Scilicet fugiebat virum doctum, quod ſupra monuimus, non ex ſua perſona paſtores haec canere, ſed eſſe parua carmina in medium allata.

Theocr. XI, 51. 50. *poſtes fuligine nigri*, vtpote in paupere tugurio ſine καπνοδόκῃ. 51. Ex Theocrit. IX, 12. 13 et 19. 20. 21. 52. *numerum lupus*, vt numerato pecori parcat. Ita nec curat ripas torrens, quibus coerceri debebat; nec ad focum curat frigus paſtor.

53 — 56. Corydon hoc eloqui vult: eſſe quidem eius loci ac montis iucundiſſimam naturam, cum ſit arboribus conſitus iisque frugum plenis; at Alexidis abſentia omnem iſtam rerum ſuauitatem obſcurari: *Stant* ſimpl. eſt ſunt. Expreſſa ſunt Theocritea VIII, 41 — 49. conf. ſup. Ecl. V, 32 ſq. Iam ſatis monitum, in his carminibus, quae per alterna eduntur, ſingulis tetraſtichis ſingulas easque inter ſe diverſas ſententias memorari; neque adeo illae ex cantantis perſona dictae ſunt: alioqui non poſſet poſt aeſtatem et hiemem 45. 49 nunc de auctumno agi, aut ab eodem paſtore Galateae, Alexidis, Phyllidis, amores iactari. Nec tamen aut ingenii multum aut delectationis in his eſt. Maiore cum arte et ſuauitate Popius *Paſtor.* I, 68 ſqq. *caſtaneae hirſutae* exteriori cortice, ſeu echino.

Digitized by Google

Strata iacent paſſim ſua quaque ſub arbore poma;
Omnia nunc rident: at, ſi formoſus Alexis
Montibus his abeat, videas et flumina ſicca.
T. Aret ager; vitio moriens ſitit aeris herba;
Liber pampineas inuidit collibus vmbras:
Phyllidis aduentu noſtrae nemus omne virebit;
Iuppiter et laeto deſcendet plurimus imbri.
C. Populus Alcidae gratiſſima, vitis Iaccho,
Formoſae myrtus Veneri, ſua laurea Phoebo;
Phyllis amat corulos; illas dum Phyllis amabit,
Nec myrtus vincet corulos, nec laurea Phoebi.

54 Quod iam antea Heinſii et Gronouii ad Liu. III, 22 aliorumque emendatione reponendum eſſe viſum eſt: *ſua quaque ſub a.*, nunc recepimus. Ita enim ſermonis ratio poſtulat, vt aut ſit: *iaceat poma ſub ſua quaeque arbore*, quod h. l. metrum non admittit, aut: *ſub quaque arbore poma ſua*, h. natiua eius arboris, vt Georg. II, 82. Contra aduerſante ſermonis genio legebatur: *ſua quaeque poma iacent ſub arbore.* 56 *flumina caeca* Ven. Heinſii, quod Heinſ. illuſtrat. Eſt tamen alienum ab h. l. *caecae foſſae* ſunt opertae, obſtructae; non, ſiccatae. *ſiccas* Gud. 58 *vuas* Voſſ. alter a m. ſec. 59 *aduentum* Ven. *noſtrum nemus* Leid. C. 60 *deſcendit* quinque Burm. *imbre* aliquot. 64 *Nec myrtus vincet Veneris.* Sic praefixum verbis Seruii ad h. v., quod et ipſum habet ſuauitatem, ex paritate eius quod reſpondet: *laurea Phoebi.*

v. Calpurn. Ecl. II, 83. 54. v. Theocr. VII, 144.

57—60. *vitio aeris*, int. aeſtum et nimium calorem. 58. *Liber p.* docte dixit, vt poeta: „aret vinea; exſiccatae ſunt nimio aeſtu vites et folia amiſerunt.“ *Seru.* 60. *Iuppiter*, de aere, vt Georg. II, 326, vbi vide (hinc διίτης ex aere veniens, vt de fluuiis ſaepe;

Digitized by Google

T. Fraxinus in ſiluis pulcerrima, pinus in hortis,
Populus in fluuiis, abies in montibus altis:
Saepius at ſi me, Lycida formoſe, reuiſas:
Fraxinus in ſiluis cedat tibi, pinus in hortis.

M. Haec memini, et victum ſruſtra contendere Thyrſin.
Ex illo Corydon Corydon eſt tempore nobis.

67 *ac* Medic. a m. pr. 68 *cedat* e Medic. et aliis Heinſ. repoſuit. Laudabat idem e Longob. Pierius. Vulgo lectum: *cedet.* 69 *Haec memini: victum et f.* Oblongus Pierii. *Thyrſim* multi: at v. ad Ecl. II, 26.; 70 *noblis* coni. Nannius. Dedi verſus

et διϊπετεῖς οἰωνοὶ Hymn. in Ven. 4 *aeriae volucres*): ex veteris philoſophiae involucris fabuloſis; quod et ipſum vereor, vt paſtoris ingenio accommodatum ſit.

65—68. *pinus in hortis*, pinus ſatiua, ſeu domeſtica, et hortenſis, Ouidio Art. III, 692 *pinus culta*, πίτυς ἥμερος, arbor ſemper virens, et apibus grata, de qua docta ad h. l. disputatio Heinſii. cf. Cerda ad Ge. IV, 112. 67. Praeferam te fraxino et pino.

69. Operoſe docent viri docti per totam eclogam, quantopere in ſingulis verſibus ſuperior Thyrſi ſit Corydon, iis tamen fere argumentis, vt, ſi poeta Thyrſin victorem pronuntiaſſet, iidem huius iudicii cauſſas et probationes ab iisdem locis ducturi fuiſſe videantur. Hoc facile perſpicio, Thyrſin eſſe perpetuum Corydonis obtrectatorem; id quod ipſa lex carminis amoebaei poſtulat; huius tamen verſus qua tandem in re Thyrſidos numeris praeſtent, qui tardus meus ſenſus eſt, equidem non percipio. Inuenti ſaltem laudem in neutro video eſſe magnam, maiorem tamen in eo, cui ex tempore reſpondendum eſt ad id, quod alter ex meditato paratum habuerat.

70. *Ex illo C.*: accipiendum: ex eo tempore animo

Digitized by Google

interpretationem qualemcunque in Notis. Fateor tamen, non nisi aegre eam ex verbis exsculpi: totumque versum esse tam inertem, vt vix eum a Virgilio profectum esse mihi persuadeam. Si tamen alii aliter statuerint, equidem feram animo aequo.

meo Corydon nobilis ille et praeter omnes excellens cantu pastor habetur. Sed indignus Marone est versus. v. Var. Lect. Quantum praestat Theocriteum, Idyll. VIII, 92 Κἀκ τούτω Δάφνις παρὰ τοιμέσι πρᾶτος ἔγεντο.

Digitized by Google

ECLOGA VIII
PHARMACEVTRIA

ARGVMENTVM

Duorum paſtorum carmina, alterum ex Theocriti Idyll. III alterum ex Idyll. II expreſſa, recitantur a poeta, tamquam qui ea audierit v. 1 — 5. 62, 63. *In Damonis carmine* 17 — 61 *grauis dolor et aegritudo alicuius paſtoris, cui Niſa, amata puella, Mopſum rivalem praetulerat, praeclare exponitur; in Alpheſiboei carmine* 64 *ad fin. mulier Daphnin, amantem ſuum, a quo ſe deſertam eſſe putabat, incantationibus magicis ad ſe reuocat. Putandi enim hi ſunt eſſe luſus vtriusque paſtoris; qui amores aliorum commemorant, non ſuos. Vtrumque carmen per ſe ſibi conſtat, nec vinculo vllo ea tenentur, niſi quod a binis paſtoribus recitantur, qui inter ſe certaſſe videntur, ſi propria dixit poeta v.* 62 reſponderit. *Artem et ſpiritum poetae in neutro deſideres. Nam ipſa incantationis ma-*

Digitized by Google

gicae deſcriptio non abhorrens ab hoc poetices genere argumentum videri debet; recte enim et ex natura noſtra, quandoquidem agrorum et ſiluarum ſolitudine mire affici animi noſtri et ad religionem componi ſolent, paſtoribus procliuius paullo et pronius in ſuperſtitiones et magicas rationes ingenium tribuitur. Inſcripta vero, quod primus Scaliger ad Euſeb. Chron. 2020 *docuit, eſt Ecloga Aſinio Pollioni v.* 6—13, *qui tum in Illyricum exercitum ducebat, et iam ſiue pedeſtri itinere Iſtriam emenſus erat, ſiue maris Illyrici oram legebat, vt ad Parthinos perueniret, qui verſus Macedonicos fines non longe a Dyrrhachio ſedes habuere. v. Appian. pag.* 1135 *extr. Dio XLI, c.* 49, *ibique Reimar., item Pigh. Annal. ad* 714, *et Vit. Virgilii hoc anno. Ad extrema enim huius anni, quo Pollio conſulatum geſſerat, referenda eſſe res videtur; nam ſequenti anno VIII Kal. Nou. triumphum de Parthinis habuit. Catroei argutias veteremque opinionem, qua ad Octauianum carmen hoc ſpectare memoratur, operoſe refellit Burm. ad v.* 6. *cf. Martin. Ceterum comparari velim cum hoc carmine Popii* Paſtor. *III.*

DAMON. ALPHESIBOEVS

Paſtorum Muſam Damonis et Alpheſiboei,
Inmemor herbarum quos eſt mirata iuuenca
Certantis, quorum ſtupefactae carmine lynces,

3 *carmina* Leid. ſec. Mentel. pr. et a m. pr. Reg., ſicque mſ. Lengnich., vt ſit Graeciſmus.

1—5. Manſit hoc ex priſcorum hominum ſermone in paſtoritii carminis ſimplici-tate, vt cantus praeſtantiam ita declararent poetae, vt pecudes, feras, et inanimata

Et mutata ſuos requierunt flumina curſus;
Damonis Muſam dicemus et Alpheſiboei. 5
Tu mihi ſeu magni ſuperas iam ſaxa Timaui,

4 *Et mirata ſuos* ed. Ven., quod ſane placere poteſt. *ſuo* Med[illegible]m. pr. *liquerunt* nonnulli Pier. et Heinſ. cum Goth. ſec., ex indocta interpolatione. 6 Interpungitur *Tu mihi, ſeu* et, *Tu, mihi ſeu*: quod Wakef. ſequitur. Sufficit, vtrobique *mihi* ex more abundare. *iam magni ſuperas ſeu* Parrhaſ.

eo moueri aut delectari dicerent. 4. Flumina requierunt *mutata ſuos curſus*, graece pro: mutato ſuo curſu, h. l. inhibito. Quamquam, *requieſcere* cum caſu quarto nonnumquam iungi, docuit iam Seruius. Ciris 233 *Quo rapidos etiam requieſcunt flumina curſus.* Calpurn. Ecl. II, 15 ita expreſſit: *Et tenuere ſuos properantia flumina curſus.* *Lyncas* vero nolis in tali carmine eſſe memoratas, quod ad Siciliam pertinet. Certat cum Virgilio Popius *Paſtor.* II, 5 ſq.

6 — 13. Aſinio Pollioni, a quo iuſſus erat carmen bucolicum condere, Eclogam hanc inſcribit: pollicitus aliquando carmen maius, quo eius laudes comprehendat: quae duplicis generis ſunt, et rerum geſtarum v. 8, et ingenii operumque poeticorum 9. 10. Quod nomen Pollionis adſcriptum non eſt, forte ſic excuſes, quod in fronte voluminis illud adſcriptum erat. Interpungebam olim cum aliis *Tu mihi*, et accipiebam dictum, ac ſi voluiſſet ſubiungere: *ades*; ſed deſiderii aeſtu eſſe alio abreptum. Quod tamen non neceſſe, quandoquidem *mihi* ſaepe ſic otioſe interponitur. Ceterum poeta inceptum ſermonem deſerit, et interponit ἐνθουσιῶν illa: *en erit vnquam — tibi deſinet.* Iungenda adeo: *Tu mihi — accipe iuſſis carmina coepta tuis.* *Timauus* in ora Adriae, non longe ab Aquileia, fluuius ex terra nouem fontibus ſeu capitibus progreſſus, breui curſu, in vnum alueum collectus, lato altoque flumine in mare exit. cf. Aen. I, 244, et ibi Excurſ. VII. Vnde, ex quo loco, egreſſus ſit Pollio in Parthinos profectus, nota-

Digitized by Google

Siue oram Illyrici legis aequoris; en erit vm-
quam
Ille dies, mihi cum liceat tua dicere facta?
En erit, vt liceat totum mihi ferre per orbem
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno?
A te principium; tibi desinet; adcipe iussis
Carmina coepta tuis, atque hanc sine tempora
circum

7 *regis* quartus Moreti et Leid. *et erit* Medic. a pr. m. 8 *liceat mihi cum tua* duo Moret. *mihi vt liceat* primus Moreti. *mihi quo l.* Goth. sec. 9 *liceat mihi totum* alter Rottend. 11 *desinit* Schol. Horat. Cruqu. ad Epist. I, 1, 1 cum Leid. 12 *tempore* alter Rottend.

tum nec in Appiano V, 75 nec in Dione XLVIII, 41 video. Si cum Caesare et Antonio post pacem Puteolanam Romam decesserat (Appian. l. c. 74.) et legiones ex Gallia Cisalpina et Venetia fuerunt collectae: Pollio exercitum seu terra per Istriam, Illyricum, Dalmatas, versus Parthinos duxisse, seu mari Adriatico oram Illyrici praeternauigasse putandus est. Itaque ille hoc tempore aut in Istria haerere aut vlterius progressus esse poterat. Si prius illud: montes erant traiiciendi, in quibus Timaui fontes sunt. 7. *en erit vmquam.* cf. ad Ecl. I, 68. 10. *Sola Sophocleo* — tragoedias tuas Sophocle dignas, siue Sophocleam grauitatem ac maiestatem exprimentes, vt IX, 35 *Varo et Cinna digna dicere.* Asinium Pollionem tragoedias composuisse, supra vidimus Ecl. III, 84 sq., et Horat. Od. II, 1. Eas tamen illo tempore nondum in vulgus exiisse, ex verbis his intelligas; etsi non satis commode Maro Pollionis carmina, si tam praeclara sunt, *suis* tamen laudibus in notitiam hominum adducere vult. 11. *tibi desinet*, ex τῷ *dicere, ferre*, carmen, in te desinet; laudes tuae perpetuum meorum carminum argumentum erunt: ita

Digitized by Google

Inter victrices ederam tibi ſerpere lauros.
Frigida vix coelo noctis deceſſerat vmbra,
Cum ros in tenera pecori gratiſſimus herba,
Incumbens tereti Damon ſic coepit oliuae:
D. Naſcere, praeque diem veniens age, Lucifer, almum;

13 *laurus* Chariſ. lib. 1 f. cum aliis Grammaticis apud Pierium. 14 *discesserat* Pierii Oblong. Parrhaſ. et Leid. cum Goth. ſec. v. ad Ecl. II, 67. 15 *herba est;* ſuſtulit *est* Heinſ. auctoritate librorum; et iam Pierius ſuadebat. 17 *postque diem* Zulich. *quaeque* Leid., male.

ſimpliciter exponere malim, etſi dura oratio eſt. conf. Theocr. XVII, 1. 13. Permitte, vt inter laudes tuas bellicas etiam hic ex poetico encomio honos tibi accedat, nec Muſam meam dedignare. Haec vero quam eleganter expreſſit poeta! Pulcre imitatus Popius *Paſtorals* II, 9. 10 *Accept, o Garth, the Muse's early lays, That adds this wreath of ivy to thy bays.*

16. *Incumbens — oliuae;* Wartonus *againſt an olive's trunk reclin'd;* hunc enim moerentis hominis ſtatum eſſe. Recte vero, modo vſus loquendi ferret; arboris *trunco* acclinis aliquis ſtat vel *recumbit;* et alienum tum epitheton *tereti.* Sed nec alterum abſonum, vt ſtet paſtor nixus baculo; et baculus *oleagineus* ex more. v. Apollon. Argon. II, 34, et ſic in parte librorum Ouidii Met. II, 680 *Illud erat tempus, quo te paſtoria pellis Texit, onusque fuit dextrae ſilueſtris oliuae, Alterius, dispar ſeptenis fiſtula cannis;* etſi Heinſ. ibi ex aliis libris repoſuit *baculum ſilueſtre ſiniſtrae,* quum vulgo legeretur, *baculus ſilueſtris olivae.* Innixum pede paſtorem fiſtula nouem calamorum canentem vide, ſi tanti res eſt, in lucerna fictili ap. Borionium in Collectan. Antiqu. tab. 87.

17. *praeque d.* praeueniens diem age ſ. addue Aen. II, 802 *Iamque iugis ſummae ſurgebat Luciſer*

Digitized by Google

Coniugis indigno Niſae deceptus amore
Dum queror, et diuos, quamquam nil teſtibus illis
Profeci, extrema moriens tamen adloquor hora. 20
Incipe Maenalios mecum, mea tibia, verſus.
Maenalus argutumque nemus pinosque loquentis
Semper habet; ſemper paſtorum ille audit amores,
Panaque, qui primus calamos non paſſus inertis.

19 *queror ad diuos* Moreti quartus, ſed ſic copula deſideratur. 20 *extremam* Gud. *adloquar* Leid. pr. Mentel. pr. et Medic. a pr. m. VII. 19. 20 iterum leguntur in Ciri 405. 406. 21 *mea fiſtula* Mentel. pr. quod magis paſtoritium eſſet. 22 *pinusque* tres ap. Heinſ. *lucosque* Zulich. *pinosque ſonantes* Medic. ex Ecl. X, 28, vti Burm. ſuſpicatur; illuſtrat *loquentes* Heinſ. 24 *primum* Medic. vid. Ecl. II, 32. *non p. agreſtes* Menag. pr.

Idae, Ducebatque diem. *Seru.* Vigilarat vero noctem miſer amator. *diem almum* vt *lux alma* Aen. I, 306 quae recreat: vbi v. 18. *Coniugis* ſimpl. amicae. cf. infr. 66. Ecl. VI, 52. Aen. IV, 536. *indigno amore,* h. perfido, quo eius fides digna non erat; adeoque pro puellae perfidia. 19. *teſtibus illis,* ab amica, Niſa, ſaepe amori teſtando aut iureiurando vocatis. 20. *adloquor* incuſandi eos cauſſa: ἤδη γὰρ φράσδει πάνθ', ἅλιον ἄμμι δεδύκειν: Theocr. I, 102, quae hinc illuſtres. *queror deos et alloquor* iungunt alii.

21. Verſus intercalaris ad imitationem Theocr. I, 64. II, 17 etc. factus: in eo interponendo non certum verſuum numerum ſeruat Maro. *Maenalios* intell. Arcadicos, paſtoritios, quales a paſtoribus cani ſoliti in monte Arcadiae, Maenalo; vnde ſqq. verſus 22—24 ſubiicit, nam in Maenalo inter pineta paſtorum carmina ipſiusque Panis aſſiduo audiuntur.

22. *pinosque loquentis,* idem quod *argutae,* aut vento ſonorae, vid. Heinſ. ad h. l. cf. Ecl. VII, 1. aut, quod cum Seruio melius ſtatuas, reſonantes cantu, propter ſqq. *ſemper paſtorum ille audit amores.* 24. *non paſſus inertes* eſſe,

Digitized by Google

Incipe Maenalios mecum, mea tibia, verſus.
Mopſo Niſa datur: quid non ſperemus amantes?
Iungentur iam gryphes equis; aeuoque ſequenti
Cum canibus timidi venient ad pocula damae.
Mopſe, nouas incide faces: tibi ducitur vxor.
Sparge, marite, nuces: tibi deſerit Heſperus Oetam.

26 *ſperamus* Moreti pr. *ſpernemus* Voſſ. *quid nos ſperemus amantes?* Burm. coniicit, et Io. Schrader. *quid nunc.* Sed v. Not. 27 *Iunguntur* Moret. pr. *tigres* pro *gryphes* Parrhaſ. *grypes* Medic. γρῦπες. *ſequente* Leid. C. 28 *tumidi* Voſſ. *timidae* Parrhaſ. et Rottend. ſec. Medic. et Ven., ſed iam Chariſius genus in h. l. notauit. *timido* Goth. ſoc. 29 Vir doctus ap. Burm. coniecerat: *incende faces*, vti et in Cod. Diuionenſi erat; quia, ſponſa deducta, incenditur fax, non inciditur. Nimis argute! Sed tuetur vulgarem Burm. 30 *iam deſerit* Ven.

ſed canoros; quod Ecl. II, 32 *Pan primus calamos cera coniungere plures Inſtituit.* Color idem Ge. I, 124 *nec torpere graui paſſus ſua regna veterno.*

26. *Mopſo Niſa datur* ſc. nuptum. *quid non ſperemus amantes* ſc. fieri poſſe? nihil non nunc expectare licet. *Omnia nunc fient, fieri quae poſſe negaram.* *ſperare* generali notione, vt ἔλπεσθαι pro οἴεσθαι. Dicta haec cum indignatione et dolore videri poſſunt, vt illa v. 30, etiam cum ſarcasmo. 27. *Iungentur* amore. Color ductus ex Theocr. I, 132 ſqq. *Gryphes* poeta nouo exemplo induxit; fabuloſum monſtrum ex hieroglypho ductum, quod ad Apollinem ſpectabat. *aeuo ſequenti,* ſimpl. in poſterum. 28. *ad pocula,* ad potum.

29. *nouas incide faces,* inciſis lignis para taedas, ad nouam nuptam domum ducendam. Epitheton *nouas* ornat ſimpliciter. 30. *Sparge, marite, nuces,* qui antiquus in nuptiis Romanorum mos erat: eumque adeo poeta ad paſtorum vitam traduxit. Spargebantur autem nuces nupta iam in domum et thalamum deducta, adeo-

Digitized by Google

Incipe Maenalios mecum, mea tibia, verſus.

31 *tibia*: de paſtore expectabamus fiſtulam.

que nocte iam orta: quam ſponſi in gratiam ſolito citius oriri ait; hoc enim eſt: *tibi deſerit Heſperus Oetam*. Itaque in votis novae nuptae ac ſponſi tam frequens eſt Heſperi mentio: cf. Catull. LX, 328 ſq. Eſt autem hoc, quod ab Oeta Heſperus oriri dicitur, ab aliquo poeta Graeco ductum, qui aut in locis Oetaeis montibus ſubiectis vixit, aut rem in iis locis geſtam, ſi recte coniicio, Pelei et Thetidis nuptias, narrauit; inde hoc in ſollennem poetarum vſum verſum eſt, et quidem promiſcue modo in ortu modo in occaſu ſolis ac diei: cum vterque ab Heſpero et a Lucifero deſignari ſoleat, vt ſidus illud ab Oeta in conſpectum venire dicatur. v. Cirin 350. Seneca Herc. fur. 132. 133. cf. laudd. a Barth. ad Stat. V Silu. 4, 8. Maroni autem proxime praeiuerat Catull. LIX, 7 *Oetaeos oſtendit noctifer ignes*, vbi v. Intpp. Porrigitur illud montium iugum ab oriente verſus occidentem, vid. Strab. IX, p. 655. In iis itaque, qui illum tractum habitabant, fuere, quibus Veneris ſeu Heſperi ſtella, quoties poſt ſolis occaſum in ſummo Oetae vertice, in conſpectum veniebat, ab Oetaeis montibus oriri videri potuit heliace. Sic et Cul. 202 *Et piger aurato procedit Veſper ab Oeta*. Vulgari enim more loquendi, quem poetae ſequuntur, aſtrum *oriri* dicitur, quod in conſpectum venit; pro, *oriri*, autem ſollenne eſt *ſurgere, procedere, venire* de aſtris, vt X extr. Ita et Seruii et Cerdae cum Voſſii ad Catull. p. 150, et Huetii in Huetianis ſubtilitatibus non indiget res. Aſtrum in numis Locrorum de Heſpero interpretantur viri docti: v. Spanh. ad Callim. in Del. 303. Firmat coniecturam locus Strabonis IX, pag. 638, qui Ozolas publico ſigillo inſcriptum habuiſſe Heſperum teſtatur. Viſitur autem illud non modo in numis Locrorum Ozolarum ſeu Heſperiorum ad occidentem habitantium, verum etiam in numis Opuntiorum, vt ap. Golz. in Graec. Num.

Digitized by Google

O digno coniuncta viro! dum deſpicis omnis,
Dumque tibi eſt odio mea fiſtula, dumque capellae,
Hirſutumque ſupercilium, promiſſaque barba;
Nec curare deum credis mortalia quemquam. 35
Incipe Maenalios mecum, mea tibia, verſus.
Saepibus in noſtris paruam te roſcida mala
(Dux ego veſter eram) vidi cum matre legentem;
Alter ab vndecimo tum me iam ceperat annus;

32 *Et digno* Leid. alter. *cum deſpicis* Rottend. alter. 34 *promiſſa* Heinſ. e melioribus, quem v. Vulgo: *prolixa*, quod in omnibus ſuis libris Pierius legebat; atque ita editum in Aldd., excepta altera 1505, quam, vt hinc intelligas, Pierius tractabat. 35 *credas* Moret. quart. et interpres Statii ad Theb. III, 350. *credes* Goth. ſec. 37 *roſcida mella* Moret. ſec., vt Ecl. IV, 30 ſed recte vulgatam tuetur Heinſ. *Theraſida mala* Ven. 39 *ab vndeno* Leid. *tum me iam acceperat a.* Sic Medic. cum potioribus, et Eugraphio ad Terent. Andr. I, 1. Tuetur tamen Heinſ.

t. XVIII, 3. 4. Pellerin. *Recueil* T. I, t. XIV. Luciferum ab Ida oriri Troianis dixit noſter Aen. II, 801, vbi cf. Excurſ. XVI ad lib. II.

32. *O digno c.* cum contemtu irriſio; nam non minus ruſticum et multo ſe deformiorem eſſe eum innuit, cuius tamen illa cauſſa periura fieri ſuſtinuerat; hoc v. 35 a cauſſa exprimit. conf. Theocr. XI, 31.

37. *roſcida mala*, rore matutino adſperſa, δροσόεντα. *Saepibus in n.*, h. in horto prope ſaepem; adumbrata ſuauiſſima in toto hoc genere ἔφυσις ex Theocr. XI, 25—29, vbi pro pomis erant ὑακίνθινα φύλλα, flores. 39. *Alter ab v.*, h. duodecimus, vt Ecl. V, 49 *alter ab illo*, ſecundus — *me ceperat.* Vti *anni accedere, addi*, aut nos *ad annos peruenire, annos attingere*, dicimur, ita h. l. *annus capit, accipit* eum, qui annum duodecimum ingreditur.

Digitized by Google

interpretationem qualemcunque in Notis. Fateor tamen, non nisi aegre eam ex verbis exsculpi: totumque versum esse tam inertem, vt vix eum a Virgilio profectum esse mihi persuadeam. Si tamen alii aliter statuerint, equidem feram animo aequo.

meo Corydon nobilis ille et praeter omnes excellens cantu pastor habetur. Sed indignus Marone est versus. v. Var. Lect. Quantum praestat Theocriteum, Idyll. VIII, 92 Καὶκ τούτῳ Δάφνις παρὰ ποιμέσι πρᾶτος ἔγεντο.

Digitized by Google

ECLOGA VIII

PHARMACEVTRIA

ARGVMENTVM

Duorum paſtorum carmina, alterum ex Theocriti Idyll. III alterum ex Idyll. II expreſſa, recitantur a poeta, tamquam qui ea audierit v. 1 — 5. 62, 63. *In Damonis carmine* 17 — 61 *grauis dolor et aegritudo alicuius paſtoris, cui Niſa, amata puella, Mopſum rivalem praetulerat, praeclare exponitur; in Alpheſiboei carmine* 64 *ad fin. mulier Daphnin, amantem ſuum, a quo ſe deſertam eſſe putabat, incantationibus magicis ad ſe reuocat. Putandi enim hi ſunt eſſe luſus vtriusque paſtoris; qui amores aliorum commemorant, non ſuos. Vtrumque carmen per ſe ſibi conſtat, nec vinculo vllo ea tenentur, niſi quod a binis paſtoribus recitantur, qui inter ſe certaſſe videntur, ſi proprie dixit poeta v.* 62 reſponderit. *Artem et ſpiritum poetae in neutro deſideres. Nam ipſa incantationis ma-*

Digitized by Google

gicae descriptio non abhorrens ab hoc poetices genere argumentum videri debet; recte enim et ex natura nostra, quandoquidem agrorum et siluarum solitudine mire affici animi nostri et ad religionem componi solent, pastoribus procliuius paullo et pronius in superstitiones et magicas rationes ingenium tribuitur. Inscripta vero, quod primus Scaliger ad Euseb. Chron. 2020 docuit, est Ecloga Asinio Pollioni v. 6—13, qui tum in Illyricum exercitum ducebat, et iam siue pedestri itinere Istriam emensus erat, siue maris Illyrici oram legebat, vt ad Parthinos perueniret, qui versus Macedonicos fines non longe a Dyrrhachio sedes habuere. v. Appian. pag. 1135 extr. Dio XLI, c. 49, ibique Reimar., item Pigh. Annal. ad 714, et Vit. Virgilii hoc anno. Ad extrema enim huius anni, quo Pollio consulatum gesserat, referenda esse res videtur; nam sequenti anno VIII Kal. Nou. triumphum de Parthinis habuit. Catroei argutias veteremque opinionem, qua ad Octauianum carmen hoc spectare memoratur, operose refellit Burm. ad v. 6. cf. Martin. Ceterum comparari velim cum hoc carmine Popii Pastor. *III.*

DAMON. ALPHESIBOEVS

Pastorum Musam Damonis et Alphesiboei,
Inmemor herbarum quos est mirata iuuenca
Certantis, quorum stupefactae carmine lynces,

3 *carmina* Leid. sec. Mentel. pr. et a m. pr. Reg., sicque mf. Lengnich., vt sit Graecismus.

1—5. Mansit hoc ex prisco hominum sermone in pastoritii carminis simplicitate, vt cantus praestantiam ita declararent poetae, vt pecudes, feras, et inanimata

Et mutata ſuos requierunt flumina curſus;
Damonis Muſam dicemus et Alpheſiboei. 5
Tu mihi ſeu magni ſuperas iam ſaxa Timaui,

4 *Et mirata ſuos* ed. Ven., quod ſane placere poteſt. *ſuo* Med[illegible]m. pr. *liquerunt* nonnulli Pier. et Heinſ. cum Goth. ſec., ex inducta interpolatione. 6 Interpungitur *Tu mihi, ſeu* et, *Tu, mihi ſeu*: quod Wakef. ſequitur. Sufficit, vtrobique *mihi* ex more abundare. *iam magni ſuperas ſeu* Parrhaſ.

eo moueri aut delectari dicerent. 4. Flumina requierunt *mutata ſuos curſus*, graece pro: mutato ſuo curſu, h. l. inhibito. Quamquam, *requieſcere* cum caſu quarto nonnumquam iungi, docuit iam Seruius. Ciris 233 *Quo rapidos etiam requieſcunt flumina curſus.* Calpurn. Ecl. II, 15 ita expreſſit: *Et tenuere ſuos properantia flumina curſus.* *Lyncas* vero nolis in tali carmine eſſe memoratas, quod ad Siciliam pertinet. Certat cum Virgilio Popius *Paſtor.* II, 5 ſq.

6 — 13. Aſinio Pollioni, a quo iuſſus erat carmen bucolicum condere, Eclogam hanc inſcribit: pollicitus aliquando carmen maius, quo eius laudes comprehendat: quae duplicis generis ſunt, et rerum geſtarum v. 8, et ingenii operumque poeticorum 9. 10. Quod nomen Pollionis adſcriptum non eſt, forte ſic excuſes, quod in fronte voluminis illud adſcriptum erat. Interpungebam olim cum aliis *Tu mihi*, et accipiebam dictum, ac ſi voluiſſet ſubiungere: *ades*; ſed deſiderii aeſtu eſſe alio abreptum. Quod tamen non neceſſe, quandoquidem *mihi* ſaepe ſic otioſe interponitur. Ceterum poeta inceptum ſermonem deſerit, et interponit ἐνθουσιῶν illa: *en erit vnquam — tibi deſinet.* Iungenda adeo: *Tu mihi — accipe iuſſis carmina coepta tuis.* *Timauus* in ora Adriae, non longe ab Aquileia, fluuius ex terra nouem fontibus ſeu capitibus progreſſus, breui curſu, in vnum alueum collectus, lato altoque flumine in mare exit. cf. Aen. I, 244, et ibi Excurſ. VII. Vnde, ex quo loco, egreſſus ſit Pollio in Parthinos profectus, nota-

Digitized by Google

Siue oram Illyrici legis aequoris; en erit vm-
quam
Ille dies, mihi cum liceat tua dicere facta?
En erit, vt liceat totum mihi ferre per orbem
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno?
A te principium; tibi desinet; adcipe iussis
Carmina coepta tuis, atque hanc sine tempora
circum

7 *regis* quartus Moreti et Leid. *et erit* Medic. a pr. m. 8 *liceat mihi cum tua* duo Moret. *mihi vt liceat* primus Moreti. *mihi quo l.* Goth. sec. 9 *liceat mihi totum* alter Rottend. 11 *desinit* Schol. Horat. Cruqu. ad Epist. I, 1, 1 cum Leid. 12 *tempore* alter Rottend.

tum nec in Appiano V, 75 nec in Dione XLVIII, 41 video. Si cum Caesare et Antonio post pacem Puteolanam Romam decesserat (Appian. l. c. 74.) et legiones ex Gallia Cisalpina et Venetia fuerunt collectae: Pollio exercitum seu terra per Istriam, Illyricum, Dalmatas, versus Parthinos duxisse, seu mari Adriatico oram Illyrici praeternauigasse putandus est. Itaque ille hoc tempore aut in Istria haerere aut vlterius progressus esse poterat. Si prius illud: montes erant traiiciendi, in quibus Timaui fontes sunt. 7. *en erit vmquam.* cf. ad Ecl. I, 68. 10. *Sola Sophocleo* — tragoedias tuas Sophocle dignas, siue Sophocleam grauitatem ac maiestatem exprimentes, vt IX, 35 *Varo et Cinna digna dicere.* Asinium Pollionem tragoedias composuisse, supra vidimus Ecl. III, 84 sq., et Horat. Od. II, 1. Eas tamen illo tempore nondum in vulgus exiisse, ex verbis his intelligas; etsi non satis commode Maro Pollionis carmina, si tam praeclara sunt, *suis* tamen laudibus in notitiam hominum adducere vult. 11. *tibi desinet*, ex τῷ *dicere, ferre*, carmen, in te desinet; laudes tuae perpetuum meorum carminum argumentum erunt: ita

Digitized by Google

Inter victrices ederam tibi ſerpere lauros.
Frigida vix coelo noctis deceſſerat vmbra,
Cum ros in tenera pecori gratiſſimus herba,
Incumbens tereti Damon ſic coepit oliuae:
D. Naſcere, praeque diem veniens age, Lucifer, almum;

13 *laurus* Chariſ. lib. 1 f. cum aliis Grammaticis apud Pierium. 14 *disceſſerat* Pierii Oblong. Parrhaſ. et Leid. cum Goth. ſec. v. ad Ecl. II, 67. 15 *herba eſt;* ſuſtulit *eſt* Heinſ. auctoritate librorum; et iam Pierius ſuadebat. 17 *poſtque diem* Zulich. *quaeque* Leid., male.

ſimpliciter exponere malim, etſi dura oratio eſt. conf. Theocr. XVII, 1. 13. Permitte, vt inter laudes tuas bellicas etiam hic ex poetico encomio honos tibi accedat, nec Muſam meam dedignare. Haec vero quam eleganter expreſſit poeta! Pulcre imitatus Popius *Paſtorals* II, 9. 10 *Accept, o Garth, the Muſe's early lays, That adds this wreath of ivy to thy bays.*

16. *Incumbens — oliuae;* Wartonus *againſt an olive's trunk reclin'd;* hunc enim moerentis hominis ſtatum eſſe. Recte vero, modo vſus loquendi ferret; arboris *trunco* acclinis aliquis ſtat vel *recumbit;* et alienum tum epitheton *tereti.* Sed nec alterum abſonum, vt ſtet paſtor nixus baculo; et baculus *oleagineus* ex more. v. Apollon. Argon. II, 34, et ſic in parte librorum Ouidii Met. II, 680 *Illud erat tempus, quo te paſtoria pellis Texit, onusque fuit dextrae ſilueſtris oliuae, Alterius, dispar ſeptenis fiſtula cannis;* etſi Heinſ. ibi ex aliis libris repoſuit *baculum ſilueſtre ſiniſtrae,* quum vulgo legeretur, *baculus ſilueſtris olivae.* Innixum pede paſtorem fiſtula nouem calamorum canentem vide, ſi tanti res eſt, in lucerna fictili ap. Borionium in Collectan. Antiqu. tab. 87.

17. *praeque d.* praeueniens diem age ſ. addue Aen. II, 802 *Iamque iugis ſummae ſurgebat Lucifer*

Digitized by Google

Coniugis indigno Niſae deceptus amore
Dum queror, et diuos, quamquam nil teſtibus illis
Profeci, extrema moriens tamen adloquor hora. 20
Incipe Maenalios mecum, mea tibia, verſus.
Maenalus argutumque nemus pinosque loquentis
Semper habet; ſemper paſtorum ille audit amores,
Panaque, qui primus calamos non paſſus inertis.

19 *queror ad diuos* Moreti quartus, ſed ſic copula deſideratur. 20 *extremam* Gud. *adloquar* Leid. pr. Mentel. pr. et Medic. a pr. m. VII. 19. 20 iterum leguntur in Ciri 405. 406. 21 *mea fiſtula* Mentel. pr. quod magis paſtoritium eſſet. 22 *pinusque* tres ap. Heinſ. *lucosque* Zulich. *pinosque ſonantes* Medic. ex Ecl. X, 28, vti Burm. ſuſpicatur; illuſtrat *loquentes* Heinſ. 24 *primum* Medic. vid. Ecl. II, 32. *non p. agreſtes* Menag. pr.

Idae, Ducebatque diem. *Seru.* Vigilarat vero noctem miſer amator. *diem almum* vt *lux alma* Aen. I, 306 quae recreat: vbi v. 18. *Coniugis* ſimpl. amicae. cf. infr. 66. Ecl. VI, 52. Aen. IV, 536. *indigno amore,* h. perfido, quo eius fides digna non erat; adeoque pro puellae perfidia. 19. *teſtibus illis,* ab amica, Niſa, ſaepe amori teſtando aut iureiurando vocatis. 20. *adloquor* incuſandi eos cauſſa: ἤδη γὰρ φράσδει πάνθ', ἅλιον ἄμμι δεδύκειν: Theocr. I, 102, quae hinc illuſtres. *queror deos et alloquor* iungunt alii.

21. Verſus intercalaris ad imitationem Theocr. I, 64. II, 17 etc. factus: in eo interponendo non certum verſuum numerum ſeruat Maro. *Maenalios* intell. Arcadicos, paſtoritios, quales a paſtoribus cani ſoliti in monte Arcadiae, Maenalo; vnde ſqq. verſus 22—24 ſubiicit, nam in Maenalo inter pineta paſtorum carmina ipſiusque Panis aſſiduo audiuntur.

22. *pinosque loquentis,* idem quod *argutae,* aut vento ſonorae, vid. Heinſ. ad h. l. cf. Ecl. VII, 1. aut, quod cum Seruio melius ſtatuas, reſonantes cantu, propter ſqq. *ſemper paſtorum ille audit amores.* 24. *non paſſus inertes* eſſe,

Digitized by Google

Incipe Maenalios mecum, mea tibia, verſus. 25
Mopſo Niſa datur: quid non ſperemus amantes?
Iungentur iam gryphes equis; aeuoque ſequenti
Cum canibus timidi venient ad pocula damae.
Mopſe, nouas incide faces: tibi ducitur vxor.
Sparge, marite, nuces: tibi deſerit Heſperus Oetam. 30

26 *ſperamus* Moreti pr. *ſpernemus* Voſſ. *quid nos ſperemus amantes?* Burm. coniicit, et Io. Schrader. *quid nunc.* Sed v. Not. 27 *Iunguntur* Moret. pr. *tigres* pro *gryphes* Parrhaſ. *grypes* Medic. γρῦπες. *ſequente* Leid. C. 28 *tumidi* Voſſ. *timidae* Parrhaſ. et Rottend. ſec. Medic. et Ven., ſed iam Chariſius genus in h. l. notauit. *timide* Goth. ſoc. 29 Vir doctus ap. Burm. coniecerat: *incende faces*, vti et in Cod. Diuionenſi erat; quia, ſponſa deducta, incenditur fax, non inciditur. Nimis argute! Sed tuetur vulgarem Burm. 30 *tam deſerit* Ven.

ſed canoros; quod Ecl. II, 32 *Pan primus calamos cera coniungere plures Inſtituit.* Color idem Ge. I, 124 *nec torpere graui paſſus ſua regna veterno.*

26. *Mopſo Niſa datur* ſc. nuptum. *quid non ſperemus amantes* ſc. fieri poſſe? nihil non nunc expectare licet. *Omnia nunc fient, fieri quae poſſe negaram. ſperare* generali notione, vt ἔλπεσθαι pro οἴεσθαι. Dicta haec cum indignatione et dolore videri poſſunt, vt illa v. 30, etiam cum ſarcasmo. 27. *Iungentur* amore. Color ductus ex Theocr. I, 132 ſqq. *Gryphes* poeta nouo exemplo induxit; fabuloſum monſtrum ex hieroglypho ductum, quod ad Apollinem ſpectabat. *aeuo ſequenti*, ſimpl. in poſterum. 28. *ad pocula*, ad potum.

29. *nouas incide faces*, inciſis lignis para taedas, ad nouam nuptam domum ducendam. Epitheton *nouas* ornat ſimpliciter. 30. *Sparge, marite, nuces*, qui antiquus in nuptiis Romanorum mos erat: eumque adeo poeta ad paſtorum vitam traduxit. Spargebantur autem nuces nupta iam in domum et thalamum deducta, adeo-

Digitized by Google

Incipe Maenalios mecum, mea tibia, verſus.

31 *tibia*: de paſtore expectabamus fiſtulam.

que nocte iam orta: quam ſponſi in gratiam ſolito citius oriri ait; hoc enim eſt: *tibi deſerit Heſperus Oetam*. Itaque in votis novae nuptae ac ſponſi tam frequens eſt Heſperi mentio: cf. Catull. LX, 328 ſq. Eſt autem hoc, quod ab Oeta Heſperus oriri dicitur, ab aliquo poeta Graeco ductum, qui aut in locis Oetaeis montibus ſubiectis vixit, aut rem in iis locis geſtam, ſi recte coniicio, Pelei et Thetidis nuptias, narrauit; inde hoc in ſollennem poetarum vſum verſum eſt, et quidem promiſcue modo in ortu modo in occaſu ſolis ac diei: cum vterque ab Heſpero et a Lucifero deſignari ſoleat, vt ſidus illud ab Oeta in conſpectum venire dicatur. v. Cirin 350. Seneca Herc. fur. 132. 133. cf. laudd. a Barth. ad Stat. V Silu. 4, 8. Maroni autem proxime praeiuerat Catull. LIX, 7 *Oetaeos oſtendit noctifer ignes*, vbi v. Intpp. Porrigitur illud montium iugum ab oriente verſus occidentem, vid. Strab. IX, p. 655. In iis itaque, qui illum tractum habitabant, fuere, quibus Veneris ſeu Heſperi ſtella, quoties poſt ſolis occaſum in ſummo Oetae vertice, in conſpectum veniebat, ab Oetaeis montibus oriri videri potuit heliace. Sic et Cul. 202 *Et piger aurato procedit Veſper ab Oeta*. Vulgari enim more loquendi, quem poetae ſequuntur, aſtrum *oriri* dicitur, quod in conſpectum venit; pro, *oriri*, autem ſollenne eſt *ſurgere, procedere, venire* de aſtris, vt X extr. Ita et Seruii et Cerdae cum Voſſii ad Catull. p. 150, et Huetii in Huetianis ſubtilitatibus non indiget res. Aſtrum in numis Locrorum de Heſpero interpretantur viri docti: v. Spanh. ad Callim. in Del. 303. Firmat coniecturam locus Strabonis IX, pag. 638, qui Ozolas publico ſigillo inſcriptum habuiſſe Heſperum teſtatur. Viſitur autem illud non modo in numis Locrorum Ozolarum ſeu Heſperiorum ad occidentem habitantium, verum etiam in numis Opuntiorum, vt ap. Golz. in Graec. Num.

Digitized by Google

O digno coniuncta viro! dum deſpicis omnis,
Dumque tibi eſt odio mea fiſtula, dumque capellae,
Hirſutumque ſupercilium, promiſſaque barba;
Nec curare deum credis mortalia quemquam.
Incipe Maenalios mecum, mea tibia, verſus.
Saepibus in noſtris paruam te roſcida mala
(Dux ego veſter eram) vidi cum matre legentem;
Alter ab vndecimo tum me iam ceperat annus;

32 *Et digno* Leid. alter. *cum deſpicis* Rottend. alter. 34 *promiſſa* Heinſ. e melioribus, quem v. Vulgo: *prolixa*, quod in omnibus ſuis libris Pierius legebat; atque ita editum in Aldd., excepta altera 1505, quam, vt hinc intelligas, Pierius tractabat. 35 *credas* Moret. quart. et interpres Statii ad Theb. III, 350. *credes* Goth. ſec. 37 *roſcida mella* Moret. ſec., vt Ecl. IV, 30 ſed recte vulgatam tuetur Heinſ. *Theraſida mala* Ven. 39 *ab vndeno* Leid. *tum me iam acceperat a.* Sic Medic. cum potioribus, et Eugraphio ad Terent. Andr. I, 1. Tuetur tamen Heinſ.

t. XVIII, 3. 4. Pellerin. *Recueil* T. I, t. XIV. Luciferum ab Ida oriri Troianis dixit noſter Aen. II, 801, vbi cf. Excurſ. XVI ad lib. II.

32. *O digno c.* cum contemtu irriſio; nam non minus ruſticum et multo ſe deformiorem eſſe eum innuit, cuius tamen illa cauſſa periura fieri ſuſtinuerat; hoc v. 35 a cauſſa exprimit. conf. Theocr. XI, 31.

37. *roſcida mala*, rore matutino adſperſa, δροσόεντα. *Saepibus in n.*, h. in horto prope ſaepem; adumbrata ſuauiſſima in toto hoc genere ῥῆσις ex Theocr. XI, 25—29, vbi pro pomis erant ὑακίνθινα φύλλα, flores. 39. *Alter ab v.*, h. duodecimus, vt Ecl. V, 49 *alter ab illo*, ſecundus — *me coperat.* Vti *anni accedere, addi*, aut nos *ad annos peruenire, annos attingere*, dicimur, ita h. l. *annus capit, accipit* eum, qui annum duodecimum ingreditur.

Digitized by Google

Iam fragilis poteram a terra contingere ramos. 40
Vt vidi, vt perii, vt me malus abstulit error!
Incipe Maenalios mecum, mea tibia, verſus.
Nunc ſcio, quid ſit Amor: duris in cotibus illum
Aut Tmaros, aut Rhodope, aut extremi Garamantes,
Nec generis noſtri puerum nec ſanguinis, edunt. 45

ceperat; ſcil. vt magis orationi poeticae conſentaneum. *tum tam me ceperat* Pierii Oblong. 40 *ab terra* Medic. *a* abeſt a Goth. ſec. *contungere* Longob., more variandi ſolito. 41 Verſus in Ciri 430. 44 *Aut Tmaros*; ita diſerte liber Bembi, Menag. Moret. Gud. *Aut Maros* Medic. *Aut Marus* liber Seru. Colot. *Aut Ismarus* in duobus Seruii ap. F. Vrſin. Vulgo legebatur *Ismarus aut R.*, etſi de altera lectione *Aut Tmarus* iam Pierius monuerat, inde Vrſinus ac Fabricius apud Burm. cum Cerda. Variavit Maro Theocriteum: Ἢ Ἄθω ἢ Ῥοδόπαν. Fuit tamen altera lectio *Ismaros aut* perantiqua, cum eam Valerius Probus recitet in Inſtitutt. De Tmaro v. var. lect. ad Aen. V, 620. 45 *generis noſtri* Pier. et Heinſ. e ſcriptis: *noſtri generis* vulgo lectum. *puerum aut ſ.* Leid. vterque: alter et *veſtri*.

41. *Vt vidi, vt perii*, ex Theocr. II, 82. III, 42; cum vidi, tum ſtatim amore exarſi. ὡς — ὡς pro ὡς — οὕτως ſeu ὥς: vt — ita. *ex quo, — conſeſtim*. De quo paſſim Heinſ. et al. *error* vero pro inſania, et hinc pro amore. v. Cerda h. l. Heinſ. ad Ouid. Am. X, 9. Met. X, 342.

43. *Nunc ſcio*, ſero ſcil. Ex Theocr. haec Idyll. III, 15 ſq., ſed multo is modeſtius et ex imperiti paſtoris perſona decentius; quamquam ſagaciſſimus Popius Virgilii rationem ſequi maluit. *cotes* pro cautibus. *Tmaros* Epiri mons, ſub quo Dodona, Strabo VII, p. 505. v. congeſta a Geſner. ad Orph. Argon. 264. *Rhodopen* Thraciae nemo ignorat; at *Garamantes*, extremas, vt veteres credebant, Africae ſupra Gaetuliam partes incolentem populum, a paſtore iactari quis quaeſo ferat? conf. Aen. IV, 365 ſqq. 45. *edunt*, pro ediderunt, genuerunt, vt in proſa oratione dicendum fuiſſet.

Digitized by Google

Incipe Maenalios mecum, mea tibia, verſus.
Saeuus Amor docuit gnatorum ſanguine matrem
Conmaculare manus: crudelis tu quoque, mater;
Crudelis mater magis, an puer inprobus ille?
Inprobus ille puer: crudelis tu quoque, ma-
ter.
Incipe Maenalios mecum, mea tibia, verſus.
Nunc et ouis vltro fugiat lupus; aurea durae

49. 50 Etſi audacter dictum videbitur, libere tamen profiteor, verſus hos ab inepto homine ex margine illatos videri. Adſcripſerat aliquis pro ſuo iudicio: *Crudelis mater magis an puer improbus ille?* Alter, ac ſi iudex ſederet, adſcripſerat: *Improbus ille puer, crudelis tu quoque, mater.* Dignum operculum patella! ſed vterque verſus eliminandus. 49 *an pater improbus ille; improbus ille pater*, vt de Iaſone intelligatur, coni. Meurſ. ad Lycophr. Male. vid. Not. 52 *Nunc ad oues vltro fugiat lupus* Zulich., quod arridet Burmanno. *vt oues vltro fugit* Ven.

47. Haud dubie Medeam ſuos filios ex Iaſone perfido marito mactantem reſpicit; cuius dum immane facinus ad Amorem refert, refugit ſimplicis paſtoris animus horrore ad memoriam tanti ſceleris; itaque ad corrigendum id, quod dixerat, ſubiicit; *crudelis tu quoque mater.* Etſi enim ad vltima mala impellere infelix amor poſſit; at tale tamen ſcelus nemo, niſi ipſe immani ingenio ſit, ſuſcipiat. Cum tamen ſemel contra Amorem cauſſam ſuſcepiſſet, neque omnem propterea ab eo culpam remoueri vellet, in dubitationem incidit, ita tamen, vt tandem culpam vtrique communem eſſe decernat. Vti haec recte, vt feci, defendere me poſſe arbitror, tamen vt praeclare dicta extollere nolim. Ineſt enim ieiuni et inepti luſus neſcio quid; nec tollitur illud, ſi mater Venus ſit. *Improbus* vero nil aliud, quam *crudelis*, *ſaeuus*, Aen. II, 80. X, 727, vnde fere permutatur cum *impius*. conf. Anthol. Lat. I, pag. 358.

52 — 56. Ex Theocr. I,

Digitized by Google

Mala ferant quercus; narciſſo floreat alnus;
Pinguia corticibus ſudent electra myricae;
Certent et cycnis vlulae; ſit Tityrus Orpheus; 55
Orpheus in ſiluis, inter delphinas Arion.
Incipe Maenalios mecum, mea tibia, verſus.
Omnia vel medium fiant mare. Viuite, ſiluae;
Praeceps aerii ſpecula de montis in vndas
Deferar; extremum hoc munus morientis habeto. 60

53 *ferent* Moreti fragm. 55 *Et certent* Zulich. Ex hoc verſu adſtruas lectionem ἐαρίσαιντο pro γαρύσαιντο Theocr. I, 136. Contraria via Wakef. monitu amici ex mſ. intulit *cantent*, vt conveniat cum γαρύσαιντο. 56 *delphines* Zulich. *Orion* in nonnullis ap. Burm. 58 *fiat* Medic. cum Leid. ſeç. a m. pr. et Gud. 59 *in altum Deferar* legit Scaliger ad Auſon. Cupid. cruc. 24. 60 Verſus repetitus in Ciri 267. et vſ. 59 ibid. vſ. 302.

132—136. 54. *myricae* v. ad Ecl. IV, 2. *aurea mala* v. ad III, 71. 56. *Orpheus in ſ.*, h. Tityrus, rudis cantu, nunc inter reliqua, quae contra rerum naturam fient, erit alter Orpheus et Arion. Poetica exornatione adiecit vtrique determinationem ab externa aliqua ratione: Orpheus inter feras, Arion inter belluas marinas. Ita adiecta erant: *Fraxinus* in ſiluis, — *pinus* in hortis: Ecl. VII, 68.

58. *medium mare. medium* interdum non ita definite ſed paullo pinguius dici, dudum docuere viri docti: ita eſt mare altum. Alioqui eſt mare, quod eſt in mediis terris; nunc quidem aquarum terras opprimentium illuuie. *Viuite*, valete etc.; ducta haec ex Theocr. I, 115—118. 59. Nimis ſubtile eſt, quod reſpicere volunt paſtorem ad ſcopulos Leucatae, promontorii, Sapphus iactu nobiles, v. Scalig. ad Auſon. Cupid. v. 24, ib. Toll., it. ad Strab. p. 694 etc. *Specula* pro cacumine, ex σκοπιά. Expreſſit autem Theocr. Idyll. III, 25. 60. *hoc munus*, int. carmen, quod cecinit; non mortem: quae non poſſet eſſe *munus*

Digitized by Google

Desine, Maenalios iam desine, tibia, versus.
Haec Damon: vos, quae responderit Alphesiboeus,
Dicite, Pierides; non omnia possumus omnes.
A. Effer aquam, et molli cinge haec altaria vitta;

61 *Desine M. mecum mea t. v.* Voss. alter a m. pr. 64 *Et fer aquam* Gud. *Affer* Goth. pr. fragm. Moreti et Zulich., quod tamquam sacrificio accommodatius praefert Burmann. Theocr. II, 1 φίλε Θέστυλι. Mala ratione ab *aqua calida* petita tuetur *Effer* Cerda. Ex v. 107 videtur colligi posse, agi haec in aedibus, vel in aedium impluuio, ὀπαίθρῳ. Videtur sic conuenire Aen. IV, 494 de Didone: *Tu secreta pyram tecto interiore sub auras Erige.*

morientis. Etsi per se amicae aliquis spiritum ac vitam pro munere offerre velle posset. Respexit ad Theocr. III, 24. 25, et XXIII, 20. 21, et sup. Ecl. II, 7. *mori me denique coges.*

63. *non omnia p. o.* Alphesiboei carmen, tamquam doctius, recitandum ad Musas refert. Caussam per proverbium reddit: se ei recitando non aeque ac superiori carmini parem esse: quia *non omnia possumus omnes.* Ductum esse ex Lucilio testatur Macrob. VI, 1, p. 575 *maior erat natu: non omnia possumus omnes.* Multo tamen ingeniosior ratio illa Popiana est *Pastor.* III, 56 *Next Aegon sung, while Windsor groves admir'd. Rehearse, ye Muses, what yourselves inspir'd.* Est autem hoc, quod sequitur, carmen ex Theocriti Pharmaceutria Idyll. II adumbratum. Mulier aliqua venefica inducitur amatorem suum, a se abalienatum, et ex agro in vrbem profectum, magicis sacris ad se reuocans. Loquitur vero cum Amaryllide sacrorum horum administra.

64. Apparatum sacri magici curare iubet venefica: Stat ara, affertur aqua lustralis, coronatur ara, verbena in ara accenditur, cum ture. *vitta molli*, quia lanea. Theocrit. Idyll. II, 2 οἰὸς ἀώτῳ. quis non meminit

Digitized by Google

Verbenasque adole pinguis et maſcula tura: 65
Coniugis vt magicis ſanos auertere ſacris
Experiar ſenſus; nihil hic niſi carmina deſunt.
Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnin.
Carmina vel coelo poſſunt deducere Lunam;

66 *Coniugis et magicis* Moreti primus. *auertere ſenſus Exp. ſacris* Moret. quart. et Parrhaſ. *inſanos vertere* emend. Io. Schrader. 68 *Daphnin* vbique repoſui, pro *Daphnim*: vt ſcriptura ſibi conſtaret: vid. ad II, 26. 69 Verſum adoptauit Petron. 134 in verſſ. de ſaga 13. *Carmina e caelo* Giphan. ad Lucret. p. 463 e ſcriptis. *Carmina et e caelo* ex antiquis aliquot exemplaribus

mollem lanam! 65. *Verbena* modo de omni herba e ſacro loco petita, modo de genere aliquo dici videtur; vt ex Plinio, Seruio aliisque, docent viri docti ad h. l. et paſſim. *Maſculum tus* vocabant veteres optimum ac praeſtantiſſimum: idem *ſtagonias* appellatum, in guttae ſpeciem rotundum; vt ex Dioſcoride ac Plin. XII, 14 docuere viri docti v. Cerda. Iam *adolere*, quod proprie fuit augere, cumulare, translatum eſt ad genus augendi, inprimis in ſacris, *augere flammam, ignes;* vnde vſu deductum eſt eo, vt ſit ſimpliciter cremare: conf. ad Aen. I, 704. Valer. Fl. I, 204 alio verbo dixit: *pingui cumulat libamine flammam.* 66. *ſanos auertere — ſenſus.* Recte Seru. a ſanitate mutare, peruertere; παραστρέψειν. Eſt pro vulgari: in amoris inſaniam vertere, inſanum amorem reddere. Puellae mentio nulla fit, a cuius amore eum auertere et auocare poſſit. Apud Theocritum eſt, ſacro magico facto incantare καταθύεσθαι l. l. v. 3 Ὡς τὸν ἐμοὶ βαρὺν εὖντα φίλον καταθύσομαι ἄνδρα. *Sani* vero ornandi cauſſa adiectum: quia ad inſaniam et amorem vertebat. *Coniux* ſimpl. amator, vt ſup. 18, et ſic Gr. ἀνήρ, vt Theocrit. *carmina* de magica formula accipe.

69. De his teratologiis magicarum artium ad omnes tantum non poetas plurima,

Digitized by Google

Carminibus Circe ſocios mutauit Vlixi;
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.
Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnin.

laudat Pierius. *Carmina vel lunam caelo deducere poſſunt* Schol. Stat. Theb. I, 104. 70 *Vlixi* Heinſ. e Medic. et Mentel., quem vide ad h. l. Nec tamen codices me mouerent, niſi veteres Grammatici obſeruarent, dici *Achillei* et *Vlixei*. *Achilli* et *Vlixi*. Scilicet, quantum aſſequi licet, Ὀδυσσεὺς fuit pronuntiatum *Vlixeus*; et alia flexione, Ὀδύσσης, vt Τύδης, Ὄρφης (Priſcian. p. 68), *Vlixes*. Iam occurrit caſus ſecundus *Vlixi*; vt Chryſes, Chryſi; Hercules, Herculi. cf. ad Aen. II, 7. In edd. legebatur *Vlyſſi*, et inde a Pulmann. *Vlyſſei*. At in codd. *Vlixis*, *Vlixei*. *Circe* in Medic., ſuperadſcripto *a*, vt ſit *Circa*; tum *mutabit* Gud. 71 *in campis* Zulich.

vt ſolent fere in his munifici eſſe, loca collegere interpretes; v. ad Horat. Epod. V et XVII. Lucan. VI, 420 etc. Tibull. I, 2, 32, et h. l. Cerda aliique; itaque hic pauciſſimis defungi licebit; nec otium in his conterere placet. Interea ad ſuperſtitionum cauſſas attendere velim animum, vt intelligas, eſſe fere eas aut a rebus inſolitis et praeter naturae morem fieri creditis aut ab aliqua ſimilitudine, modo tropica, modo allegorica, petitas; rebus phyſicis plerumque ad animorum ſenſus traductis. 71. *cantando* pro incantando, faſcinando. *Frigidus* ex natura anguium dictum, vt ſupra III, 93, et male alio trahitur. *rumpitur*, disrumpitur. Geſnerus Theſ. h. v. malit *a nocendo cohibetur* exponere, quia fere *rumpi* dicuntur, qui defatigantur, conficiuntur. Scilicet inſederat viro exquiſitae doctrinae hoc, quod ſiſti fere ſerpens, ac detineri carmine aut torpere, ſolui ac rigere, dicitur. cf. Tibull. I, 8, 20. Lucan. VI, 488 et al. δολιχὴν ἀναλύετ' ἄκανθαν Γηγενέος σπείρης, μήκυνε δὲ μυρία κύκλα Apollon. IV, 150. Sed et alterum memorari ſolitum fuiſſe, nunc vno Ouidii loco docebimus Am. II, 1, 25 *Carmine disſiliunt, abruptis faucibus, angues:*

Digitized by Google

Terna tibi haec primum triplici diuerſa colore
Licia circumdo, terque haec altaria circum
Effigiem duco; numero deus inpare gaudet.
Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnin.
Necte tribus nodis ternos, Amarylli, colores;
Necte, Amarylli, modo; et, Veneris, dic, vincula necto.
Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnin.
Limus vt hic dureſcit, et haec vt cera liqueſcit

73 *triplici primum* Goth. ſec. *triplici circumdata filo Licia* Donatus memorat ad Terent. Andr. V, 4, 8. *triplice d. c.* Medic. et Menag., qui et v. 105 et 106 hic inſerit; ſed intempeſtiue. Vſ. 73 cum 75 inſertus fere Ciri 371. 373. 74 *terque hanc* Longob. Pierii, vt referatur ad *effigiem*. Praetulit hoc Wakef. 77 *trinos* Ven. *tribus natis* Leid. 78 Mira res eſt, quantopere ineptierint viri docti Saec. XV et XVI in huius verſus metro: dum nodos intrudere voluere. Ceteris ap. Burmann. adde Benedictum philologum in Ed. Iunt. 1520, vt ſit verſus amphimacer. *modos* Zulich. 80 *haec vbi* Ven.

in quem ſenſum *rumpi* vt accipiamus, ſuadet ſermonis ratio et vſus.

73. Dum haec loquitur, maga imagunculam, Daphnidis an mulieris, tenere eamque tribus filis, diuerſi quoque coloris, circumdare et circa aram portare putanda eſt. 75. *deus* vniuerſe, cum proprie ſit Hecate, cui magica ſacra fiunt. 77. tum illa iubet ancillam *ternos colores tribus nodis*, h. e. tria fila diuerſi coloris, vnumquodque ſuo nodo, nectere verba praefatam: Veneris hoc vinculum ſe eſſe velle.

80. Duas Daphnidis imagines, alteram e limo, e cera alteram, igni admoueri puta. Cerea etiam ap. Theocrit. II, 28 eſt; minus bene Seruius alteram ex limo ipſius veneficae eſſe vult: nam ſequitur: *ſic noſtro Daph-*

Digitized by Google

Vno eodemque igni: ſic noſtro Daphnis amore.
Sparge molam, et fragilis incende bitumine lauros.
Daphnis me malus vrit: ego hanc in Daphnide laurum.
Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnin.
Talis amor Daphnin, qualis, quum feſſa iuuencum 85
Per nemora atque altos quaerendo bucula lucos

82 *laurus* Medic. conf. ſup. v. 13. *ramos* Pierii Oblongus. 83 *me male vrit* Rottend. alter. *in hac ego Daphnida laurum* tentabat Io. Schrader. Certe *in Daphnida* requiram; ἐπὶ Δάφνιδι, h. e. *in* Δάφνιν. Si tamen Virgilio non placuit ita ſcribere? Repoſuit Wakef. 86 *alta* Ven.

nis amore, ſcil. liqueſcat molliaturque in amorem mei, obdureſcat vero et obfirmetur animo ad conſtantiam amoris.

82. Aliud venefica nunc aggreditur: laurum incendit, vt Daphnis eodem modo amore incendatur. *molam*, far et ſalem, vt etiam Theocr. v. 18 et 21. cf. h. l. Seru. Cur, pro ſulfure, *bitumine* illitas lauros memoret, nam videtur myſtica aliqua cauſſa ſubeſſe, ariolationes v. apud eund. *fragilis* Lucretii VI, 111 auctoritate a ſono ex fragore explicant, *crepitantes in flamma*, quod ominis loco in hac arbore obſeruabatur. Theocr. l. l. v. 24. v. Cerda h. l. cf. Tibull. II, 5, 81. 83. Mox 83 *in Daphnide*, ἐπὶ Δάφνιδι, in Daphnidem, quod in Daphnidem vertat, vt is eodem modo flamma amoris conſumatur. Theocr. l. l. v. 23 Δέλφις ἔμ' ἀνίκασεν· ἐγὼ δ' ἐπὶ Δέλφιδι δάφναν Αἴθω etc. Horat. Epod. V, 81. Scilicet magicae hae rationes fere ſymbolicae ſunt, quarum congruentiam et ſimilitudinem phyſicum aliquem effectum habere ſtultitia hominum aut credidit, aut aliis perſuadere voluit.

Digitized by Google

Propter aquae riuum viridi procumbit in vlua,
Perdita, nec ſerae meminit decedere nocti,
Talis amor teneat, nec ſit mihi cura mederi.
Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnin.
Has olim exuuias mihi perfidus ille reliquit,
Pignora cara ſui: quae nunc ego limine in ipſo,

87 *concumbit* Gud. *in vlua* Heinſ. e melioribus mſſ. repoſuit iterum, cum iam a Naugerio in Ald. tert. et hinc in alias inductum fuiſſet. Vulgata *in herba*, quam Pier. defendebat, ex Ald. pr. propagata eſt in alias, in his in Steph. conf. Martin. *in vmbra* ed. Ven. cum Goth. ſec. a m. pr. *conſedit in herba* vnus Heinſ., ſollennes vtique variationes. 88 *ſera m. d. nocte* quartus Moreti et alius Heinſii. *noctis* fragm. Moreti; vnde Burmann. coni. *ſero noctis*. *discedere* Menag. et Rottend. ſec. v. ſup. Ecl. II, 67. Ambiguum eſt, vtrum *perdita* antecedentibus, an ſequentibus, vt in loco Varii (in Notis) ſubiungas. 92 *Pignera* duo. vid. Burm. *limite* Goth. ſec.

87. *Propter aquae riuum;* ex vſu poetarum, Horatii, Tibulli I, 1, 28 praeeunte Lucretio II, 30 *proſtrati in gramine molli Propter aquae riuum, ſub ramis arboris altae.* in Culice 389 *Riuum propter aquae viridi ſub fronde.* Et iam ſup. Ecl. V, 47 *Dulcis aquae ſaliente ſitim reſtinguere riuo.* 88. *nec ſerae — decedere nocti,* elegantius ad poeticam rationem, quam *ſera nocte;* quod aliis verbis dixit Statius Theb. VI, 191 *Tunc piget ire domum, maeſtoque noviſſima campo Exit et oppoſitas impaſta auertitur herbas.* Locus omnino pulcerrimus; in quo Varium expreſſit noſter, docente Macrob. Sat. VI, c. 2. Dixerat ille de cane ceruae veſtigiis inſiſtente: *Non amnes illam medii, non ardua tardant, Perdita nec ſerae meminit decedere nocti.* Eſt Homericum τειθόμενα νυκτί, vt Odyſſ. μ, 291. nec bene, puto, redditur, ad ſeram noctem.

91. Simillima haec ſacris

Digitized by Google

Terra, tibi mando; debent haec pignora Daphnin.
Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnin.
Has herbas, atque haec Ponto mihi lecta venena,
Ipſe dedit Moeris: naſcuntur plurima Ponto:
His ego ſaepe lupum fieri, et ſe condere ſiluis
Moerin, ſaepe animas imis excire ſepulcris,
Atque ſatas alio vidi traducere meſſis.
Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnin.
Fer cineres, Amarylli, foras, riuoque fluenti

96 *pluruma* Medic., vt *maxuma*, a m. pr. 98 *Moerim* alii. v. ad II, 26. *Moerim et f.* Zulich. *animasque* Parrhaſ. *extre* Goth. ſec. ed. Mediol. 1474 cum aliis antiquis; vti auguror.

magicis a Didone inſtitutis Aen. IV, 495 ſq. 93. *debent haec pignora D.* expectat hoc a defoſſis ſub limine veſtibus, vt ad eas Daphnis vel inuitus retrahatur et redire cogatur. Variauit Theocriteam rationem l. l. v. 53. 54. 59. 60. *Liminis* autem ſollennis mentio in poetica oratione, cum aut admittuntur aut admitti cupiunt, aut excluduntur amantes.

95. Lecta in Ponto, nunc pro Colchide, venena commendantur, quia Medea iis vſa erat. Magica quae ſequuntur miracula nimis nota ſunt, quam vt aliquis in iis haereat. cf. Cerda, et laudd. ad v. 69.

101. Nouum et fortiſſimum praeter cetera incantationis genus adgredi videtur, vt cineres ex ara in aquam fluentem et pone caput iaciat; quod partim cum expiationis, fluminis aqua viua fieri ſolitae, ritu, partim cum eo more coniunctum eſſe puto, quo diis in-

Digitized by Google

Transque caput iace; nec reſpexeris: his ego Daphnin
Adgrediar; nihil ille deos, nil carmina curat.
Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnin.
Adſpice: conripuit tremulis altaria flammis
Sponte ſua, dum ferre moror, cinis ipſe. Bonum ſit!
Neſcio quid certe eſt; et Hylax in limine latrat.
Credimus? an, qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt?

102 *nec reſpexeris* Medic. Pierianus Oblong. Gud.; et hoc verum eſt: vulgo *ne.* 105 *trepidis* vel *tremulis* Cod. Köler. *palmis* pro *flammis* Moret. ſec. 106 *Bonum ſit* Zulich. a m. pr. *ipſe bonus ſit* Nonii quaedam edd. in *cinis.* 107 *Neſcio quis* ex Ald. ed. pr. *qui* poſter. laudat Burmann. Male: nam Ed. pr. ſec. tert. *quid* habent; nec niſi in edd. ſerioribus 1527. 1557. varietas illa occurrit. *quit* Medic. *certi eſt* ex eodem laudat Heinſ., quod Foggin. non expreſſit. *Neſcio quicquid id eſt* Zulich. *eſt* abeſt a Ven. Io. Schrader. tentabat: *Neſcio quis certe eſt; vt Hylax in limine latrat!* Porro *Hylas* fere in libris. 108 *omnia* ſed ſuperadſcripto *s* Medic. *omina* Canter. ex vet. cod. emen-

ſona dici. Ipſa illa ſimul cum miniſtra admouere cineri manus poterat. *cinis corripuit tremulis flammis,* h. flammae ex cinere moto corripuere aram; h. e. exarſerunt, in ara; res ominoſa, vt notum. *cinis ipſe, αὐτὸς,* ſponte. 107. *Neſcio quid* eſt certe aliquid; euenit, quod veneficio efficere volui.

ferís aliquid deuouetur. v. Cerda. conf. Theocr. XXIV, 92. 94. 103. *nihil ille deos,* deos, qui inter incantandum vocati fuerant. Quandoquidem omni magico ritu nihil adhuc effeci, experiar nouiſſimum. Et ecce v. 105 hoc effectum habet.

105. Non neceſſe haec ex alia quam ex veneficae per-

Parcite, ab vrbe venit, iam parcite, carmina, Daphnis.

dabat. vid. Heinſ. *qui adamant* Zulich.; Heinſ. in ora Codicis, forte: *ipſis ſibi ſomnia ſingunt;* quod minus eleganter diceretur. Deerat hic verſus Parrhaſiano. 109 *iam, carmina, parcite* Medic. et Pierii Oblong. Vatic. *Parcite, ab vrbe domum iam parcite carmina, Daphnis* Medic. Pierii.

Digitized by Google

ECLOGA IX

MOERIS

ARGVMENTVM

Ad vrbem Mantuam haedulos deportanti Moeri, villico, (qui homines et ipſi ſerui erant, v. Ecl. I, 28. Cic. Verr. III, 50;) adiungit ſe in itinere Lycidas, aetate florente paſtor et carminum ſtudio flagrans; a quo viae cauſſam rogatus Moeris calamitates ſuas, dominique, Menalcae, iniurias ac pericula inter eundum; id quod aliquantum iucunditatis habet, commemorat; cumque ſermo ad Menalcae carmina deductus eſſet, recitat vterque nonnulla ex iis fragmenta ac locos, qui fere ex Theocrito conuerſi ſunt, vti tota carminis forma ex eius Idyllio ſeptimo ducta eſt. Totum carmen ad certum poetae conſilium compoſitum, eiusque, ſub Menalcae nomine, fortunam ac temporum calamitatem in eo adumbratam eſſe, manifeſtum fit. Iam Seruius porro haec narrat: Virgilius, poſtquam paene

Digitized by Google

occiſus eſt ab Arrio centurione, cuius in ſe ſtrictum gladium vt effugeret, in Mincium fl. ſe praecipitauerat (vid. eund. ad III, 94), Romam reuertens mandauit procuratoribus ſuis, vt tuerentur agros ſuos et ad praeſens obſequerentur Arrio. Modo ergo Moeris, procurator eius, ſecundum praeceptum patroni, portat haedos Mantuam, quos Arrio offerat. *Quae res cum per ſe non improbabilis ſit; effrenis enim libido et inſolentia militum in colonias deductorum erga poſſeſſores agrorum, quos ipſi affectabant, fuiſſe memoratur, vid. Appian. Ciu. lib. V,* 12. 13 *(ed. Steph. p.* 1082*); apud eundem tamen mox alia narratio de Clodio attexitur, qua et ſuperioris fides infringitur. Haec ipſa a recentioribus interpretibus multo etiam magis exornata videas. Inſpice modo Catroeum ac Ruaeum. Ex ipſo carmine haec ſaltem confirmantur: ſcriptum id eſſe eo anno, quo agri Cremonenſes ac Mantuani inter Veteranos diuiſi eſſent, V. C.* 713*, adeoque paullo poſt primam eclogam; Virgilii fortunam ſub Menalcae perſona adumbrari; hunc quidem cauſſam habuiſſe, in largitione iſta agraria agros ſuos ſibi relictum iri, vt crederet; atque ita vulgo creditum fuiſſe; eius rei ſpem ac fidem carminum gratiam feciſſe v.* 6 — 10*; fuiſſe tamen illum poſſeſſionibus ſuis eiectum, neque id ſine magno periculo, v.* 15 *et* 16*. Carmina ipſa, quae intexta ſunt, numero quatuor, ſunt partim e Theocrito verſa, partim ad temporum conditionem accommodata v.* 46 *ſq. Lycidae pueri ſtudium et cupiditas audiendi delectat* 56 *ſqq. Omnino carmen ſpiritum Maronis et dignitatem epicam prodit; etſi in ſumma argumenti equidem non multum ingenii agnoſcam.*

Digitized by Google

LYCIDAS.*) MOERIS

L. Quo te, Moeri, pedes? an, quo via ducit, in vrbem?

M. O Lycida, viui peruenimus, aduena noſtri,
Quod numquam veriti ſumus, vt poſſeſſor agelli
Diceret: Haec mea ſunt: veteres migrate coloni.

1 In Parrhaſ. et Leid. alt. ita diſtinguebatur: *an, quo via ducit? in vrbem?* vt hoc ἐπεξηγητικῶς ſubiiciatur. *aut quo via* Ed. Ven. 2 Vix mihi temperabam in priore editione, quin *Quo, Lycida, viui peruenimus!* reponerem; et ſic Ecl. I, 72 *En quo discordia ciues Perduxit m.* Ecl. III, 88 *veniat, quo te quoque gaudet.* Idem iam Heinſio in mentem venerat, nec Burm. improbat. Si hoc tenemus: exciderat, vt centies factum, prima littera in *quo*, propter ſimile initium vicinorum verſuum, et quod magnum ſpatium litterae initiali primi verſus relictum eſſet. Sic in Regio Cod. *Lycida* ita ſcriptum erat, vt breue *o* adpictum eſſet. Retinebat tamen me, quod ingrata eſt illa repetitio τοῦ *quo*, et quidem diuerſo nunc ſenſu. Deſideratur huc, eo, — *vt poſſeſſor agelli diceret.* Poterat adeo ſcribi: *O Lycida, viui huc peruenimus*, vel *Huc, Lycida, v. p.* Poſſis quoque refingere, quod Io. Schrader. in ſchedis tentabat: *O Lycida, viui quo venimus*, aut vitium in voce inutili *viui* quaerere. Nunc cum nihil afferri poſſit, quod non alius aliter conſtituat, relinquenda eſt vulgata corrupta. Vetus vlcus eſſe debet, cum iam Seruii codd. inſederit. *Viui peruenimus* pro viuendo attigimus, ſeu, diu viuendo ad iſta peruenimus, Seru. exponit; quod durum et ſine exemplo eſſe, recte Burm. affirmat. 3 *Quo nunquam* Moret. quart. et Leid., quod etiam loco mederetur, *viui peruenimus* eo, *quo nunquam veriti ſumus nos peruenturos eſſe:* niſi durior traiectio eſſet. *qua* Gud.; forte pro *quae* addit Burm. *Quam nunquam meriti ſumus!* Leid. alt., vt ſit exclamatio, quaſi haec tam indigna immerentibus euenerint. 4 *migrare* Ven.

1. *an in vrbem, quo via ducit?* Forma ducta ex Theocrit. VII, 21 ſqq. πόδες ἄγον, Theocr. XIV, 42. 2. *viui peruenimus*, ſcil. ἃ eo, *vt poſſeſſor aduena*

*) *Lycida* quinque ap. Burm., quem v. Zulich. hanc Eclogam poſt decimam ponebat.

Digitized by Google

Nunc victi, triſtes, quoniam Fors omnia verſat,
Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus haedos.
L. Certe equidem audieram, qua ſe ſubducere colles
Incipiunt, mollique iugum demittere cliuo,
Vsque ad aquam, et veteres, iam fracta cacumina, fagos,

5 Quamquam duplex epitheton affectui animi non male inſervire videri poteſt, conf. Ge. I, 407, eleganter tamen Burm., dum duo epitheta ferre ſe negat, diſtinguit ac legit: *Nunc, victi, triſtis quoniam fors omnia verſat. triſtis fors* legit etiam Probus Inſtit. Grammat. et recepit nunc Wakef. Vulgata tamen, *Nunc victi, triſtes*, firmatur ex Grammatici imitatione, Anthol. Lat. lib. I, p. 178, v. 84, vbi v. Burm. Sec.; eamque feres, ſi *victi* per ſe dictum accipias, poſtquam, quia, victi ſumus, nunc triſtes mittimus. Quod vero, Cerdae ac Pierii exemplo, *fors* h. l. praefert Burmann., non recte facere videtur. Longe aliter ap. Horat. Od. II, 3 extr. *fors verſari vrna* dicitur, quam *fors verſat omnia*. 6 *non bene v.* vnus Moreti. *nec vertat bene* Menag. et Pierii Oblong. *quod* ſuperſcripto *s* Medic. 8 *Incipiant* Goth. ſec. *dimittere* Goth. pr. et ſeptem ap. Burm., nota variatione. 9 Lectio haec ab Heinſio e Mediceo probata et a Burm. repoſita, vti et in Gud. a vet. manu emendatum fuerat, et ſic Ecl. II, 3 *inter denſas*,

agelli diceret; ſed v. Var. Lect. 5. *victi*, oppreſſi, afflicti, quibus id, quod victis euenire ſolet, contingit, vt fundos amittant. 6. *quod nec bene vertat* „quae res in eius perniciem vertatur.“ Seru., quod male ei ſit, cum imprecatione noui heri, cui haedi ex agro in vrbem apportandi ſunt.

7. Situm agri Virgiliani puta fuiſſe hunc, vt ille inde a collium cliuo vsque ad Mincium fl. et fagos ibi ſatas pertingeret. conf. Ecl. I, 52 Not. *ſubducere* ſe colles dicuntur, qui ex alto in planum deducuntur, decreſcunt, cf. Burm.; iidem colles *demittunt iugum molli cliuo*, cum dorſum collis molliter decliue lenem ad planitiem et fl. Mincium deſcenſum praebeat. *Fagos* fractas puta ſeu vi hoſtili exciſas, ſeu

Digitized by Google

Omnia carminibus veſtrum ſeruaſſe Menalcan. 10
M. Audieras; et fama fuit; ſed carmina tantum
Noſtra valent, Lycida, tela inter Martia, quantum
Chaonias dicunt, aquila veniente, columbas.
Quod niſi me quacumque nouas incidere litis
Ante ſiniſtra caua monuiſſet ab ilice cornix: 15
Nec tuus hic Moeris, nec viueret ipſe Menalcas.
L. Heu! cadit in quemquam tantum ſcelus? heu, tua nobis
Paene ſimul tecum ſolatia rapta, Menalca!

vmbroſa cacumina, fagos; multo nimirum ea elegantior vulgata: *veteris iam fracta cacumina fagi.* Apud Quinctil. VIII, 6, 46 libri plerique: *confracta c.*, quod Catroeus, ſibi mirifice in eo placens, recepit; ſaltem expectabo, donec *infracta* ſe obtulerit. 10 *noſtrum* Goth. ſec. quatuor Burm., it. Ed. Mediol. *Menalcam* Medic. 12 *marcida* Moreti fragm. 13 *aquila dicunt* Ven. et Cod. Burm. 14 *quocunque* Ven. *quae* vel *quacunque* Gud. 15 Conf. ad Ecl. I, 18.

procella et vetuſtate; quod praeſtat. In priore agnoſcas imitationem Dirarum Valerii Probi 26 *Tu nemus, et multum noſtris cantata libellis Optima ſiluarum — Non fundes virides vmbras — Militis impia cum ſuccidet dextera ferro.*

13. *aquila veniente*, irruente, hoſtili et infeſto animo. cf. Burmann. In animo habuit poeta Lucret. III, 751 *tremeretque per auras Aeris accipiter fugiens veniente columba.* *Chaoniae* vero *columbae* ſollenni epitheto a Dodonaeo luco et oraculo per columbas ſ. palumbes edito. Erat autem Dodona vrbs Epiri, vetuſtiſſimis temporibus a Chaonibus habitatae. conf. Strabo VII, p. 498 C. 14 — 17. Niſi augurio monitus fuiſſem, vt *quacunque* via ac ratione, iurgia cum veteranis in agros immiſſis praeciderem; capitis periculum vna cum hero Menalca adiiſſem.

18. *ſolatia*, carmina

Quis caneret Nymphas? quis humum florentibus herbis
Spargeret? aut viridi fontis induceret vmbra? 20
Vel quae ſublegi tacitus tibi carmina nuper,
Quum te ad delicias ferres, Amaryllida, noſtras?
Tityre, dum redeo, breuis eſt via, paſce capellas;
Et potum paſtas age, Tityre; et inter agendum
Occurſare capro, cornu ferit ille, caueto. 25

19 *Quis caneret ſiluas* Fragm. Moreti, at Ecl. V, 20 *Extinctum Nymphae* etc. *orbis* a m. pr. in Medic. 20 *montes ind.* Moreti Fragm., etiam male. vid. ib. v. 40, conf. ib. Var. Lect. 21 *Nam quae* Nonius in *legere*. 25 *capre* Medic. a m. pr. *cornu petit* Rottend. ſec. et Gud. pro var. lect., frequenti variatione. vid. Burm. h. l. et ad Ecl. III, 87. *foret* Medic. a m. pr.

erepta. 20. *ſpargeret — induceret*, dicta poetico acumine, quod Ecl. VI, 62. 63 vidimus, h. caneret, vt ſparguntur — vt inducuntur; aut vt ſparſa floribus ſit terra, vtque fontes arboribus vmbroſis conſiti ſint. Reſpicit autem *Eclogam quintam*, inprimis v. 20 et 40 *Spargite humum foliis; inducite fontibus vmbras*. Vtrumque vero dici, et, *fontibus inducere vmbras*, et *fontes inducere vmbris*, docet Burm. ad h. l.

21. *Vel quae* ſc. quis caneret, quis ceciniſſet vel ea, quae nuper, te non ſentiente, cum caneres, ex te didici, quando ad Amaryllidem te conferebas. Tum ſubiicitur vſſ. 23—25 breue carmen ex Theocrit. III, 3—5 ad verbum conuerſum. Comparat iſta inter ſe Scaliger Poet. V, 5 pr., ſed ſuo more. Add. Gell. IX, 9. 22. *Amaryllida, delicias noſtras:* aut communem vtriusque amicam dicere voluit, aut pro, meam amicam. Neutrum ſatis placet; hoc tamen magis conſentaneum, quandoquidem Moeris iam ſenio fractus eſt v. 51. Vt ex alia perſona dictum habeatur, verba verſus 22 *Quum te* non admittunt, niſi quis aliena de ſuo ſenſu admiſceat.

Digitized by Google

M. Immo haec, quae Varo nec dum perfecta canebat.

Vare, tuum nomen (ſuperet modo Mantua nobis,

26 Pro *haec*, *quae* Medic. a m. pr. *terque*. *nondum* nonnulli ap. Pier., it. ed. Ven. *canebant* Gud. 27 *ſuperent* Medic., deleto *cupiant*, quod ante perſcriptum erat. *Bare* idem, et ſuperiore verſu *Baro*, at v. 35 *Varo*.

27 — 29. Aliud breue carmen. Aut quis haec caneret, quae etc. *Vare, tuum nomen cantantes ſ.* — *ſuperet modo* — Nexus ſententiarum eſſe videtur hic: Si modo Mantua ab interitu ſeruata fuerit: nomen tuum per totum agrum Mantuanum celebrabitur. Poetico, ſi non paſtoritio, phantasmate, quo omnis natura ſenſu rerum iucundarum et moleſtarum imbuitur, ad olorum cantum id reuocauit: quandoquidem cantus tribui iis ſolet: ipſi cygni tuum nomen celebrabunt. Commemorat hos, quia Mincius iis abundat Ge. II, 198. 199 *Et qualem infelix amiſit Mantua campum, Paſcentem niueos herboſo flumine cycnos.* Vt *cycni* poetae ſint, etſi illud aliis locis occurrit, v. ad Horat. IV Carm. 2, 25 et h. l. Cerda, vix video, quomodo commode fiat. Ita eſſet: poetae Mantuani Varum celebrabunt; ſaltem dictum erit de vno Marone. Verum res ita declaranda eſſe videtur: Quod vulgo erat: nomen tuum per totum agrum Mantuanum celebrabitur; poetica ratione ad olorum cantum reuocatur. Quod enim poetae ſenſum tangit, id cum omni rerum natura, animata et inanimata communicatur. Vt igitur ſimili modo totum nemus aliquem canere diceretur, vtque ſupra Ecl. V Daphnidem lugent et celebrant laudibus ſiluae ac ferae, et I, 39. 40 fontes et arbuſta deſiderabant Tityrum; ita nunc cycni concinunt in Vari honorem. Cygnorum cantum, ſaltem ſilueſtrium, noſtra quoque aetate rerum experimento vindicarunt plures viri docti, in his Abb. *Monges*. De *Varo* v. Exc. ad Ecl. VI pr. Meritum eius aliquod fuiſſe apparet in

Digitized by Google

Mantua vae miſerae nimium vicina Cremonae!)
Cantantes ſublime ferent ad ſidera cycni.
Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos;
Sic cytiſo paſtae distendant vbera vaccae:
Incipe, ſi quid habes. Et me fecere poetam
Pierides; ſunt et mihi carmina; me quoque dicunt
Vatem paſtores: ſed non ego credulus illis.

29 *Candentes* coni. Io. Schrader., *ſublima ferent* e Lucret. inculcare malit Wakef. ad Lucret. I, 341. *ferant* Gud. Goth. pr. 30 *Sic ſua* Alcuin. Grammat. p. 2124. *Cyrneas* varie corruptum in libris v. ap. Burm. Eſt Κύρνος, Κύρνιος. *fugient* Ven. *exagmina* Medic., ſed transfixo *g*. 31 *distendant* Heinſ. e melioribus, etiam ſic Medic., ſicque alii apud Pier., cum vulgo *distentent* legeretur. *distentant* Voſſ. pr. *distendent* Ed. Ven. 33 *dicent* Ven. 34 *non ſum credulus* vnus Moreti.

agris Mantuanorum a veteranorum iniuria vindicandis. *ſuperet modo Mantua nobis*, h. incolumis et ſalua ſit, agris redditis; quo facto, ipſi Virgilio ſuae poſſeſſiones conſeruabantur. 28. *vae miſerae n.* Scilicet, cum Cremonenſium, qui Caſſii et Bruti partes ſequuti fuerant, agri militum numero, cui aſſignati fuerant, non ſufficerent, proximi agri Mantuani additi ſunt, licet ea vrbs in Auguſti partibus fuiſſet. v. Vita Virg. a. 712.

30. *Sic* nota obteſtandi formula: cf. Ecl. X, 4. *Incipe* canere, *ſi quid habes*, quod canas, aut potius, quod memineris ex Menalca auditum: ſic apibus et gregibus tuis bene eueniat. *Cyrneas taxos*, Corſicanas, ex Κύρνος. Taxus omnino mellificio exitioſa: Ge. IV, 47 *Neu propius tectis taxum ſine. Cyrneas* ergo non aliter accipies, quam vt a notiore ac famoſiore genere epitheton taxis dederit. *Mel amarum* in ea inſula confectum, ſatis notum poſt tot de Corſica virorum doctorum commentationes. 33—36. ex Theocrit. VII, 37—41. 92 ſqq. De v. 34 docta eſt Macpherſoni disputatio in *Critical Diſſ.* p. 205, qua efficere vult, vocabulum *Vatis* Vir-

Digitized by Google

Nam neque adhuc Vario videor, nec dicere Cinna 35
Digna, ſed argutos inter ſtrepere anſer olores.

35 *Vario* manifeſte legit Seru. et Schol. Horat. Cruqu. ad Od. I, 6, qui Thyeſtae tragoediae auctorem, eundemque nobilem epicum poetam, intelligit; ſed in ſcriptis conſtanter *Varo*. In edd. *Vario* repoſitum eſt ab Egnatio et Naugerio: quod iterum deſeruit Paullus Manutius cum edd. ſequ. Quae ambiguitas in his nominibus ſit, nota res eſt: v. Exc. ad Ecl. VI. Varum inter viros principes et militia claros iſtius aetatis fuiſſe, ſatis conſtat; an idem poeta fuerit, non niſi ex hoc loco ſtatuas. De poeta enim cogitandum eſſe, docet memoratio Cinnae. Itaque, cum perpetua ſit horum nominum confuſio, cumque veteres Grammatici *Varium* hic in libris legerint, poſt *Varum* v. 26, illum alterum *Varium*, in locum ſuum retrahendum eſſe manifeſtum ſit. *Cigna, Cygna, Cyna* in libris nonnullis. *neque dicere* Moret. 36 *inter ſtrepet* Ven. Wakef. ad Lucret. II, 410 poetam ſcripſiſſe *argutus* cenſet, vt Ge. I, 143 *arguta ſerra* et *argutus anſer* ap. Martial.

gilium a Gallis ſuis Cisalpinis petiiſſe; fuit enim inter Celtas Vatum ſeu Eubatum, Euhagum, ordo, Bardos etiam dignitate antecellens. conf. Strab. IV, pag. 302. Ammian. XV f. Enimuero concidit omnis haec ſubtilitas, ſi memineris, Virgilium latine reddidiſſe Theocritea, in quibus ἀοιδὸς eſt, nec diuerſum eſſe vatem a poeta.

35. *Varius* nobilis *Thyeſtae*. auctor v. ad Donati Vit. Virg. §. 53. *Cinna* Smyrnam ſcripſerat, carmen, quod decem annis elimauerat, v. Catull. 89. cf. Martial. X, 21. Ruaeus parum validis rationibus ad Cornelium Cinnam magnum Pompeii ex filia nepotem refert. Poetas eſſe hic intelligendos, verſus ſequens arguit: *inter olores*. 36. *Anſerem* aliquem eius temporis poetam, de quo Ouid. Triſt. II, 435. Propert. II, 34, 84. II, 25, 83, et ad quem Cic. Phil. XIII, 5 reſpicere putatur, hic tacite vellicari, docet Seruius. Sed anſerem ex oppoſito olorum natum eſſe et expreſſiſſe noſtrum Theocritea, probabile ſit Idyll. VII, 47 Odio mihi ſunt Muſarum alites, Μουσᾶν ὄρνιχες (vt ap. Horat. *Maeonii carminis aliti* Vario), qui cum Homero contendunt, ὅσσοι, ποτὶ Χῖον ἀοι-

Digitized by Google

M. Id quidem ago, et tacitus, Lycida, mecum ipſe voluto,
Si valeam meminiſſe; neque eſt ignobile carmen.
Huc ades, o Galatea; quis eſt nam ludus in vndis?
Hic ver purpureum; varios hic flumina circum
Fundit humus flores; hic candida populus antro
Inminet, et lentae texunt vmbracula vites.
Huc ades: inſani feriant ſine litora fluctus.
L. Quid, quae te pura ſolum ſub nocte canentem
Audieram? numeros memini, ſi verba tenerem.
M. Daphni, quid antiquos ſignorum ſuſpicis ortus?

37 *Iam pridem ago — mecum ipſa voluto* Zulich. *et* abeſt a Goth. ſec. 38 idem *Qui valeam m.* 39 *nam* deeſt fragm. Moreti et Goth. ſec. 40 *ver perpetuum* quendam legere notant Guellius et Cerda, quem v. 43 *incani fluctus* mauult Bentl. ad Lucan. II, 673. 46 Mediceus etiam quinque ſequentes verſus refert ad Lycidam. Moeris ab illis incipit: *Omnia fert aetas;* nec aliter Gud. Heinſ. *reſpicis ortus* Zulich. *ſuſcipis* Gud. et Rottend.

δὸν Ἀντία κοκκύζοντες, ἐτώσια μοχθίζουσι. *arguti* ſunt canori.

39. Ex Theocr. XI, 42-49. 63 ſq. cf. V, 45 ſq. ductum, ſed oratione variata: nobile vero bucolici generis argumentum Cyclopis amor et Galateae in eum aſperitas. Quis non ex Theocrito meminerit Idyll. XI. conf. Bion. Idyll. VII, 3, et fragm. IV. Moſch. Idyll. III, 59. Cum ſuauitate variauit hoc idem Geſnerus Idyll. *Die übel belohnte Liebe.* 40. *ver purpureum* pro pulcro, a ſplendore purpurae petitum; non a colore; vt notum. 41. *candida populus,* ἡ λεύκη. 42. Frondes vitium memorat, vtpote in vere.

44. Aliud ex Menalca auditum quod Moeridem canentem audierat Lycidas. *pura ſub nocte,* ſerena; illuſtrauit Burmann.

46—50. Perſuaſione vulgi, quae tum erat, ſtellam crinitam, quae inter ludos D. Iulio ab Auguſto habitos apparuerat, V. C. 711 animam Caeſaris in caelum recepti eſſe (v. Sueton. Caeſ.

Digitized by Google

Ecce Dionaei proceſſit Caeſaris aſtrum;
Aſtrum, quo ſegetes gauderent frugibus; et quo
Duceret apricis in collibus vua colorem.
Inſere, Daphni, piros; carpent tua poma nepotes.
Omnia fert aetas, animum quoque; ſaepe ego longos

47 *Dionaeus* vero recte: Κύπρι Διωναία, apud Theocr. XV, 106. 48 *et quod* Medic. a pr. m. 49 *a priſcis* Zulich. *in vallibus* ap. Nonium Marcellum in *ducere*. *apricis in collibus* eſt quoque in Tibull. I, 4, 19. *in apricis ſaxis* eſt inf. Ge. II, 522. 50 Obſcurum eſt quod Pomponius ad h. v. habet: „In codice Aproniano hoc ſcriptum erat Nepotes hi.“

cap. 88), ingenioſe poeta ita vtitur, vt eum inter deos ruris relatum eſſe fingat. conf. Ge. I, 26. 27. 42. De ea ſtella v. Plin. II, 23. vbi ipſa Auguſti verba adſcripta ſunt, Sueton. Caeſ. 88. Dio XLV, 7 et not. Seneca Qu. Nat. VII, 17. Eandem a. 1680. iterum in hominum conſpectum veniſſe, Halleius aliique viri docti opinati ſunt. Ceterum iſtam ſtellam in numis gemmisque conſpici, notum eſt. *Dionaei*, quod Caeſar genus ab Iulo, adeoque Anchiſa et Venere, ducere credebatur; mater autem Veneris *Dione*. *Iulium ſidus* Horat. Od. I, 12, 47. *proceſſit*, orta eſt ſtella. Ecl. VI, 86 *invito proceſſit Veſper Olympo*. Alio modo *menſes proce-dunt* Ecl. IV, 12. Laudant Homer. Iliad. κ, 252 ἄστρα δὲ δὴ προβέβηκε, verum hic alio modo dictum eſt et petitum a motu et progreſſu ſiderum ad occaſum vergentium ad oculorum ſenſum notato. v. Excurſ. II ad lib. II Aen. p. 381. Eius vero ſtellae ortus bonum frugum proventum ominari et maturare fingitur. *Inſere* ſeu proprie, ſeu omnino: planta: cf. Martin.

51. *Omnia fert aetas, animum quoque*. Memoria deficiente Moerin ſubito obticuiſſe, nec, quod coeperat, implere potuiſſe puta; addit itaque cum dolore: Omnia aufert, eripit, atterit aetas, etiam animi vires, memoriam. Atqui ſaepe ego me,

Digitized by Google

Cantando puerum memini me condere ſoles:
Nunc oblita mihi tot carmina; vox quoque Moerin
Iam fugit ipſa: lupi Moerin videre priores.
Sed tamen iſta ſatis referet tibi ſaepe Menalcas. 55
L. Cauſſando noſtros in longum ducis amores.
Et nunc omne tibi ſtratum ſilet aequor; et omnes,
Adſpice, ventoſi ceciderunt murmuris aurae.

52 *Cantando ſolitum* Agroetius de orthographia. *Cantando longos* Scholiaſtes Horat. Od. IV, 5. *ducere ſoles* Gudian., ſed *ducere* modo v. 49. 53 *Moerin* et hic reſinxi. Vulgo *Moerim*: v. ad Ecl. II, 26. 55 *refero* Zulich. 57 *et omnis* Rottend, 58 *ventoſi ceciderunt marmoris irae* emendabat Triller. in Miſcell. Lipſ. Nou. To. VII, P. II. Eum refellit Oudendorp. ad Sueton. p. 1023.

dum puer eſſem, memini, totos dies aeſtiuos cantando exigere; nunc tot carminum oblitus ſum, ipſa etiam vox me deficit: *condere ſoles*, vt Horat. IV Carm. 5, 29 *Condit quisque diem collibus in ſuis;* pro vulgari, videt diem condi. Quod fit in tempore, tribuitur alteri tamquam actio: exigit diem, peragit, fugat, finit, adeoque quoque, condit. Praeiuerat Callimach. in Epigram. 2, 3 ἐμνήσθην δ' ὁσσάκις ἀμφότεροι Ἥλιον ἐν λέσχῃ κατεδύσαμεν. Sic et: *noctem, lucernam, producere.* 54. *lupi Moerin videre priores;* in proſa extuliſſes: Obticui (ſubito deſtituente me memoria), quaſi lupus me primus vidiſſet; ex opinione ac prouerbio vulgari, cui ratio a metus ſubiti contactu ſubeſſe potuit. Habet et hoc a Theocr. XIV, 22.

56. *Cauſſando n.;* cauſſas et excuſationes afferendo differs meum deſiderium, canentem te audiendi: Lucret. I, 399 *Quapropter, quamvis cauſſando multa moreris, Eſſe in rebus Inane, tamen fateare neceſſe eſt.* 57. *aequor*, int. lacum, in quem non longe a Mantua fl. Mincius diffunditur. *Sterni* et στορεῖσθαι, *κατασ*τορεῖσθαι, de tranquillitate maris ſollenne, vt Theocr. VII, 57, vt et *ſilere* de ventis ceſſantibus, vt Theocr. II, 38 Ἡκίδε σιγᾷ μὲν πόντος, σιγῶντι δ' ἄηται. 58. *ventoſi ceciderunt murmuris au-*

Digitized by Google

Hinc adeo media eſt nobis via; namque ſepulcrum
Incipit adparere Bianoris: hic, vbi denſas
Agricolae ſtringunt frondes, hic, Moeri, canamus;
Hic haedos depone; tamen veniemus in vrbem.
Aut, ſi, nox pluuiam ne conligat ante, veremur,
Cantantes licet vsque (minus via laedat) eamus,

59 *eſt* poſt *media* deeſt in Zulich. *tamque* Menag. alter; non male. 60 *hic tibi* Ven. 61 *ſtringunt*. Pompon. „In Codice Aproniani ſic ſcriptum erat." Forte *ſtringuunt*. 62 *ad vrbem* Zulichem. 63 *At, ſi* Menag. *nos pluuiam* Parrhaſ. 64 *laedat*;

rae in ſoluta oratione: murmur aurae cecidit, et hoc pro ipſa aura: aura, ventus cecidit. Scilicet, quod Oudendorp. ad Sueton. p. 1023 illuſtrauit, *aura murmuris* dictum eſt pro aura murmurans, ſollenni poetarum Graecorum et Romanorum, atque etiam Orientis, more, adiectiuum vel participium in ſubſtantiuum mutandi; vnde exiſtit *aura murmuris*. Diuerſa eſt ratio, qua aetheris aura, luminis aura, et ſic alia dicuntur: de quo v. ad Georg. II, 47. Epitheton proprie ad auram ſpectabat: *ventoſa aura*, vt Ouid. Medic. fac. 57 *Haec vbi ventoſas fuerint ſiccata per auras*. Ante oculos habebat Maro Theocriti ſuauiſſimum verſum: τὰ δέ νιν καλὰ κύματα Φαίνει Ἄσυχα κἀχλάζοντα Idyll. VI, 11. 12. conf. II, 38. 60. *Bianorem* eundem cum Ocno et conditorem Mantuae facit Seruius hic et ad Aen. X, 198—200, quem illuſtrat, ſed ſuo more, Mazochius in *Diſſ. dell' Academia di Cortona* T. III, pag. 27. cf. Excurſ. I ad Aen. X, p. 278 ſq. Deſtituitur tamen totum hoc aſſertum idonea auctoritate, nec alius quam aliquis ex illuſtribus viris vel ex heroibus Mantuanorum fuiſſe videtur ille Bianor. Veſtigia autem preſſit Theocriti VII, 10. 12. *ſtringere* ſimpl. int. decerpere, amputare. cf. ad Ecl. I, 57. Ge. II, 368. 62. *tamen veniemus*, „etiamſi paullulum quieſcentes dederimus operam cantilenae." Seru. 63. *nox pluuiam ne colligat ante*, ne cum veſpera nubes in pluuiam colligantur. 64. Preſſit et hic veſtigia

Digitized by Google

Cantantes vt eamus, ego hoc te faſce leuabo. 65
M. Deſine plura, puer; et, quod nunc inſtat, agamus.
Carmina tum melius, quum venerit ipſe, canemus.

ita Heinſ. cum bonis nonnullis, et ſic eruditius loquuntur. *laedet* vulgo fere. *laedit* Medic. cum nonnullis aliis: quod equidem praeferam. 65 *ego te hoc* Voſſian. *hoc* abeſt a Goth. ſec. 66 *et* deeſt Leid. ſec. *nunc quod nunc* Menag. primus; ſcilicet vt in Medic. cum errore ſcribentis omiſſum fuiſſet *et*, mox inter *puer* et *quod nunc* inſertum eſt *et nunc*. 67 *tum* Heinſ. e ſcriptis. *tunc* al. *cum venerit ipſe Menalcas* Goth. ſec.

Theocriti VII, 35. 36. 65. *hoc faſce*, haedorum, quos portat, onere. 66. *deſine plura*, dicere. 67. *ipſe*, Menalcas.

Digitized by Google

ECLOGA X

GALLVS*)

ARGVMENTVM

C. Cornelius Gallus, *de quo ſupra ad Ecl. VI, 72 vide, amicam Lycoridem habuit, quam etiam elegis celebravit, ſaepe a Propertio, Ouidio, Martiale, aliisque laudatis; Seruius adeo ad v. 1 huius eclogae et Donatus Vita §. 38 libros eius quatuor fuiſſe Amorum memorant, ſub Lycoridis nomine editos. cf. Pompon. Sab. Is a perfida amica deſertus, magno dolore oppreſſus, in hoc carmine tamquam paſtor aliquis in Arcadiae montibus ac ſiluis, ſub antro aliquo proiectus, amores ſuos deſlere fingitur. Obiurgat poeta Naidas, quod*

*) *Conqueſtio cum Gallo* in ſcriptis nonnullis. *Conqueſtio cum Gallo poeta de agris* Medic.; et ſic fere in ſex ſeptemue aliis; etiam Pompon. Sab.; quod non aſſequor, quorſum dictum ſit. *Poeta ad Gallum. De amore Galli conſolatio* Gudian. v. Burmann. ad h. l.

Digitized by Google

ſolae non adfuerint Gallo amoris curis confecto 8—12: *cum tamen amoris et miſerationis affectum teſtatae ei ſint ipſae inanimatae res, arbores et ſaxa,* 13—15; *tum greges cum paſtoribus* 16—20. *Miſerandi et conſolandi cauſſa acceſſere ipſi dii: Apollo* 21—23; *Silvanus* 24. 25; *Pan* 26—30. *Tum Gallus, in lamenta et queſtus erumpens, ſuam ſortem et infauſtum amorem conqueritur; malle ſe paſtoris vitam agere* 31—43. *Nunc in caſtris verſari amicam in Gallias profectam* 44—49. *Videtur tamen vel ſic ſibi repente in rus migraſſe et aliis curis amoris tormenta leuare* 50—61; *ſed amoris mox impatientia victus nulla inde ſolatia expectat* 62—69. *Praemittitur exordium poetae, cum epilogo, quo ſingularem Galli amorem teſtatum facit. Habet hoc carmen miram artem ac ſuauitatem; primum in eo, quod omnia, ad maiorem Galli dignitatem, non modo ad vitam paſtoritiam, ſed ad tempora heroica, in quibus permiſti mortalibus dii viuerent, relata et ex ſenſibus et opinionibus iſtorum ſaeculorum adumbrata ſunt; quare etiam ferre debemus, ſi quae paullo altiore ac grauiore ſpiritu hic dicta reperiamus; deinde vero quoniam impotentis et ſpreti amoris aeſtus ille ac furor, in omnes partes animum rapiens, ipſum legentis animum commouere videtur; quamquam hac in parte Theocriti veſtigiis inſtitit, Idyll. I, vnde, quae de Daphnide dicta erant, in Gallum transtulit, vt multa tantum latinis verbis reddiderit, in aliis autem cum eo certauerit; vniuerſe vero a ſimplicitate et venuſtate paſtoritii carminis et Theocritea ſuauitate in plerisque receſſerit.*

Iam de Lycoride *addunt Interpretes Seruio duce: fuiſſe eius verum nomen* Cytheridem, *et eſſe eam eamdem cum Antonii amica illa, mima, ex Ciceronis Philipp. II,* 24. 25, *ad Att. X,* 10 *et* 16, *ad Diu. IX,* 26. *cf. Plutarch. Vita Antonii p.* 74 *ed. Brian. Plin. VIII,* 16 *infami, cuius nomen verum fuit* Volumnia, *quo-*

Digitized by Google

niam Volumnii Eutrapeli liberta esset. Quod cum ferri possit: illud alterum, quod, de temporum ratione securi, contendunt ex Seruio ad v. 1, eam propterea Gallum destituisse, quod Antonium ad Gallias euntem sequuta esset, quo v. 22 sqq. 46 sqq. referunt, fidem non habet. Nam primum Antonius Cytheridem iam ante 709 dimiserat; adeoque ante id tempus, quo haec post reliquas omnes ecloga scribi potuit; ea enim de re iam Ciceronis Philipp. II, 28, §. 69 locus est. Decima autem haec ecloga ante 717 vix scripta est, vt paullo post videbimus. Deinde vero iis annis, quibus haec ecloga scripta esse potest, Antonius in Oriente, non in Gallia, fuit. Quae omnia docte demonstrauit Martin. ad v. 22. Neque ferri potest doctiss. Morgagni (Opusc. miscell. T. III, epist. Aemil. pr.) sententia, qui, cum Seruium amplecteretur, et Antonii in Gallias profectionem aliquam circumspiceret, illam arripuit, cum Quaesturam Romae petiisset, et inde ad Caesarem, qui tum in Galliis bellum gerebat, rediret, quae res ad annum 702 Pompeio Cos. sine Collega referenda esset; quod fieri non potest, si Ecloga haec vltimo loco scripta est, vt versus primus declarat. Fontaninus, vir longe doctissimus, in Hist. litt. Aquilei. p. 28 de fuga Antonii intelligit, cum ad Mutinam 711 victus in Galliam vlteriorem se reciperet, et M. Aemilium Lepidum sibi iungeret. Sed vt alia ne memorem, neque tum quidquam ad Rhenum gestum, quem memorat poeta v. 45. Enimuero non nisi anno 717 V. C. ineunte, M. Agrippa, L. Caninio Gallo Coss., ab Agrippa Cos. exercitus Romanus in Gallias ductus Rhenum transiit. v. Dio XLVIII, c. 49. conf. Martin. ad hanc Eclog. et Vita Virg. ad a. 717; cum quo exercitu Lycoris militem aliquem sequi potuit, dum interea Gallus sub Augusto ad Pompeianas classes ab Italiae littoribus arcendas in armis esset, aut in alia expeditione versaretur. Ita expedita est sententia versuum: Tu pro-

Digitized by Google

cul a patria — Alpinas ah dura niues et frigora Rheni Me ſine ſola vides. *De v.* 44 Nunc inſanus amor duri me Martis in armis Tela inter media atque aduerſos detinet hoſtes; *ad e. l. accuratius eſt disputatum. Ioſ. Scaliger hanc Eclogam Dorica dialecto verſam vulgauit.*

Extremum hunc, Arethuſa, mihi concede laborem.
Pauca meo Gallo, ſed, quae legat ipſa Lycoris,
Carmina ſunt dicenda: neget quis carmina Gallo?
Sic tibi, quum fluctus ſubterlabere Sicanos,
Doris amara ſuam non intermiſceat vndam.

1 *hunc* deerat Zulich. *cum* Medic. a m. pr. *hinc* Ven. 4 *ſubterlabare* vnus Moreti. *Interlabare* Parrhaſ. *ſubter labere* diuiſim Medic. *Sicanos*, nunc prima breui. v. ad Aen. I, 557. 5 *Doris amica* Zulich. *amata* ed. Dan. Heinſ., vitium ex edd. Pulmann. in multas propagatum.

1. *Arethuſam*, Nympham Siciliae, vt in carmine bucolico, pro Muſa, inuocat. cf. Eclog. VII, 21 *Nymphae Libethrides.* Quidni enim paſtor Siculus, vt Pana aliosque deos agreſtes, ita numina locorum, inuocet! nec propterea nymphae mutantur in Muſas. Sollenne autem Nymphas inuocari etiam extra bucolica; vt Coluthus carmen orditur Νύμφαι Τρωιάδες — 2. *ſed quae legat ipſa Lycoris* ſcil., vt et erubeſcat de leuitate ſua ac perfidia, et, tam bonum ac conſtantem amatorem indigne deſeruiſſe, vt poeniteat. 4. *fluctus ſubterlabere Sicanos*, maris Siculi, Ionii; vnde *Doris amara* pro aqua ſalſa ac marina. Videtur hoc primus aliquis ex Alexandrinis poetis nouaſſe, vt Nerei coniugem hanc et Nereidum matrem (Met. II, 268. 269) pro mari diceret. Nota eſt vel ex Moſchi fragm. VII de fonte hoc Siciliae et eius cum Alpheo, flumine Elidis, inter-

Digitized by Google

Incipe; ſollicitos Galli dicamus amores,
Dum tenera adtondent ſimae virgulta capellae.
Non canimus ſurdis: reſpondent omnia ſiluae.
Quae nemora, aut qui vos ſaltus habuere, puellae
Naides, indigno quum Gallus amore periret? 10
Nam neque Parnaſi vobis iuga, nam neque Pindi
Vlla moram fecere, neque Aonie Aganippe.

7 *tenera tondent* vnus Moreti. *adtondunt* alius. *Dum ſimae adtondent* Ven. 9 *qui nos* Ven. et v. 11 *nobis*. 10 *Naides* Heinſ. repoſuit cum Medic. et optimis; nam *Naiades* eſt quadriſyllabum. Ναΐς, Ναΐδες. At Νηϊάς, Νηϊάδες. Ita tamen iam correxerant Egnat. et Nauger. Ald. tert. et hinc deductis. *peribas* in Medic. a m. ſec. cum Gud., it. in Rom. Pierii. ex poetica ratione a vulgari recedente melius: ὄφρα Δάφνις ἐτάκετο quod Pierius comparat. 11 *Parnaſi* per ſimplex *s* Heinſ. cum optimis codd. ſcribit. cf. Pier. *nobis* Ven. 12 *Aonie Aganippe* Heinſ. repoſuerat; ita ad *iuga* erat referendum: atqui montem Aganippen nemo nouit;

curſu fabula, operoſe excuſſa a Cluuer. in Sic. ant. v. Ouid. Met. V, 513 ſqq. conf. Aen. III, 694, ornauit eam Statius Silu. I, 2, 203 ſq. Theb. I, 271. IV, 238, vtrobique noſtrum expreſſit. cf. D'Oruille Sicula I, pag. 198. Add. Avien. Deſcr. Orb. 1175 et Wernsd. 6. *ſollicitos amores*, qui animum ſollicitum reddunt, cruciant, πολυκηδῆς, πουλυμέριμνος. Theocrit. X, 20 ὦ Φρόντιστος Ἔρως. 8. *reſpondent*, reſonant, per echo. cf. *Pope Paſtor.* II, 13 ſqq.

9 ſqq. Solae Naides non adfuiſtis Gallo moerenti. Ex Theocrit. Idyll. I, 66 ſqq. *Pope* ibid. v. 23, *Milton* in Monodia, Lycida: *where were ye Nymphs* etc. 10. *indigno — amore*, quo dignus non erat; cum meliore Hamma, vt Horat. Od. I, 27, dignus eſſet tam obnoxius, tam conſtans amator, non vt a perfida et leui puella ſperneretur. Naides fontium et amnium deae ſunt, itaque Parnaſſus et Pindus reſpectu fontium memorantur; vt in Helicone *Aganippe* eſt. Ao-

Digitized by Google

Illum etiam lauri, etiam fleuere myricae;
Pinifer illum etiam ſola ſub rupe iacentem
Maenalus, et gelidi fleuerunt ſaxa Lycaei. 15

fontem Boeotiae nouimus omnes. Magna hic eſt lectionis varietas: videamus primo de editis. Legit igitur *Aoniae Aganippae* ed. Ald. pr. cum Iunt. 1520 et aliis hinc ductis, *Aonia Aganippe* ſec., *Aoniae Aganippes* autem tertia. Tum Manutius induxit *Aoniae Aganippe*, quod iam vett. edd. Mediol. Ven. et al. habebant; tandem vero Pulmann. Commelin. Steph. et hinc profectae *Aonia Aganippe* in vulgus propagarunt. Quod ad Codd. attinet, *Aoniae Aganippes* Heinſius (excepto tamen Mediceo) ſuos omnes habere teſtatur; *Aonie Aganippe* Reg. Voſſ. et Fr. Moret. *Aoniae Aganippe* Medic. cum Longob. Sic Aganippe Aoniae, h Boeotiae, fons dictus eſſet; parum poetice, arbitror. Omnino ex lubrica librorum in vocali ſimplici et duplici fide nihil decidi poteſt, nec magis ex Grammaticis; Grammatici veteres, Cariſius et Probus, cum aliis ap. Heinſ. *Aoniae Aganippes*, vel *Aoniae Aganippae* agnoſcunt. Si ad rationes criticas haec excutias, potior videri debet ea lectio, a qua reliquae aberraſſe videri poſſunt: ea autem eſt haud dubie Serviana: *Aonia Aganippe*. Caſus ſecundus *Aoniae* male fuit adſcitus, atque *Aganippes*, qui fons fuit, *iuga* hinc efficta. Reſtat nunc, vt aut *Aonie Aganippe* ſcribatur, aut *Aonia Aganippe*. Alteram hanc lectionem, quae Seruiana eſt, equidem antea praeferebam de cauſſis modo dictis, ſuauiorem quoque ad aures. Enimvero prior eſt prorſus ex graeco ducta et rationem habet vltimae productae Ἀονίη Ἀγανίππη. Sic et Silius *Ortygie Arethuſa* lib. XIV, 515 et ſic in multis. Receperat quoque Brunck. 13 *lauri, illum etiam fleuere myricae*, vt Longob. et pauci alii habent, ante Heinſ. vulgatae inde a Ge. Fabricio et Pulmanno; ſed ſuſtulit is verſus male intruſum fulcrum Medicei et optimorum librorum tum edd. ſuperiorum auctoritate. *laurus, etiam* Zulich. *lauri, nec non fl.* Parrhaſ. et ed. Ven. *lauri, illum fleuere* Rom. Pierii. 14 *tacentem* Barth. e tribus antiquis Aduerſ. XVIII, 16.

nas olim Boeotiam incoluiſſe obuia res eſt. 14. 15. Si montes Arcadiae, *Maenalus* et *Lycaeus* (τὸ Λύκαιον), Gallum deflerunt: neceſſe eſt, in Arcadia nunc ſingi Gallum ſola ſub rupe iacentem; Arcadiae etiam accommodata ſunt reliqua. Poeta autem putandus eſt fingere ſe Gallo adfuiſſe; vnde v. 26 ſe ipſum vidiſſe Pana ait.

Digitized by Google

Stant et oues circum; (noſtri nec poenitet illas;
Nec te poeniteat pecoris, diuine poeta:
Et formoſus oues ad flumina pauit Adonis.)

16 — 18 Tres hos verſus poſt verſum octauum Scaliger Poet. V, 5 retraxerat, atque ita Taubmann. exhibuit. Alia coniectura eſt Schützii excidiſſe poſt *Stant et oues circum* quaedam a grammatico aliquo male ſuppleta. Si omnino poeta vna cum his verſſ. etiam vpiliones et ſubulcos (apud Theocr. I, 80 ſunt βῶται, ποιμένες, αἰπόλοι) omiſiſſet, et poſt v. 15 ſtatim Apollinem, Siluanum et Panem, ſubiiciſſet, nihil vtique ſuauitati carminis detractum fuiſſet. Dedi trium verſuum interpretationem qualemcunque; eos tamen a loco hoc alienos eſſe bene ſentio; et pedibus in Scaligeri ſententiam concederem, niſi hoc vnum me retineret, quod verſus Theocriteos Maroni ante oculos fuiſſe video: Vbi Nymphae eratis, cum Daphnis (vt nunc Gallus) contabeſceret? Illum deflerunt ferae — tum 74 Πολλαί οἱ πὰρ ποσσὶ βόες, πολλοὶ δέ τε ταῦροι, Πολλαὶ δ' αὖ δαμάλαι καὶ πόρτιες ὠδύραντο. *veſtri nec* Parrhaſ. v. 18 conuenit cum Theocr. I, 109 ὠραῖός χ' ὧδωνις ἐπεὶ καὶ μᾶλα νομεύει. quod Eldik. ἐπ' ἄγνεσι, et ex verbis *ad flumina* in ἐπ' ἀκτᾷ mutabat Eichſtädt.

16. *noſtri nec poenitet illas.* Omnino hanc ſententiam afferre voluiſſe videtur: etiam ipſi ouium greges, paſcuorum immemores, tuum dolorem miſerari viſi ſunt; hoc ex Theocr. l. l. v. 74. 75, quod cum nude ponere poetam dedeceret, adiunxit alterum, quod commendati eo nomine greges eſſe, adeoque nec petitum ab iis carminis argumentum Gallo displicere debeat: vt ſup. Eclog. VI, 2 *noſtra nec erubuit ſiluas habitare Thalia.* Scilicet *noſtri nec poenitet illas* proprie eſt, vt Burm. iam docuit, contentae ſunt nobis paſtoribus; ſed cum vi dictum, pro: gaudent nobis; cantibus noſtris delectantur, et nunc etiam nobiscum lugere ſortem noſtram non dedignantur; nec tu itaque aut curam eorum te indignam iudica, nec in meo carmine ſub paſtoris perſona exhiberi dedignare. Etiam Adonis paſtoris munus ac nomen non detrectauit. conf. tamen Var. Lect. 18. Eſt haec de *Adonide paſtore* paullo reconditior fabula; ſed eſt a Theocr. I, 109.

Digitized by Google

Venit et vpilio; tardi venere bubulci;
Vuidus hiberna venit de glande Menalcas.
Omnes, vnde amor iſte, rogant, tibi? Venit Apollo:

19 *oppilio* alter Mentel. *appilio* Voſſ. *opilio* Longob. et Medic. Pierii cum aliis; f. ex οἰοπόλος nata vox, f. ex ouilio. *tarde* ed. Ven. *clari* Medic. a m. pr. *ſubulci* idem Medic. cum praeſtantioribus, Reg. Voſſ. al. Rom. Medic. Pierii, item Seruio; et ſequuntur id edd. Aldd. et earum propagines; tum Germanus, Manutius, alii. Sed tuentur viri docti *bubulci* ex vet. Grammaticor., Apuleii, Theocriti I, 80, aliisque auctoritatibus. vid. Heinſ. conſ. Cerda, Barth. l. l. Ex editis hoc iam exhibuere Egnat. Angelius in Flor. 1520, tum Steph. Pulmann. Elzeu. 20 *Vtuidus* ed. Ven. Guellius quosdam *Vuidus heſterna* legere narrat. *Vmidus* Rom. Pierii. 21 diſtinguunt alii: *omnes, vnde amor iſte, rogant,*

19. In repetito *venit* colorem orationis ſimilem Homericae Odyſſ. ϑ, 322 agnoſcebat Erneſii ad e. l. *Venit et vpilio.* Ad conſolandum Gallum acceſſere etiam paſtores; et primum quidem venere ouium cuſtodes, tum bubulci, *tardi* a lento et tardo ingreſſu boum, quos paſcunt. conf. Burm. 20. *Vuidus h.* Venit etiam ſubulcus Menalcas; de quo, id quod maxime in ſubulcum conueniret, addit hoc: eum modo de nocte in ſiluis glandibus ad paſtum gregis hibernum legendis vacaſſe. Hinc *vuidus* a rore matutino. *hiberna glande:* In hiemem a poetis Italis referri ſolet glandium colligendarum tempus. Georg. I, 305 genialis hiems: — *Sed tamen et quernas glandes tum ſtringere tempus.* Sic arbutorum Georg. II, 520, vbi de hieme agitur. Lucret. V, 938 *quae nunc hiberno tempore cernis Arbuta.* Hic vero Maronis ſagacitatem deſideres. Nam, ſi hiberno tempore Menalcas e ſiluis redux h. l. fuit, reliquorum, quae memorantur, ratio parum conſtat. Vt poetam ex his laqueis expedias, eſto glans in hibernum uſum parata; Etſi ſic iterum haerere poſſis in *florentibus* ferulis et liliis v. 25.

21. *vnde amor iſte,* h. a qua puella; quam puellam amas? τίνος ὦ γαθὲ τόσσον

Galle, quid insanis? inquit, tua cura Lycoris
Perque niues alium perque horrida castra secuta est.
Venit et agresti capitis Siluanus honore
Florentis ferulas et grandia lilia quassans.
Pan deus Arcadiae venit: quem vidimus ipsi
Sanguineis ebuli baccis minioque rubentem.

tibi venit? Apollo: Galle. alii: *rogant: Tibi venit Apollo.* Vtroque modo oratio exilis redditur. 23 *Perque niues Alpum* coni. Schottus Obs. II, 4, male. 24 *capiti* Menag. 25 *violas* pro *ferulas* Goth. sec., sed vid. Not. 26 *Arcadia* vet. Cod. Barthii in Aduers. XLI, 26, male. 27 *bacis* et hic multi. *nimioque* Medic.

ἔρασσαι; v. 78. 23. cf. v. 47 et Argument. 24. *agresti capitis Siluanus honore*, ornatus serto e ferulis et liliis. Ita scilicet et a poetis et in priscis monumentis Siluanus exhibetur, vt coronam ex frondibus arboreis, aut grandibus floribus et arundinibus gerat, manu (cf. Georg. I, 20) cupressum aut alium arboris truncum teneat. Sic corona pinea oneratur in noto marmore ap. Boissard. T. IV, p. 134, et Gruter. p. LXIII, quo tamen eodem habitu Pan interdum insignis est. Sic Lucret. IV, 591, quem expressisse h. l. noster videtur: *Pan Pinea semiferi capitis velamina quassans.* add. Ouid. Fast. I, 412. III, 84. Eximia cum venustate hoc idem transtulit Columella X, 43 *Satur Auctumnus, quassans sua tempora pomis*, et Hymenaeus *marcentes cupio quassare coronas* ap. Claudian. XXXI, 96. Ceterum in his versibus color ductus esse videtur ab Odyss. ω, 58 sqq. *Ferula* autem frutex, foliis foeniculo, specie et vsu arundinibus, quibus pro baculis vtimur, similis; Graecorum νάρθηξ. cf. Martin. Nihil autem noui, coronas ex arundinibus, frondibus arboreis, esse factas. Comparari quoque cum his possunt illa Moschi Idyll. XIV, 26 sqq.

27. *rubentem*, cf. sup. ad

Digitized by Google

Ecquis erit modus? inquit. Amor non talia curat.
Nec lacrimis crudelis Amor, nec gramina rivis,
Nec cytiſo ſaturantur apes, nec fronde capellae.
Triſtis at ille: Tamen cantabitis, Arcades, inquit,
Montibus haec veſtris; ſoli cantare periti
Arcades. O mihi tum quam molliter oſſa quieſcant,

28 *Ecquis* Heinſ. e Medic. et aliis. *Et quis* alii. *Amorum* cod. Barthii; quod non habet, cur vir doctus tantopere commendet. *nec talia* Parrhaſ. 29 *ripis* Medic. a m. pr. 30 *oues* Moret. et alius pro var. lect. 31 *at ille: Tamen;* ita cum Seruio Heinſ. Vulgo diſtinguunt: *Triſtis at ille tamen: C.*, minus venuſte, aiunt. At nec alterum ſatis venuſte. 32 *Montibus heu v.* Zulich. *noſtris* Ven. et vnus Moret. *olim; c. p.* coni Florens Chriſtianus. *parati* Menag., vt ſupra Ecl. VII, 5. 33 *O mihi quam tum* Fragm. Moret. *tum* eraſum in Voſſ. *nunc quam* Moreti quartus. *quieſcent* idem cum Leid. a m. ſec. ed. Ven. Mediol.

VI, 22. *Ebulum* noſtris *Attich*, herbae genus, baccas rubras, in ſimilitudinem ſambuci, *Hollunder*, producens. 29. *Nec lacrimis crudelis Amor.* Amor h. l. de deo accipiendum, ſi ſanam ſententiam conficere volumus. Amor χαιρέκακος non modo dolorem et cruciatum miſerorum amantium nil curat, ſed etiam ridet, ἄγρια παίσδει, vt Moſchus Idyll. I, 11, voluptatemque ex eo capit; nec lacrimis amantium crudelis eius animus vmquam ſatiatur atque expletur, aut ad miſerationem vertitur; cf. v. 60. 61; id quod deinde paſtoritia rerum aſſimulatione ornat.

31. *Tamen cantabitis A.*, etſi Amor talia nil curat, neque querelis quicquam praeſidii contra eius ſuperbiam ineſt, tamen ad leniendum dolorem meum ac leuandum faciet, ſi cantabitis

Digitized by Google

Veſtra meos olim ſi fiſtula dicat amores!
Atque vtinam ex vobis vnus, veſtrique fuiſſem
Aut cuſtos gregis, aut maturae vinitor vuae!
Certe, ſiue mihi Phyllis, ſiue eſſet Amyntas,
Seu quicumque furor, (quid tum, ſi fuſcus Amyntas?
Et nigrae violae ſunt, et vaccinia nigra)

et aliis apud Pierium, item Goth., quod Catroeus recepit; et habet vim ad noſtram loquendi rationem. *quieſcunt* Fragm. Moreti. 34 *Noſtra* pr. Moreti. *ſic fiſtula* Cod. Barthii. 39 *Et morae violae* mſ. Köler. barbara voce pro nigrae.

haec: ſ. quae ſequuntur, ſ. fortunam ſuam, amores ſuos, vt ſubiicit ipſe v. 34; erunt adeo inter argumenta paſtoritii carminis: Galli infelices amores.

35. Ductum ex Theocr. VII, 86. at ibi locum habet ſuum, cum de paſtore dudum vita functo agatur, quo ſuperſtite ipſe viuere vellet: *αἴθ' ἐπ' ἐμεῦ ζωοῖς ἐναρίθμιος ὤφελες ἦμεν· ὥς τοι ἐγὼν ἐνόμευον ἀν' ὥρεα τὰς καλὰς αἶγας, φωνᾶς αἰσαίων* — At h. l. confunduntur notiones vitae paſtoritiae et militaris: Gallus, quem adhuc videbamus paſtorem in Arcadia cubantem in antro et amores deflentem, repente in ſeqq. fit miles in aliqua expeditione verſans. Iudicio recto ac ſimplici vix haec ſe ſatis probare poſſunt; at condonanda ea ſunt Maroni et adoleſcenti et id agenti, vt viris potentibus placeret. 38. *Seu quicumque furor.* Quamcumque ſiue puellam ſiue puerum amarem, eum amplexibus tenerem ſub vite; nec in amorem perfidae Lycoridis incidiſſem. Characterem autem miſeri amantis hic expreſſum meminiſſe debemus, qui, cum ipſis querelis ſuis in imaginem rei gratae et animi affectum illudentis incidiſſet, in ea ſibi placet, ei inhaeret, eam proſequitur. Mox tamen v. 42 iterum ad Lycoridem redit.

39. conf. Ecl. II, 16. 19,

Digitized by Google

Mecum inter ſalices lenta ſub vite iaceret;
Serta mihi Phyllis legeret, cantaret Amyntas.
Hic gelidi fontes; hic mollia prata, Lycori;
Hic nemus; hic ipſo tecum conſumerer aeuo.
Nunc inſanus amor duri te Martis in armis
Tela inter media atque aduerſos detinet hoſtis.

40 *iaceres* Medic. et Gudian. a m. pr., male. An non requiras *lenta aut ſub vite?* Vix enim *ſalices et vites* eodem agro plantari ſolitae? Melius in loco Theocriteo, quem expreſſit, VII, 88. τὺ δ' ὑπὸ δρυσὶν ἢ ὑπὸ πεύκαις ἁδὺ μελισδόμενος κατακέκλισο, θεῖε Κομάτα. Io. Schrader. tentabat *inter calices.* 41 *Serta mihi legeret Phyllis* Goth. pr. et mſ. Lengn. 42 *Lycoris* Medic. 43 *conſumeret* Fragm. Moreti. 44 *diri* Leid. vnus. 45 Liceat hoc ſaltem loco emendationem ſine codice recipere; facilis enim litterulae iactura eſt, ne abſurda dixiſſe videatur Maro. Vt nunc conſtanter legitur: *Nunc inſanus amor duri* me *Martis in armis*

ex Theocr. X, 28, καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐντὶ ſq. ſed ibi venuſtius et opportuniore loco. 43. *aeuo*, ſenectute, v. Burm., quod Tibull. III, 3, 8 *inque tuo caderet noſtra ſenecta ſinu:* pro vulgari: tecum ſenectam conſumerem.

44. Ad Lycoridem haec ſpectant in caſtris cum amatore verſantem: *Amor te detinet.* Antea erat, *me.* Ita vero verſabatur eodem tempore Gallus in aliqua expeditione; niſi ſub Auguſto ad Pompeianas claſſes ab Italiae littoribus arcendas eum in armis fuiſſe dixeris. Atqui omnia haec aliena ſunt ab eo, qui in Arcadia inter paſtores deſidere fingitur v. 14. Seruius *me*, meum animum, interpretatur; mente et animo cum Lycoride eſſe. Videtur adeo mederi voluiſſe vitio, medela multo deteriore; cum verba tam parum eam admittant. Ad allegoricam vero rationem omnia haec transferre ſi velis, et verbis et naturae carminis et ſenſui animi veris et ſimplicibus inuſto id repugnare facile ſenties. vid. Var. Lect.

Digitized by Google

Tu procul a patria (nec ſit mihi credere tantum!)
Alpinas, ah dura, niues et frigora Rheni

detinet: verba ad Gallum ſpectant; vt oppoſitum ſit: *Tu procul;* de Lycoride. Gallus in armis detinetur, in militia verſatur, *inſano Martis amore* adductus: quod commode h. l. vix interpoſitum dixeris; tum vero poetam valde abſurda finxiſſe dicendum, ſi Gallus, qui nunc inter Arcadicos paſtores ſedere putandus eſt (v. 14 et Argum.), idem *in armis*, in caſtris, verſatur. Nec magis accommodatum eſſet, ſi *Martis in armis* eum *inſanus amor detinerat*. Senſiſſe videri debet difficultatem Heumannus, popularis noſter, cuius emendationem *duri* te *Martis in armis* re parum explorata aſpernabatur Burmann. Bene tamen illa ſe habet, vt ad Lycoridem hoc ſpectet, quae militem in Gallias profectum comitata erat. Nam, vt *Tu procul* oppoſitionem inferat, neceſſe non eſt; nec firmius alterum, quod Burm. vrgebat, Lycoridem dici non poſſe *in armis* eſſe. Immo vero amoris infamia detinet eam *duri Martis in armis*, in exercitu, in caſtris, vbi cum amatore verſatur, *inter media tela et hoſtes*. Quid? eodem modo Gallus pergit: *Tu, procul a p.* Haec eadem iunctim de ea pronuntiauerat v. 23 *Tua cura Lycoris Perque niues alium perque horrida caſtra ſequuta eſt*. Recte eadem emendatio vindicata eſt a Medebachio in Amoenit. litt. p. 17, et iam ante a Desfontaines (*Hiſt. de l' Acad. des Inſcr.* Tom. XXXIV, p. 156) nuncque iterum a Wakef. 46 *nec ſic* Medic. a m. pr. *ne ſit* Menag. pr. *quantum* Barthii liber; quod eſſet *procul quantum*, τηλόθεν ὅσον. cf. ad VI, 16. Varie vero haec diſtinguuntur et diſtingui poſſunt, vt aut iungatur: *procul tantum*, pro, tam procul, aut *vides tantum Alpes*, nil vides praeter Alpes, vt Burmann. accepit et diſtinxit, quem in priore edit. eram ſequutus. Friget tamen ſic τὸ *tantum*. Nam videbat plura alia praeter Alpes; aut: *nec ſit tantum mihi credere*, vt ſit, vti-

46. *nec ſit mihi credere*, h. vtinam liceat mihi non credere! εἴη μοι μὴ πείθεσθαι, ne cogar credere; de forma *ne ſit* v. ad Tibull. I, 6, 24. *tantum*, tantam, tam atrocem rem. conf. Var. Lect. Ceterum in Seruianis ad h. l. *Hi omnes verſus Galli ſunt, de ipſius translati carminibus.* Nec improbabile hoc fit, e Galli carmine Maronem nonnulla expreſſiſſe. Qui tamen aut quot verſus Gallo debeantur, nemo dixerit. Fontaninus

Digitized by Google

Me ſine ſola vides. Ah te ne frigora laedant!
Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas!
Ibo, et, Chalcidico quae ſunt mihi condita verſu
Carmina, paſtoris Siculi modulabor auena.
Certum eſt in ſiluis, inter ſpelaea ferarum
Malle pati tenerisque meos incidere amores

nam liceat tantum non credere, modo ne cogar credere; ſiue, ne in animum inducam, vt tantum cogitem; aut, *nec ſit mihi credere tantum*, h. tantam rem credere nec cogar. *μὴ γένοιτο πιστεύειν τοιοῦτό τι.* Tibull. III, 4, 82 *Ah ego ne poſſim tanta videre mala.* Hoc itaque, vt fas erat, nunc praetuli, praeeunte olim Heumanno. 49 *A mihi non t.* Alcuin. Grammat. 50 *Calchidico* Medic., ſed v. Heinſ. Eſt Χαλκίς. 51 *meditabor* duo vet. cum Goth. pr. et Longuich., *moderabor* Zulich. 53 *incedere* Gud.

hiſt. litt. Aquilei. pag. 35 nouem vsque ad vſ. 54 Galli eſſe contendebat.

50. *Chalcidico verſu* h. Euphorionis, ſiue latine reddito, ſiue imitatione expreſſo (hoc quidem Probus firmat: „Euphorion — cuius in ſcribendo colorem ſequutus videtur Gallus"), et quidem de Apolline Gryneo eiusque oraculo: v. ſup. VI, 72 et Exc. ad e. l. Reſpicit h. l. Quinct. X, 1, 56, qui, quod Chalcidico verſu conditorum carminum mentionem facit Maro, inde colligit, Euphorionem ei fuiſſe probatum. Iam ea carmina fiſtula canere inſtituit. Egregie autem miſere cruciati et in omnes partes raptu animi inconſtantia exprimitur. Nunc enim 52 in ſolitudinem ſeſe abdere conſtituit; mox venari, nunc omnia iſta aſpernatur. 53. *pati*, amores: l. durare et viuere. Sic *pati* abſolute poſitum. vid. ad Lucan. V, 313 *diſce ſine armis poſſe pati*, aliosque. 54. *creſcent illae: creſcetis amores!* hoc vero, ſi quid aliud, Virgiliana ele-

Arboribus: creſcent illae; creſcetis, amores.
Interea mixtis luſtrabo Maenala Nymphis;
Aut acres venabor apros; non me vlla vetabunt
Frigora Parthenios canibus circumdare ſaltus.
Iam mihi per rupes videor lucosque ſonantis
Ire; libet Partho torquere Cydonia cornu
Spicula: tamquam haec ſint noſtri medicina furoris,

54 *creſcunt illae* Parrhaſ. *creſcent illis* vnus Moreti. *illae creſcent, creſcetis* Rottend. *creſcente illa* Donat. ad Ter. Andr. III, 3. 55 *mixtus* ſeptem octoue apud Burmann., ſed *mixtis* exquiſitius. *luſtrabor* Moreti quartus. *lymphis* Medic. 56 *necabunt* Leid. pr. *negabunt* alius. 58 *per lucos videor rupesque* alter Rottend. 59 *Rhodonea* Medic. a m. pr., ſed emendatum. *Sidonia* Goth. ſec. *Cydonea* al. vid. Pier. et Burm.; vrbs Κυδωνία, οἱ Κύδωνες, Κυδώνιος. 60 *haec ſint* Heinſ. e Medic. et tribus aliis.

gantia dignum. Compara Ouid. Epiſt. V, 23. 24 *Et quantum trunci, tantum mea nomina creſcunt. Creſcite, et in titulos ſurgite recta meos!*

55. *mixtis — Nymphis* pro vulgari: permixtus Nymphis. cf. Bentl. ad Horat. Od. IV, 1, 22. *acres* autem proprie de apris; h. animoſi, iracundi, θυμώδεις, θερμοί. *Parthenium*, montem Arcadiae, bene memorat, nunc ipſe in Arcadia conſtitutus. Ante oculos hic locus erat Claudiano de R. Proſ. II, 148. 58. *lucosque ſonantis*, reſonantes ſiue a latratu canum ac clamore venantium, ſiue omnino, cum vento ſilua agitatur; hoc quidem cum ſermonis poetarumque vſu coniunctius. Sic ſup. VII, 1 *arguta ilex*, et *ſiluae ſonantes, luci ſonantes*, paſſim. *Cydonia ſpicula* a Cydonia, vrbe Cretae. cf. Aen. XII, 858. *Cnoſſia ſpicula* Aen. V, 306. *Lyctios arcus* Apollinis Callim. H. in Ap. 33 memorat. conf. Meurſ. Creta III, 12. 60. In medio verborum cur-

Digitized by Google

Aut deus ille malis hominum miteſcere diſcat.
Iam neque Hamadryades rurſum, nec carmina nobis
Ipſa placent; ipſae rurſum concedite ſiluae.
Non illum noſtri poſſunt mutare labores;
Nec, ſi frigoribus mediis Hebrumque bibamus,
Sithoniasque niues hiemis ſubeamus aquoſae,

haec ſit vulgo. *haec* a Voſſ. primo abeſt. *medicina laboris* Servius Danielis. 61 *miſereſcere* Moreti quartus. 62 *rurſum* Heinſ. e Medic. et Rottend. Vulgo *rurſus*. 64 *veſtri* nonnulli ap. Burm., et ſic Ald. tert. Flor. Angelii et al. *poſſunt noſtri* Goth. ſec. 66 *Scythoniasque* Aldd. et hinc profectae. *Sidonias* Voſſ. et Leid. vnus a m. ſec. *Sithonias* tamen iam Egnat., tum correxit Fabric. Steph. alii. Editum etiam *Sythonias*. Variatur in hac voce, vt in Βισσωνὶς et Βισσωνὶς, v. ad Cir. 165, ſic *Sithones*, media breui, et *Sithonius* apud Romanos poetas, vt aliquoties ap. Horat. I Carm. 18, 9. III, 26, 10. Ouid., vt in Faſt. *Sithonas et Scythicos triumphos*. Stat. Theb. III, 287 *Sithonia — ſub Arcto*: Ergo Σιθόνιος. Attamen Σιθονίη χώρη ap. Herod. VII, 122 et Steph. Byz.

ſu iterum amoris aeſtu victus damnat ſua vota miſer amator. 61. *miteſcere*, ad miſerationem flecti adeoque dolores miſeri amantis finire.

62—69. Iterum mentem ac conſilium mutat, nec curarum remedia a vita paſtoritia expectat; ne tum quidem, ſi in extremo ſeptentrione vel auſtro verſetur: haec ornault. 63. *concedite*, valete. 64. *labores*, ad venationem refer, quam incaſſum ſuſceptum a ſe irritum ait, cum amorem nil ſit quod animo eximere poſſit. 65. *Nec ſi f.* ex Theocr. VII, 112—114, et quidem admodum ingenioſe: cum ibi minae Pani fiant. cf. Horat. Od. I, 22 extr. *frigoribus mediis*, media hieme, χείματι μέσσῳ, Thraciam ſi adeam, cuius gens *Sithones*. Theocritus Edonos Ἠδωνοὺς dixerat VII, 112. *ſubeamus*, duremus frigus Thraciae. Burmannus de cadente in

Nec ſi, quum moriens alta liber aret in vlmo,
Aethiopum verſemus ouis ſub ſidere Cancri.
Omnia vincit Amor; et nos cedamus Amori.
Haec ſat erit, diuae, veſtrum cecinisse poetam,
Dum ſedet, et gracili fiſcellam texit hibiſco,
Pierides; vos haec facietis maxima Gallo:

At Σίδονες esse debuere Lycophroni v. 1357 Ῥίζαν γιγάντων Σιδόνων πεκτημένοις. Hoc enim metrum postulat, non Σιδώνων. Quod hiemem *aquosam* memorat, forte parum commode fit, vbi de *niue* agitur. Io. Schrader. tentabat *Haemi ſ. aquosi:* ingenioſe. *hyemi ſubeamus aquoſa* Barthii Codex pro *hyeme.* Burmann. tentabat *ſulcemus.* 67 *Ne ſi* fragm. Moreti. *commoriens* vnus Moreti et Gud. *conmoriens* Zulich. *libraret in vlmo* fragm. Moret. 68 *ſeruemus* Barthii ſiue liber ſiue emendatio, iam a Florente Chriſtiano facta. *opes* Moret. 69 Idem hemiſtichium Cir. 437. *vincet* Medic. *vicit* Rom. Pierii. *ſed nos* ed. Ven. 70 *Hoc ſat erit noſtrum* Ven. *Hoc* etiam Goth. ſec. et vnus Moreti. *veſtrum, Diuae* duo vel tres. 72 *facietis carmina* fragm. Moreti, illuſtrat Burm. e Petron. 39 et 48.

caput magna niuis vi et copia accipiebat. 68. *Aethiopum verſemus ouis,* pro inter Aethiopes, in Aethiopia. *verſare* h. l. agere, paſcere, ex πολεῖν, vnde αἰπόλος, οἰοπόλος etc. *liber* vero, pars corticis interior, omnino pro cortice atque arbore. 69. Nexus ſententiae eſt paullo durior: Nihil eſt, quod ab amoris curis ſoluat animum, vincit ille omnia remedia; ergo mihi ſuccumbendum eſt.

70. De ſe iam poeta loquitur, ad Muſas conuerſus; haec ſe luſiſſe paſtoritio carmine v. 71; petit vero ab iis, vt, quae ipſe minima in Galli honorem fecerit, ipſae faciant, vt pro maximis Gallo ſint, h. eam et gratiam et dignitatem habeant, quam carmina grauia, Gallo, cuius indies maiore amore teneatur. *Fiſcella* calathus in vſum cogendi lactis. cf. Tibull. II, 3, 15. De *hibiſco*

Digitized by Google

Gallo, cuius amor tantum mihi creſcit in horas,
Quantum vere nouo viridis ſe ſubiicit alnus.
Surgamus: ſolet eſſe grauis cantantibus vmbra;
Iuniperi grauis vmbra; nocent et frugibus vmbrae.

73 *mihi tantum* Parrhaſ. et Rottend. 74 *ſubicit* Medic. Parrhaſ. *ſubrigit* coni. Valeſ. in Valeſianis p. 182. 75—77 Hos tres verſus nouiſſimos, tamquam ſententia parum aptos et coniunctos, reprehendebat *Ill. Home (Lord Kaims Eſſay of Criticiſm* c. 1 extr.). Poterant vtique abeſſe; nec tamen dedecet carmen, quod ſunt adiecti, quandoquidem faciunt ad inſigendam animo altius cogitationem ac ſenſum, agi haec inter paſtores. Tum vero reſpondent haec v. 7 *Dum tenera attondent virgulta capellae.* 75 *cunctantibus* coni. Titii Locor. X, 7. probat Cerda et alii. *contantibus* Barthius e ſuo Cod. ſenſu eodem: vt morentur diutius quam expedit. Procliuior in hoc eſt Wakef. ad Lucret. VI, 783. 76 *frugibus herbae* Rottend. E nonnullis ap. Pierium hic verſus exciderat: et ratio ſubeſſe viſa eſt viris doctis, cur ſublatum mallent; nam ſententia a loco eſt aliena. Poeta ſub iunipero cur ſedebat, ſi vmbra grauis eſt! Saltem otioſa eſt exornatio ſententiae antecedentis verſus: quae tamen ferri poſſit.

v. ſup. II, 30. 74. *viridis ſe ſubiicit alnus*, tenera creſcit, conf. Georg. II, 19; eſt ab iis, quae ſe attollunt, ſurſum erigunt, emicant, ductum; haec enim *ſe ſubiicere* dicuntur, vt flamma Georg. IV, 385. Ab eadem re duxit imaginem famae Horat. Od. I, 12, 45 *Creſcit occulto velut arbor aeuo Fama Marcelli.*

75. *grauis — vmbra*, nociua; phyſicis de cauſſis, vt rheumatiſmos arceſſat nimio calore ſolutis membris. conf. Lucret. VI, 783 ſqq. *Iuniperi* vero moleſtiae exhalationes, inprimis ſub noctem. Inde ap. Apollon. IV, 156 ramus, quo medicamenta ſua ſoporifera draconis oculis inſpergit Medea, iuniperi eſt. 76. *nocent et*

Digitized by Google

Ite domum ſaturae, venit Heſperus, ite, capellae.

P. VIRGILII MARONIS BVCOLICON
LIBER EXPLICITVS.

frugibus vmbrae. cf. Ge. I, 121. 156. 157. 77. *venit Heſperus*, in conſpectum venit, oritur, ſole occidente, conf. ad Ecl. VIII, 30, vt Hor. Carm. II, 9, 11 *Vespero ſurgente*, et minus definite *ſurgentibus aſtris* noſter Ge. I, 440. *venti*: ſic εἶσιν ap. Hom. Iliad. χ, 27 Ἀστέρα — ὅς ῥά τ' ὀπώρης εἶσιν.



EXCVRSVS I

Ecloga IV graece verſa in Orat. Conſtantini M.

Eclogam hanc graece redditam, et eo conſilio appoſitam, vt aduentum Meſſiae in ea praedictum eſſe manifeſtum fieret, magna ex parte extare apud Euſebium in Orat. Conſtantini M. ad Sanctorum coetum iam in argumento praefati ſumus. Repetitum illud carmen et adiectum edd. Ge. Fabricii Chemnic. Rob. Stephani, aliisque; ſigillatim excuſum a Fed. Morellio 1583, et poſt alios a Maittaire in Miſcellan. Carminib. pag. 139. Inſeruit quoque cum interpretatione, ſed nulla criſi adhibita, Boecler. Diſ. acad. Tom. II, n. XI, pag. 387 ſq. Non alienum erit a ſtudiis eorum, quibus haec editio parata eſt, ſi ſubiecero Graeca ad meum ſenſum emendata: notato verſuum Virgilianorum numero, cui illa reſpondent:

Digitized by Google

1 Σικελίδες Μοῦσαι, μεγάλην Φάτιν ὑμνήσωμεν.

4 Ἦλυθε Κυμαίου μαντεύματος εἰς τέλος ὀμφή.
5 Οὗτος ἄρ' αἰώνων ἱερὸς στίχος ὄρνυται ἡμῖν.
6 Ἥκει παρθένος αὖτις ἄγουσ' ἐρατὸν βασιλῆα.
7 Ἐνθεν ἔπειτα νέων πληθὺς ἀνδρῶν ἐφαάνθη.
8 Τὸν δὲ νεωστὶ πάϊν τεχθέντα, Φαεσφόρε Μήνη,
9 Ἀντὶ σιδηρείης χρυσῆν γενεὴν ὀπάσαντα,
10 Προσκύνει . . . .

13 Τοῦδε γὰρ ἄρχοντος, τὰ μὲν ἕλκεα πάντα βρότεια
14 Ἀλγεά τε στοναχαί τε κατευνάζονται ἀλιτρῶν.
15 Λήψεται ἀθάρτοιο θεοῦ βίοτον, καὶ ἀθρήσει
16 Ἥρωας σὺν ἐκείνῳ ἀολλέας, ἠδὲ καὶ αὐτὸς
Πατρίδι καὶ μακάρεσσιν ἐελδομένοισι φανεῖται,
17 Πατροδότοις ἀρετῇσι κυβερνῶν ἡνία κόσμου.
18 Σοὶ δ' ἄρα, παῖ, πρώτιστα φύει δωρήματα γαῖα,
19. 20 Βάκχαριν ἠδὲ κύπειρον, ὁμοῦ κολοκάσσι' ἀκάνθῳ.
21 Σοὶ δ' ἄρα, παῖ, χίμαροι μαστοὺς καταβεβριθυῖαι
Αὐτόματοι γλυκύ μᾶμα συνεκτελέουσι γάλακτος.
22 Οὐδὲ θέμις ταρβεῖν βλοσυροὺς ἀγέλῃσι λέοντας.
23 Φύσει δ' εὐώδη τὰ σπάργανα ἄνθεα. αὐτὴ

5 Οὗτος ἄρ'. leg. Αὖτις ἄρ'.

13 τὰ μὲν ἕλκεα· ita duo codd. ap. Valeſ. Vulgo: μυρσινίδα πάντα βρ., quod ſane ad ſenſum redigi poteſt: omnia mortalia ex animi voluntate. Si futurum praeferas, erit κατευνάσουσι.

19 Βάκχαριν. Vulgo: κριθὴν ἠδὲ κύπειρον, perperam; κισσοὺς erat emendatio Morelli ex Latino facta. Maittair. coni. Βάκχαριν ἢ κισσοὺς καὶ ὁμοῦ; modo non a litterarum ductu nimium recederet. Si tamen κύπειρος Cyperum eſculentum Linn. eſt, non ingrati graminis genus, potuit cum baccari iungi.

21 Legebatur ὦ παῖ, θαλεροὶ μαστοὶ καταβεβριθυῖαι. In Virgilio eſt: *Ipſae lacte domum referent diſtenta capellae Vbera.* Valeſ. coni. αἶγες.

23 Edebatur ἄνθεα αὐτά. In Cod. apud Valeſ. erat ἄσετ' ἐνιπὴν et ἄσετ' ἐνιπήν; quod non aſſequor. Poterat ἐνιπὴν cum ſeqq. iungi: ἐνιπὴν Ὤλεσεν ἰοβ. Φύσις ἐρπετοῦ. Sed in ἄσετ' quid lateat non video. Suſpicor ἐνιπὴν eſſe factum ex fine verſus ſequ. ποίη,

Digitized by Google

24 Ὄλλυτο ἰοβόλου Φύσις ἑρπετοῦ· ὄλλυτο πολὴ
25 Λοίγιος· Ἀσσύριον θάλλει κατὰ τέμπε' ἄμωμον.
26 Αὐτίκα δ' ἡρώων ἀρετὰς πατρός τε μεγίστου
27 Ἔργ' ὑπερηνορίῃσι κεκασμένα πάντα μαθήσῃ·
28 Πρῶτα μὲν ἀνθερίκων ξανθῶν ἤχθοντο ἀλωαί,
29 Ἐν δ' ἐρυθροῖσι βάτοισι παρήορος ἤλδανε βότρυς,
30 Σκληρῶν δὲ πεύκης λαγόνων μέλιτος ῥέε νᾶμα.
31 Παῦρα δ' ὅμως ἴχνη προτέρας περιλείπεται ἄτης·
32 Πόντον ἐταῖξαι, περί τ' ἄστεα τείχεσι κλεῖσαι,
33 Ῥῆξαί τ' εἰλιτόδων ἑλκύσμασι τέλσον ἀρούρης.
34 Ἄλλος ἔπειτ' ἔσται Τίφυς καὶ Θεσσαλὶς Ἀργὼ
35 Ἀνδράσιν ἡρώεσσιν ἀγαλλομένη· πολέμου δὲ
36 Τρώων καὶ Δαναῶν πειρήσεται αὖθις Ἀχιλλεύς.
37 Ἀλλ' ὅτ' ἂν ἠνορέης ὥρη καὶ καρπὸς ἵκηται,
38 Οὐχ ὁσίη ναύτῃσιν ἁλιτρύτοις ἀλάλησθαι,
39 Φυομένων ἄμυδις γαίης ἄπο πίονι μέτρῳ·
40 41 Ἀγρὸς δ' ἄσπαρτος καὶ ἀνήροτος· οὐδὲ μὲν ἀμὴν
Ὀτραλέου δρεπάνοιο ποθησέμεν ἄμπελον οἶμαι·

quod vbique corruptum πίσσης, ποίσσης, ποιήσεως.

24 ὄλλυται vulgo altero loco cum vitio verſus. Malim ὄλετο.

25 κατὰ τέμπε' editum a Valeſ. Vulgo: κατὰ πάμπαν. Ex iis, quae Conſtantinus interpretationis cauſſa adiecit, putes eum legiſſe: Οἴχεται Ἀσσύριον, θάλλει κατὰ τέμπε' ἄμωμον· perperam acceptis Maronis verbis.

28 ἤχθοντο. Grauatae ſunt areae, βεβρίθασι, ſpicis. Vulgo ἤγοντο ſine ſenſu. Etſi hoc ipſum Conſtantinus interpretatur τουτέστιν ὁ καρπὸς τοῦ θείου νόμου ἤγετο εἰς χρείαν.

33 Corrupte alii Πῆξαι.

37 καρπὸς· Maitt. coni. κάρτος. Alterum tamen cum ὥρα bene conuenit.

38 Vulgo Οὐχ ὅσιοι αὐτοῖσιν ἁλιτροτάτοισιν .... Ex Marone *Cedet et ipſe mari vector, nec nautica pinus Mutabit merces* in promtu eſt in αὐτοῖσι latere ναύτῃσι et in ἁλιτρ. latere ἁλιτρ. Vidit iam Maitt. ἁλιτρύτοις *nauigatione conſectis* legendum eſſe. In fine verſus deficit vox, quae *nauigationem* declarat. Valeſ. ἀλᾶσθαι poſuerat. Mox φυομένων ἄμυδις, h. ἅμα, non diſperſim, ſed promiſcue vbique.

40. 41 Ἀγρὸς δ' ſc. ἔσται. Editum erat vulgo αὐτὸς, quod Valeſ. emendabat αὐτὴ δ'. ἀμὴν. al. ἀμὴ· cum ἀμὴ δρεπάνου h. l. ſit, parum id commodum, niſi ſit ἀμὴ pro frondatione dicta.

Digitized by Google

42 Οὐδ' ἐρίων δεῦοιτο βροτὸς πόκον· αὐτόματος δὲ
43. 44 Ἀρνειὸς Τυρίοισι παρατρέψει λιβάδεσσι·
45 Σάνδυκι πορφυρέῳ λάχνην ὑπόεσσαν ἀμείβων.

48 Ἀλλ' ἄγε τιμῆεν σκῆπτρον βασιληΐδος ἀρχῆς
49 Δεξιτερῆς ἀπὸ πατρὸς ἐριβρεμέταο δέδεξο.
50 Κόσμευ κητώεντος ὅρα εὔπηκτα θέμεθλα,
51 Χαρμοσύνην γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἠδὲ θαλάσσης,
52 Γηθόσυνόν τ' Αἰῶνος ἀπειρεσίου λάσιον κῆρ.
53 Εἴθε μὲ γηραλέον ζωντά τ' ἔχε νήδυμος ἰσχύς
54 Σὴν ἀρετὴν κελαδεῖν, ἐφ' ὅσον δύναμίς γε παρείη·
55 Οὐκ ἄν με πλήξειεν ὁ Θρᾳκῶν δῖος ἀοιδὸς,
56. 58 Οὐ Λίνος, οὐ Πὰν αὐτὸς, ὃν Ἀρκαδίη τέκετο χθών·
59 Ἀλλ' αὐδ' αὐτὸς ὁ Πὰν ἀνθέξεται εἵνεκα νίκης.
60 Ἄρχεο μειδιόωσαν ὀρῶν τὴν μητέρα κεδνὴν
61 Γνωριζειν· ἡ γάρ σε φέρεν πολλοὺς λυκάβαντας·
62 Σοὶ δὲ γονεῖς οὐ πάμπαν ἐφημέριοι ἐγέλασσαν·
63 Οὐδ' ἤψω λεχέων, οὐδ' ἔγνως δαῖτα θάλειαν.

42 Non neceſſe, vt homo tingat lanam; aries ipſe mutabit eam purpura: παρατρέψει ſc. πόκον.

43. 44 Valeſ. malit πάρα πρέψει· ſed quid πάρα ſit, non aſſequor.

50 ὅρα. Vulgo ὀρᾷν, quod Homericum eſſet; ſed in tali carmine vix frequentatum.

52 Αἰὼν in perſonam abiit. Miras in his verſſ. turbas facit Valeſ.

55 πλήξειεν. πλήσσειν percutere ſeu in luctu ſeu vulnere pro νικᾷν· niſi corruptus et mancus locus eſt.

60 μειδιόωσαν ὀρῶν. Turbatum et hic erat in Graecis, vt ab interpretibus in Latinis: Ἄρχεο μειδιόων ὀνοφῶν· in codd. μειδιῶν ὡς ἂν ὀρῶν. Verum vidit iam Valeſ.

62 Interpolatum hoc in Graecis, vt ſenſus ſit: At tibi non mortales parentes fuerunt.

Digitized by Google

EXCVRSVS II

De Varo.

Ecl. VI, 6. 7 *namque ſuper tibi erunt qui dicere laudes, Vare, tuas cupiant, et triſtia condere bella.* 10 *te noſtrae, Vare, myricae, Te nemus omne canet; nec Phoebo gratior vlla eſt, Quam ſibi quae Vari praeſcripſit pagina nomen.* Ecl. IX, 27 *Vare, tuum nomen — Cantantes ſublime ferent ad ſidera cycni.* Quae ex his de Varo, cui Ecloga inſcripta eſt, ſi modo in vtraque Ecloga de eodem Varo agitur, colligi poſſunt, haec ſunt: fuiſſe hominem Maroni amiciſſimum; Muſis gratum et iucundum nomen; eum rebus bellicis clarum fuiſſe *(et triſtia condere bella)*, promitti ei nominis immortalitatem; fuiſſe quoque aliquam eius gratiam ac meritum apud Mantuanos, in vindicandis iis a veteranorum iniuriis. Nec tamen illa ſufficiunt ad declarandum, quisnam ille Varus fuerit; cum tot gentium, vt Quinctiliae, Pompeiae, Atiae, Liciniae, cognomen illud fuerit, nec alia in ſcriptoribus Vari huius memoria ſatis liquido prodita ſit. Grammatici vero multo magis turbant disputationem, cum non modo plures Varos confundant, verum et *Varium* cum *Varo* miſceant. Franc. Ariſius in Cremona litterata T. I, p. 27 ſq., a quo haec ſeverius tractata expectabam, et ipſe diuerſos homines miſcuit; reprehenſus iam hoc nomine a populari (in *Giornale de' Letterati d' Italia* To. X, p. 264 ſqq.). Dignum tamen nomen hominis a Marone tam ſtudioſe celebrati, vt paucis de eo agatur. Neſcio enim, quomodo accidit, vt iſtis aetatibus, quibus magna rerum inuerſio facta eſt, magnique viri, et rebus geſtis et ingenio clari, floruere, nullum nomen ſit, quod non animum impellat et ſtudium noſtrum in ſe conuertat. Tum vero, ſi magni viri ſtudio ſemel tenemur, etiam amicos eius cognoſcere auide cupimus.

Secernamus primo Varos, quos temere huc vocarunt Grammatici. *P. Quinctilium Varum* V. C. 761 in Ger-

Digitized by Google

mania caeſum iam ipſa temporum ratio excludit; ſi quidem florente aetate Virgilius hoc carmen ſcripſit. Eadem de cauſſa locum nec habet *P. Alfenus* (ſcribitur et *Alphenus* et *Alfinius*) *Varus*, Coſ. 754, nobilis ICtus, ad quem male retulere Horatii locum Sat. I, 3, 130.

Alium *Alfenum Varum* ab Auguſto Transpadanae prouinciae et agris diuidundis praefectum, ne Virgilio ager eriperetur, curaſſe, memorant Seruiana ad Ecl. VI, 6 et in Pſeudodonato ſ. 30. Hunc eſſe de quo Virgilius hac Ecl. VI. tam magnifice loquitur, probabile fieret: ſi modo de hominis rebus bello geſtis aliquid conſtaret, quae tantae eſſent, vt carmini epico materiem idoneam praeberent.

Quinctilium, acutum et ſeuerum illum criticum ap. Horat. Art. 438, de cuius morte ſolatur Virgilium ſuum Horatius I Carm. 24, et quem Hieronymus Chron. Euſeb. Cremonenſem appellat, enotato eius anno emortuali ad Olymp. 189, 1 (V. C. 730, ante C. N. 24), nulla idonea auctoritate *Vari* cognomine appellant Grammatici, Seruius ad Ecl. V, 20, et Schol. Horat. cf. Ruaeus ad Ecl. VI, 7.

Q. Atium Varum ex Caeſaris Comment. de B. G. VIII, 28. B. Ciu. III, 37 huc vocat Martin. nominis ſimilitudine inductus. Q. VAR. occurrit in Sarda Dactylioth. Lipp. Tom. II, 2, 219.

L. Varus, Epicureus, Caeſaris amicus, memoratur ap. Quinctil. I. Or. VI, 3, 78. Nullam hic lectionis varietatem notatam video; vt nec in altero loco X, 3, 8. *Virgilium pauciſſimos die compoſuiſſe verſus auctor eſt Varus.*

Indubitatum quoque *Vari* nomen eſt ap. Horat. I, 18 Carm. *Nullam, Vare, ſacra.* Et Epod. V, 73, vbi Canidia in eum, tamquam inconſtantem amatorem, ſaeuit.

Nihil in his eſt, quo manifeſtum fiat, an de eodem Varo agatur. Qui Horatii amicus fuit, potuit et Virgilii eſſe; Potuit idem Caeſaris amicus eſſe. Pro eodem itaque cum L. Varo Epicureo habuerunt eum viri docti, in his Maſſon. Vit. Horat. p. 222. Eidem adeo et haec Ecloga VI inſcripta videri poteſt: ſi verum eſt, quod Seruii ad v. 31, Phocae in Vita Virg. v. 63, Donati in V. V. ſ. 79 fide traditur, in

Digitized by Google

v. 31 ſqq. Epicureum dogma proponi; ſi porro Syronis, philoſophi Epicurei e Cicerone noti, vna cum Varo auditor fuit Virgilius. Sunt tamen haec omnia tam parum firmatae fidei, vt nihil illis equidem confidam. Contra grauem dubitationem mouet aduerſus hanc Maſſoni opinionem hoc, quod Varus Virgilii noſtri bello clarus fuit: nam Ecl. VI, 7 *erunt, qui dicere laudes, Vare, tuas cupiant et triſtia condere bella:* id quod in Epicureum illum philoſophum non cadit.

In loco Ecl. IX, 35 vulgo legebatur: *Nam neque adhuc* Varo *videor nec dicere Cinna Digna, ſed argutos inter ſtrepere anſer olores.* Si hoc recte ſe haberet: recte inferres: Varum aut poetam aut carminum iudicem bonum fuiſſe; prius illud verius; nam Cinna notus ſatis poeta fuit, non criticus; ita vero de Varo, poeta multo maior dubitatio ſuboriretur. Enimuero multo probabilius ſit, *Vario* legendum et de *L. Vario* tragico locum accipiendum eſſe, de quo v. ad Donat. Vit. Virg. ſ. 30 et 53. atque ſecundum haec *Vario* repoſui.

Apud Seruium ad Ecl. IX, 35 legitur: „Nam Varus victor et dux fuit, cui ſupra blanditur" vnde colligit doctiſſ. Ruhnken. ad Vellei. p. 364, Varum eum fuiſſe, non Varium, quem Acron narrat ad Caſſium Parmenſem occidendum ab Auguſto miſſum. Verum et illud Scholion Acronis et hoc Seruii tam contaminatum eſt Grammaticorum ineptiis, vt vix quicquam inde conficias. In Seruianis, quisquis illud appoſuit, quod paullo ante adſcripſi, indocte expreſſit Horatianum: *Scriberis Vario fortis et hoſtium victor.*

Reſtat pro Varo poeta qui memorari poſſit locus Ouidii ex Ponto IV, 16, 31 *Cum Varus Graechusque darent fera dicta tyrannis.* Duo tragoediarum auctores memorari manifeſtum eſt. Gracchum Tragicum illuſtrat Heinſ. ad e. l. Cum Varii Thyeſtes tam nobile opus fuerit; Vari autem aliunde nulla proſtet memoria; equidem non dubito in Naſone quoque *Varium* ſubſtituere: etſi is paullo maior natu eſſe debuit Naſone puero.

Digitized by Google

EXCVRSVS II*

De Sileno a Satyris et Nymphis vincto.

Ecl. VI, 13. *Chromis et Mnaſylos in antro Silenum pueri ſomno videre iacentem — Adgreſſi, nam ſaepe ſenex ſpe carminis ambo Luſerat, iniiciunt ipſis ex vincula ſertis. Addit ſe ſociam, timidisque ſuperuenit Aegle, Aegle Naiadum pulcerrima.*

Cum motus mentis magnis ſenſibus contactae et phantasmata animi concitati ab aetatum priſcarum hominibus nec discerni ſatis inter ſe nec ad cauſſas ſuas poſſent reuocari, adeoque nec re nec nomine notari: ad furores illi diuinitus mentibus immiſſos reuocati ſunt, modo religioſos modo fatidicos; fidem faciebant opinioni calores animorum et furores in orgiis Bacchicis et Phrygiis per choros ad numeros concitatos tympanorum et tibiarum moueri ſoliti: de quibus ad locum Strabonis lib. X. disputatum eſt alio loco (Commentat. Societ. Reg. Sc. Gotting. Vol. VIII.) Iam haec eadem translata eſſe ad vates, et inde ad poetas, vt et ipſi deo incaleſcere, furere, μαίνεσθαι putarentur, nota res eſt.

Inter deos, qui vatibus et poetis furores iniicerent, Apollo et Muſae mox et Nymphae et alii dii, habiti ſunt, tum et *Bacchus*, qui et in Apollinis et Muſarum conſortium eo nomine venit. Non mirum itaque ſi, cum ille ſuos comites et θιασώτας, inprimis Bacchas, Maenades inde dictas, furore impleret, Silenum ita ἔνθεον ab eo redditum eſſe μυθικῶς narrarunt poetae, vt et vaticinaretur, vtilia moneret, tandem et vatum more caneret; itaque eo deuentum eſt, vt Sileno tribuerentur carmina, tandem disputationes, de rebus phyſicis ac diuinis: eo modo, qui expoſitus eſt a me in argumento huius Eclogae.

Cum ſemel ea, quae de vate vaticinante narrari ſolebant, tranſferri coepiſſent ad poetas: Sileno a Virgilio tribuitur hoc quoque, quod vaticinantium erat proprium, vt non niſi inuiti et reluctantes deum reciperent; nam Silenus

Digitized by Google

ad carmina ſua recitanda non niſi inuitus accedit; itaque vi cogunt eum Satyri, vt alibi videmus Proteum aut Pythiam ad vaticinandum vi admota cogi: qua de re v. dicta ad vſ. 28.

Adſcripſi haec in breue collecta in eorum gratiam, quibus haec ſcripta ſunt. Poeta hoc ipſum in lepidum mythum mutauit, cum narret Satyros duo, qui dudum carmina flagitauerant a Sileno, vi tandem adigere eum voluiſſe vt caneret, adiutrice Nympha. Verſa tamen res in luſum, cum et corollis ſenem vincirent, et Nympha procaciter eius frontem rubro pingeret.

Inter argumenta operum antiquorum nullum eſt copioſius et locupletius Bacchicis orgiis et luſibus. Satyri itaque ludentes, Silenus temulentus et Bacchae, h. e. Nymphae cum Baccho bacchantes ſunt inter ea, in quibus artifices ingenia exercuerunt vel maxime. Sunt quoque in his quae cum noſtro carmine comparari poſſint. Silenus recubans in pelle ſubſtrata, vtre vini pleno nixus, altera manu cantharum inuerſum tenens (qui tamen artifici recentiori vitiatum marmor reficienti deberi videtur) in villa Ludouiſia viſitur Romae, caelo paſſim expreſſus.

Eſt Silenus ad arborem reuinctus, Satyro ac Nympha exorantium ſpecie adſtantibus, in gemma *Lipperti Dactyl. Mill.* I, 1, 183. Sunt alia apud *Taſſie.* Inuentum eſt nuper in finibus Neapolitanis anaglyphum, Silenum in antro ſedentem cum Nympha frondem ſeu ſurculum oſtentante, exhibens, Satyris duobus auſcultantium ſimilibus; pone antrum Sileni aſellus cum duobus Satyris ſaltantibus. Id anaglyphum e noſtro poeta adumbratum eſſe cenſuit Xaver. Mattei in diſſ. 1759 edita. Repetitum anaglyphum parum ſcite et affabre factum et aere ſculptum in edit. Virgilii Ambrogiana. Similis fere argumenti aliud eſt anaglyphum, quod ad *ἀσκολιασμὸν* refert Vir doctus in *Diſſ. Acad. Cortonenſis* To. I. diſſ. VIII. aliud vero manifeſte expreſſum e Virgilio marmor XVI figuris, inter quas Aegle pingens Sileni faciem, viſitur in Villa Pembrok. Wilton. Etſi nondum ſatis confido antiquitati horum monimentorum; vix enim artifices graeci Virgilium edidicerunt.

Digitized by Google

EXCVRSVS III

De C. Cornelio Gallo ſimulque de Euphorionis Chiliaſi.

Ecl. VI, 64—73 *Tum canit errantem Permeſſi ad flumina Gallum* etc., et Ecl. X, 2 *Pauca meo Gallo, ſed quae legat ipſa Lycoris, Carmina ſunt dicenda.*

Eſt Gallus inter eos homines, qui aliorum potius laude, quam ſua virtute, nomen ad poſteritatem propagatum habent. Iterum noſtra aetate multis de eo egere viri docti per Italiam, dum de eius patria decertarent, aliis eum Forojulienſem, aliis Foroliuienſem fuiſſe aſſerentibus. Priores partes tuetur doctiſſ. Fontanini in Hiſt. litt. Aquilei. I, 1, quem fere transſcripſit Io. Joſ. Liruti (in *Notizie delle Vite ed opere ſcritte da' Letterati del Friuli* Tom. I pr.). At pro Foroliuienſibus, poſt Peregrinum Maſerium, Sigism. Marcheſium in Supplem. Hiſt. Foroliu. lib. I, p. 34, et Ge. Viuianum Marcheſium in Vitis illuſtr. Foroliu. lib. II, cap. 5, p. 227 ſqq., denuo pugnauit eruditiſſ. Morgagnus in Opuſc. Miſcell. P. III Ep. 1 et 10. Add. Burm. ad Anthol. Lat. To. I, p. 353. Adeo et huius hominis exemplo propoſito contemnere aliquis diſcat nominis famam et immortalitatem: in qua et ipſa caſus et fortuna regnat.

Contigit tamen inter haec, vt multa, quae ad Galli res ſpectant, accuratius conſtituerentur. Contra vero nec minus alia virorum doctorum argutiis fuere impedita et obſcurata, etiam in iis, quae ad Virgilium ſpectant. De amica *Lycoride* disputatum eſt in Argum. Ecl. X. Ingenium Galli et facultatem poeticam pauca teſtantur fragmenta, quae ſuperſunt; adſtruunt autem eam veterum praeconia, inque his Virgilii. Verum hic non tam ab Elegorum felicitate eum celebrat, quam ab alterius generis carmine: altero

Digitized by Google

loco VI, 72 *Grynei nemoris originem* argumentum illius constituisse innuit: nam, cum Gallum summo honore a Musis acceptum narrasset Maro, Linum ait ei fistulam Hesiodi praebuisse, verbis adiectis: *His* (calamis) *tibi Grynei nemoris dicatur origo: Ne quis sit lucus, quo se plus iactet Apollo.* Altero loco Ecl. X, 50. 51 Gallus loquitur: *Ibo*, ait, *et Chalcidico quae sunt mihi condita versu Carmina, pastoris Siculi modulabor auena.* Gallus adeo *versu Chalcidico carmina condiderat.* Euphorionis carmina respici, qui Chalcidensis ex Euboea fuit, satis conuenit; eiusque necesse est aut transtulisse carmen aliquod in Romanum sermonem Gallum, aut liberiore calamo expressisse. Procliue est ad coniectandum, carmen de Apolline Gryneo eiusque oraculo fuisse illud ipsum carmen. Hactenus consentanea sunt, quae apposui. Similia illis habet Seruius ad Eclog. VI, 72 et X, 50.

Enimuero viri docti suspicione et opinatione adiecere alia; ex VI, 69. 70. vbi *calamos ei dant Musae, quos ante dederant Ascraeo seni:* ergo Opus aliquod Euphorionis, quod Hesiodei carminis genere scriptum erat, respici. Iam Euphorion Varroni et Columellae inter scriptores rei rusticae numeratur; ideo carmen illud nomine *Hesiodi* inscriptum fuisse visum est; et est ap. Suidam inter Euphorionis scripta Ἡσίοδος. Georgica fuisse illud censent. Verum cum argumento hoc parum conveniunt versus subiecti: *His tibi Grynei nemoris dicatur origo* etc. quid enim in tali carmine conuenire potuit cum Georgicis? Videndum itaque est de his paullo diligentius.

Euphorion, Chalcide Euboeae, vt dixi, oriundus, Antiochi M. regis Syriae bibliothecae praefectus, magna olim fama floruit. De eo post Meurs. ad Helladium (Opp. To. VI), et Voss. de hist. Gr. I, 17, et de poet.

Digitized by Google

Gr. c. 8 cum Caſaub. ad Suet. Tib. 70, et Dauiſ. ad Cic. de N. D. II, 64 egit Toupius in Epiſt. crit. pag. 161, (Emendat. nouae edit. To. II, p. 601) et qui alia, quam in quae is inciderat, attulit, Fontaninus in Hiſt. litt. Aquilei. p. 29 ſqq. Deſideratur tamen vel ſic iuſta de eo commentatio. Laudantur ap. Steph. Byz. et Athen. Euphorionis Χιλιάδες. Eſt porro de eo Suidae locus in Εὐφορίων, in quo ei tribuuntur opera: Ἡσίοδος, Μοψοπία ἢ Ἄτακτα. *Mopſopia* eſt idem atque Attica; nam antiquius nomen illud fuit ab Oceanide Mopſopia: καὶ ὁ λόγος τῶν ποιήματος ἀποτείνεται εἰς τὴν Ἀττικήν. (male adiectum in Suida χιλιάδα, iam deletum a Toupio, minus tamen bene mutatum in χιλιάδες). Reſpexerat in eo opere eos qui depoſito eum fraudauerant docueratque eos certam poenam daturos eſſe periurii. Inde deductus fuerat ad colligenda oracula, quae per ſpatium mille annorum prodita erant, et euentus, quos illa habuerant. Haec ſaltem inter ſe quodammodo conueniunt. At Suidas aut male exſcripta aut interpolata ſubiicit: εἶτα συνάγει διὰ χιλίων ἐτῶν χρησμοὺς ἀποτελεσθέντας. *de oraculis per mille annorum decurſum euentu probatis*, ſcilicet ſuo vt quodque tempore euentum habuerit, vt orſus forte eſſet librum inde ab Argonauticis. Sequutus in hoc erat Euphorion exempla aliorum, qui χρησμοὺς collegerant: inter quos Philochorus fuit, Atthidos ſcriptor, ἐν τοῖς περὶ μαντικῆς Δ'. ap. Plutarch. de Pyth. Orac. p. 403 E. Sequitur in fine: εἰσὶ δὲ βιβλία ε· ἐπιγράφεται δὲ ἡ πέμπτη χιλιὰς περὶ χρησμῶν, ὡς χιλίων ἐτῶν ἀποτελοῦνται. vltima male ab interpolatore acceſſere. Ceterum haec viri docti ita accipiebant, vt opus illud in quinque Chiliades diuiſum putarent, quarum quinta περὶ χρησμῶν inſcripta eſſet. At Toupius Χιλιάδας opus ſtatuit diuerſum fuiſſe a Mopſopia: quintum librum περὶ χρησμῶν inſcriptum fuiſſe. Si tamen mille hi anni *quinto libro* nomen χιλιάδος dedere: vnde quaeſo quatuor ceteri libri hoc idem *chiliadum* nomen habuere? aut quale earum argumentum fuiſſe dicemus, quod a millenario numero

Digitized by Google

quicquam traheret? Eſtne porro ſermoni hoc conſentaneum, Χιλιάδα appellari librum, in quo oracula exponuntur per mille annos ad euentum perducta? Saltem dicendum erat, *chiliadem annorum* nomen ſuppeditaſſe libro, vt χιλιὰς inſcribi poſſet. Oraculum vero Locrorum, vt per mille annos placarent Mineruam Ilienſem, alienum eſt ab h. l. non enim illud de euentu agit poſt mille annos. Difficultatem adeo, quae in his erat, non ſuſtulit vir doctus, ſed reliquit. Verba Suidae adeo corrupta, et male luxata ſunt, vt nihil tuto ex iis colligas, niſi forte hoc; ſi verum eſt, totum opus nomen Χιλιάδων habuiſſe, probabile ſit, ita inſcriptos eſſe libros quinque, propterea quod mille ἐτῶν erant, h. e. mille verſibus ſinguli conſtabant. Nihil adeo eſt, quod impediat, idem opus fuiſſe Μοψοπίαν et Ἄτακτα, et Χιλιάδας appellatum: ſed liber quintus περὶ χρησμῶν, de oraculis, agebat. Attamen dubito an recte ponatur, omnes quinque libros Χιλιάδας inſcriptos fuiſſe; Apud Stephan. Byz. et Athen. potuit ſcriptum eſſe ἐν Χιλιάδι, quo ſolus liber quintus, idem περὶ χρησμῶν inſcriptus, et mille forte verſibus conſtans, deſignatus fuit. Scripſerat Suidas: εἶτα συνάγει διὰ χιλίων ἐτῶν (non ἐτῶν) χρησμοὺς ἀποτελεσθέντας, reſponſa et euenta. Ita recte ſubiecit ἐπιγράφεται δὲ ἡ πέμπτη (pro τὸ πέμπτον) χιλιὰς ἢ περὶ Χρησμῶν.

Iam quod ad Gallum attinet, ex Ecl. X, 50 *Chalcidico quae ſunt mihi condita verſu*, vt diximus, intelligitur, eum Euphorionem Chalcidenſem ſeu latine reddidiſſe, ſeu quocunque modo eius carmen ſaltem imitatione expreſſiſſe: prius tamen illud tradunt Grammatici. Quaeritur nunc, quodnam Euphorionis opus hoc fuerit. In vſſ. his 69 ſqq. Ecl. VI Gallus, Muſarum iuſſu, a Lino traditam ſibi accipit Heſiodi fiſtulam, qua *Grynei nemoris originem* canat. De oraculo hoc Apollinis fabulae potuere eſſe plures; fuere quoque in iis multa de Mopſo et Calchante (cf. Not. ad Ecl. VI, 72), potuit eas perſe-

Digitized by Google

qui Gallus carmine ad Euphorionis exemplum compoſito: potuit quoque eſſe Euphorionis liber de illo fano, cuius ad nos memoria nulla peruenit, quem Gallus latinis verſibus reddidit; veriſimilius tamen eſt, fuiſſe *particulam Chiliadis* περὶ χρησμῶν a Gallo latine conuerſam. Inter alia enim oracula etiam Grynei debuit memoratio fieri. Suſpicari quoque aliquis poſſit, Mopſi nomen latere in voce corrupta Μοψοπία, et fuiſſe Μόψου ἔπη, aut Μοψοπείειαν. Inter haec reſtat difficultas, quod non intelligi poteſt, quidnam in ſimili opera Galli ab Heſiodo mutuatum eſſe potuerit: nam *Heſiodea fiſtula* haec canere dicitur. Nimis acutum eſſet ſi diceres, aliud Heſiodi opus reſpici non ἔργα καὶ ἡμέρας, forte τὰ ἔπη μαντικὰ, et Μελαμποδίαν olim ei tributam, quam Euphorion aut ſequutus erat aut expreſſerat. Verum ſimplicius res ita conſtituitur: Idem Euphorion et Ἡσίοδον et Χρησμοὺς ſcripſerat; prius illud habebat aliquid coniunctum cum vita paſtorum et cantibus. Cum Gallus occupatus eſſet in altero Χρησμῶν opere, memorari poterat Linus tradere calamos Heſiodi Gallo, quibus vteretur in altero opere eiusdem poetae exprimendo.

Fontaninus l. c. miro acumine plura Galli carmina ex verſibus Virgilianis exſculpſit: ex v. quidem 70 colligere vult, eum latinum feciſſe Heſiodum Euphorionis, ex v. 73 eum vertiſſe latine Chiliadem, tum ex v. 74 ſcripſiſſe eum fabulam Scyllae vtriusque, quarum alteram ſupereſſe in Ciri Virgilio tribui ſolita contendit, et v. 77 fabulam Terei et Philomelae. Haec tamen ad Sileni carmen ſpectare, meliore interpretatione facile edoceri poterat vir doctiſſimus. Cirin Gallo vindicarant et alii, inter quos Gifanius, vid. Prooem. ad Cirin.

Ceterum Euphorionis, vt ceterorum Alexandrinorum poetarum, magna fuit Romae hac aetate exiſtimatio: et inde interpretandos eſſe cenſeo *cantores Euphorionis* ap.

Digitized by Google

Cic. Tusc. III, 19, non tamquam mollis alicuius poetae amatores: quae interpretatio fundamento idoneo caret, cum eius carmina amatoria nulla vsquam commemorentur. At obscuritate eum, et quidem ex doctrinae copia, non minus quam Callimachum ἐν Αἰτίοις et Lycophronem, laborasse, vel ex Cic. de Diu. II, 64, et Clem. Strom. V, pag. 676 notum est, etsi ob hanc eandem obscuritatem probauerat se Tiberio Caesari, vid. Suet. cap. 70.

Digitized by Google

EXCVRSVS IV

De Scylla.

Ecl. VI, 74 *Scyllam Niſi, quam fama ſequuta eſt, Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris Dulichias vexaſſe rates, et gurgite in alto Ah! timidos nautas canibus laceraſſe marinis.* Aen. III, 426 *At Scyllam caecis cohibet ſpelunca latebris, Ora exſertantem et nauis in ſaxa trahentem. Prima hominis facies, et pulcro pectore virgo Pube tenus; poſtrema immani corpore piſtrix, Delphinum caudas vtero commiſſa luporum;* et 432 *Scyllam et caeruleis canibus reſonantia ſaxa;* add. Ciris 58 ſqq. 79 ſq.

Multum abſum ab eo conſilio, vt fabulam de Scylla ſeu potius fabulas recoquere velim; nam magnus earum numerus fuit: vide vel Athen. VII, p. 297. et Cirin 55 ſqq. nec omnino de Scyllae forma laboro, verum de eo tantum, qua ſpecie Maro Scyllae ſpeciem apud animum ſuum

Digitized by Google

finxerit. Videri enim poteſt a ſe ipſo diſſidere, cum altero loco *canes marinas*, altero *lupos marinos* cum *delphinibus* commemoret, qui quomodo ex eius aluo prodierint vna omnes, haud facile dictu eſſe videtur.

Apud Homerum, a quo primum Scyllae ſpeciem declaratam habemus, mythum omnino ſimpliciorem et rei declarandae magis conſentaneum videmus Od. μ, 85 — 100. Scopulus eſt, cum antro, cuius fundo illa incubat; πόδες δυώδεκα πάντες ἄωροι (obſcuro ſenſu) ei tribuuntur v. 89, ſaltem illa pedibus ſuis inſiſtere nequit; Itaque medio tantum corpore ex antro prominet et ſex ſua capita late exerit, vt piſcetur, vnde viuat, belluas marinas Δελφῖνάς τε κύνας τε καὶ εἴποθι μεῖζον ἕλῃσι Κῆτος. Vox porro eius eſt qualis catuli v. 86 τῆς ἦτοι Φωνὴ μὲν, ὅση σκύλακος νεογιλῆς, Γίνεται.

Mutarunt itaque ſequiores poetae fabulam, et *canum vocem piſcationemque delphinorum et canum* ad ſpeciem Scyllae exornandam transtulerunt: ademtis capitibus ſex. Pro his enim ſuperne ſpecies eſt puellae, quae tamen inferius corpus monſtroſum habet. Ouid. Met. XIII, 732 *Illa feris atram canibus ſuccingitur aluum Virginis ora gerens.* Tibull. III, 4, 89 *Scyllaue virgineam canibus ſuccincta figuram.* Eſt adeo fabula haec ex eo genere, in quo artificum ingenia priſtinam monſtri formam in iucundiorem mutarunt.

In his ac ſimilibus nihil eſt, quod haereas. Verum difficultatem facere poteſt ea ſpecies, qua in extrema corporis parte *delphines, lupi et canes*, vna commiſſi et coniuncti finguntur. In verſu: *poſtrema immani corpore piſtrix Delphinum caudas vtero commiſſa luporum* ambiguum eſt, vtrum ſit: piſtrix, quae commiſſas habet *delphinum caudas vtero luporum*, an *luporum caudas delphinum vtero*. Neutram ſpeciem facile fingat ſibi aliquis animo: inprimis ſi vulgarem Scyllae formam in pri-

Digitized by Google

ſcis monumentis reputet, in quibus ea in delphinum caudas definit, canibus ex vtero ſubtus prodeuntibus. Itaque tertiam aliquam rationem ingreſſus ſum in Notis ad e. l., vt ſit: *commiſſa caudas delphinum*, habens caudas delphinum commiſſas, coniunctas, cum *vtero luporum*, luporum vteris ſ. corporibus, quae inter binas delphinum caudas ex aluo prominent. Recte haec ſe habent, modo ex pluribus Scyllae formis eam teneas, quae Virgilii animo inſederat.

In antiquae ſcilicet artis operibus non vna Scyllae forma occurrit; modo ea in delphinum binas caudas deſinit; nihil amplius; modo intertextae aut intermixtae ſunt canum protomae; et haec quidem eſt ſollennis forma, vt in aere maximo Gordiani (Muſ. Flor. tab. 73) et Pupieni (Max. mod. Numiſm. R. Gall. tab. 25) et ſimili modo Scylla remo ſublato ictum intentans in denario Sext. Pompeii, v. c. Theſ. Morell. Pompei. t. II, 1. cf. Spanh. de V. et P. N. T. I, pag. 262; et adiunctis binis corporibus iuuenum, per canum nexus implicitorum in Pict. Hercul. Tom. III, t. 21. et vno viro in gemma ap. Lippert. I, 1, 127. 128. et ap. Taſſie pl. XXXI. Et cum his, maxime cum Sexti Pompeii numo, comparare malim poetae verſus collato Silio V, 135. Eſt quoque in numis Contorniatis nauis Vlyſſis imminente et ſociorum vnum rapiente Scylla: de quibus v. Eckhel Vol. VIII, p. 285. Eſt tamen tertia ſpecies, qua aluo adiunctae ſunt vtrinque duae canum protomae in vnam delphinis caudam coeuntes. Hanc ſpeciem habet numiſma Agrigentinorum a Principe Torremuzza (*Opuſc. di Autori Siciliani* Tom. XIV, tab. VII, IV) editum, et in Siciliae vet. Num. tab. V repetitum, vbi alterum canis alterum hydrae eſt, et iam ante, parum affabre, adumbratum a Pancratio l. c. nec multum abludit ara in Winckelm. *Mon. ined.* no. 37. exhibita in ſuperiore editione in fronte Aen. III. Vol. II, p. 323. Plures Scyllae ſpecies vno loco expreſſit Pancrazi Antichità Siciliane p. 4.

Digitized by Google

A poetis fere canes memorantur, eaeque verae ac terreſtres. Dubitari tamen vix poteſt, eos, qui primi fabulam commenti ſunt, cum de monſtro marino narrarent, belluas quoque marinas ei adiunxiſſe. Etiam Homerus l. l., vbi Scyllam exertis capitibus praedari ait circa ſcopulum aquatilia, Δελφῖνάς τε narrat κύνας τε καὶ εἴ ποθι μείζον ἕλῃσι Κῆτος. Probabile itaque fit de phoca eum cogitaſſe: quam vitulum marinum iam veteres appellarunt, qui idem etiamnum modo *canis* modo *lupi marini* nomine venit; *phocam puſillam* Linn. eam haberi audio. Iconem et deſcriptionem vituli marini videas ap. Rondeletium de Piſcibus marinis lib. XVI, c. 6. Maiorem horum amphibiorum olim in mediterraneo mari frequentiam fuiſſe conſtat; ad fines Aegypti deſertos notas eorum ſedes nouimus ex Odyſſ. δ, vbi de Proteo agitur. Narrant noſtris quoque temporibus canum marinorum circa promontorium Scyllaeum ingentem conſpici copiam; multo magis hoc ita ſe habuit antiquioribus temporibus, cum et thynnorum piſcatio circa Scyllaeum belluarum iſtarum opera exerceretur. *) Duxere quoque viri docti nomen Scyllae ab iisdem; eſt enim σκύλαξ, σκύλλος, σκύλλα.

Interea in artis priſcae operibus, non magis quam in poetis, aliae quam verae canes expreſſae eſſe videntur, ſaltem quantum ex eorum apographis aſſequi poſſum; vnum eſt fragmentum in Marm. Oxon. P. I, CXXXII, in quo os canis propius ſit ori beſtiae aquatilis. Lucretius V, 890 *rabidis canibus ſuccinctas ſemimarinis Corporibus Scyllas* dixit: ibi tamen non canes ſed Scyllae ſunt ſemimarinis corporibus: quas pro vna Scylla ſemimarino corpore dixit, reſpectu caudae. Luſere veteres

*) Cf. Strabo lib. I, p. 43 ſq. e Polybio: qui tamen *canes* de alio piſcium genere accepit: τοὺς γαλεώτας, οὕς καὶ ξιφίας καὶ κύνας λέγεσθαί φασι. Etiam Oppian. Halicut. V, 365. 376 *canes* et *phocas* diſtinguit.

Digitized by Google

artifices in forma belluarum e Scylla naſcentium (v. c. Pictur. Herculan. Tom. III, pag. 109), modo in caudis, quae in ſerpentes exeunt in Monumentis Etruſcis. Nouat quoque in Scyllae forma Schol. Apollonii IV, 825. dum ei canes prodire ait ex lateribus et pectore. In Cod. Vatic. Virgilii ad lib. VI Aeneidis in inferis Scylla picta eſt hippocampo ſimilis. In ipſo illo numo Agrigentinorum, quem paullo ante memoraui, alterum caput canis an lupi, alterum hydrae eſt.

Digitized by Google

P. VIRGILII MARONIS

GEORGICA

Digitized by Google

Digitized by Google

Temporibusque parem diversis quatuor annum.
G. I. 231.

PROOEMIVM

Ad Georgica facetum *illud ac* molle, *quod peculiari aliquo Musarum munere Virgilio concessum esse Horatius memorat* *), *proprio quodam modo spectare videtur. Mollitudo quidem ex eo venit, quod, cum exquisito aliquo et numerorum et orationis cultu omnia elaborata et expolita sint, nihil duri, scabri et horridi, quod in diuino Lucretii carmine offendit, aspersum est; nihil, quod otiose*

*) Sat. I, 10, 44. 45 *molle atque facetum Virgilio adnuerunt gaudentes rure Camenae.* vid. sup. *de Carmine bucolico* p. 18.

Digitized by Google

vacet aut vtilius abſit. Nec modo verborum dilectu et iunctura, verum etiam ſententiarum veritate, lumine ac naturali facilique et apto nexu, ingenii artisque inſignis aliqua felicitas, quae in Virgilio erat, effecit, vt leni ac facili curſu omnia defluant. Habent porro decus *et* excultam *aliquam* elegantiam, *vti Quinctilianus*) iſtud* facetum *Horatii interpretatur; cum ſcilicet in argumento tam tenui et humili, quod ad ruſticam orationis aſperitatem tantopere non modo patebat, ſed et deflectebat et inclinabat, omnia ſint ſcite, honeſte, et liberaliter tractata, vt politum, elegans, et vrbanum ingenium vbique facile agnoſcas. Ad iuncturam adeo verborum lenem ac mollem et numerorum artificium, totumque carminis nitorem, et ad cultiſſimae orationis verecundiam et venuſtatem referendum nobis eſſe videtur elogium illud, quod tam variis, incertis ſaepe et obſcuris, modis a viris doctis verſatum eſſe videas. Magnificam autem et praeclaram eſſe illam Virgiliani carminis praedicationem, quis non videt? Eſt ſcilicet ſumma laus, quae in id carminis genus cadere poſſit, quod* didacticum *appellare ſolemus. Cum enim eius natura in eo poſita ſit, vt* ſiue notio aliqua, ſiue ſententia, ſiue ſententiarum, adeoque etiam praeceptorum de quacumque ſiue ſcientia ſiue arte, ali-

*) Inſt. VI, 3, 20.

Digitized by Google

quis complexus, eo ſermonis genere exponatur, quod quam maxime ad permulcendum voluptate aliqua animum vim habeat: *voluptatem illam non tam ab ipſo argumento, quamquam in eius dilectu et hoc videndum eſt, vt ne iniucundum ſit, quam ab eius tractatione et ornatu expectandam eſſe facile apparet. Nam cum neque* factum *aut* res geſta, *aut* actio, *neque animi aliqua* affectio, *voluntatis inclinatio aut vehementior impulſus mentis et perturbatio, quae et ipſa cum actione aliquantum coniuncta ſunt, in eo carmine tractentur*); quo ipſo fere eius a reliquorum carminum natura diuerſa indoles continetur; in re exponenda et ornanda carmen didacticum tanto maius artificium requirit, quo minorem vim res ipſa ad delectandum habere poteſt, quoque magis cauendum poetae eſt, ne ad ſubtilem praeceptionem, qua nemo facile delectatur, aut ad meram rerum* deſcriptionem *carmen hoc reuocet, qua animos noſtros non diu cum voluptate teneri ſatis conſtat**). Itaque ex toto materiae apparatu ea deligenda ſunt, quae cum aliqua voluptate audiri, aut, ſi per ſe nihil ſuauitatis habent, ornari et nobilitari ab arte poſſint; quaecunque autem*

*) Vtique non ſic, vt carminis ſummam et argumentum conſtituant. Alioqui enim haud dubie etiam per narrationem carmen didacticum detexi poſſe, praeclaro, in ipſo Veneris et Gratiarum contubernio elaborato carmine, *Muſarion* inſcripto, docuit ingenioſiſſimus inter venuſtiores poetas Wielandus noſtras.

**) Vid. du Bos Reflex. critiqu. P. I, S. 9.

Digitized by Google

tractanda ſelegeris, ea rerum facie quaſi ac vultu eoque colore exhibenda ſunt, quo maxime niteant, hominumque animos ad cognoſcendam rem et contemplandam alliciant et inuitent. Tum perſpicuitas a lucido, non autem dialectico, rerum ordine, argumentorum dilectu, diſpoſitione et expoſitione ad animum tenendum accommodata, arceſſenda eſt. Tenent autem animum ea, quae non modo nihil moleſtiae ei creant, dum cognoſcuntur, verum etiam, dum leni ac facili curſu in animum influunt, non horrida aliqua ac ieiuna ſubtilitate exareſcunt, ſed eo corpore ac colore ſuccoque expleta ſunt, quo ad impellendos ſenſus noſtros animumque aliquam vim habeant. Quo fit, vt in ornatu ſumma huius carminis poſita videatur. Ad ornatum autem omnia referenda ſunt, cum ea, ſine quibus ille recte eſſe nequit, verborum numerorumque recta, elegans, ac ſuauis ratio, tum rerum argumentorumue, quae, quod ornatum capere videbantur, ad exponendum ſepoſueras, ea elocutio et repraeſentatio, quae ad animum continua gratarum rerum, imaginum ac ſenſuum viciſſitudine tenendum quam maxime ſit idonea. Quod quidem ita maxime aſſequi videare, ſi, iis exceptis, quae nullum ornatum admittunt, et breuiter ac ſimpliciter exponenda ſunt, cetera verbis ac ſententiis locupletibus, variarumque rerum ſimilitudinem ac colorem in animum reuocan-

Digitized by Google

tibus, expreſſa ſint; ea vero, quae vniuerſe dici poterant, ad factum aliquod, idque vnum et actionem ſingularem e multis reuocata, ad viuum repraeſentata, deſcriptione oculis ſubiecta, exemplis et comparationibus illuſtrata, ſententiis grauibus ſint diſtincta, omninoque ita tractata, vt non tam animus doceri ſe ſentiat quam delectari: vt non magna animi intentione ad cognoſcendum opus ſit, ſed vt ſatis ſit, modo animus recipiendis impulſibus variarum imaginum ſenſationumque pateat; vt praecepta et ſententiae quaſi corpore aliquo inductae ſenſibus ſubiectae ante oculos incedere palparique poſſe videantur, vtque, dum in rerum ipſa tractatione et vſu verſari te exiſtimes, ſine omni moleſtia, putes te adſueſcere potius rebus agendis quam diſcendis. Iam res aliae naturali aliqua ſeu dignitate ſeu ſuauitate ſe commendant, in quibus poetae iam ſatis parata laus, modo ne eas oratione deterat; ſufficit, vt aequet; ſin amplificet et augeat, id vero ad tanto maiorem ingenii commendationem facere neceſſe eſt: aliae autem res aut natura ſua tenues et ieiunae, aut opinione humiles, et nullo ſuo decore inſignitae ſunt; quas ſi poeta cum per ſe grato aliquo habitu induere, tum externarum rerum, inprimis digreſſionum, virtute ſatis ornare potuerit, in eo vero ſummam poeticae facultatis et artis laudem conſequitur. Digreſſionum itaque ad ornandum

Digitized by Google

huiusmodi carmen inprimis magna laus habenda). In iis autem Virgilii ingenium inprimis commendat hoc, quod consilio et argumento carminis ea et dilectu et ornatu accommodata sunt. Est vtique in iis liberalior ornamentorum materia, maiorque splendor, pro indole tamen et natura carminis; ars quoque mirifica in iunctura horum locorum et in transitu redituque a digressione ad praeceptionem; porro in praecipiendi formulis mirificaque earum varietate, quam magna ex parte Arato et Nicandro debere eum videbimus: tandem in venustate, proprietate, copia orationis et dictionis, in qua Lucretianum carmen ante oculos habuit, sed emollitum et expolitum ad poetarum Alexandrinorum elegantiam: quibus rebus efficitur delectatio illa, quam poeta sibi habere debet propositam.*

Atque haec illa sunt, a quibus Virgilii laus, si a iudicio aliquo profecta videri debet, inprimis repetenda est. Est is proprius quasi Virgiliani carminis character, vt, si ingenium Homericum in inueniendis rebus desideres, si Theocriteam simplicitatem, et

*) Reprehendit etiam has, et transitus ad eas tamquam parum opportunos, Homius (*Essay of Criticism* cap. 1 extr.). Sed confudit Vir Ill. genera orationis et scriptionis inter se diuersissima, maioremque, quam pro poetica ratione, subtilitatem, nullum vero poeticae seu artis seu scientiae sensum, in hoc aliisque iudiciis adhibuisse videtur. Disputauit aduersus eum perdocte *Io. Iac. Nelzker*, Prof. Gymnasii Thorunensis, in Commentatione *de Georgicorum Virgilii lucido ordine.*

Digitized by Google

*natiuam aliquam venuſtatem, qua animi, inani noſtrorum morum ſuco nondum contaminati, tantopere capiuntur, fruſtra in eo quaeras, elegantiam tamen cultumque, eundemque rectum, purum, pudicum ac decorum, ſimulque elaboratiſſimum et exquiſitiſſimum, facile agnoſcas. Inueniendi quidem ſollertiam, ſi animi ſenſa libere eloqui fas eſt, non maiorem in Georgicis quam in reliquis eius carminibus deprehendimus. Adumbrata fere omnia, depromta et hauſta, plurima fere ad verbum conuerſa ſunt et transſumta ex aliis ſiue Graecis ſiue Romanis poetis ac ſcriptoribus. Vt enim ſuis locis indicabimus, nonnulla ex Heſiodo, multa ex Lucretio; locum de peſte ex eodem et Thucydide; alia, inprimis doctrinam de arborum cultu, ex Theophraſto, doctrinam de apibus ex Ariſtotele, locum de ſerpentibus, inprimis de chelydro *), ex Nicandri Theriacis, locum de prognoſticis totum ex Arati Dioſemeis **), nonnulla ex Xenophontis Oeconomico, magnam praeceptorum partem, inprimis de pecudum cura, ex Catone et Varrone transtulit. Cuius rei quanto manifeſtiora habituri eſſemus indicia, ſi antiquiores auctores de Re Ruſtica et ſingulis eius partibus ***), praecipue qui verſibus eas illuſtrarunt, omni-*

*) Ge. III, 432 ſqq.

**) Conf. Macrob. V, 2.

***) Multa eorum et magna nomina a Varrone, Columella, et Plinio memorata videas, quae congeſta ſunt ab Vrſino *Virgilii collati pr.*

Digitized by Google

noque poetae Alexandrini, plures ſuperſtites eſſent, inprimis Nicander, Eratoſthenes, Parthenius) Nam, quamquam poetae noſtri ingenium ſatis in ſe materiae ad exquiſitiorem aliquem ornatum ac nitorem carminis habuit; erat enim illud naturae aliqua indulgentia ad praeclarae cuiusque pulcritudinis ſenſum natum ac factum, inque vita illa per litteras Graecas et vrbanitatem Romae ſub principe Auguſto, et conſuetudine cum elegantiſſimis et vrbaniſſimis hominibus, eximie cultum et politum: variarum tamen rerum comparatione et indagatione progreſſi hoc nobis animaduertiſſe videmur, ex Alexandrinis inprimis poetis Virgilium noſtrum profeciſſe; his eum naturalem illam et parum operoſam, cum tanto tamen cultu, ornatu, et dignitate coniunctam, venuſtatem debere arbitramur. Sed ea de re alio tempore accuratius disputandi erit locus. Quid? ſi alios, e quibus ſingulos verſus, mutuos ſumtos aut expreſſos a Virgilio, Grammaticorum cura nobis ſeruauit, vt Ennium, Lucilium, Var-*

*) Quinctilianus Inſt. X, 1, 56 *Quid? Nicandrum ſtruſtra ſequuti Macer atque Virgilius?* E Democrito poetam nonnulla ſumſiſſe Plinius monuit. vid. ad Georg. I, 336. Ex Eratoſthene translatus locus Ge. I, 233 ſqq. e Parthenio verſus Ge. I. 437. Seruius ad Ge. I. 43 *Sane ſciendum, Xenophontem ſcripſiſſe vnum librum Oeconomicum, cuius pars vltima agriculturam continet: de qua parte multa ad ſuum hoc opus Virgilius transtulit; ſicut etiam de Georgicis Magonis Afri, Catonis, Varronis, Ciceronis quoque libro tertio Oeconomicorum, qui agriculturam continet.*

Digitized by Google

ronem Atacinum, integros haberemus; an non multo plura irrigati fontibus alienis ingenii veſtigia eſſemus deprehenſuri? Non itaque temere poſuiſſe videbimur illud, quod paullo ante commemorabamus, defuiſſe Virgilio diuinam illam noua et intacta ab aliis proprio quodam niſu proferendi vim, liberum illum animi per ignota et intentata vagantis impetum; quem tamen ipſum verecunda illa, recta et caſtigata, carminis pulcritudine redemiſſe et compenſaſſe videri debet; neque in illa morum vitaeque elegantia, certis decoris et honeſtatis cuiusdam legibus adſtricta, aut in illa doctrinae ac litterarum copia, quae in Virgilio fuit, liber ille et ſupra mortalia emicans et tamquam alatis Platonis equis inter nubes euectus ſpiritus vigere potuit; fieri enim aliter vix poteſt, quam vt haec operoſae doctrinae quaſi ſarcina impetum animi diuiniorem retardet; vnde, neque ex academica noſtra inſtitutione vmquam Homericum aliquod ingenium aut prodiiſſe aut proditurum eſſe, facile augurari licet; vti contra inter poetas noſtros, iis, quorum animis Virgilii et Homeri non niſi obſcura aliqua notio, ex puerili tantum inſtitutione, inſidet, vix eminebit caſtigata et elaborata dictio, recta et caſta carminis pulcritudo aut elegantia ex ingenii cultu exquiſitiore profecta, quae ex diligentiore antiquorum ſtudio comparanda eſt. Enimuero, ſi Homero

Digitized by Google

atque aliis nonnullis forte poetis illa diuiniore, quae in inueniendi felicitate cernitur, ingenii vi cedit Virgilius, in hac, quae secunda esse videtur ab illa, facile omnium est princeps habendus, vt ea, quae ab aliis acceperit, multo ornatiora et pulcriora ab eius ingenio prodeant. Quod magistris nostris acceptum nos referre solemus, vt, cum a parentibus vitam acceperimus, ab illis rectae et iucundae vitae vsu impertitos nos esse fateamur; hoc in illis, quae iam ab aliis prolata erant, accidere videas, vt ex Virgilii ingenio multo felicius enascantur, et pulcrius efflorescant; vt, si ea non nouitate, at gratia tamen, dignitate, venustate, miros animi affectus moueant, magnaque admiratione perfundant. Qua in re mihi quidem in poesi eundem locum tueri videtur Virgilius, quem Cicero in eloquentia. Nam et huius ingenium, quod ipsum per se non facile praeclari aliquid proferret, in ornandis et amplificandis aliorum inuentis, inprimis in vestiendis oratione Latina Graecorum dictis, eximiae felicitatis et artis fuit. Itaque hoc in genere Virgilium, poetarum Ciceronem appellare nonnunquam lubet. Illa autem ingenii Maroniani propria venustas in nullo eius opere magis cognoscitur, quam in Georgicis, omnibus numeris absoluto, perfecto et expolito, carmine, vt, si in nostra interpretatione hoc assequuti sumus, nos enim id sequutos esse non

Digitized by Google

negamus, vt non modo verborum ac ſententiarum vim declarauerimus, verum etiam carminis pulcritudinem, inprimisque ornatum, ſenſibus et oculis adoleſcentum ſubiecerimus, nos operam noſtram non omnino male collocaſſe arbitraturi ſimus.

Ex iis, quae adhuc disputata ſunt, nuperam cenſuram Georgicorum, quam Edmundus Burtonus, Britannus non indoctus nec inelegans, propoſuit), ab iudicio parum ſubtili et limato profectam facile videas, dum hanc ipſam copiam, hunc ornatum rerum tenuium et exilium, ad reprehenſionem carminis traxerit. Sed iudicii huius auctoritatem iam ſatis alio eiusdem viri docti acumine elcuatam dabimus, cum idem ille in Bucolicis ſummam ſimplicitatem et humilitatem vitae ac morum a Virgilio expreſſam dixerit; quo quid a rerum fide ac ſenſu alienius afferri poſſit? A tumore ac frigore aut inepto aliquo ſtudio ac nimia ſedulitate Georgica vacare confidenter affirmem, qui alioqui non multa me certo tenere affirmare ſoleam.*

Georgica Maecenatis ſuaſu ac conſilio ſcribere ſuſcepiſſe poetam, vt hominum animi ad agri colendi ſtudia reuocarentur, Britannorum nonnullorum, Wartoni, Cruſii, Martini, elegantium virorum, eſt opinio. Italia ſane bellis ciuilibus tantum non in vaſtam ſolitudinem erat redacta; veterani, inter quos

*) *Ancient characters deduc'd from claſſical Remains* 1763, 8.

Digitized by Google

agri fuerant diuiſi, ab operis ruſtici moleſtiis et aerumnis tolerandis alieniſſimis erant animis; frumenti inopia ab anno inde DCCXIII magna Italiam fame afflixerat; carmine itaque, quo vitae ruſticae bona commendarentur, delinitos animos ad agricolationem adduci poſſe, cenſuiſſe Maecenatem. Fundamentum tamen coniecturae idoneum non apparet; quin ea nec ſatis probabilis eſſe videtur, cum carmini maiorem vim, maiorem etiam celebritatem, tribuat, quam inter homines indoctos, feroces, per bellorumque civilium licentiam rapinis caedique adſuetos, vllo modo expectari poſſit. Hoc forte fieri potuit, vt, cum multa apud Maecenatem de detrimentis, quae ex agriculturae neglectu reipublicae inferrentur, et de modis ac rationibus, quibus ei honos ſuus reſtitui poſſet, disputarentur et agerentur, Virgilii ingenium ad hanc materiam deferretur excitareturque, vt eam carmine tractandam ſibi ſumeret. Carminis tamen auctoritas apud Romanos fuit ſumma, omninoque ex ea pendent Columella et Plinius, verſibus quoque integris adſcriptis. Nec mirum hoc; cum carminum vbique maior apud vulgus et politos homines gratia ſit, quam operis philoſophica ſubtilitate elaborati.

Vnum adhuc monebimus. Heſiodi de opere ruſtico *carmen a Virgilio imitatione eſſe expreſſum, vulgaris et conſtans fere a Seruio*

Digitized by Google

*inde eſt opinio**), *quam poeta ipſe feciſſe videtur, dum ſe* Aſcraeum carmen Romana per oppida canere *ait* Ge. II, 176, *quae ipſa res ad tanto maiorem eius gloriam pertinuit: comparatione enim eius ad Heſiodum inſtituta, nihil exilius, ieiunius, et aridius Heſiodo, nihil copioſius et plenius Virgilio. Qui tamen hoc primus affirmauit, eum non admodum recentem ab Heſiodi lectione fuiſſe neceſſe eſt. Vix enim in tribus aut quatuor locis Heſiodeae ſententiae ſunt expreſſae; carminum ipſorum forma non conuenit; diuerſa vtriusque natura, diuerſus genius, diuerſum conſilium. Heſiodus non Georgica, h. e. de re ruſtica, ſcripſit aut ſcribere voluit, ſed totius vitae domeſticae, qualis tum erat, coniunctae ſcilicet illius vel maxime cum agricolatione, rationes tradere, prudentiae etiam et morum praecepta proponere. Quod autem Aſcraeum carmen appellat ſuum opus Virgilius, id eo pertinet, quod in ſimili fere genere illud verſatur, non quod ex Heſiodeo petitum aut transſcriptum aut ad eius formam eſt compoſitum. Poteſt quidem aliquis in eam opinionem adduci, atque in eam iam Dan. Heinſium Introd. ad Heſiod. c. 4 veniſſe video**), *vt aut quoddam aliud, aut hoc, quod habe-*

*) Apud Macrobium quoque: Sat. V, 2. *Dicturumne me putatis ea, quae vulgo nota ſunt, quod ſibi Theocritum fecerit paſtoralis operis auctorem, ruralis Heſiodum?*

**) Ioſ. Scaliger, qui ad Manilii locum hanc ſententiam improbabat, ita tamen in verbis Manilii haerebat, vt eum forte Orphei Ἔργα καὶ Ἡμέρας Heſiodo attribuiſſe coniectaret, cuius ſane

mus, Heſiodi opus olim multo locupletius et plenius extitiſſe exiſtimet. Quis enim in tali argumenti tractatione, qualem nunc in eo videmus, non miretur Catonem, qui apud Ciceronem ita disputat), vt* de ſtercorandi vtilitate doctum Heſiodum ne verbum quidem feciſſe, moneat, cum de cultura agri ſcriberet? *Quid autem Manilium ſequutum eſſe putabimus, qui, dum Heſiodi opera enarrat,* Quin etiam, *inquit,* ruris cultus legesque nouati Militiamque ſoli: quod colles Bacchus amaret, Quod fecunda Ceres campos, quod Pallas vtrumque, Atque arbuſta vagis eſſent quod adultera pomis, Siluarumque deos, ſacrataque numina, Nymphas, Pacis opus, magnos naturae condit in vſus**). *Quo quaeſo Operum ac Dierum loco earum rerum veſtigium aliquod deprehendas? Sed poteſt hic, quod iam Bentleio viſum eſt, interpolatrix manus graſſata eſſe videri; id tamen cum aegre admittendum ſit, videor mihi Manilium Propertii imitatione vlterius, quam vellet, euectum excuſare poſſe. Lynceum is ***) amicum ſuum, poetam graviora argumenta tractare ſolitum, amore iam captum exagitat, et ad elegos amatorios adhaeſurum eſſe auguratur. Nec tamen eam*

operis initium cum Manilianis verſibus aliquid coniunctum habere videtur. Seruatum illud eſt a Tzetza prooem. ad Heſiodum. Idem Tzetza Orphei librum Georgicorum laudat; ſed verſus ex iis excitatos in Maximi Philoſophi de Electionibus carmine (quod Fabricius Biblioth. Gr. Vol. VIII, p. 415 inſeruit) inueniri vidit Weſſeling. Probabil. cap. 17.

*) De Senect. cap. 15.

**) Manil. II, 19 ſqq.

***) Propert. lib. II Eleg. extr. verſus finem.

Digitized by Google

rem vt pudori ſibi ducat, aut vt haec carmina minorem inter Romanos habitura eſſe gratiam exiſtimet, monet: dum bucolica ſcribat, dum Heſiodi exemplo de re ruſtica carmen condat, non tamen haec, *quae de amore ſcripturus ſit,* vlli venient ingrata legenti, Siue in amore rudis ſiue peritus erit. *Luſerant eadem, pergit, alii. Dum Heſiodum memorat,* Tu canis, *inquit,* Aſcraei veteris praecepta poetae, Quo ſeges in campo, quo viret vua iugo. *Vides exemplo Heſiodi cani dici, non ab ipſo Heſiodo; potuit ea tamen Manilius ad Heſiodum ipſum referre, atque etiam, cum in laude poetae verſaretur, eo adduci, vt copioſius et ornatius, ac res ferebat, efferret.*

Sententiarum et praeceptorum rei ruſticae in hoc carmine interpretationem ſine tolerabili aliqua agricolationis peritia recte vix ſuccedere poſſe, facile intelligitur; eam tamen in mei ordinis homine haud facile eſſe poſſe in confeſſo eſt. Aliam difficultatem facit hoc, quod praecepta Maroniana ad agri colendi morem in alio ſolo, ſub alio caelo, in alia aetate, ſpectant. Quod facere licuit, ſubiunximus ſcriptorum de re ruſtica loca, e quibus poetae praecepta vnice illuſtrari poterant, inprimis Varronis, quem in multis ſequutus eſt, et Columellae, qui perpetuus Virgilii commentator eſt, cum Plinio. Et habebamus in hoc, quorum opera fere vteremur, Interpretes doctiſſimos, in nonnullis Guellium et Vrſinum, in plerisque Cerdam

Digitized by Google

ac Martinum. Vt autem poeticum ornatum horum praeceptorum adoleſcentium oculis ſubiiceremus, vtque id cum fructu fieret, nec tamen res notarum modum excederet, ita potiſſimum nos effecturos eſſe putauimus, ſi ſententiam pedeſtri oratione expreſſam ſubiungeremus; quod quoties factum eſt, fit autem ſingulis locis, in quibus res non ipſa in oculos incurrit, adoleſcentes monitos velimus, vt poeticam orationem cum ſolutae orationis formulis illis comparent, et inde cognoſcant, quid notioni ſimpliciter in notis expreſſae a poetae ingenio et copia ſiue ad pulcritudinem ſiue ad ſuauitatem omninoque ad ornatum acceſſerit. Ita demum eos intellecturos eſſe ſperamus, qua in re poeticae inprimisque Virgilianae orationis pulcritudo ac praeſtantia quaerenda ſit. *)*

❧ ❧ ❧

Ab iſtis inde annis, quibus haec ſcripta erant, quoties retractaui Georgica, non quidem nullam, nec tamen praecipuam aliquam operam in iis illuſtrandis poſueram; quippe qui maiore cum voluptate et operae fructu in Aeneide verſarer; nunc tamen, quandoquidem nouiſſimam hanc, quoad inter mortales verſabor, operam Virgilio adhibebam, conſului et inſpexi libros, qui hisce de rebus, quae in Maroniano carmine memoratae ſunt, praecipiunt; comparaui quoque ea, quae in illud, nonnunquam cum contumelia mei, ſcripta ſunt; aut in diuerſum ſenſum operoſe

*) De anno, quo ſcripta ſint Georgica, v. Vitam Virgilii ad a. 724.

Digitized by Google

deflexa, vt cachinnis commouendis locus eſſet; quod quam liberaliter fiat ab iis de quibus bene meritus eram, iudicent alii. Equidem condonatis ingenio aſperiori ceteris, ſuſtuli inde illa, quae videbam monita eſſe vere ac recte, aut quoties non bene receſſiſſem a Cerda et aliis rei ruſticae peritis. Me in agri colendi ratione et vſu haud verſatum, nec ruſticarum operarum et inſtrumentorum ſatis eſſe peritum, ingenue eram profeſſus; bene quoque intelligo, hominem operis vitaeque agreſtium intelligentem, in multis, quae poeta attigit, videre acutius et maiorem ex lectione capere poſſe voluptatem, quia res ipſas, quarum equidem tantum ſpeciem aliquam animo fingebam, oculis animoque propoſitas habet, aut habuit. Enimuero hoc locum habet in omni lectione et interpretatione, vt pro rerum, quae a ſcriptore tractantur, et pro intelligentiae, quam lectores afferunt, diuerſitate diuerſus ſit ſenſus, iudicium et iucunditas lectoris cuiusque et interpretis; et debet hoc ipſum verti ad plenum ac perfectum e ſcriptore capiendum fructum, ſi plures pro ſuo quisque modulo, rerum vſu ac facultatibus, eam rebus et verbis lucem afferant, quam ab vno aut paucis fruſtra expectes. Verum ea eſt labes ingenii humani, vt gloriolam ex aliorum obtrectatione aucupari malit, quam vtilitatibus ab aliis paratis alias nouas addere, nec tam propria laude florere, quam aliorum virtute obſcurata creſcere.

Digitized by Google

Quae in Virgilianorum carminum interpretatione ſpectauerim, et quantopere in votis habuerim, vt bonis meis meliora alia adderent alii, meamque editionem tanquam pro baſi ac fundo, aut, ſi vellent, pro area haberent, cui inaedificarent, disponerent ac conſtituerent ipſi melius deſcripta, ad normam redacta et exquiſitiore iudicio elaborata: ſatis expoſui in praefationibus, ad quas aequiorem lectorem aequo ipſe animo remitto. Scr. Gottingae M. Maio CIↃIↃCCXCIX.

Digitized by Google

P. VIRGILII MARONIS
GEORGICON *)
LIBER PRIMVS
AD C. CILNIVM MAECENATEM

ARGVMENTVM

Georgica, *ſeu de* re ruſtica *praecepta, arationem, arborum, inprimis vitium et olearum, culturam, paſtio-*

*) *Georgicon.* Alii *Georgicorum:* ſed Graeca in his titulis regnant. vid. Heinſ. In multis Codd. et edd. ant. praemittuntur pro libri primi argumento quatuor verſus, quos inter Argumenta videbis No. XV *Quid faciat laetas ſ.* Eos in Rottend. et Menag *Ouidio Naſoni*, in priſcis edd. Modeſtino tribui notauit Burm.

Digitized by Google

nem et mellificium, e Romanorum notione complectuntur. Ordinem dicendorum ducit Propositio *et* argumentum *operis v.* 1 — 5. *Inde* Inuocatio *numinum agrestium cum ipso Caesare Augusto* — 42. *Nunc de* prima *operis rustici parte, quae est de* Aratione: *primo quidem* quando *illa incipienda sit* — 49. *Ante omnia* caeli solique natura *est exploranda* — 63, *vnde* leges culturae diuersae *proficiscuntur, inprimis* arationis — 99, *et* sationis — 121. *Cum in his multum laboris et aerumnae tolerandum sit,* digreditur *ad* causas *huius rei* mythicas *inde a Saturni aetate* — 159. *Inde de* instrumento rustico — 175; *tum* de aliis ad opus rusticum faciendum curandis, *in his de area ad terenda grana paranda* — 186. *Iudicium de futuro anni prouentu vnde facere liceat* — 192, *de semine medicando* — 196, *de seminum dilectu faciendo* — 203. *Sequitur locus* de temporibus operum rusticorum *diserte tractatus. Tempus sationis* — 230. Digressio *de solis cursu annuo et quatuor anni tempestatibus* — 256. *Quae curanda sint tempore pluuio* — 267; *diebus festis* — 275. *Dierum lunarium, qui fausti vel infausti sint, obseruatio* — 286; *nonnulla noctu melius tractanda* — 296; *alia per calorem aeris* — 299; *alia hieme* — 310. *Parat sic sibi viam ad duas* anni tempestates *poetica arte describendas, alteram* auctumni, *alteram* veris ineuntis, *vtramque* procellosam; *obseruanda itaque esse earum tempora* 337, *et religionibus deos exorandos* — 350. *Esse etiam certa tempestatum per vices succedentium* prognostica. *In his exponendis et ornandis copiosus est poeta* — 463. *Multo ornatius est episodium, ad quod aditum sibi struxit, de* prodigiis *Iulii Caesaris nece facta bellum ciuile subsequutum portendentibus* — 497. *Subiunguntur* vota *pro Augusto* — *ad fin.*

Digitized by Google

Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Instituit 1. I. 147.

Quid faciat laetas segetes, quo sidere terram

1. Primis quatuor versibus argumentum operis exponitur: *agricultura et rusticatio*, lib. I; *vini et omnino arborum cultura*, lib. II; *res pecuaria*, lib. III; *res apiaria*, lib. IV. Primo versu Hesiodei operis, etsi argumento valde diuersi, titulum ἔργα καὶ ἡμέρας expressum esse, iam Seruius monuit: quo opere et quibus temporibus ager colendus sit. Est autem ad ver-

Digitized by Google

Vertere, Maecenas, vlmisque adiungere vites
Conueniat; quae cura boum, qui cultus habendo
Sit pecori; apibus quanta experientia parcis:

2 *Maecenas.* Μαικήνας. Male ſcriptum *Moecenas.* vid. Pier. Heinſ. *vlmis adiungere* Toll. 3 *quis cultus* alii ſcripti et editi, ex more; ſic iam Ecl. I, 19. *qui* iam Nauger. edidit. *habendus* Toll., male. vid. Burm. et conf. Not. 4 *pecori atque apibus* fere codd. et edd. *pecorique* nonnulli. Sed fulcrum hoc verſus

borum ornatum ſtatim in primis verſibus attendendum. Ait ſe agere velle primo loco de agri et vitium cultura. *laetas ſegetes,* quod Heſiod. εὐφρονα καρπὸν dixerat Ἔργ. 775 epitheto proprio, Cicero de Or. III, 38 *laetas ſegetes etiam ruſtici dicunt: quod enim declarari vix verbo proprio poteſt, id translato cum eſt dictum, illuſtrat id, quod intelligi volumus, eius rei, quam alieno verbo poſuimus, ſimilitudo. Vites* pro omni arborum genere ponit. In his: 2 *vlmisque adiungere vites; ſecundum Italiae ſitum loquutus eſt, in qua vites altius eleuantur.* Seru. 3. De re pecuaria agam: *qui cultus habendo ſit pecori;* pro vulgari, quae cura ſit pecoris, quod quis habet, poſſidet, ſiue alit, ſeruat. *habendo* ad ornatum adiectum pro epitheto. Sollenne vero in re pecuaria eſt *habere.* vid. Burm. *cultus,* pro cura, vt Cic. de N. D. II, 158 *quae quidem* (oues) *neque ali, neque ſuſtentari, neque vllum fructum edere ex ſe, ſine* cultu hominum et curatione *potuiſſent.* 4. *quanta,* quae, *experien-*

Digitized by Google

Hinc canere incipiam. Vos, o clariſſima mundi 5
Lumina, labentem coelo quae ducitis annum,

iam a Pierio conuulſum ſuſtulit et Medicei et optimorum librorum auctoritate Heinſ. conf. ad Ecl. II, 53. *pecori quanta apibus* ed. Ven. *parsis* alii legunt ap. Stephanum; non inuenio, quinam illi ſint. Repoſuit tamen Wakef. *paucis* Meadii liber, vt lit: *paucis hinc canere incipiam*; quod exile eſſet. 6 „*Numina* fuit, ſed „emendauit ipſe, quia poſtea v. 10 ait: *et vos agreſtum praeſentia* „*numina Fauni*," inter Seruiana legitur. Intulit tamen et hoc,

tia apibus ſc. habendis, ſeu apum habendarum ad mellificium ſit; pro *cura* ſubiunxit aliud, quod apum cultui accommodatum eſſet, *experientiam* et vſum, quo mellificationis ratio exculta eſt. Georg. IV, 315. 316 *Quis deus hanc, Muſae, quis nobis extudit* artem? *Vnde noua ingreſſus hominum* experientia *cepit?* Nam apum experientia, etſi iis aliqua tribui poteſt, v. inf. IV, 156 ſq., huc vocari nequit. 5. *Hinc,* poſt bucolica aiunt. Omnino initium deſignat; vt alias *nunc.* Quae ſequitur vsque ad vſ. 45 inuocatio, eſt haud dubie inter partes carminis ornatiſſimas ac ſplendidiſſimas.

5. 6. *labentem coelo quae ducitis annum;* h. quorum decurſu tempora anni efficiuntur. Habuit ante oculos verſus Lucretii V, 1435 — 1438. *Sidera annum,* eiusque *tempora,* viciſſitudines ac partes, ducere, tamquam regant et moderentur, ſollenne eſt. conf. Burm. Scilicet quoniam ortu illa et occaſu ſuo vices iſtas temporum deſignant. Argutatur Macrob. I, 16 extr., qui veterem lunarem et nouum ſolarem declarari vult. *ducunt* autem *annum coelo,* h. in caelo, in quo ipſa oriuntur et occidunt, et pro curſu anni, dixit *annum labentem,* procedentem; quod proprium de temporis fuga ſeu decurſu eſt. In ſeqq. incerta eſt interpretatio: ſintne *lumina — Liber et alma Ceres* per epexegeſin dicta et iuncta, an ſint diverſa. Eſt in vtraque ra-

Digitized by Google

numina, Wakef. An *dii mundi* bene dicantur, neſcio. *qui ducitis* Pierii Oblongus, fragm. Moreti et Mentel. a m. pr., ſed confirmant *quae* Apuleius, Probus, Macrob. vid. Heinſ.

tione, quod iuuet, et quod premat. Si diuerſa ſunt, ita vt *lumina, labentem caelo quae ducitis annum*, ſint Sol et Luna, vtque ſubiungantur, tamquam diuerſa, *Liber* et *Ceres;* dura eſt oratio, quod nulla interpoſita eſt copula. Niſi forte ſic oratio continuata ſit: *Vos, o lumina* —, (et vos) *Liber et alma Ceres, — et vos Fauni Dryadesque ſorte pedem*, adeſte. Ita communis vſus, quem tenere fas eſt poetam, ſeruatur. Etiam apud Varronem RR. I, 1, 5 in XII diis ruſticis iſta numina inter ſe diſtinguuntur. Quod ſi ita *Sol* et *Luna ferre pedem*, dicuntur parum commode, generalis notio elicienda eſt, fauete, ſitis propitii. Sin alterum ſequi placet, quod ipſe probo, vt *Sol et Luna*, mox per *Liberum et Cererem* declarentur: poetam h. l. philoſophicam opinionem eorum, qui Solem et Lunam ſub Liberi et Liberae nomine coli contenderant, non popularem ſequi, dicendum eſt; v. Macrob. Sat. I, 18. Num vero doctrinae copia, an poetae graeci imitatione, haec poſuerit, non definiam cum Euangelo apud Macrob. I, 24. Interpretatio haec numinum in diuerſos ſenſus poetae aetate iam admodum frequentabatur, partim e philoſophorum disputationibus, vt vulgi religiones emendarent, partim ex teletarum doctrina arcana, partim ex comparatione religionum a patribus acceptarum, quae in quaque fere vrbe, tractu ac populo diuerſos ritus, opiniones et mythos ſacraverat. In nulla autem magis, ac maturius, quam in Bacchica religione confuſio illa numinum et attributorum regnauit: quod docent vel chori in Bacchis Euripidis aut chorus in Sophoclis Antigone, 1128 ſq. Πολυώνυμε Καδμείας — Ceterum pro diverſis culturae generibus diverſa numina inuocare putandus eſt. Ad lib. I ſpectat Ceres; ad lib. II Bacchus, Fauni et Nymphae cum Silvano, Minerua autem propter oleae culturam; ad

Digitized by Google

Liber, et alma Ceres; veſtro ſi munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta,
Poculaque inuentis Acheloia miſcuit vuis;
Et vos, agreſtum praeſentia numina, Fauni,
Ferte ſimul Faunique pedem Dryadesque puellae:

7 *veſtro ſi numine* Medic. a m. ſec. et Colot. cum Arund. *noſtro* Ven. 8 *Chaonia* Gud. 10 *praeſtantia* vitium edit. Genev. 1636. 11 Pro *Faunique* memorabilis lectio *Satyrique* in Gothano pr. Nam frigere videtur *Fauni* altero loco iteratum; et iunguntur Satyri Dryadesque v. c. Cul. 115 et ſaepe. Si codex paullo antiquior eſſet, dicerem veram eius lectionem voci ex antecedente verſu reuocatae ceſſiſſe. Nunc interpolatori deberi dicenda eſt lectio; vulgatum, *Faunique Dryadesque*, dictum eſſe puta pro: Et cum Faunis vos, Dryades.

lib. III Neptunus, quippe cum de equorum cura agatur, tum Ariſtaeus et Pan (Ge. III pr. etiam Pales cum Apolline Nomio); tandem ad lib. IV idem Ariſtaeus mellificii auctor. 7. Quandoquidem vobis arationis ac vitium ſationis inter homines initia debentur, *ferte pedem*, adeſte vos mihi canenti. *Tellus* permutauit *glandem ariſta*; vt ei tribuatur, tamquam actio, ea res, cuius tantum cauſſa et inſtrumentum fuit: pro glandibus veſci coeperunt homines frumentis. 8. *Chaoniam*, v. ad Ecl. IX, 13. *pingui*, ἀδρᾷ, granis tumenti, grandi. 9. Veſtro beneficio homines vini vſum invenerunt. Nam *miſcere vinum* ſollenne pro bibere; ſic κεράσαι pro ἐγχέειν, πίνειν. *miſcuit pocula Terra*, h. vitibus editis effecit, vt miſceri poſſent. *Pocula Acheloia* pro aqua; at quam ſplendide! *Acheloum*, Aetoliae fluuium, pro quovis flumine et aqua quacunque, tamquam priſcis carminibus celebratiſſimum, more antiquorum Graecorum, dixit. Docta eſt de h. l. disputatio ap. Macrob. V, 18. 10. *praeſentia numina*, et potentia et propitia. v. Ecl. I, 42. 11. *Ferte ſimul pedem*, adeſte, Fauni, Nymphaeque ſimul. *Dryades*,

Digitized by Google

Munera veſtra cano. Tuque o, cui prima frementem
Fudit equum, magno tellus percuſſa tridenti,
Neptune; et cultor nemorum, cui pinguia Ceae

12 *o* omittunt Codd. Seruii ad Aen. I, 541 et Goth. ſec. 13 *Fudit aquam* antiquiſſimos libros habuiſſe teſtatur Seruius; male tamen haud dubie, quod fabula de equo paullo magis recondita eſſet, de aqua vero facile vnusquisque cogitaret. Idem ad Aen. I, 1 laudat: *oui prima furentem;* ſed eod. lib. v. 541 *frementem* habet. Mox *tridente* Gudian. Schol. Statii et vterque Gothanus. 14 *cultor pecorum* coni. Io. Schrader. in ſchedis, quia *nemora* et *dumeta* ſe excipiunt, et ſtatim v. 16 iterum *nemus*. Sic *cultor pecorum*, vt v. 3 *qui cultus habendo ſit pecori;* et Salluſt. Iug. 54, 3 *agri ac pecoris magis quam belli cultorem*. *Ceae* de ſcriptura poſt Pierium vid. Heinſ. ad Ouid. Epiſt. XX, 222. Eſt Κέως, Κῖος. Vnde Κεῖος, et ex hoc, producta priore, Romanis *Cea*. Male ſcriptum paſſim *Caeae*.

tamquam deae ſiluarum et ſaltuum, in quibus greges paſcuntur.

12. Sequuntur Neptunus, Ariſtaeus, Pan, Minerua cum Siluano: v. ad v. 6. *Munera veſtra*, ex anteced. frumenta, vitem, armenta, greges. *oui prima frementem Fudit equum*, cuius iuſſu primum e terra equus editus eſt. Nota fabula, Athenienſibus domeſtica, de Neptuni cum Pallade certamine, cum dii arbitrium tuliſſent, vt, vter rem mortalibus vtiliſſimam produxiſſet, eius nomine noua vrbs (Athenae) appellaretur. cf. Bentl. ad Horat. Carm. I, 7, 7. Neptunus inde Ἵππιος. *Fundere* proprie de partu feliei ac facili; hinc omnino, procreare. *percuſſa tridenti*, ſollenni deorum more, quoties aliquid e terra prouenire volunt. v. Callimach. in Del. 30, in Iou. 29 ſq. 14. *Cultor nemorum*, h. e. paſcuorum, adeoque et gregum, curam habens, eſt Ariſtaeus, Apollinis et Cyrenes filius, qui, Cycladibus magna ſiccitate et fame afflictis, cum, Ceam arceſſitus, Sirium placare monſtraſſet, quo facto eteſiae aerem temperare coeperant, Iouis Ariſtaei et Apollinis Nomii nomine cultus fuit.

Digitized by Google

Ter centum niuei tondent dumeta iuuenci;
Ipſe, nemus linquens patrium ſaltusque Lycaei,
Pan, ouium cuſtos, tua ſi tibi Maenala curae,
Adſis, o Tegeaee, ſauens; oleaeque Minerua
Inuentrix; vncique puer monſtrator aratri;

16 τὸ Λύκαιον ὄρος. Male *Lycei* edebatur. conf. Ecl. X, 15. Mox τὰ Μαίναλα ὄρη ſunt. 17 *ſi ſint tibi* Moret. primus. *tua ſit tibi* Vratisl., ſed *ſi* ex formula obteſtandi ductum. Elegans tamen eſt Schraderi emendatio Obſſ. I, 3 *tua ſeu tibi M.* etiam a Brunckio recepta, ſeu Maenala tua tibi curae ſunt, h. Maenalum nunc frequentas, in eo monte verſaris. Idem coniecerat in ſchedis *munera*. 18 *Tegeaee*. Recte iam ab Aldo editum: Τεγεαῖος. Alii *Tegeee* et *Tegaee*, ſed vid. ad Aen. V, 299.

Pind. Pyth. IX, 104 ſq. Apollon. II, 500 ſqq. IV, 1132. cf. ibi Schol. et h. l. Serv., quem pleniorem habuit Iulius Sabinus. inf. Ge. IV, 317 ſqq. Diod. IV, 81. 82. Hic propter paſcuorum et ſaltuum curam inuocatur. *nemora* dicta ſunt pro ſaltibus, in quibus paſcua ſunt. Etiam v. 15 *dumeta* pro ſaltibus, loco arbuſtis conſito. *pinguia*, herboſa. *tondent*, paſcunt herbas inter arbuſta natas. Aut praeſens pro praeterito poſitum; aut, tamquam poeta deum adhuc in inſula praeſentem agere cernit. In ſeqq. ante oculos erant verſus Theocriti Idyll. I, 123, 124. 17. *tua ſi tibi Maenala curae*, quandoquidem Maenalus, Arcadiae mons, paſcuis egregius, tibi eſt longe gratiſſimus, tu mihi rem pecuariam tractanti propitius, precor, adſis. 18. *Tegeaeus* Pan ab Tegea oppido Arcadiae, in qua et montes Lycaeus et Maenalus. *Si* in inuocationibus et obteſtationibus frequentiſſimum. v. h. l. Burm. 19. *vncique puer monſtrator aratri*, Triptolemus Eleuſinius a Cerere arationem edoctus. cf. Callim. in Cerer. v. 22 ibique Spanhem. In gemmis aeque atque in aliis monumentis occurrit modo puer, modo bigis draconum vectus. Quod nomen non appoſuit, fecit vt poeta; non quaſi litem de aratri inuentione ſuam facere noluerit; vt

Digitized by Google

Et teneram ab radice ferens, Siluane, cupreſ-
ſum;
Dique deaeque omnes, ſtudium quibus arua
tueri;
Quique nouas alitis non vllo ſemine fruges;
Quique ſatis largum coelo demittitis imbrem;

20 *a radice* octo ap. Burm. 22 *non vllo* Heinſ. e Medic. et quinque aliis vetuſtioribus, quibus adde Goth. pr., quo alludit etiam Parrhaſ. Vulgo *nonnullo*, quod et Seruius interpretatur, ſed ſententia aut nulla aut parum commoda. *non vllo de ſemine* Rom. Alibi, inquit Pierius, *nullo de ſemine* habetur. Hoc poſtremum Catroeus, egregie loquax interpres, poetae vindicatum it; ſed eſt haud dubie ex interpretatione vetuſta. *meſſes* vel *fruges* Cod. Köleri. 23 *dimittitis* alii ap. Burm.

Nic. Loenſis Epiphyll. I, 11 contendebat. Ceterum obſeruatu dignum, quod Triptolemus heros nunc inter deos inuocatur.

20. Tali habitu *Siluanus* tenerum cupreſſi truncum ferens in marmore ap. Boiſſardum P. VI, tab. 30 occurrit. Ramum cupreſſi ferens expreſſus eſt a Spencio Polymet. Pl. XXXV, 7. Fuit quoque fabula de Cypariſſo puero amato: v. Seru. ad III Aen. 680. Siluanus pinifer apud Beger. Theſ. Brundel. T. III, pag. 158, et in Marm. Oxon. P. I, n. LXXX viſitur. Hinc ille *inculto termite gaudens* ap. Gratium Cyneg. 20. Eo refertur Siluanus *Dendrophorus* apud Gruter. p. LXIV, 7. conf. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 294. *cupreſſum a radice* h. truncum cupreſſi. 21—23. Dii agrorum, ſiluarum et tempeſtatum, praeſides. Nam hi ſunt, *ſtudium quibus arua tueri; quique — quique,* — Videtur ſane deos Romanorum agreſtes, miris nominibus ab omni re ruſtica petitis, declarare voluiſſe. 22. *fruges* latius pro plantis dixiſſe videtur. *non vllo ſemine,* nulla ſatione, ſua ſponte, prouenientes. opp. v. ſq. *fata;* ſic et Ge. II, 10. 11. 14 *Namque aliae,* arbores, *nullis hominum cogentibus, ipſae Sponte ſua veniunt* —

Digitized by Google

Tùque adeo, quem mox quae ſint habitura deorum
Concilia, incertum eſt: vrbisne inuiſere, Caeſar, 25

25 *Conſilia* alii ap. Pierium, vt fere ſolent, quod idem Catroeus arripit, at male interpretatur de decreto a diis faciendo. Immo vero eſſet idem deorum coetus, qui et *concilium* eſt. Hor. Carm. III, 25, 6 *egregii Caeſaris Aeternum meditans decus Stellis inferere et concilio Iouis;* vbi etiam alii *conſilio*, quod tamen accommodatius ibi eſſe videtur, non propter Aegyptiam fabulam a Baxtero memoratam, ſed quia *Iouis conſilium* ibi habetur. At in noſtro ſimpliciter de numero ac coetu deorum agitur. *vrbes* Medic. cum nonnullis aliis, vt ambiguitas, ne *vrbis* pro ſecundo caſu habeatur, vitetur. Sed *vrbisne* auctoritate vet. grammaticorum confirmatur ap. Gell. N. A. XIII, 20; vbi Probus ait auris iudicio *vrbis* praelatum eſſe a poeta pro *vrbes*. Ergo *Vrbis terrarumque curam* non iunxere veteres, nec *inuiſere curam* ferendum eſſe putarunt pro ſuſcipere.

Pars autem poſito ſurgunt de ſemine. Ouid. Met. I, 108 de aurea aetate *Ver erat aeternum, placidique tepentibus auris Mulcebant Zephyri natos ſine ſemine flores.*

24. Omnibus diis inuocatis, adeo et tu, o Caeſar, adſis propitius, tamquam mox deus futurus, quamquam incertum eſt, cuius ordinis ac generis; quicunque tamen deus futurus es, v. 40, adſis. 25. *vrbisne inuiſere, Caeſar, Terrarumque velis curam; et* — Multis modis haec inter ſe et cum ceteris iungi poſſunt. Omnibus tamen tentatis, nulla eſt ratio tutior, quam vt *inuiſere vrbes* proprie dictum accipiamus, tumque in altero membro ſubſtituamus ex voc. *inuiſere* generalem notionem, habere, ſuſcipere, *terrarum curam.* De tali verbi eiusdem iunctura duplici v. Burm. ac Bentl. ad Horat. Carm. I, 1, 7. Proprie *dii inuiſere* dicuntur terras et vrbes, quas aut praecipue amant et colunt, aut in quibus inſtituta ſibi ſollennia ſacra frequentant. De his ἐπιδημίαις et ἐπιφανείαις deorum agit Spanhem. ad Callim. in Apoll. v. 13. Hoc loco tamen *inuiſere* eſſe videtur inſpicere; nam ſubiicitur *cura*, curatio, adminiſtratio; adeoque eſt re-

Terrarumque velis curam, et te maxumus orbis
Auctorem frugum tempeſtatumque potentem
Adcipiat, cingens materna tempora myrto;

26 *te et m.* Menag. pr. 27 *frugum caeli terraeque p.* Goth. ſec. a m. pr. 28 *Accipiet* Voſſ. Durum eſſet iungere gere, moderari. Scilicet poeta pergere volebat, *vrbesne inuiſere et terras curare.* hoc inuertendo mutauit, *velisne curam terrarum.* Eſt autem *velle*, etiam, praeferre, fere vt Homero βούλεσθαι· βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, pro βούλομαι μᾶλλον, praefero. Bene autem Caeſar inter deos vrbium et terrarum tutelares referri potuit: vti dii ſunt πολιοῦχοι. Notanda vero copia orationis, qua, ſplendore cum ſummo, idem toties effert: *velisne deus eſſe.* Ceterum cf. Lucan. I, 45 ſqq. et Stat. Theb. I, 24 ſq. 26. *maximus orbis*, ſeu caelum, ſeu, quod verius nunc eſſe arbitror, orbis terrarum. *maximus* pro magnus, vid. Burm. ad v. 187. *accipiat:* habeat *auctorem*, moderatorem prouentus agrorum et tempeſtatum, adeoque tutelam agricolationis; *auctor* et *potens* ad eandem notionem ſpectant; nam, qui largitur, is habet in poteſtate; Manilius I, 393 ex h. l. *Caeſar nunc terris, poſt caelo maximus auctor*, regnator. iam debebat ſequi, *te cinctum materna tempora myrto;* nunc idem *orbis cingens tempora myrto* dictus, ſcilicet corona myrtea orto a Venere Auguſto, nouo deo, impoſita. Magnificum phantaſma! Fac te videre Orbem Terrarum Auguſto ſtanti coronam myrteam imponentem; aut Auguſtum in medio inter Cybelen et Neptunum ſtantem et ab vtroque corona myrtea coronatum! 27. *tempeſtatum*, non de procellis accipiendum, ſed de caeli aerisque mutationibus et anni temporibus, quia cum frugibus illa iungi mos eſt. *tempeſtates* pro temporibus ſiue ſtatis, ſiue quibuscunque aliis vel Lucretii exemplo bene dicuntur, vbi ad anni caelique temperiem aerisque mutationem, quae cum ipſis temporis vicibus ſuccedit, reſpicitur. 28. *materna myrto*, Veneri ſacra,

Digitized by Google

An deus inmenſi venias maris, ac tua nautae
Numina ſola colant, tibi ſeruiat vltima Thule, 30
Teque ſibi generum Tethys emat omnibus vndis;

Adcipiat: *cingens — myrto An deus venias;* etſi ſic ad maris imperium myrtea corona reſpectu Veneris bene referretur. 29 *et tua* duo. *an tua* Goth. ſec. 30 *ſeruiet* Goth. ſec. *Thylae* Medic. *Thyle, Tyle, Thile* alii; et mox vitioſe *Thetis*, ſollenni errore, quo Θέτις et Τηθὺς permutantur. 31 *generum te Thetis in o.* Goth. ſec.

ad quam et Anchiſen Iulios genus ſuum retuliſſe notum eſt. At, quorſum myrti huius mentionem hic iniectam dicemus? vt ſcilicet Auguſto e diuino ſanguine orto locus inter deos tributus tanto minus admirationis habeat.

29—31 An tu inter deos marinos recipieris, et quidem princeps. *ventas*, futurus ſis. Iterum tenui verbo ſubſtituit ornatius. *Thulen* ad noſtras inſulas Shetlandicas a ſeptentrione Britanniae obiectas referendas eſſe nunc ſatis conſtat. *Seruire* ea dicitur deo marino, quatenus eius potentia et maieſtas per omnia maria obtinet: declarantur maria per inſulas, nuncque per vltimas terrarum. Scilicet *ſeruire* dicuntur poetae ii, quibus imperatur. Eſt adeo idem ac, et an omnis maris imperium habiturus ſis. *ſola:* potentius voc. quam, praecipuum numen. 31. *Teque ſibi generum Tethys emat* pro vulgari: et vna ex Oceanitidibus tibi nubat. Eos, qui inter deos adſcripti eſſent, deabus iungi fas erat; ſic Hercules Hebae. Itaque Auguſto, maris deo, vna Nympharum, filiarum Oceani et Tethyos, dabitur; ſed pretio propoſito et dote numerata. Sic Perſeo Andromedam paciſcuntur *Promittuntque ſuper regnum dotale parentes:* Ouid. Met. IV, 704. Promiſcue autem, ap. Homerum quoque, munera, ἕδνα, heroum aeuo, et parentum nuptarumque ſunt et ſponſorum. Alia eſt Romanorum coemtio et in manum conuentio: de qua v. Cannegieter. Obſſ. I. C. IV, 1, 4. Ea vero locum non habet in poeta, qui de diis agit, adeoque mythici

Digitized by Google

Anne nouum tardis ſidus te menſibus addas,
Qua locus Erigonen inter Chelasque ſequentis

32 *Atque* nonnulli ap. Pierium. *ſidus tardis* Ven. *meſſibus* ed. Ven. 33 *Erigonem* alii.

vel heroici temporis ritus ſeruare tenetur. Splendide adiectum: *omnibus vndis!*

32—35. An nouum ſidus, et quidem in Zodiaco, caelo acceſſurus ſis. Annorum, menſium ac dierum, menſuram ſiderum decurſus facit; itaque *menſes* memorat. *tardos* dixit poetico more, tantum vt epitheto ornaret; Nam anni, dies, menſes, modo longi, modo breues, tardi, celeres, pro conſilio poetae appellari poſſunt ac ſolent. Alii aliis modis exponunt; inter haec, vt de *aeſtiuis menſibus* accipiatur: ſubtiliore quoque ratione mathematica arceſſita. Enimuero verſamur in poeta: cui *aeſtiui dies* poſſunt eſſe *longiores*, *tardiores*; vix *menſes*. Nec niſi pro ornante epitheto accipio ap. Manil. II, 202 *cum ſol adverſa per aſtra Aeſtiuum tardis attollat menſibus annum.* Subtilius, quam pro poetica ſimplicitate, ex phyſicis rationibus Halleium explicantem ſequitur Martinus, dum alii de diebus aeſtiuis intelligunt. 33. *Qua locus*, h. inter ſigna, Virginem et Scorpium, qua nunc Libra eſt; quae antiquitus ab omnibus aſtrologis inter ſigna non habebatur, locum vero eius Chelae ſeu Scorpionis brachia occupabant; quo reſpexit Ouid. Met. II, 195—197 *Eſt locus, in geminos vbi brachia concauat arcus Scorpios, et cauda flexisque vtrimque lacertis Porrigit in ſpatium ſignorum membra duorum.* Vacans ſpatium deinde Libra occupauit, ita vt ab Scorpio teneretur; vt etiam expreſſum in Marmore Farneſio conſpicitur. Librae itaque locum aſſignat Auguſto, reſpectu iuſtitiae et aequitatis, cuius ſymbolum libra habita eſt. Simili luſu ex aſtrologicis rationibus ſub Libra natis iudicis et legislatoris auctoritas promittitur. v. Manil. IV, 548 ſq., quem adeo Scaliger ad Auguſtum reſpicere putabat. Et in his acquieſcendum erat.

Digitized by Google

Panditur: ipſe tibi iam brachia contrahit ardens
Scorpios, et coeli iuſta plus parte reliquit:

34 *Panditur ipſe* iungit Seruius. *tibi nam* Ven. 35 *Scorpios* Heinſ. e Medic. et al. *Scorpius* vulgo. *plus iuſta* Erf. *reliquit* Medic. cum Gud. et Menag., it. Rom. Pierii, Goth. pr. et Erf. et videbatur hoc, ex elegantia poeticae dictionis, recipiendum eſſe, pro vulgari *relinquit*. Interpolate eſt *vt c.* — *relinquat* in Arundel.

Verum multa ſubtiliter de h. l. quaeri coepere in diſputatione de die Auguſti natali: vt etiam poeta credatur ad illum reſpexiſſe, in ſigno Librae numini futuro aſſignando. Vulgo quidem ſignum eius natale habitum eſt Capricornus; vide vel Suet. Aug. 94; idem in nummis Auguſti obuium et egit de eo copioſe Schlegel. ad Morelli Impp. T. I. p. 194. dies natalis traditur IX Kal. Octobris, ſole ex vulgari ratione Libram ingreſſo, ex vera autem adhuc in Virgine verſante, non vero in Capricorno. Scilicet eadem nocte Luna in Capricorno erat gradu XVI vel XVII (vid. Alphonſ. *des Vignoles* in *Hiſt. crit. de la Rep. des Lettres* T. XI. XII, qui in eandem ſententiam lectionem Manilii II, 507 trahit: *contra Capricornus in* ipſam *Conuertit viſus; quid enim mirabitur ille Maius, in Auguſti felix cum fulſerit ortum!* cum recepta ſit lectio: *in ipſum* ſcil. ſe. Alii alia commenti ſunt. vid. Scaliger et Faius ad Manil. l. l. *Lettre de Mairan in Lettres et Opuſcules* p. 275 ſqq.). Enimuero ſufficit ad poetae mentem, quod ab initio poſuimus. Chelae autem *ſequentes*, vel quia Scorpius Virgini a tergo eſt, vel poetico epitheto, vt hederae flexiles dicuntur ſequaces. *ardens* Scorpius tamquam ſidus; hoc ſimpliciſſimum. *iuſta plus parte* eleganter; ad ſignum maioris reuerentiae plus, quam iuſtum ac neceſſe erat, de loco deceſſit. Alio modo locum hunc tractauit de Veſpaſiano Valer. Fl. I, 16 ſq. *cum iam genitor lucebis ab omni parte poli* ſqq.

Digitized by Google

Quidquid eris; nam te nec ſperent Tartara regem,
Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido:
Quamuis Elyſios miretur Graecia campos,
Nec repetita ſequi curet Proſerpina matrem;
Da facilem curſum, atque audacibus adnue coeptis,
Ignarosque viae mecum miſeratus agreſtis,
Ingredere, et votis iam nunc adſueſce vocari.

36 Hic verſus in Moret. poſt v. 38 legebatur. *Quiquid erit* Goth. pr. Sed *Quidquid eris* eſt pro, *Quisquis deus eris. iam te* Pierii Longob. *nec ſperant* Rom. *ne ſperant* Medic. a m. pr., ſed immutatum: *nec ſperent. non te ſpectent nec* ed. Ven. *ſpernent* vnus Mead. et ed. Norimb. 37 *tam ſaeua* Zulich. *dura* Goth. ſec.

36 — 39. Exquiſita orationis conuerſione exprimit vltimum illud: an inferis diis adſcribi velit: id quod auerſatur poeta. *Tartara* omnino pro locis inferis dixit, non proprie; ſubſtituit paullo poſt campos Elyſios in inferorum parte ſitos. 38. Etſi a Graecis poetis multa praeclara de locis inferis, nominat nunc *campos Elyſios*, narrata ſunt; *mirari* eſt celebrare, multis verbis ornare. 39. *Nec — ouret*, nolit, noluerit. v. Burm. Videri poteſt ſabulam de Proſerpina reſpicere, quae nunc ignoratur. Nam in vulgari narratione Proſerpina inuita a Plutone retinetur; et cometa mali Punici grana huc vix referri poſſunt. Niſi ſic potius poeta dictum eſſe voluit: Nec Proſerpina nunc, etiamſi a matre reuocetur, redire inde velit: adeo amat nunc loca infera. 41. *mecum miſeratus* iunge interpretando: ſeu, *mecum ingredere*, incipe, h. l. dum mihi ades, faues. Ita *ingredi* v. c. II, 174 *tibi res antiquae laudis et artis Ingredior.* Adde Aen. IV, 107. VIII, 513. XI, 704. 42. *iam nunc aſſueſce*, vtpote deus futurus.

Digitized by Google

Vere nouo, gelidus canis quum montibus humor
Liquitur, et Zephyro putris ſe gleba reſoluit,
Depreſſo incipiat iam tum mihi taurus aratro
Ingemere, et ſulco adtritus ſplendeſcere vomer.
Illa ſeges demum votis reſpondet auari
Agricolae, bis quae ſolem, bis frigora ſenſit;

44 *zephyro putri* edd. Terentiani Mauri, perperam. *ſe putris* Toll. 46 *vomis* Medic. a m. ſec. tert. Mentel. Reg. a m. ſec.; ſic inf. 162 et ap. Ouid. Faſt. IV, 927. 47 *voti* Rom. *auaris* Zulich. 48 *quae bis ſ.* Menag. alter. *bis quoque ſ.* Parrhaſ. *ſentit* Zulich. duo Moret. et fragm. eiusd. Goth. pr. cum Erf.

43—46. Cum primo vere aratio inſtituenda eſt: ad ductum Heſiodi E. 458 ſqq., cum nix liqueſcit, et terra, a frigore conſtricta, tepidae aurae afflatu reſoluitur. *putris — gleba*, emollita tepore, reſoluta et tenera, cum antea eſſet gelu adſtricta. v. ad II, 204. 45 ſq. Quam ornate pro: iam tum arationis initium faciendum eſt! Lucret. V, 209 *vis humana — valido conſueta bidenti Ingemere et terram preſſis proſcindere aratris.* Ad rem v. *Dickſon Husbandry of the ancients* T. I. p. 483 ſq.

47—49. At aratio iterato facienda eſt, vt prouentus agri votis reſpondeat. *Illa ſeges — bis quae ſolem, bis frigora ſenſit.* *ſeges* h. l. eſt terra, ager. Trepidant in h. l. Interpp. iam inde a Probo, vt componant haec cum aratione tertia, qua vulgo conſtat ſeri ſolitum fuiſſe, ita vt vere ineunte ager proſcinderetur, aeſtate iteraretur, auctumno tertiaretur, atque ita ſementis fieret. conf. inf. 219 ſqq. et vide v. c. Colum. II, 4 et II, 8. add. Arat. Dioſem. 321 ſq. At enim ii agricolae, qui in terra rite ſubigenda ſummam culturae ponebant, quater arabant, ſemel quidem iam ſub finem auctumni, tum vere anni ſequentis, mox aeſtate, tandem auctumno, cum ſationis tempus inſtaret. Graecis id ſollenne fuiſſe vi-

Digitized by Google

Illius immenſae ruperunt horrea meſſes.

detur, vt colligas e Theophr. Cauſſ. Plant. III, c. 25 καὶ ὅταν μετὰ τοὺς πρώτους ἀρότους νεάσωσι etc. Hoc vero faciebant, *vt ſolem et frigus ager ſentiret*, ὅπως χειμασθῇ καὶ ἡλιασθῇ, vt idem Theophr. paullo ante. *bis* vero, quia bis in hibernum, bis in aeſtiuum (vere et aeſtate) tempus, aratio talis incidit. vid. Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 510. Etiam apud Theocr. Id. XXV, 25, vbi de Augiae opibus: τριπόλοις σπόρον ἐν νειοῖσιν ἔσθ' ὅτε βάλλοντες καὶ τετραπόλοισιν ὁμοίως. Vulgarior tamen tertiationis vſus (cf. Arat. Dioſ. 321 ſqq. de lentiſco: latine vertit Cic. de Diu. I, 9), isque iam Heſiodi aetate, ſi compares Εργ. 384. 448 ſq. 462, et νεῖον τρίπολον ipſe Homerus memorat Iliad. σ, 541. 542, et Odyſſ. ε, 127. Plinii locus XVIII, 20 ſ. 49. 3 vnica huius verſus interpretatio: *quarto ſeri ſulco Virgilius exiſtimatur voluiſſe, cum dixit, optimam eſſe ſegetem, quae bis ſolem bis frigora ſenſiſſet;* cum ſcilicet vulgo trina aratione defungerentur aratores Itali, h. tertiatione. v. Varr. I, 29. cf. 32. 33. 34. Colum. II, 4, 4. Quamquam idem Plinius innuere videtur, iam tum diverſas de hoc loco ſententias viguiſſe. *quarto ſulco* vero pro quarta aratione dictum tum per ſe patet, tum ex eodem Plinii loco XVIII, 20, ſ. 49, n. 3 *Spiſſius ſolum, ſicut plerumque in Italia, quinto ſulco ſeri melius eſt, in Tuſcis vero nono.* conf. Harduin. Mox tamen v. 64 ſqq. poeta in communi more acquieſcere videtur, cum pingue ſolum vere, tenue auctumno arare iubet, vt ſcilicet ſub hiemem conferatur. Nec vero prorſus ignota fuit ſatio frumenti verna: *trimeſtrem* appellabant: *cum cogit neceſſitas*, addit Columella II, 9, 7. 49. *illius* ſeu ſegetis, ſeu agricolae. Prius melius: *illa ſeges — Illius. ruperunt horrea*, replent: praeclare ad magnam copiam ſignificandam: conf. ad Aen. XII, 527. Tibull. II, 5, 84 *Distendet ſpicis horrea plena Ceres*, vbi vid. Not. Colum. X, 307 *Preſſaque flammeola rumpatur fiſcina caltha.*

Digitized by Google

At prius, ignotum ferro quam ſcindimus aequor,
Ventos et varium coeli praediſcere morem
Cura ſit, ac patrios cultusque habitusque locorum;

50 *At p.*: ita et Medic. cum al.; at alii: *ac*, etiam Romanus. *Immenſum* Seruius in ſuo habuit. 51 *proprium c. p. morem* ſex vet. codd. exhibent ap. Columellam I, 4, 4 et reponendum putabat Pontedera Antiqq. p. 479; quomodo enim, quod varium ſit, praediſci poſſit? Sed variare aliqua res poteſt, et tamen cognoſci, et multa ita variant, vt in vno tamen quoque ſtatu aliquantum conſiſtant. Hoc autem loco variat tempeſtas pro regionum diuerſitate. Agitur igitur de re, quae non vnum eundemque habitum vbique habet. *praedicere* tres ap. Burm., more ſolito. *praediſcere* firmat cum Colum. l. l., tum Plin. XVIII, 24 ſ. 56 extr. 52 *cultus habitusque*, omiſſo *que*, multi Pier. et Heinſ. *cultos*

50. Ante arationem et omne opus ruſticum natura caeli ſolique conſideranda eſt. *ignotum aequor*, agrum, cuius natura nobis ignota ſit. 51. *caeli — morem*, aeris naturam, temperiem, *varium*, pro diuerſa regionum natura ac ſitu diuerſum. Columella lib. I, praef. 23 *Caeli et anni praeſentis mores intuentur: neque enim eundem, velut ex praeſcripto, habitum gerunt* etc. Totus ille locus ſ. 22 ſqq. pro commentario poetae eſt. 52. *habitus locorum*, h. naturam, genium agri, ex praecepto omnium, qui de re ruſtica tradidere. vide vel Xenoph. Oecon. XVI, 2 ſqq., quem ante oculos habuiſſe videtur Virgilius. *patrios cultus*, colendi rationem vſu maiorum probatam. Dickſon *Husbandry of the ancients* T. I, p. 217. qui, quod facere neceſſe non eſt, repetendum eſſe arbitratus epitheton *patrios cultus* et *patrios habitus locorum* laborat in notione alterius rei, quinam eſſe poſſint *habitus patrii:* cur enim illi maiorum aetate diverſi a praeſenti agri natura? Dicas eſſe naturam, qualem maiores vſu cognouerant. Enimuero *habitus locorum* per ſe ſunt ſumendi: et

Digitized by Google

Et quid quaeque ferat regio, et quid quaeque recuſet.
Hic ſegetes, illic veniunt felicius vuae;
Arborei fetus alibi, atque iniuſſa vireſcunt
Gramina. Nonne vides, croceos vt Tmolus odores,

Gud. et ap. Colum. l. l. 53 *quid ferre recuſet* nonnulli ap. Pier. 54 *illuc* Rottend. *Hic ſegetes, veniunt vuae felicius illic* in nonnullis vidit Pierius. A v. 53 ad 58 laudat Sen. ep. 87. 55 Pro *iniuſſa* male apud Pier. et Heinſ. alii *inuiſa, iniuſta.* 56 *Molus* multi. v. Heinſ. *cruceos vti molus* Rom. *Tmolos* alii.

eorum cultus eſt patrius. 53. Plin. XVIII, 47 extr. *In omni quidem parte culturae — valet oraculum illud: quid quaeque regio patiatur.* Iam in iis, quae ſequuntur, agnoſce poeticam rationem, propoſitionem generalem per ſingula exempla declarandi et ornandi. 54. ſqq. Conuenit locus cum Aetna 258 ſqq. 55. Per *gramina* declarari puta paſcua. *iniuſſa,* ſponte, Colum. X, 16 natura ſoli, *quae* — iniuſſi *conſternitur vbere mali.* 56. *Nonne vides:* eſt inter formulas enumerationum: pro, praeterea, porro: et habet ἐνάργειαν. οὐχ ὁράας Arat. Dioſ. pr. *crocei odores* pro croco. *Tmolus* Lydiae mons, vino generoſo nobilis, v. II, 98 eum nucem, et caſtaneam, vitem, malum et mala Punica ferre aſſerit Theophr. H. P. IV, 6. at eundem a croco commendatum nunc videmus. Succinit Virgilio Columella III, 8, 4. qui tamen Maronem ſequi potuit; Solini et Marciani auctoritas, a Cerda memorata, eſt nulla. Contra in Cilicia crocus frequens proveniebat, inprimis ad Coryciun promontorium. Servius Tmolum Ciliciae montem eſſe dixerat, vnde Burmannus Tmolum pro Cilicia dictum cenſebat, quia veteres in Ciliciae nomine errarunt, cum viderent Cilicas apud Homerum memorari in Myſia; potuiſſe adeo eos etiam credere, Lydiam Cilicum fuiſſe et Cilices vsque

Digitized by Google

India mittit ebur, molles ſua tura Sabaei;
At Chalybes nudi ferrum, viroſaque Pontus
Caſtorea, Eliadum palmas Epiros equarum?

adores Goth. pr. 57 *nutrit ebur* tres ap. Heinſ. *mittat* Medic. Scilicet, quod ſaepiſſime in Marone notandum occurret: Eſt orationis pedeſtris exquiſitior ratio in multis, vt ſubiunctiuus ponatur: ita h. l. *Nonne vides vt mittat.* At poeta hoc ipſo a vulgari recedit, dum ſubiunctiuum reſpuit. Critici fere in his ludunt, et alterum, quod ſcriptum reperiunt, mutant in alterum; nulla certa ratione; ſed tantum vt ingenium oſtentent. *Pontos* Moret. pr. a m. pr. 58 *Et* Ven. vel *vt. Calybes* et *Calibes* aberratur. Sunt Χάλυβες. *ferro* alter Rottend. 59 *Epirus, Epeiros*, alii. Ἤπειρος. Si Seruium audiamus, etiam Romani in pronuntianda voce ex graeca flexione ſeruarunt accentum, et pronuntiarunt h. l. *Épiros.* Nam

ad Lydiam fines protendiſſe, ita vt Tmolus pro Ciliciae monte diceretur. Vide Burm. ad h. l. et ad Ouid. Met. XII, 109. Atqui haec quam longe petita ſint vides; nec bene ea olim ſequutus eram. Potuit et Tmolus crocum ferre cum aliis terris apud Plinium XXI, 6, 17 memoratis, et Virgilius Graecum aliquem poetam exprimere. 57. *molles — Sabaei;* perpetuum epitheton populorum Aſiaticorum, effeminatorum caeli indulgentia et ſoli bonitate. Sic *tener Arabs* Tibull. II, 2, 4, vbi v. Brouckh. ἁβροβίων Ἀράβων γένος Dionyſ. Perieg. 968. *Mitti* vero, h. e. exportari, ſollenne de mercibus, ex eo loco petitis, vbi praecipuus earum mercatus eſt: eſt adeo idem ac prouenire. 58. *Chalybes nudi,* vtpote in ferro cudendo occupati, vt recte Seru. ad h. l. *propter ferri cudendi ſtudium* (ita enim leg. pro *caedendi*); Aen. VIII, 425 *nudus membra Pyracmon.* Porro *Caſtoreum,* h. caſtoris ſ. ſibri teſtes. *viroſa caſtorea,* tetri odoris, graueolentia; quo ſenſu potiſſimum *virus* et *viroſum* dici ſolet. Ex noſtro petiit Nemeſ. Cyneg. 223. *Caſtoreum Ponticum* praeſtantiſſimum ſui generis habebatur. vid. Strab. III, p. 163 (248). 59. *Eliadum palmas Epiros equarum.* Epirus mittit, alit, equos praeſtantiſſimos. Praeſtantia

Continuo has leges aeternaque foedera certis 60
Inposuit natura locis, quo tempore primum
Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem,

sane, inquit, *Epiros graece profertur; vnde etiam E habet accentum; nam si latinum esset*, Epirus, Epiri, *pi haberet* (accentum) quia longa est. 61 *Nam posuit* Mentel. prior a m. pr. *primus* Goth. sec. 62 *lapides vacuum* Leid. et Moret. vnus. *vanum* Voss. pr.

declaratur ab eo, quod antecellunt alios equos in certamine cursus. Posuit poeta certum certamen, Olympicum. *Palma*, vt *victoria*, pro victore dicitur. Sic Aen. V, 339 *tertia palma*, vbi conf. Not. Sunt adeo equae victrices inter equas Olympicis ludis decurrentes. *Epirus* εὔιππος, εὔπωλος et generosis equis nobilis Ge. III, 121 *Et patriam Epirum referat.* Statius Achill. I, 420 *frenat celeres Epiros alumnos.* Etiam boues Epiri passim memorantur. v. Plin. VIII, 45 s. 70. Vnde apud Pind. Nem. 4, 84 βουβότοι πρῶνες Epiri. Scilicet omnino bonis pascuis illa abundauit. *equas* noto more, quo sexus feminei animantia praestantiora habentur. *Eleus campus* inf. III, 202. *Eleo carcere missus equus* Tibull. I, 4, 32; alios vid. ad Gratium v. 504. Ad equos palmatos, palmae signo et nomine notatos, nimis subtiliter retulit locum Wernsdorf. ad Nemesian. p. 265.

60. *Continuo.* Vocant huc viri docti vsum vocis graecae αὐτίκα, quod in commemorationis exordio ponitur, et per *exempli gratia* reddi potest: Copiose de eo actum ab Ernestio ad Xenoph. Mem. IV, 7, 2. Callim. I. 76. Ruhnk. ad Timaeum p. 41. Koen. ad Gregor. p. 194. Scilicet res ita illustranda est, vt quasi dictum videatur: *vt statim hoc exemplo vtar, vt statim hoc commemorem.* Atqui haec omnia aliena ab h. l. Etenim concluduntur superiora; et est, quod sententiae docent: statim a rerum initio. Nec minus aliena est illa obseruatiuncula ab aliis locis, vt Ge. I, 169. 356. III, 75.

Digitized by Google

Vnde homines nati, durum genus. Ergo age, terrae
Pingue ſolum primis extemplo a menſibus anni
Fortes inuertant tauri, glebasque iacentis
Puluerulenta coquat maturis ſolibus aeſtas.
At, ſi non fuerit tellus fecunda, ſub ipſum
Arcturum tenui ſat erit ſuſpendere ſulco:

64 *a* deeſt fragm. Moret. 65 *Inuortant* ſcriptura e Medic. Verum ſi hic: cur non vbique? et ſi ex ſolo aurium iudicio: quis hoc ſibi arroget in lingua, cuius ſonos ac numeros nos nobis fingimus, haud callemus! 66 *maturis frugibus* Pier. e Rom., ſed vulgatam defendit Burm. vel ex Gratii Cyn. 85. 67 *Et ſi* Longob. *Aut* Goth. ſec. 68 *ſplendeſcere ſulco* Goth. ſec. *ſolco* duo: quae erat certorum ſaeculorum pronuntiatio.

IV, 254. Vbique videbis eſſe, principio. In aliis locis eſt, extemplo, confeſtim. *has leges*, vt cuique terrae ſuum ingenium, ſua ratio colendi, ſit, eas natura impoſuit ſtatim tum, cum primum etc. *foedera* h. l. conditiones, leges, vt Aen. I, 66 et al.

63. *Ergo age*, *t.* refer ad vſ. 43 *Vere nouo*. Primo vere eſſe arandum ait. vid. Plin. XVIII, 26 ſ. 65, 2. Colum. II, 4. *terrae ſolum*, *γῆς πέδον*. 66. *maturis ſolibus*, calore aeſtatis. *Sol maturus* adultae aeſtatis, quo matureſcunt fruges. *coquat* adeoque rarefaciat, vt ſalibus ex aere imbibendis ſolum idoneum ſit. Ge. II, 259 *terram multo ante memento excoquere*. vbi v. Not.

67. *ſi non fuerit tellus fecunda*, h. ſi tenuis, ſi gracilis: Interpretatur locum Colum. II, 4 extr. de ipſa re agit Dickſon. T. I, p. 469. et de vſſ. 63 ſq. idem p. 480 ſq. *ſub ipſum Arcturum*: Colum. XI, 2, 63 *Non. Septemb. Arcturus exoritur*; de matutino exortu agi puta: v. Plin. II, 47. XVIII, 31 ſ. 74. Cf. Mart. ad h. l., et Pfaff. de Ort. et Occaſ. ſid. p. 51. *ſuſpendere*, leuiter proſcin-

Digitized by Google

Illic, officiant laetis ne frugibus herbae;
Hic, ſterilem exiguus ne deſerat humor arenam. 70
Alternis idem tonſas ceſſare noualis,
Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum.
Aut ibi flaua ſeres, mutato ſidere, farra,

69 *offiant* Reg. a m. pr. *efficiant* Ven. 70 *Haec* e Medic. laudat Burm., ſed nil tale expreſſum in exempl. Foggin. *non deſerat* Zulich. 71 *tonſis* Medic. a m. pr. 72 *Aut ſegn.* alter Menag. et vn. Moret. cum Erf. *torpeſcere* coni. Io. Schrader., vt v. 124. 73 *Aut vbi, Aut tibi, At ibi* alii; ex more. *mutato ſemine* Romanus, quod iam Pierius laudauit, quod Catroeus recedere, vomere non alte deſcendente. 69. *Illic*, in pingui ſolo. Nam *Humida maiores herbas alit:* Georg. II, 251.

71 — 159. Recreatur ager et vires ſumit variis modis et hominum ſtudiis et primo ipſa ceſſatione cultus. *Idem tu alternis* vicibus *patiere ceſſare tonſas noualis. Noualе* aruum, *noualis* ager, proprie eſt, qui ſiluis exciſis primum colitur, nunc terras *nouales* dixit Maro de agro, qui alternis annis vacat et nouatur: id quod perpetuum erat veteri Italiae, quae triticum ſerebat. Hinc nec ſtercorationis magnus vſus; nam ipſa ceſſatio ſatis recreat agrum in his locis. Noualem eodem modo dixit Plin. XVIII, 49, 2 *Noualе eſt, quod alternis annis ſeritur;* et ita accipitur in Varr. I, 29, 1 *Noualis, vbi fuit ſatum ante, quam ſecunda aratione renouetur. tonſae* eae terrae, h. demeſſae. *ſitus* pro otio, ceſſatione; vnde epithet. *ſegnem; dureſcere* pro requieſcere. Totum praeceptum ex Virgilio repetit Plin. XVIII, 21. ſ. 50. cf. Colum. II, 10, 7. II, 14, 1. Varro I, 44, 3. De ipſa re disputat Dickſon T. I, p. 240 ſqq. interpretatione tamen poetae haud ſatis idonea et p. 458. To. II, p. 153.

73. *mutato ſidere:* anno altero. *Sidus* pro ſole, vt ſaepe; *cum decimum*

Digitized by Google

Vnde prius laetum ſiliqua quaſſante legumen,
Aut tenuis fetus viciae, triſtisque lupini
Suſtuleris fragiles calamos ſiluamque ſonantem.

pit, et mihi (cum eodem Io. Schradero) valde ſe probare non diffiteor; magis enim conſentaneum reliquae ſententiae eſſe videtur; et v. 82 idem explicatur: *mutatis fetibus*. *ſidere* tamen criticae rationes tuentur, et reuocari facile ad eandem ſententiam illud poteſt. vid. Not. 74 *lectum* Rom. Pierii. *foetum* legebat Reisk., at ſequitur *fetus ſiliquae*. 75 *tenues* duo Burm., it. Seruius, et edd. nonnullae. *lupinis* Medic.

premeretur ſidere ſignum Ouid. Met. IX, 286. *ſol* pro anno et pro anni tempore. Aen. IV, 309 *hiberno ſidere*, ſole. Igitur altero quoque anno legumina in agro ſerenda eſſe ait, et tertio iterum far. v. Colum. II, 10, 1. et 11. 74. 75. 76. ornate: vnde prius meſſueris vicias et lupinos. *legumen ſiliqua quaſſante:* quod habet ſiliquam quaſſantem ſe: ſeu vento ſeu alio impetu agitatum, inprimis cum exaruit: Vnde mox *ſilua ſonans* de agro ſiliquis conſito. Sic *quaſſa cinnama* apud Ouidium Met. XV, 399 recte ſe habent, nec alia illa ſunt quam arida. De faba autem interpretatur poetam Plinius l. l. et XVII, 9, 7. 75. *tenuis vicia*, quia tenui ſemine, ſi cum faba compares: nam tenuem culmum cum ceteris communem haberet. *triſtis lupini*, amari, vt ſaepe; contriſtatur enim deguſtantis vultus, vt ap. Macrob. VI, 5; eſt genus leguminis, pauperum et Cynicorum victus, θέρμος: non confundendum cum lupulo. Lupini ſeges agro ſtercorando admodum vtilis habita; in primis ſuccedente confeſtim aratro: conf. Plin. XVII, 9, ſ. 7, XVIII, 14, ſ. 36, inpr. Colum. II, 14, 1 ſqq. et II, 15, 5. Alios v. in Not. ad Geopon. II, 39, 6.— 76. *fragiles calamos*, quia aridi, vt Ecl. VIII, 82 et propter hoc, ſi mouentur, ſonantes. Lucret. VI, 111 hinc *fragiles ſonitus* iunxit. *ſiluam* poetica ratione, qua etiam florum, herbarum, ſilua grata ſimilitudine dicitur. Sic herbarum malarum ſilua inf.

Digitized by Google

Vrit enim lini campum ſeges, vrit auenae;
Vrunt Lethaeo perfuſa papauera ſomno.

77 Verſus ſunt ap. Columell. II, 14, 3; laudat quoque Plin. XVII, 9, 7. 78 *Lethaeum*. Ληθαῖος. Alii *Letheum*, male. v. ad Aen. VI, 705.

vſ. 152, et IV, 273 de centaurio: *vno de ceſpite ſilua* culmorum. *ſonantem*, quia calami aridi ſunt, vt diximus. *Siluas cannabias* dixit Gratius Cyneg. 47 pro ſegete. 77. Poetica ſuauitate pro: lino enim vel auena vel papauere ſeri nolim agrum interquieſcentem; nam ea vrunt h. exſiccant agrum. Repetit ex noſtro Plin. XVII, 9, ſ. 7. Colum. II, 14, 3. cf. II, 10, 17. Pallad. Octobr. 2. Hinc *linum* in agro humido ſeri ſolet; et Gratius Cyneg. 334 *Optima Cinyphiae paludes lina dabunt*. cf. ſqq. 78. *perfuſa ſomno papauera*, quae habent vim ſoporificam; quae natura nigri praecipue papaueris eſt. cf. h. l. Martin.

79 — 83. Quaeritur de iunctura ſententiarum: ſintne ad ſuperiora inde a vſ. 73 referenda, an proxime ad ſolos vſſ. 77. 78. Si ad proxima refers, ſenſus eſt: poſſunt tamen, ait, etiam illa, nimirum lina, et auenae et papauera, alternis annis recte ſeri, modo ſatis ſtercoratione ager reficiatur. Et hic eſt ſenſus, quem naturalis verborum iunctura ſuppeditat, et Columellae locus II, 14, (13) 3 firmat. Sin prius: dicendum eſt, ſenſum eſſe: attamen ſatis eſt, terram alternis vicibus ceſſare, dummodo ager bene ſtercoretur; etiamſi enim ager plane non ceſſet, aliis autem interea frugibus ſerendis exerceatur, vt leguminibus v. 74 ſqq., modo tamen ſtercorationi largiter indulgeas, ager vel ſic requieſcere aliquo modo videri poteſt; ſimo enim novas vires, nouos ſales, recipit, atque interea etiam vtilitatem aliquam, ea enim eſt *gratia*, ex agro percepiſti. Inſeruit verſus 77. 78 ſuis verbis Columella II, 14, 3. tum pergit: *Sed omni ſolo, quod praedictorum leguminum* (in his etiam linum memorauerat) *ſegetibus fatiſcit, una prae-*

Digitized by Google

Sed tamen alternis facilis labor: arida tantum
Ne faturare fimo pingui pudeat fola; neue
Effetos cinerem inmundum iactare per agros.
Sic quoque mutatis requiefcunt fetibus arua.
Nec nulla interea eſt inaratae gratia terrae.
Saepe etiam ſterilis incendere profuit agros,
Atque leuem ſtipulam crepitantibus vrere flammis:
Siue inde occultas vires et pabula terrae

79 Sententiae implicitae ac perplexae. Io. Schrader. occurrere volebat transpoſitione verſuum: 82. 83. 79. 80. 81. 80 *Nec* Parrhaſ. Vpſſ. Goth. pr. 81 *Effoſſos* Zulich. *Effectos* Vratisl. et Goth. pr., etiam Romanus; aberrationes librariorum. conf. inf. II, 417. *inmundos* Menag. alter. 82 *requieſcat* Ven. *requieſcent* Rom. et ed. Ven. Heinſ. emendabat *requieſcant:* quod alienum eſt. *fecibus* error fragm. Moret. 84 *Sentes et ſteriles* fragm. Moret.

ſens medicina eſt, vt ſtercore adiuues, et abſumtas vires hoc velut pabulo refoueas. — 79. *facilis labor*, ſ. ipſius agri, vt ei tribuatur labor, quemadmodum fatigari, defetiſcere, recreari ille dicitur; ſ. agricolae in agro colendo, ſi alternis ille ceſſat; hoc facilius, illud doctius: vt inf. 150 *mox et frumentis labor additus.*

84. Aliud praeceptum de ſtipulae incenſae ad agrum beneficio. *ſteriles agros*, ſtipulas agri, vt v. ſq. explicatur. Pronocat ad h. l. Plin. XVIII, 72 extr. (30). *Sunt qui accendant in arvo et ſtipulas, magno Virgilii praeconio. Summa autem eius ratio, vt herbarum ſemen exurant.* De ipſo praecepto disputant ſcriptores; v. c. Dickſon. c. 12. p. 324 ſq. 86. *Siue — ſiue.* Pro varia ſoli, vel macri vel vliginoſi vel denſi vel rari, natura, varias cauſſas ſubiicit. *pabula* ſunt ſucci, qui nutriunt ſemina ac plantas: puta ex cinere crematarum ſtipularum et

Digitized by Google

Pinguia concipiunt; ſiue illis omne per ignem
Excoquitur vitium, atque exſudat inutilis humor;
Seu pluris calor ille vias et caeca relaxat
Spiramenta, nouas veniat qua ſuccus in herbas;
Seu durat magis, et venas adſtringit hiantis:
Ne tenues pluuiae, rapidiue potentia ſolis
Acrior, aut Boreae penetrabile frigus adurat.

87 *aeuum* vel *ignem* Zulich. 88 *exundat* Parrhaſ. a m. pr. 89 *pluris* vetuſtiores praeter Medic. 91 *conſtringit* Ven. et Parrhaſ. *reſtringit* Moreti pr. 92 *tenuis* Rom. cum aliis Heinſianis. *rapidiue* Heinſ. e melioribus retraxit; nam ſic iam Aldd. pro *que*, quod edd. occuparat.

lixiuio. 88. *inutilis humor*, noxia vligo. 89. *caeca ſpiramenta*, meatus occultos et latentes, nos *poros* dicimus; mox *venas*. Lucretius ſic fere *ſpiracula* dixit VI, 492. *Vada latentia* apud Gratium Cyneg. 423. 91. *calor adſtringit* ſc. condenſando molle et lutoſum ſolum. 93. *Adurere* conuenit proprie frigori tantum et aeſtui ſolis. Sed, ſollenni figura, generalior inde notio τοῦ *nocere* elicienda et ad illud: *ne tenues pluuiae*, referenda eſt. *Penetrale frigus* iam Lucretius dixerat I, 495. *tenues* ex natura pluuiae petitum epitheton, quod hic nullam vim habere debet, vt ſaepe epitheta ponuntur, vtque *rapidus* ſol, frigus *penetrabile* hoc ipſo loco. Ipſa tenuitate humoris pluuia ſe in humum inſinuat. Alioqui *pluuiae tenues* in vitio eſſe poſſunt, nimio ſolis aeſtu eas coquente: melliginem vocant. Enimuero in h. l. illud cadere nequit; nam vitium illud culmos laedit, qui ex humore a ſole excandefacti corrumpuntur; nec ſolo durato auerti poteſt rubigo, nec in ſolum illa penetrat. Vir doctus dictas *pluuias tenues* putabat, quia tenuem reddunt terram, adeoque fecunditatis cauſſam afferunt, dilutis ſa-

Digitized by Google

Multum adeo, raſtris glebas qui frangit inertis,
Vimineasque trahit crates, iuuat arua; neque illum
Flaua Ceres alto nequidquam ſpectat Olympo;
Et qui, proſciſſo quae ſuſcitat aequore terga,

94 *raſtris.* Io. Schrader. coni. *rutris*, ligonibus. Sed Plin. XVIII, 49, 3 occatio — *crate vel raſtro.* Alius raſtri, ſeu ſarculi dentati, vſus memoratur poſt ſationem v. 155. Meliorem locum haberet coniectura Aen. VII, 725 vertunt *feliciа Baccho Maſſica qui raſtris:* putes *rutris* melius fodi vineas. Verum noli turbari: Etiam vineas colentes aratro, adeoque et raſtro, glebas frangunt; v. c. Colum. III, 13, 3 de Arb. 12, 2. 95 *nec* Ven. Goth. pr. 96 *ſpectet* Parrhaſ. 97 *ſuſcitet* Moret. pr. *qui ſuſcitat* Gud.

libus ſeu partibus reſinoſis et ignitis. Sed hoc nimis docte factum videtur.

94—99. Omnibus omnino modis terram frangendam, comminuendam, et a ſole excoquendam eſſe, omnes monent de RR. auctores. vid. Xenoph. Oecon. c. XVI, 11—14. *glebas inertes* dicit poeta, quae, niſi comminuantur, nil generant. Agit autem ſeqq. verſſ. de *occatione* et *pulueratione*, cf. Plin. XVIII, 49, 3 (20). etiam in vinea, Colum. XI, 2, 60. Varro I, 29. 95 *trahit crates.* Colum. II, 18, 4 *tum glebas ſarculis reſolvemus, et inducta crate coaequabimus* etc. Ex *vimine* autem factae ſatis validae ſunt crates in ſolo raro ac puluerulento: alioqui ſunt dentibus ferreis. 95. 96. Ex Callimacho ſuauiſſima imago expreſſa: Οὗς δέ κεν εὐμεσιῆς τε καὶ ἴλαος αὐγάσσηαι, Κείνοις εὖ μὲν ἄρουρα φέρει στάχυν etc. H. in Dian. 129, et *flaua* Ceres, vt ξανθὴ Δημήτηρ iam in Homero. *neque — nequicquam*, h. non ſine fructu, vt Aen. VI, 117 *nec te nequicquam lucis Hecate praefecit Auernis: ſpectat*, propitia eſt, reſpicit, vt Gratius, qui hunc locum ante oculos habuit Cyneg. 426 *nec non tamen illum — Reſpicit et facilis Paean adiuuit in artes.* 97. Etiam ille multum iuuat arua,

Digitized by Google

Rurſus in obliquum verſo perrumpit aratro,
Exercetque frequens tellurem, atque imperat aruis.
Humida ſolſtitia atque hiemes orate ſerenas,

98 *obliquum* Medic. et Gud. *prorumpit* multi ſcripti et excuſi ap. Pier. et Heinſ., ſic et Aldd. pr. et ſec. *perrupit* Voſſ. pr. et Bodlei. ap. Martin. *perrumpat* Cantabr. ibid. *in oblitum* Ven. *arator* Goth. pr. 99 *armis* Bodlei. 100 *optate* Moret. qu. a m. ſec. Arundel. ap. Martin. edit. La Cerda; et ita legiſſe videtur Plin. XVII, 2, niſi potius ex interpretatione dixit, vt etiam a Seruio factum in Nota ad h. l. Recepit tamen Wakef.

qui etc. conf. praecepta ap. Colum. II, 2, 25. Plin. XVIII, 49, 18. ſ. 49. 2 et disputata a Dickſon T. I, p. 434—491 ſq. T. II, p. 54 ſq. Frequentibus autem his ſulcis perficitur tandem hoc, quod demum *recte ſubactum eſſe* aiunt, *vt non intelligatur, vtro vomer ierit*, vid. Plin. ibid. 49, 2 extr. conf. Colum. II, 4, 1. *terga reſoluta* agro tribuit id. X, 7. Idem imitatus eſt hunc locum libro X, vſſ. 91—93. 99. *Exercetque f.* tractat, verſat. Colum. IV, 14, 2 de foſſione vineae: *nam vtique frequenter ſolum exercendum eſt.* Inf. II, 356 *aut preſſa exercere ſolum ſub vomere.* Poſt haec illud, *atque imperat aruis*, quamquam eleganter dictum, paullo otioſius poſitum videri poteſt. Sed habet *τὸ imperare* vim coercitionis, acerbitatis et iniquitatis: Cogit quaſi ille agrum, vt ſit fecundus. Sic *imperant vitibus* ap. Colum. III, 3, 6. Sen. de Tranquill. an. c. 14 *Danda eſt remiſſio animis — Vt fertilibus agris non eſt imperandum: cito enim exhauriet illos numquam intermiſſa fecunditas.* Inf. II, 369 *tum denique dura exerce imperia.*

100—103. De tempeſtate monet, quae ſementem iactam excipit; pro natura tamen ſoli Italici. *Humida ſolſtitia*, aeſtates, vt Ecl. VII, 47. *Solſtitium* proprie de aeſtivo latine dicitur; hiemale *bruma* vocatur. vide quos ad h. l. lau-

Digitized by Google

Agricolae; hiberno laetiſſima puluere ſarra,
Laetus ager; nullo tantum ſe Myſia cultu
Iactat, et ipſa ſuas mirantur Gargara meſſis.

103 *nullo ſe tantum* Wakef. reſinxit, tanquam mollius, ex ant. edit. *Moeſia* in multis et antiquioribus. vid. Heinſ. et Pier. At *Myſia* Rom. cum alio Pierii, Medic. Gud. Moreti fragm.; et ſic editum a Commelino e Palat., hincque ab aliis: idque ratio poſtulat, cum Gargara ſequantur. *Meſia* vterque Goth. cum aliis. *Meſſia* Cantabr. 103 Deb. *et — mirantia;* ſed eſt; et non tantum mirantur.

dat Cerda, inprimis Plin. II, 19 ſ. 17 adde XVIII, 25 ſ. 58. conf. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 175 et al. *humidum* tempus, vt pluuiarum irrigatione feruidi caloris vis temperetur. Exagitat hunc noſtri verſum nobili loco Plin. XVII, 2, vbi tandem ſubiicit: *Hiberno quidem puluere laetiores fieri meſſes, luxuriantis ingenii fertilitate dictum eſt.* Contra quae tamen defendi poeta poteſt, et defenditur a Cerda ad h. l., inprimis ex antiquo carmine, quod apud Feſt. in *Flaminius*, item apud Macrob. Sat. V, 20 extr. et Seru. ad h. l. habetur: *Hiberno puluere, verno luto, grandia farra, Camille, metes.* Scilicet omnia haec pro regionum et agrorum ſitu, forte et temporum decurſu, variant. Virgilius ad agrum Mantuanum reſpicere putandus. 101 — 103. *nullo tantum ſe Myſia cultu.* Simpliciſſima, et nulla praeuia opinione occupato animo, ex grammatica ratione, procedit ſententia, eaque cum poetae conſilio coniuncta; *nullo*, non vllo, *cultu Myſia*, cultiſſima regio, *tantum ſe iactat*, tam inſignis eſt, quam tali caeli temperie: quae in illis locis eſt. Sunt ea loca fertilitate nobiliſſima, partim caeli clementia, partim ſitus felicitate ſub monte Ida, vnde magna riuorum et aquarum copia eos agros fecundat. Ida πολυπίδακος ex Homero notus eſt; cf. Iliad. Θ, 47 ſq. pars Idae auſtralis eſt *Gargara* (τὸ Γάργαρον, τὰ Γάργαρα, quibus ſubiecta quoque fuit vrbs τὰ Γάργαρα.) Haec, vt dixi,

Digitized by Google

Quid dicam, iacto qui ſemine comminus arua
Inſequitur, cumulosque ruit male pinguis arenae?

104 *iacto cum* Moret. ſec. ſec. Parrhaſ.

105 *tumulosque* Medic. a m.

ſponte ſe offert ſententia. Si tamen ante grammaticum vſum adhibitum attuleris acumen ingenii, ſententia haec prodit: laetus ex tali temperie eſt ager; nec ager Myſiae, etſi cultiſſimus, cum eo eſt comparandus; haec poetice ornaſſe videri poteſt Maro. Hanc fere ſententiam expreſſam vides in verbis Macrobii V, 20 „Omnis regio, quae opportunos habuerit humores, aequiparabit fecunditatem aruorum Myſiae.“ Multum recedit tertia ratio, vt ſit, *Myſia nullo cultu*, quae non colitur; haec frigent, cum otioſe ſint adiecta.

104 — 110. Prodeſt quoque ſemente facta glebas raſtris comminuere, vt ſemen obruatur, et aqua agrum obducere. *Quid dicam* de eo, *qui;* h. praeclare haud dubie et is facit qui; transitus formula, etiam in pedeſtri oratione. In hac autem varianda Maro feliciſſimus. Alius haec omnia praecipiendo extuliſſet: Faciendum eſt hoc et illud, et ſic porro. — 105. *arua Inſequitur*, ſulcos factos in aruo proſequitur, alium poſt alium raſtris frangendo, et cumulos ſeu nimium ſeu inutiliter pinguis, h. duri, ſoli, glebas tenaciores, contundit et euertit et omni parte aequat. Fit hoc alias ſarritione. De qua v. c. Colum. II, 12. *inſequi* idem atque vrgere, inſtare et ſine intermiſſione aut mora rem ſtatim aggredi, aut proſequi. Sic *foſſor inſequitur*, *pampinator inſequitur* ap. Colum., et inf. 155 *inſectari terram raſtris*. Heſiod. Ἔργ. 469 ὁ δὲ τυτθὸς ὄπισθεν Δμωὸς, ἔχων μακέλην, πόνον ὀρνίθεσσι τιθείη Σπέρματα κακκρύπτων. *arena* pro ſolo, terra omnino: vt IV, 291 *et viridem Aegyptum nigra fecundat arena* Nilus. — Ceterum v. 106 ſqq. noſter Iliad. Φ, 257 ſqq. egregium

Deinde ſatis fluuium inducit riuosque ſequentis?
Et, quum exuſtus ager morientibus aeſtuat herbis,
Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis vndam
Elicit? illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet, ſcatebrisque arentia temperat arua. 110
Quid, qui, ne grauidis procumbat culmus ariſtis,
Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba,

106 *riuosque fluentes* Rom. 107 *herbas* Gudian. *extuat* Goth. pr. 108 *diuerſi tramitis* Menag. alt., forte pro *deuerſi*, h. deorſum verſi, ex interpretatione. 109 *Eligit* Rom. *Et licet* Gudian. *illa ſcatens* Erf. a pr. m. *raucumque* Medic. 111 *gravidus* ed. Mediol.

locum ante oculos habuiſſe videtur. — 106 *fluuium riuosque:* aquis obducat agrum ad ſupplendum pluviae defectum, quae poſt arationem in votis habetur: vt Nubes ap. Ariſtoph. 1116 promittunt Athenienſibus: ἦν νεοῦν βούλησθ' ἐν ὥρᾳ τοὺς ἀγροὺς, ὕσομεν πρῶτον. — 107. Totus ſcilicet verſus translatus ab animantium ſenſu: isque ornatiſſimus cum ſqq. — 108. *cliuoſi tramitis* pro montis molliter cliuoſi, in quo riuulis tramitem facit. *ſupercilium*, vt ὀφρύς, pro ſuperiore montis parte: noſa res. Sic iam Iliad. υ, 151. 110. *ſcatebris* ſimplic. pro aqua, vt v. 106 *fluuius* et *riui*.

111 — 117. Depaſcenda quoque eſt a grege pecudum herba ſegetis nimis luxurians; et colluuies aquarum ſtagnans ex agro deducenda per collicias. — 111. *ne gravidis procumbat culmus ariſtis.* Verba ſunt Heſiodi Ἔργ. 473 Ὧδέ κεν ἀφροσύνῃ στάχυες νεύοιεν ἔραζε. 112. Pro interpretatione ſit Plin. XVIII, 44, 2 *Inter vitia ſegetum et luxuria eſt, cum oneratae fertilitate procumbunt*, et c. 45 *Luxuria ſegetum caſtigatur dente pecoris in herba duntaxat; et depaſtae quidem vel ſaepius nullam in ſpica iniuriam ſentiunt.* Theophr. Hiſt. Plant. VIII, 7 Ἐν δὲ ταῖς ἀγαθαῖς χώραις, πρὸς

Digitized by Google

Quum primum ſulcos aequant ſata? quique paludis
Conlectum humorem bibula deducit arena?
Praeſertim incertis ſi menſibus amnis abundans
Exit, et obducto late tenet omnia limo:

113 *aequat* Goth. pr. Viro docto ap. Seruium hic verſus adeo ſe probauit, vt adſcripſiſſe narretur: „Sane Virgilii hoc hemiſtichium vnum de inuictis eſt.“ 114 *deducit in herba* Goth. pr. ex verſu 112. 115 *certis* ap. Probum Grammat. lib. I, quod ferri poſſit, verum tamen non eſt. *cum menſibus* Reg. apud Martin. 116 *Exiit obducto* Gudian.

τὸ μὴ Φυλλομανεῖν, ἐπινέμουσι καὶ ἐπικείρουσι τὸν σῖτον; fit idem falce inter nos. *ſulcos aequant ſata.* Scilicet ſulcus nunc deſignat terram inter duo ſulcos proprie dictos elatam, *porcam* dictam. Ponitur enim ſulcus varie, etiam pro ipſo agro arato, interdum quoque ſato vt inf. 216 et al. et pro aratione ipſa ſup. 68.

114. Spectat praeceptum ad agros, in quibus aquarum colluuies facta locis cauis ac depreſſis. *paludis collectum humorem, Waſſergalle.* Collecta et ſtagnans lacunae aqua, putris colluuies, deducitur ſulcis aquariis factis, quos *collicias* dixere Plin. XVIII, 49, 3. Colum. II, 8, 3; *elices* ap. Feſtum; hic vero eius generis ſulcus ſeu foſſa exprimitur, qua aqua *arena*, h. e. per vel ad arenoſum locum, deducitur, vbi in ſabulum ſe inſinuans tandem exareſcit. Simile foſſarum genus eſt in ſolo adhuc inculto, vt cultui idoneum reddatur: eae vel patentes ſunt vel caecae. v. Colum. II, 2, 9. Pallad. VI, 3. Solet quoque ſolo humido arena admixta humor ſubduci, qua de re cf. Dickſon de agricolatione.

115. *incertis menſibus* veris et auctumni, quod anni tempus incertae tempeſtatis eſt. cf. Ouid. Art. II, 318; hic tamen de vernis potiſſimum agitur. *exit*, euagatur ripas, vt Aen. II, 496 *aggeribus ruptis cum ſpumeus*

Digitized by Google

Vnde cauae tepido ſudant humore lacunae.
Nec tamen, haec quum ſint hominumque boumque labores
Verſando terram experti, nihil inprobus anſer,
Strymoniaeque grues, et amaris intuba fibris, 120

117 *trepide* Menag. pr. 118 *labores* deeſt Gudiano. *hominumque deumque labores* ap. Seru. Aen. II, 306. *boum* vnus Mead., perpetuo. *cum ſunt* Seru. Leid. 120 *intiba* plerique. *intyba* alii. *intuba* antiquior ſcriptura. v. Pierium. Subeſt ratio, quod Romani *u* Gallico fere more, ſi breue eſſet, pronuntiarunt; vnde ſubſtitutum paſſim *y*. In aliis pronuntiatum vt *o*, vnde *volnus, vortere, arduos.*

amnis Exiit. Tum *obducto tenet* pro obducit. 117. pro vulgari: vnde lacunae exiſtunt. *ſudant humore tepido*, adeoque putrido et noxio. *ſudant*, madent, loca, in quibus lacuna exiſtit.

118. *Nec tamen nihil.* Vides transitum ad aliam rem: ea, quae noceant ſegeti. Comparat locum Lucretii V, 214 ſqq. Macrobius VI, 2 extr. Multum etiam officiunt, obſunt, anſeres. 119. *improbus*, inſatiabilis, auidus, et hoc ipſo noxius. Scilicet, vt poſt varias virorum doctorum disputationes ſemel moneatur: *probum* eſt id, quod verecunde fit, intra modum eſt, moderatum; adeoque iuſtum, modicum, aequum. *Improbum* autem, quod modum et menſuram excedit, adeoque immodicum, nimium; iniquum, iniuſtum; nimis magnum, et omnino magnum, grande, vehemens: conf. ad Aen. IX, 62. Sic ἀναιδής. Quod ſequitur: *Strymoniae grues*, a graecis poetis profectum eſt. E Thraciae finibus, cuius flumen *Strymon*, veniunt grues in Graeciam, cum hieme ingruente migrant. *intubum* e cichoreorum genere, erraticum, fibris ſeu radicum minutis filis late ſerpens; Theophr. Hiſt. Plant. VII, 11 τὸ χιχώριον — παραβλαστικὸν δὲ καὶ τῇ ῥίζῃ καὶ ἄλλως μακρόῤῥιζον· διὸ καὶ δυςώλεθρον· ὅταν γὰρ ἐκλαχανίζωνται, πάλιν τὸ ὑπόλοιπον ἀρχὴν λαμβάνει

Officiunt, aut vmbra nocet. Pater ipſe colendi
Haud facilem eſſe viam voluit; primusque per artem
Mouit agros, curis acuens mortalia corda;
Nec torpere graui paſſus ſua regna veterno.
Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni:
Ne ſignare quidem aut partiri limite campum

122 *primusque parentem* Romanus. 124 *ſua iura* ed. Ven. 125 *ſubiebant* Leid. ſec. et Voſſ. VII. 125—128 ſunt apud Senecam Ep. 90. 126 *Ne ſignare quidem* e vetuſtis multi, etiam Romanus; perpetua varietate, et ſequuntur fere hoc viri docti. Sequar nunc et ipſe pro altero *nec*, cum Wakefield, qui ſic in Lactant. Inſt. V, 5

γενέσεως. non modo hortenſe, quod inf. IV, 120, nobis *Endivien*, ſed et ſilveſtre genus eſt, πικρὶς dictum; idem proſequuntur anſeres et aliae aues domeſticae. vid. Colum. VIII, 14, 2.

121. Iam principio rerum natura ita conſtitutum eſt, vt dii vendant ſua bona labore. Non inuitum lectorem ad digreſſionem hanc duci intelligis: redit ad propoſitum v. 159. 155. Adumbratus locus ex Heſiodi Ἔργ. 42 ſqq. Noſtrum ante oculos habuit Manil. I, 79 ſqq. et Claudianus XXXVI, 20 ſqq. 31. 122. Tribuitur Iouis iuſſis, quod ſub eius imperio contigit: ſtimulando igitur hominum animos curis, *Mouit agros*, h. fecit moueri, arari, neceſſitatem colendi impoſuit. *ſua regna*, homines, quibus imperabat. *veterno* pro ignauia, inertia. Nemeſian. Ecl. I, 60 *Nec ſegnem paſſus nobis marcere iuventam* etc.

125. Expreſſa ex Heſiod. Ἔργ. 90 ſq. et Arato 110 ſq. Inde locus a multis tractatus: inprimis a Tibullo I, 3, 35 ſq., vbi v. Brouckh. Hunc verſum reſpexit, notante Burmanno, Seneca ep. 86 de Scipione: *terram, vt mos fuit priſcis, ipſe ſubigebat.* 126. Expreſſit haec Ouid. Met. I, 136. Am. III, 8, 42. *Nec fas erat*, h. ſollenne, ſolitum, vt ſaepe.

Digitized by Google

Fas erat: in medium quaerebant; ipſaque tellus
Omnia liberius, nullo poſcente, ferebat.
Ille malum virus ſerpentibus addidit atris,
Praedarique lupos iuſſit, pontumque moueri; 130

legi memorat; at apud Senecam edi *nec*. Debebat vtique alterutra ratio *conſtanter* ſeruari. *ſignare ſolum* recitat Macrob. Sat. I, 8, forte memoriae fraude. 128 Io. Schrader. coni. *Omnia, et vberius*. 130 *moueri* ventis Seru. Wakef. vbique inculcat ſuam obſeruationem paſſiui vi media poſiti; ita quoque h. l. *mouere ſe*: quod a ſententia alienum eſt: in motu erat mare iam antea; nunc ſuccedit motus violentus.

127. *in medium*; quicquid acquirebant, parabant, in commune parabant et afferebant. Exponit Lactant. Inſtit. diu. V, 5, ſed ſuo more inepta calumnia, cf. Iuſtin. XLIII, 1, 3. 128. *liberius*, quam nunc; aut omnino pro poſitiuo, libere, ſatu non coacta, ſponte. Horat. III Carm. 24, 12 *Liberas fruges — immetata ferunt iugera*. Accipi quoque poteſt *liberius* dictum pro liberalius, felicius, ἀφθόνως. Expreſſum ex Heſiod. Ἔργ. 118 καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα Αὐτομάτη πολλόν τε καὶ ἄφθονον. Lucret. V, 940 *Plurima tum tellus, etiam maiora, ferebat. nullo poſcente* h. arante. Supr. 99 *imperare aruis. nullo cogente* Ouid. Met. I, 103.

129. Serius ſubnata ſunt vitae noſtrae mala. *Sub Ioue* ſerpentes facti ſunt venenati, lupi rapaces etc. *malum virus* indidit, noxium. *ſerpentium* aliqua genera ſunt *atro colore*. *atras viperas* Horat. Carm. III, 4, 17. 130. Efferauit lupos, *pontumque moueri*, ventorum ſcilicet vi et procella, *iuſſit*. Burmannus *remis motum mare* intelligere et ad nauigationem malebat referre; atqui ſic vſ. 136 inanis eſſet repetitio eiusdem ſententiae; et nunc mala enarrantur, quae in rerum naturis mutatis ſuper-

Digitized by Google

Mellaque decuſſit foliis, ignemque remouit,
Et paſſim riuis currentia vina repreſſit:
Vt varias vſus meditando extunderet artis
Paullatim, et ſulcis frumenti quaereret herbam;

131 *diſcuſſit* Zulich. et fragm. Moret. *ſuppreſſit* Moret. pr., quod Burmanno placet; mihi non aeque, eſſet enim vulgare pro poetico. *remouit* poſt *mouerit* forte non ſatis gratum. 132 *rivos* Ven. 133 et 135 ex more in ſimili vocabulo variatur. Alii *extuderet, extruderet, excuderet,* (vt in vtroque Gothano) *exfoderet:* cf. Georg. IV, 315. *medicando* Menag. alter. *Et* duo Martin., male pro *Vt.* 134 *Vt vitem et ſulcis* coni. Waddel. *herba* Parrhaſ.

venere. 131. Non iam, vt ante, folia rorem aliquem melleum eliquabant: deterſum hoc mel eſt foliis; vt *ſiluis decuſſus. honor* inf. II, 404. De melle hoc v. ſup. ad Ecl. IV, 30. adde Plin. XVI, 8, ſ. 11. *Ignem remouit* Iupiter, quem iam ante Saturnio aeuo vſibus hominum adſuiſſe neceſſe eſt ſtatuere. Nunc eum Iupiter *remouit,* ita vt eius vſus ignoraretur, vtque adeo neceſſe eſſet mox eum iterum reperire et ſilicum attritu elicere: cum ab eo reperto omnium artium initia, omnisque vitae cultura deducta ſit. Hactenus ignis in venis ſilicum tamquam abſconditus, abſtruſus (vt mox vſ. 135. et Aen. VI, 7 *quaerit parte ſemina flammae abſtruſa in venis ſilicis*), latuit: Κρύψε δὲ πῦρ Heſiod. Ἔργ. 50. 132. *riuis currentia vina:* h. e. riuos vini fluentes. Sic copiam vini eloquebantur veteres, antiquiſſimo phantaſmate, ad magnam copiam declarandam, vt quaſi e fontibus quibusdam huiusmodi flumina vinoſa prodire dicerent. — 133. Omnia haec Iupiter ita moderatus eſt, eo conſilio, vt vſu inuenirentur artes, vtque ingenium et induſtriam acuerent homines. *meditando,* exercendo, experiundo. Nota res. cf. Cerda. 134. *frumenti herbam,* noto more poetarum pro herba frumentacea, h. e. frumento, ſegete: conf. Ecl. V, 26.

Digitized by Google

Vt ſilicis venis abstruſum excuderet ignem.
Tunc alnos primum fluuii ſenſere cauatas;
Nauita tum ſtellis numeros et nomina fecit,
Pleiadas, Hyadas, claramque Lycaonis Arcton.
Tum laqueis captare feras, et fallere viſco,

135 *Vt* Heinſ. e melioribus; antea *Et ſ.*, vt in vtroque Goth. Eratque hoc haud dubie lenius: niſi etiam *vt ſulcis* adſciueris. 136 *Tunc alnos fluuii primum* ſcripti Heinſ. quod Wakef. ſequitur ex ed. ant. praeter Medic. et Gud. *alueos* Scheff. *alnus* Mentel. pr. a m. pr. 137 *ſtellas* Menag. alter. *Nauita cum ſtellis* laudat Seru. ad Aen. VI, 64. *dum* ed. Norib. 138 *Pliadas* alii: ita *atque Hyadas* ſcribendum foret. Alii *que* adiiciunt. 139 *Tunc* Medic. a m. pr. *laqueo* vnus Mead. *bibiſco* coni. virorum doctorum ap. Burm.

quaereret ſulcis, aratione produceret, *vſus*; vt vſu, arte, pararentur frumenta.

136. Tum primum nauigatio inuenta. Multis modis variatum phantaſma apud poetas: vide Tibull. I, 3, 35. Propert. III, 5, 43. Manil. I, 78 ſq. *Nec vitam pelago, nec ventis credere vota Audebant, ſe quisque ſatis nouiſſe putabant.* Legendum ſaltem *ſua*; Santenius emendabat: *ſua quisque ſatis ſola noſſe putabant.* — *ſenſere* tamquam onus nouum, ipſi adhuc intacti: pro habuere. *alnum* vero nominat, quia paluſtribus et littoribus gaudet: Ge. II, 451 *Nec non et torrentem vndam leuis innatat alnus Miſſa Pado.* 137. Sidera locis ſuis et nominibus notari coepere; Enumerantur autem ea, quae et lucidiſſima ſunt et inter reliqua omnium prima obſeruata, in primisque ad nauigationis prima exordia in vſum vocata. 138. *Arctos*, vrſa maior, Helice, olim Calliſto, *Lycaonis* filia, nota vel ex Ouid. Met. II, 505. *clara* vero tamquam ſidus: vt ſup. v. 5 *clariſſima mundi ſidera.* Niſi forte Virgilius graecum verſum ante oculos habuit: Πλειάδας Θ' Ὑάδας τε, πλυτήν τε Λυκάονος Ἄρκτον.

139. *Venatio* et *aucupium* inuentum. Aues hic inter *feras* comprehenſae

Digitized by Google

Inuentum, et magnos canibus circumdare ſaltus.
Atque alius latum funda iam verberat amnem;
Alta petens pelagoque alius trahit humida lina.
Tum ferri rigor, atque argutae lamina ſerrae,
(Nam primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum)

140 *Inuentum: magnos* vnus Arund. *Inuentum eſt: m.* vnus Mead. 141 *tam v.* Gud. *euerberat* mallet Heinſ. *funda latum* ed. Iunt. ex Ald. pr. et ſec., vt in Goth. pr. 142 Mutaui interpunctionem Heinſianam, quae mihi et olim displicebat: *verberat amnem, alta petens; pelagoque alius tr.* Iam apud Seruium erant, qui diſtinguerent, vt nunc factum eſt. Cum tamen displiceat copula in tertium vocabulum reiecta, Reiskius ingenioſe emendabat: *Alta petens pelagosque,* aut *pelageque.* Putari poteſt poeta variare voluiſſe numeros in: *alta petens pelagoque,* alioqui potuiſſet efferre: *Et pelago alta petens.* Illud autem vix vſu firmes, quod in antiqua interpunctione loca *alta* de flumine memorabantur. *ligna* Menag. alt. 143 Alii *ferae, ſarrae, lammina.* 144 *primum* admodum multi. Verſum totum pro inferto habebat Iac. Bryant V. C.; et fateor me ipſum in ea ſententia fuiſſe. Verba quidem ſunt admodum ornata; et iterum Aen. VI, 181 *cuneis et fiſſile robur Scinditur.* Et XI, 137 *Robora nec cuneis — ſcindere — ceſſant:* Verum alienum a re eſt id, quod inferitur, et ſententiarum nexus inde languorem contrahit.

latent, et notio earum ex ceteris eſt elicienda; vt ſaepe facere neceſſe eſt in poetis. 141. Inuentá piſcatio. *funda*, βόλος, Ouidio A. A. I, 763 *iaculum*, rete, in fluuium proiectum: itaque *verberat amnem*, qui iacit; ſed audet iam piſcator non, vt in antiqua interpunctione, *alta petens*, ad medium fluvii alueum procedere; ſed *alta petens pelago*, in ipſo mari, in altum euectus, euerriculis piſcari: ita audaciae notio augetur ipſa voce, *alta* petens.

143. *ferri rigorem* poeta pro ipſo ferro rigido dixit; ſequuti eum Manilius, Prudentius et alii. Intelligitur tamen h. l. vſus ferri ad inſtrumenta procudenda, ſecurim inprimis, durati; adiicitur ſerra, ferro iam in laminas cudi coepto.

Digitized by Google

Tum variae venere artes: labor omnia vicit
Inprobus et duris vrguens in rebus egeſtas.
Prima Ceres ferro mortalis vertere terram
Inſtituit: quum iam glandes atque arbuta ſacrae
Deficerent ſiluae, et victum Dodona negaret.
Mox et frumentis labor additus: vt mala cul-
mos

trahit. *Iam primum* ed. Ven. Enimuero *Nam primi* editum iam inde ab Aldd. *findebant* Cantabr. *fiſſile robur* Leidenſ. vnus a m. ſec. 145 *rates* pro *artes* Ven. *vicit* recte Heinſ. e melioribus non primus dedit ſed reuocauit poſt Ald. tert. Naugerii. Vulgo *vincit*. narrantur facta; non ſententioſe dicta. 146 *ſurgens* Medic. a m. pr. 148 *ſacra* ed. Geneu. cum Seruio Dan. 149 *Defuerant* nonnulli apud Pierium. *negarent* Rom. 150 *frumenti* Gud. et Goth. ſec. a m. pr. *ex frumentis* coni. Burm., ſed haeret in *labor*. vid. Not. *et* m. *culmus* Gud. et a m. pr. Parrhaſ.

145. *venere*, prouenere, inuentae ſunt. *labor improbus*, peruicax, qui nulla aerumna vinceretur. v. ſup. ad v. 119.

147. Inuenta aratio Cereris beneficio, cum ad homines in coetus coactos glandium victus haud ſufficeret. Cum cultura labores et aerumnae natae ſunt. *ferro*, vomere ac ligone. 148. *Cum iam ſiluae*, quae poetice *diis ſacrae* dicuntur, *deficerent* quoad *glandes et arbuta* (de his v. ad Ecl. III, 82. Poſſunt verba varie iungi: ſed *glandes ſiluae*, ſeu ſiluarum, orationem minus poeticam efficerent); et cum *quercus*, cuius generis nobiliſſimae apud Dodonam ſiluae, non amplius ſatis magnam glandium copiam ſuppeditarent.

150. Redit ad propoſitum v. 121. Mox etiam noxae, mala et damna (*labor*, vt πόνος pro πῆμα, βλάβη) inuaſere frumenta, h. factum, vt ſegetes variis malis ac morbis laborarent; inuaſit eas *robigo mala*, exitioſa, quae culmos exedit, *carduus*, qui et late ſerpere et ſemen quaquauerſus diſſeminare ſolet; ex vno enim ſeminis grano viginti quatuor millia,

Digitized by Google

Eſſet robigo, ſegnisque horreret in aruis
Carduus: intereunt ſegetes; ſubit aſpera ſilua,
Lappaeque tribulique; interque nitentia culta
Infelix lolium et ſteriles dominantur auenae.

151 *robigo* meliores ſcribunt: dederat hoc iam Commelin. e Palat. et reuocauit Heinſ. pro *rubigo*. *horreſcet*. Ven. 153 *tribolique* Rom. Medic. et Gud. Sic etiam Georg. III, 385. *virentia culta* Parrhaſ. et ed. Mediol. Sed vid. Burm. ad Georg. II, 211 *At rudis enituit impulſo vomere campus*. Obuia ſunt, *nitere* quae culta ſunt, ſqualere et horrere inculta, iſta eſſe *laeta* adſpectu, haec triſtia. 154 *naſcuntur* Moret. ſec. ex Ecl. V, 37.

primo, adeoque quinquies millies ducenties ſexagies centena millia (526,000,000) granorum ſeminalium altero anno produci poſſe aiunt: vid. Martin. *ſegnis*, qui efficit ſegne ſeu retardat, ad quodcumque adhaereſcit; tenax. Quoties tamen ad h. l. redeo, interpretationem ſentio ſubtilem magis eſſe quam veram. Vir doctus, Meierotto, eo reuocabat, quod carduus aratrum ſeu raſtrum retardat. Sed praeſtat manere in ſimplici ratione a Seruio iam tradita: *ſegnis carduus*, inutilis, infecundus. Nam *ſegnis*, a motu ductum, ad motus effectus traducitur: Sic *ſegnes terrae* Ge. II, 37, quae non mouentur, coluntur, adeoque nec fruges ferunt. Sup. 72 *ſegnis campus*. Nunc *in denſo non ſegnior vbere Bacchus* Ge. II, 275, prouentu. Eſt adeo *ſegne*, quod nil gignit. *horreret*, cum vi, pro creſceret: quatenus *horrere* poetis dicuntur omnia, quae erecta ſtant, aut eminent, vt pili in metuentis corpore, itaque et ſpinoſa virgulta. 152. *ſiluam* vocat lappas, lolia etc., vt vſ. 76 leguminum *ſiluam ſonantem*, ea *ſubit*, ſuccedit in ſegetis locum. 153. *lappae* noſtris *Kletten*. Plinius ἀπαρίνην ita reddidit. vid. Martin. ad h. l. *tribuli*, ſpinae genus, in Italia frequens. *lolium* noſtris *Lülch*, lolium temulentum Linn., αἶρα. vid. Geopon. II, 43. Galen. de Alim. fac. I vlt. Plin. XVIII, 44, ſ. 17. *infelix*, ſterile, vt *felix* arbor pro frugifera.

Digitized by Google

Quod niſi et adſiduis terram inſectabere raſtris, 155
Et ſonitu terrebis aues, et ruris opaci
Falce premes vmbras, votisque vocaueris imbrem:

vbi idem verſus. 155 *adſiduus* Ven. *herbam* Medic. interque cum Regio; et placere poteſt; ſed eſt interpretamentum, a rei ruſticae rationibus alienum: agitur enim hic de ſarritione, quae fit ſementi peracta; ad condenda ſemina: a quibus etiam aues abigendae ſunt; et *inſequi arua* iam v. 104 dixerat de ſulcis ſatis, et ſatione facta: nunc *terram infectari*, inſtare agro ſato, raſtro inducendo. *ſectabere* Parrhaſ. *rutris* Io. Schrader. coni. et hic. Idem praeferebat *herbam*. 157 *vmbram* Medic. Romanus cum multis. nec improbo.

vid. Intpp. ad Grat. Cyneg. 442 et al. Epitheton hoc, tamquam Virgilium auctorem agnoſcens, laudat Plin. XXII, ſ. 77. *auena* pro frumenti vitio olim habita, vt et hordeum in eam degenerare crederent, vid. Plin. XVIII, 44, 1; ſed peculiarem herbam, ſui ſeminis, eſſe docent recentiores. Reſpexit h. l. Plin. XVIII, 17, 2 *Nam lolium et tribulos et carduos lappasque non magis quam rubos inter frugum morbos potius, quam inter ipſius terrae peſtes, numerauerim. Caeleſte frugum vinearumque malum, nullo minus noxium eſt, robigo. Frequentiſſima haec in roſcido tractu conuallibusque, ac perflatum non habentibus: e diuerſo carent ea ventoſa et excelſa.*

155. *aſſiduis terram inſectabere raſtris*, aſſiduo inſtare glebis *ſarritione*, nam de hac loquitur (cf. Colum. II, 12): quae fit ſemente facta, ante occationem, ſarculo: quod h. l. *raſtrum*. *Quod*, ὅ, *καθὸ*, quamobrem, cum ita res ſe habeant, niſi etc. Lucretianum. Ge. II, 425 *Hoc pinguem et placitam Paci nutritor oliuam* vbi v. Nota. *inſectabere* pro inſectatus fueris; vt et reliqua. Sed ita ſolent poetae. v. Burm. 157. *frondes arborum* vmbram facientium amputandas eſſe dicit: *falce premitur* id, quod ſeca-

Digitized by Google

Heu, magnum alterius frustra spectabis acervum;
Concussaque famem in siluis solabere quercu.
Dicendum et, quae sint duris agrestibus arma,
Quis sine nec potuere seri, nec surgere, messes:
Vomis, et inflexi primum graue robur aratri,
Tardaque Eleusinae matris voluentia plaustra,

158 *Heu frustra magnum alterius* laudat Sen. de Benef. VII, 5. *exspectabis* Medic. Pierii et Bodlei. *sperabis* mſ. Musei Britannici ap. Wakef. ad Lucret. II, 2. quod idem probat. 159 *Concessamque* ed. Gen., male. vid. inf. IV, 81. *Excussa* vnus Mead. 160 *duris quae sint* legi vult Cuningham. Et sunt qui iungant: *Dicendum et arma, quae agrestibus sunt.* 161 *non p.* Zulich. 162 *Vomis* vel *Vomer* Rottend. vid. sup. v. 46. *Vomer* Goth. pr. 163 *Tarde que* Voss. *voluentia matris plaustra* Goth. sec. *Eleusine* edd. vett. et Ald. pr. *Eleusinus* nouauit poeta pro vulgari Ἐλευσίνιος.

tur. Nisi cum Mitscherlichio accipere malis *premere vmbras* comprimere, coercere. Verum et Horat. I Carm. 31, 9 *premant Calena falce vitem.* — *rus opacum* h. arboribus consitus ager, adeoque pro arboribus. *votisque vocaueris imbrem:* suauiter, nisi votis obtinueris: pro vulgari: nisi tempestiuae pluuiae obtigerint: secundum vs. 100. 158. 159. Messem parcam fore ominatur poeta ornate. Ex Hesiod. Ἔργ. 394. 395 ὣς τοι ἅπαστα Ὥρι' ἀέξηται· μή πως τὰ μεταξὺ χατίζων Πτώσσῃς ἀλλοτρίους οἴκους καὶ μηδὲν ἀνύσσῃς.

160 — 166. De *instrumentis* operis rustici agit: primum *vomer* s. *vomis*, et *aratrum robustum; robur, aratri* vt τὸ μένος. Ap. Lucret. I, 881 fruges *robore quum saxi franguntur.* et II, 449 *Et validi silices et duri robora ferri.* tum *plaustra* bobus iuncta; vnde *voluentia* se, *tarda*, pro tardum, tarde, quae voluuntur, tracta a bubus, et aguntur tarde; forte ro-

Digitized by Google

Tribulaque, traheaeque, et iniquo pondère raſtri;
Virgea praeterea Celei vilisque ſupellex,
Arbuteae crates et myſtica vannus Iacchi.

164 *Tribulaeque* laudat Nonius Marcellus. Eſt ſane *tribulá* et *tribulum* a τρίβολος. cf. *Anſſe de Villoiſon* V. C. ad Longum p. 220. *trahaeque* Medic. et al. *et* abeſt a Voſſ. pr. *raſtra* Goth. pr. *rutrum* et hic Iul. Sab. praeſcriptum habet; ſed ille, ex Probo ſuſpicor, omne inſtrumentum ruſticum enumerat. 165 *Caelei* Mentel. Gud. At eſt Κελεός. 166 *muſtica vallus* Romanus, vtrumque ſcriptura antiqua.

tis paruis iisque ſolidis, ſine radiis: tympana appellant: cf. Probus: cuiusmodi rotae etiamnum paſſim viſuntur, etiam in Lombardia. *Cereri* ſacra, quippe a qua omnino operis ruſtici ratio profecta (non vero, quod eorum vſus in *pompa Eleuſinia* praecipuus fuerit, vt inter inſtrumenta Orgica eſſent; in pompa enim Eleuſinia Ceres in thenſis, ἐπ' ὀχήματος, quadrigis candidis ducebatur. vid. Spanhem. ad Callim. Cer. 122); *Tribulum* fit *e tabula lapidibus aut ferro aſperata, quo* (quae) *impoſito auriga aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis, vt discutiat e ſpica grana* Varro RR. I, 52, 1. Vſus eius adhuc inter Turcos (v. *Voyage de Paul Lucas fait dans la Grece* etc. T. I, pag. 182, vbi etiam forma expreſſa). *Trahea* ſ. traha, vehiculi genus ſine rotis; iungit cum tribulo etiam Colum. II, 21; vide de vtroque Scheff. de re vehic. II, 7. *raſtri* admodum magno pondere; puta dentibus ferreis; item, pergit poeta, reliqua *ſupellex*, quae ex *viminibus et materia ruſtica*, vt Varro ait I, 22, 1, adeoque *vili* fit; *Celei* appellatur, Eleuſinii, cuius filius, Triptolemus, a Cerere, hoſpitio excepta, ſationem frugum acceperat; vid. Callim. Hymn. in Cer. 97 ſq. et Apollod. I, 5, 1. Referuntur autem ad illam ſupellectilem: *crates* et *vannus*, cuius vſus erat in *myſteriis* Eleuſiniis; portabatur enim in pompa Iacchi, quae certo Eleuſiniorum die ex Ceramico Eleuſinem ducebatur. cf. Meurſ. Eleu-

Digitized by Google

Omnia quae multo ante memor prouiſa repones;
Si te digna manet diuini gloria ruris.
Continuo in ſiluis magna vi flexa domatur
In burim, et curui formam adcipit vlmus aratri;
Huic a ſtirpe pedes temo protentus in octo;

167 *praeuiſa* Leid. ſec. *reponas* Medic. Pierii; et alii ap. Burm. 168 *mouet* Rottend. pr. 169 *dometur* fragm. Moret. *inflexa* Parrhaſ. 171 *ab ſtirpe* Medic. a m. ſec. et al. *protenſus* Menag. pr. *praetentus* Moret. quart.

ſin. cap. 27. Ceterum Heſiodi locum ante oculos habebat Virgilius ex Ἔργ. 423 ſqq. Obſeruanda quoque in vſ. 160 variata formula transitus ad aliud rerum caput. *potuere* vſ. 161 aoriſti modo, poſſunt.

167. Ex Heſiod. Ἔργ. 457 τῶν πρόσθεν μελέτην ἐχέμεν, οἰκήια θέσθαι. *memor*, prouidus, vt ibid. v. 422 μεμνημένος, non omittens et obliuiſcens, cf. Colum. I, 8, 8. *prouiſa repones*, ornate pro, prouidebis. 168. Si ſatis magnam ex opere et re agreſti laudem conſequi cupis. *diuini ruris*, vt θεῖος, δῖος, *praeclarus*; ex more loquendi.

169—175. Principio (vid. ad v. 60) vlmus in *burim* inflectenda eſt, quod ſtatim in ipſis ſiluis fit, cum vlmus a ruſtico ita incuruatur, vt curua adoleſcat. *curuum aratrum* eſt nunc pars aratri, buris. De *vomere* ipſo nihil monet poeta; de quo diſertius Heſiodus agit v. 427 ſqq. conf. Plin. XVIII, 18, ſ. 48. Sed *burim* accuratius deſcripſit, quam in ipſis ſcriptoribus Rei Ruſticae factum legimus: praeter vnum enim Varronis locum I, 19, 2 *de bura fracta*, nulla alibi burae ſeu buris mentio facta conſtat; vt nec de dentali ac reliquis. Iam eſſe *burim* partem aratri poſticam, tignum illud incuruatum, cui et temo iunctus eſt et vomer ipſe, h. e. lignum ſeu ferrum roſtratum, aduncum, glebas eruens, non dubitatur. Fuit buris aliquando pro temonis tam-

Digitized by Google

Binae aures, duplici aptantur dentalia dorſo.
Caeditur et tilia ante iugo leuis, altaque fagus
Stiuaque, quae currus a tergo torqueat imos;

172 *Bina auris* Moret. pr., probat Heinſ., reiicit Burm. *Bina* etiam Goth. pr. *aureis* Boecler. *dentilia* Moret. ſec. Copulam nuspiam adiici: *duplicique* miror; cum ſollenne hoc ſit librariis. 173 *talea* Gud., male, et aduerſante metro. *Editur et* Mentel. tert. 174 *Stiua quoque et currus* ed. Ven. *Stiuaque currus* Bodlei. Moleſta vtique copula in *Stiuaque*. Debebat eſſe *fagus, ſtiua,* per appoſitionem, quae ſit ſtiua. Martinus non male emendandum

quam baſi ac fundo; poſtea ei inſerta eſt et iniuncta trabs ſeu pertica, quae pro temone eſſet: Ita huic buri, *a ſtirpe* in inferiore parte trunci, (vt Ge. II, 312 *non a ſtirpe valent* et *a ſtirpibus imis* Ge. II, 53. *de ſtirpe imo* Aen. XII, 208) temo, ἰστροβοεὺς, pedum octo, tum aures *et* dentalia iunguntur et aptantur. *Aures* eſſe videntur prominentiae duae, ſiue affixi vtrimque aſſerculi aut ferramenta, quibus ſulcus latior efficitur, et lira ſeu porca altior. Hinc Palladius tit. I, 43, 1 *aratra aurita* memorat. *Aratra ſimplicia, vel, ſi plana regio permittit, aurita, quibus poſſint contra ſtationes humoris hiberni ſata celſiore ſulco attolli. Dentale* accipiebam cum aliis, duce Seruio, de ligno, quod vomerem recipit, cui vomer includitur; quippe cuius roſtrum terram proſcindens dictum eſt *dens* apud Colum. II, 4, 6, et inf. 262 *vomeris obtuſi dentem;* ſed, quomodo aut *duplici dorſo* aptari aut ipſum *duplici dorſo* eſſe poſſit, difficile dictu erat. Nunc meliora edoctus lubens in eam ſententiam concedo, vt *dentale* ſit ipſe vomeris dens, qui ſolum infringit: vti a Columella II, 2, 24 iuncta leguntur: vbi Celſus *cenſet exiguis vomeribus et dentalibus terram ſubigere. Duplex* autem eius *dorſum* ad duo crura vomeris referemus, quae Seruius *latus vtrumque* appellare videri debet. Mox *iugum* ac *ſtiua* ſ. manica *(Sterze)* conficienda eſſe dicitur, *quae currus imos a tergo torqueat,* h. aratrum ipſum,

Digitized by Google

Et ſuſpenſa focis explorat robora fumus. 175
Poſſum multa tibi veterum praecepta referre;
Ni refugis, tenuisque piget cognoſcere curas.
Area cum primis ingenti aequanda cylindro,

arbritratur *altaque fagus Stiuae quae c.* vti *iugo*, h. vt ex ea iugum fiat, *caeditur tilia*. Quod tamen *ſtiua caeditur* abſurde dictum videtur viro docto, mirari licet; non cogitabat, ſe in poeta verſari, cui dici poterat *Stiuaque* pro: et arbor, quae ſtiua ſit. Apud eundem vir doctus paullo poſt legebat *curſus;* non bene. Nam aratrum non *currit*; nec *curſum aratri* quisquam facile dixerit. Io. Schrader. transponit 174. 173. De ceteris vid. Notam. 175 *explorat* repoſuit Heinſ. e Medic. a m. pr. et aliis, vt et Goth. ſec. Sic quoque Pierii Rom. et Oblong., vt cum *caeditur* conueniat. Vulgo in editis et ſcriptis *exploret*. Eadem varietas in Anglicis Mſſ. ap. Martin. 177 *cognoſcere cauſſas* Oblongus Pierii. 178 *cum primis* Medic. vterque et plerique vett., etiam apud Pierium.

rotis ſubnixum; quod Gallis peculiare fuiſſe et Seru. h. l. notat et Plin. XVIII, 48, p. 123, l. 23, modo Harduini interpolationem non admittas. Erat enim antiqua lectio: latiore cuſpide vomer: *Id non pridem inuentum in Rhaetia. Galliae duas addiderunt tali rotulas; quod genus vocant planarati* (plaumarati). *Robora* vero, h. materia, ſeu lignum, vnde haec conficiantur, *fumo durata* eſſe debent. conf. Heſiod. Ἔργ. 45. 629. *explorat* videtur exprimere naturam fumi, dum lente per minutas particulas ſeſe inſinuat, vt *iter, vias, tenebras explorare* dicimur. Poteſt tamen etiam dictum eſſe, vt poetis alias *probare*, vt de bonitate ligni inde conſtet; niſi enim firmum et probum ſit, exareſcens rimas aget. Nimis ſubtilis illa ratio, vt *explorare* dictum ſit pro exſudare, excoquere, expellere humorem tamquam lacrimas ac *ploratus*. Ceterum aduocant viri docti Heſiodi Ἔργ. 427 ſqq. Verum de hoc et aliis vide Excurſ. I ad h. l.

176. 177. Noua transitionis formula. 178. De *area*, ἅλωϊ, veterum cogitandum eſt: qui erat locus in ipſo agro patens et editus, (Varroni eſt *ſublimior;* et area *extumida*), qua ventus per-

Digitized by Google

Et vertenda manu, et creta ſolidanda tenaci:
Ne ſubeant herbae, neu puluere victa fatiſcat; 180

Alii *cum primum*, quod vulgare eſſet, *quam primum*, *tum primum*. v. Gell. XVII, 2. Etiam *eſt* ab aliis interiicitur. 179 *verrenda* ed. Mediol. Sed fodienda eſt terra et comminuendae glebae, vt Cato c. 91. *Euertenda* Rottend. ſec.

ſtare poſſet, ſolidus ac complanatus, quo frumentum ex agro congeſtum ſtatim terebatur et ventilabatur; tum purgatum corbe in horrea deportabatur. v. Varro de R. R. I, 51; non enim, vt apud nos, tritura in horreo inſtituebatur. Scilicet anni tempus, quo hoc faciebant, ſiccum et nullis pluuiis obnoxium, quale in iſtis regionibus eſſe ſolet, nullum tectum locum, vt apud nos, requirit: in iis tamen partibus, in quibus caelum inconſtantius eſſet, aut nubilaria vicina habebantur: v. Varro I, 13, 5, aut in horreo perticis exterebantur grana per hiemem. v. Colum. II, 21, 4. Modum conficiendi aream eundem fere cum noſtro tradit praeter Varron. I, 51. Cato de R. R. 91 et 129. cf. Colum. II, 20. Pallad. I, tit. 36. VII, tit. 1. Geopon. II, 26. vid. ad Tibull. I, 5, 21. *Operoſius* aream inſtruere Virgilium ait Plin. XVIII, 29. ſ. 76. conf. Dickſon. T. II, p. 383 ſq. c. 40. Pro *cylindro rotundum lapidem vel columnae fragmentum* memorat Palladius. Eundem vſum praeſtabat *pauicula*, inſtrumentum terrae pauiendae et ſolidandae aptum. Imitatur hunc locum Columella X, 318 ſqq., et reſpexit Plin. XVIII, 29, ſ. 71.

180—186. Obſerua, quanto cum ornatu et copia haec dicta ſint: alioqui mures, talpae, bufones aliaque reptilia, item curculiones et formicae, nocent frumento. *neu puluere victa fatiſcat.* Rem illuſtrat Varro, I, 51. quem ante oculos habuit: aream ait oportere eſſe *ſolida terra pauitam, maxime ſi eſt argilla, ne, aeſtu paeminoſa*, (vox ſeu antiquata ſeu corrupta, ſi ea ſqualida αὐχμηρὰ, fuerit) *in rimis eius grana obliteſcant, et recipiant* (illae) *aquam et oſtia aperiant muribus atque formicis.*

Digitized by Google

Tum variae inludant peſtes: ſaepe exiguus mus
Sub terris poſuitque domos atque horrea fecit;
Aut oculis capti fodere cubilia talpae;
Inuentusque cauis buſo, et quae plurima terrae

181 *illudant* Heinſ. poſt Pierium e melioribus firmauit; emendauerat iam Nauger. in Ald. ſec. Sic et Goth. ſec. *illudunt* alii et Ald. pr., quam ſequuntur plerique. *Cum variae illudunt* Ven. *Nam variae illudunt* legebat Reiskius. Clauſulam verſus miram gratiam habere, iam Quinctil. VIII, 3, 20 cenſuit: *at Virgilii miramur illud: ſaepe exiguus mus* et ſqq. Recte, modo ne artis ſummam in hoc quaeras. 182 *domus* Pierii Longobard. Moret. ſec. et Goth. ſec. 183 *oculos capti* elegantius laudat Nonius Marcellus. Idem *fouere* habet: III, 420 coluber *fouit humum*. IV, 43 *Sub terra fouere larem*. Eſt tamen nil niſi librarii lapſus.

Fatiſcere proprie dicitur, quicquid viribus fractis deficit, ita vt ſoluatur, diſſolutum dilabatur, proruat. Sic ap. Valer. Fl. VII, 598 *ille fatiſcens in caput proruit*, et IV, 48 *Icta fatiſcit aquis donec domus*. Inde Aen. I, 123 *naues rimis fatiſcunt*, h. e. ſoluuntur, ita vt rimae fiant; ab hoc Aeneidis loco duxere viri docti notionem verbi, eſſe illud, *rimas agere, hiſcere*. At nec recte fit illud, nec locum habet, nam ſi terra in puluerem ſoluitur, non dehiſcit. Reſpondet vox *τῷ ſolidanda*, ne ſolum *pulvere fatiſcat*, ſoluatur, in puluerem attenuetur. Sic Ge. II, 249 *haud vnquam manibus iactata fatiſcit*, in grumas ſoluitur. Aen. IX, 809 *ſaxis ſolida aera fatiſcunt*, repetitis ictibus galea ſoluitur, rumpitur, perforatur. Apud Lucret. III, 459 *aeuo feſſa fatiſci* dicuntur, vetuſtate labefactari, ſolui, dilabi. *victa* ornatus cauſſa adiectum, nihil amplius. *Tum variae illudant peſtes*, h. varia animalcula nociua inuadant, clam ſubeant, quod eleganter *illudere* dicitur, quia clam, et quaſi per fraudem et inſidias faciunt, hacque ratione eludunt operam et curam agricolae. *exiguus mus*, non de certo genere, ſed eſt epitheton ornans. *poſuit*, ponere ſolet. 184. *quae*

Digitized by Google

Monſtra ferunt; populatque ingentem farris acervum
Curculio, atque inopi metuens formica ſenectae.
Contemplator item, quum ſe nux plurima ſiluis
Induet in florem, et ramos curuabit olentis:
Si ſuperant fetus, pariter frumenta ſequentur,

185 *que* poſt *populat* exulat a Mediceo Pierii; nec male. *populantque* Moret. pr. et Parrhaſ. *gargulio* ſcribitur in multis, item *curgulio*. 186 *metuensque inopi* laudat Schol. Horat. Cruquianus Sat. I, 1. 187 *Contempletur* Rottend. a m. pr. 188 *Induit* et *curuauit* Rufinian. de Schematis Lexeos pag. 34. *Induit* Gud. *curuauit* Medic. *curabit* Ven. 189 *ſequuntur* Goth. pr.

plurima, qualia multa, οἷά τε πολλά. 185. *populat ingentem farris aceruum* expreſſit Columella II, 20, vbi de amurca, qua aream conſpergere ſolebant veteres, *nam ea res a populatione murium formicarumque frumenta defendit.* conf. Prudent. in Symm. I, 1052.

187 — 192. Ornatus locus. Vt de futuro anni prouentu iudicari poſſit, obſeruandum eſſe dicit, an nux *amygdala*, quae primo vere floret, abundet multo flore; ita enim magnam fertilitatem anni fore; ſin pro flore arbor foliis luxurietur, meſſem fore malignam. Ad *amygdalam* referendum eſſe, ex Theophylacto Problem. nat. (c. 16) et Philone de Vita Moſ. (III, p. 163, T. II ed. Mang.) apud Cerdam appareret; eſt enim *nux* generis nomen. Aemulatur autem Maro Aratum, qui in Prognoſt. 314 ſqq. ſigna arationis faciendae a lentiſco et ilice (σχῖνος et πρῖνος) petierat. Ab eodem formulam nouam praecipiendi petiit: *contemplator*; Φράζεο, σκέπτεο, τεχμαίρου. Etiam Nicander, vt Ther. 396. 438. *nux induet ſe in florem*, vt Aen. VII, 20 *quos — Induerat Circe in vultus atque ora ferarum.* Vſitatius eſſet, *induit ſe flore*, vt ſaepius apud Auctores R. R., v. c. Columell. IV, 24, §. 12 *induunt ſe vuis n.* vites, h. veſtiunt ſe; et inf. Georg. IV, 142 *Quotque in*

Digitized by Google

Magnaque cum magno veniet tritura calore; 190
At ſi luxuria foliorum exuberat vmbra:
Nequidquam pinguis palea teret area culmos.
Semina vidi equidem multos medicare ſerentes,

191 *luxuries* Voſſ. ita *vmbra* foret caſus ſextus. *luxuriae* Rom. Pierii. *luxurie* Parrhaſ. et Hulſ. in ed. Cuningham., qui eſt Regius Burm., atque ſic in eadem edit. expreſſum eſt. *luxurians* coni. Heinſii. *exſuperat* duo apud Martin., vitioſe. *exuberet* Pierii Mediceus. 192 *pinguis palea* Heinſ. e Medic. et aliis; etiam Romano et Medic. Pierii, tum Seru. *pingues palea* Mentel. pr. et Goth. ſec. *pingueis* vel *pinguis paleae* vulgo editum. *palea pinguis* Moret. pr. *terit* Romanus.

flore nouo pomis ſe fertilis arbos Induerat. nux plurima vel nux, quae multa eſt in ſiluis, h. quibus ſiluae abundant, v. h. l. Burm., vel vt ſit, quando nux *plurimum*, h. cum maxime, ſe indnit: Georg II, 166 Italia *auro plurima fluxit;* atque hoc poeta dignius. *Fetus* nunc flores ſunt, mox in nuces, fetus arboris, abituri. Exquiſite dicta ſunt: ſi *ſuperant*, ſi eorum maior copia eſt: et pro altero, etiam frumenti maior erit copia: *pariter frumenta ſequentur.* De *tritura* vid. ad vſ. 178. Nunc dicta eſt pro meſſe. *vmbra* eſt arbor ipſa vmbroſa, frondoſa. *Area teret culmos*, poetica ratione non infrequente pro, culmi terentur in area, inf. 298. v. ad Tibull. I, 5, 22 et Cerda ad h. l. Reliqua ſic iungere praeſtat: *Area nequicquam teret culmos*, vtpote *pingues*, abundantes, *palea*, non granis. Poteſt enim etiam iungi: *area teret culmos nequicquam*, fruſtra, inutiliter, *pingues*, cum non granis ſint pingues, ſed *palea.*

193. *Semina* leguminum intellige, nam paullo poſt: *ſiliquis fallacibus;* quas, quod Hallerus cenſebat, pro gluma ſeu folliculo dici poſſe haud arbitror, et confirmat Plinius XVIII, 17 (45) et Colum. II, 10, 11. III, 10, 18, qui diſerte Virgilium de faba loqui affirmant. cf. Pallad. XII, tit. 1. Geopon. II, 35, 2 add. c. 18, 1 et ſ. 12 item c. 41. Etſi verum eſt, in

Digitized by Google

Et nitro prius et nigra perfundere amurca:
Grandior vt fetus siliquis fallacibus esset; 195
Et, quamuis igni exiguo, properata maderent.
Vidi lecta diu et multo spectata labore
Degenerare tamen: ni vis humana quotannis

194 *praefundere* Ven. *amurga* scribit Medic. cum al. VII. 195. 196 leguntur ap. Columellam II, 10, 11, vbi e cod. receptum nunc *maderet*. 196 *igne* Mentel. *Et — tamen*. Expectabam in aliquo libro iri inuentum: *At, q.*, quod nunc reposuit Brunck. et Wakef. Sequebar enim alteram interpunctionem, vt iuncta essent: *Et, quamuis — maderent, Vidi lecta — degenerare tamen*. Ita fraudem fecerat iunctura: *quamuis* sequente *tamen*. Catroeus et alii huius versus fine maiorem ponunt στιγμήν; vt adeo iungatur: *vt esset* et *vt maderent*. potest auctoritas peti e Colum. II, 10. 11. et in hoc nunc acquiesco, meliora edoctus. Antea enim in h. l. haerebam, quia vs. 196 ad semina ferenda referebam cum aliis. At si monitus fueris, eum versum de leguminibus e semine natis agere, statim apparet, id agi, quod ap. Pallad. XII, 1 est: *Graeci asserunt, fabae semina — nitrata, aqua respersa, coctu ram non habere difficilem*. 197 *Vidi ego* laudat Colum. II, 9, 12, sed altero loco, III, 10, 8, abest. Vtrobique VII. 197—200 adscripti sunt. *laeta* Zulich. *et* abest Moret. *expectata* idem cum Leid. et

aliarum quoque frugum seminibus hoc idem tentatum esse, v. c. in tritico Plin. XVIII, 73, amygdalis v. Pallad. II, 15, §. 7. *Medicare* est inficere, macerare alienis succis. 196. Non, vt olim cum aliis, etiam Dickson To. II, p. 43, statueram, ad *semina* hoc spectat, vt aqua ad ignem modicum coqui, h. e. humectari et molliri, a nonnullis fabas serendas dicat, vt eo citius in agro progerminent; sed de leguminibus e semine natis: humectari semina serenda ait, vt legumina aliquando eo faciliorem coctionem habeant, citius coquantur. *Siliquae fallaces*, quia saepe, folliculi cum inanes sunt, maiores videntur, vt Seruius etiam expositi. 196. et, *vt properata maderent, propere aqua* feruente *maderent* mollita, mollirentur, citius coquerentur, *igni quantumuis modico*. *spectata*, dum leguntur, ex-

Digitized by Google

Maxuma quaeque manu legeret; ſic omnia fatis
In peius ruere, ac retro ſublapſa referri.
Non aliter, quam qui aduerſo vix flumine lembum
Remigiis ſubigit, ſi brachia forte remiſit,
Atque illum in praeceps prono rapit alueus amni.

Voſſ. *Vidi lecta manu* Mead. ap. Martin., non male. Duplex eſt interpungendi ratio: *Vidi lecta diu, et* et altera poſt *Vidi lecta, diu et m.* 199 *manus* Medic. a m. pr. *legerent* Parrhaſ. a m. pr. 200 *ſublata* Moret. fragm., et Boecler, vt etiam variatur Aen. II, 169. Pro *ac* legitur *hac*, *et* pro *ruere* Wakef. *fluere*: idque ſe fidenter repoſuiſſe ait in ipſo carmine, quod factum nolim. Nondum vidi qui diceret, *In peius fluere*. At labimur, ruimus, in procliue, in praeceps, in malum. Verſus iterum legitur Aen. II, 169. 201 *qui ex aduerſo* Leid. ſec. 202 *ſubicit* Seru. quod captat et pro vero habet Wakef. ad Lucret. VI, 719. *ſubiit* Mentel. *remigio* Leid. pr. 203 *trahit* Romanus. v. Burm. *in prono praeceps* legi teſtatur Pierius; et ſic eſt in Rom. *amne* vulgo ante Heinſ.

plorata. 199. Grandiſſima ſemina legere noſtri poetae auctoritate iubet Columell. II, 9, §. 11. 12. conf. Varro I, 52, 1 *Quae ſeges grandiſſima atque optima fuerit, ſeorſum in aream ſecer i oportet ſpicas, vt ſemen optimum habeas.* conf. Geopon. II, 16. *vis humana*, hominum opera, h. homines; habuit in animo Lucret. V, 207. 208 *Quod ſupereſt arui, tamen id Natura ſua vi Sentibus obducat, ni vis humana reſiſtat.* 200. Aen. II, 169 *Ex illo fluere et retro ſublapſa referri Res Danaum.* 203. *Atque* iam Gell. X, 29 et Seru. interpretati ſunt, *ſtatim*. conf. Burm. Et eſt haud dubie ea antiqua loquendi ratio. Sic in XII tabb. *Si in ius vocat; atque eat*, vbi v. Intpp. Niſi tamen auctoritati parendum putes: ita facere neceſſe non duco, modo ſuppleas: *Non aliter, quam is retro ſublapſus refertur*, qui nauigium agit, — *atque illum in praeceps prono rapit alueus amni.* aut, ſi magis etiam ſubtilia

Praeterea tam ſunt Arcturi ſidera nobis
Haedorumque dies ſeruandi et lucidus Anguis,
Quam quibus in patriam ventoſa per aequora vectis
Pontus et oſtriferi fauces tentantur Abydi.
Libra die ſomnique pares vbi fecerit horas,

204 *tam ſint* vnus Moret. 205 *dies ſignandi* Schol. Horat. Carm. III, 1 laudat. vid. Burm. 207 *oſtriferae* fragm. Moret. Rariorem formam ὁ Ἄβυδος ſequutus eſſe videtur poeta; neſcio qua auctoritate. *fontes* pro *fauces* vitioſe Ven. 208 *die*, vulgo editum, Medic. a m. pr. cum ceteris codd. agnoſcit, et Priſcianus, Donatus, Probus. Contra Chariſius *dii* ſcriptum fuiſſe contendit;

captes: *non aliter quam* lembus *refertur, ſi is, qui aduerſo vix flumine* eum *remigiis ſubigit, brachia forte remiſit atque illum* lembum *in praeceps rapit alueus prono alueo.* Malo ſequi ſimpliciora ap. antiquos interpretes.

204. Agricolis ſiderum ortus et occaſus non minus ſunt ſeruandi quam nauigantibus; v. Colum. XI, 7, 31. Hoc ornat: iis, qui in Pontum et Hellespontum nauigant. *tentare* eſt adire. Ge. III, 8 *tentanda via eſt* etc., quamquam proprie ad iter ignotum et periculoſum referri debuit. Maluit memorare redeuntes in patriam, quam iter longinquum facientes; *in patriam vectis*, redeuntibus ex Ponto Euxino per Hellespontum in mare Aegaeum. *Abydus* oſtreis nobilis, v. Fulu. Vrſinus et Cerda; etiam noſtra aetate: v. Guys *(Voyage litteraire de la Grece* T. II, p. 238). Ex ſideribus vero poetico more ſigillatim aliquot ſeptemtrionalia enumerat, quorum cum ortu procellae ingruunt. Ceterum Plinius ad h. l. reſpexit libr. XVIII, ſect. 56 et omnem, qui ſequitur, locum de temporum obſeruatione accurate ante Maronem tractauerat Varro R. R. I, 27—37. quem omnino ad manus habeas in Marone legendo.

208. Ab aequinoctio auctumnali vsque ad brumam, ſolſtitium brumale, hordei

Digitized by Google

Et medium luci atque vmbris iam diuidit orbem:
Exercete, viri, tauros; ſerite hordea campis
Vsque ſub extremum brumae intractabilis imbrem;

ſcilicet *diei* contracte modo *die* modo *dii* pronuntiatum eſt. Ai Gellius N. A. IX, 14 iis credere ſe ait, qui *dies* in ipſo Virgilii apographo lectum fuiſſe traderent; cum antiqui eodem modo ſecundum caſum extulerint. vid. h. l. Heinſ. In Romano ap. Pierium *dici* ſcriptum erat, in reliquis *die*. *fecerat* Zulich. *cum* ed. Mediol. 209 *diuidit* Heinſ. e melioribus; *diuidet* intulerat Naugerius Ald. tert. 210 Seruius: *hordea* vſurpatiue ait; — *ſane reprehenſus Virgilius dicitur a Bauio et Maeuio hoc verſu:* Hordea qui dixit, ſupereſt, vt tritica dicat.

ſationem eſſe ait. Pulcritudo loci, ex forma ſigni, *librae*, petita, obuia, quam multi imitando aſſequi ſtuduerunt, inprimis Lucan. IV, 58. 59. VIII, 467. 469. Colum. X, 42 *Cum paribus Titan orbem librauerit horis.* Horae autem *pares*, quia dies tam aeſtiuus quam hibernus duodecim horis, ſed longioris modo, modo brevioris ſpatii, abſoluebatur, adeoque horae, vti etiamnum in Italia, pro dierum ſpatiis erant impares. *ſomnus* pro nocte. *Libra*, h. ſol in libra, *diuidit orbem*, h. caelum, *medium luci atque vmbris*, h. inter diem et noctem diuidit, in linea aequinoctiali conſtitutus, dum nec verſus arcticum neque ad antarcticum polum proceſſit, neque adeo alterutri parti longiores dies noctesue attulit. *bruma intractabilis*, dura, aſpera, vt alias *indomita*, quae vix vinci, ſuperari, tolerari poteſt. Sic melius, quam vt ſit, in qua propter frigoris rigorem nulla res tractari, agi, poteſt; ita Iuſtinus XXIV, 4, 4 *loca frigore intractabilia* dixit. *extremum imbrem* noli vrgere; eſt dictum pro, *vsque ad brumam;* ſolſtitium brumale. Extrema ea anni eſt pars, itaque adiectum epitheton *extrema bruma* hoc translatum ad *imbrem:* in quo eſt cogitandum de caelo Italiae, in quo hiemale tempus magna ſui parte pluuium eſt; adeoque pro,

Digitized by Google

Nec non et lini ſegetem et Cereale papauer
Tempus humo tegere; et iamdudum incumbere aratris:

213 *raſtris* in Romano et multis ap. Heinſ. et Pierium et in vtroque Goth. Sic quoque quatuor apud Martinum, qui ita exprimi curauit cum Brunckio et Wakefield ex ed. ant. et placere poſſunt *raſtri*, quia de *lini* et *papaueris* ſatione agitur iam facta, cui ſuccedit ſarritio: at aratio praeceſſerat. Inſolentius ſic dictum videri poſſet *incumbere raſtris*: liceret tamen cogitare de *raſtris iniquo pondere*: v. 164. Sed verſus ſequens declarat ſatis, poetam praeceptum de aratione tempeſtiue facienda ſummatim iterare maluiſſe: eadem autem nec minus ager lino conſerendus indiget. *rutris* Mentel. a m. pr. *humo eſt tegere* Zulich. *et dudum* idem cum Moret.

vsque ad brumale frigus, dici poteſt, vsque ad brumales imbres. Ita non peccat Maro in praeceptum agricolarum ap. Plinium XVIII, f. 56 *Inter omnes autem conuenit, circa brumam ſerendum non eſſe*. de quo cf. Dickſon T. II, p. 175 ſq. Colum. II, 9 et al. Varro I, 34. Plin. XVIII, 10, §. 1. 24, f. 56 inpr. Geopon. II, 14 hinc meſſis nec minus maturior. Si verſus in poeta alius regionis ac caeli occurreret, poſſet ſane ſic accipi, vt bruma omnino ſit tempus hibernum, cuius pars prior pluvioſa ſit, quam nix et glacies, tamquam altera pars excipere; eſſe adeo hordeum ſerendum vsque ad extremos imbres ante frigus ingruens. Verum ſcriptores laudati brumam, ſolſtitium hiemale, diſerte memorant. De *hordeo* poſt aequinoctium ſerendo expreſſe monent Geopon. II, 14, 3. Plin. Colum. l. c. De *lino* v. 212 diuerſa idem Plinius, etiam de Transpadanis, tradit XVIII, 56. Decembri menſe linum ſerere iubet Columella II, 10, 17. *papauer Cereale*, quia Cereris ornamentum ſymbolicum eſſe ſolet, in ſignis et apud poetas. *incumbere aratris*: omnino mature arandum eſſe praecipit, etſi etiam ad lini et papaueris ſationem terra aratur. *nubila pendent*, eleganter e natura rei, nubibus nondum in imbres ſolutis. Laudat verſum Colum. II, 8, 3.

Digitized by Google

Dum ſicca tellure licet, dum nubila pendent.
Vere fabis ſatio; tum te quoque, Medica, putres
tres

215 *ſatio eſt* Seneca epiſt. 86 et Parrhaſ. *cum te* idem et Toll. *tunc te* Seneca ibid.

215—218. Vere ſeritur faba, ſ. legumina, medica et milium. *Medica*, herba a Medis aduecta per bella Perſarum Graecis illata, pabuli genus praeſtantiſſimi v. Plin. XVIII, 43. Strabo lib. XI, p. 796 C.; noſtrum *Luzerne*. v. Millers *Gardener's Dictionary* h. v. et auctores botanices, inprimis Hallerum de plantis pabularib. p. II; T. I. Nou. Comment. Soc. Gotting. Eſt idem ὠκύθοον τριπέτηλον apud Callimach. in Dian. 165, vbi cf. Spanh. Eius laus et cura ap. Colum. II, 11, §. 2. *Fabae*, cuius diuerſum a noſtra faba genus, et rotundum ac paruum legumen veteribus in vſu erat. vid. Indic. Scriptt. R. R.; non idem omnibus ſerendi tempus, inprimis ſi Columellam lib. II, c. 10, §. 9 compares. Verum Plinius: *Virgilius eam per ver ſeri iubet, Circumpadanae Italiae ritu*, XVIII, 12, 30, pag. 115. Sed quam varie, quam copioſe, extulit ſingula haec poeta! *putres* ſulci, fractis et comminutis crebra aratione, ſtercoratione et frigoris penetrabili vi glebis. v. Ge. II, 204 et al. Colum. II, 11, 3 *Locum, in quo Medicam proximo vere ſaturus es, proſcindito circa Calendas Octobris, et eum tota hieme putreſcere ſinito. Milium* non vere modo, ſed et aeſtate (hoc iam Heſiodi aetate, quem vid. in Clipeo 398. 399) et hieme ſerebatur; vnde calumnia Senecae Epiſt. LXXXVI, de qua vid. Cerda et Martinus. Vere tamen commodiſſima ſatio v. Colum. II, 9, 18. XI, 2, 33. Pallad. IV, tit. 3. Geopon. II, 38. *milio venit annua cura* poetica copia dictum quidem pro, milium ſeritur. v. Colum. II, 9 extr. Plin. XVIII, 26, ſect. 66 extr.; ſed cum reſpectu medicae, quae ex vno ſatu denis (nam apud Plinium l. l. corrupte *tricenis* legitur) annis durat.

Digitized by Google

Adcipiunt ſulci, et milio venit annua cura:
Candidus auratis aperit quum cornibus annum
Taurus, et aduerſo cedens Canis occidit aſtro.

216 *Accipiant* Menag. et ed. Ven. *Accipient* Parrhaſ. 217 *dum* Menag. pr. 218 Disputationes de h. l. vide ap. Heinſium: tam parum expeditas et explicitas, vt non eruditior ſed incertior hinc discedas. Vulgata lectio erat *aduerſo:* conueniunt in hac Medic. et Romanus, diuerſarum alias ſectarum duces, cum iisdem alii. Repoſuit *auerſo* Heinſ. Gudianum, Mentel. vtrumque, fragmentum Voſſ. et Seruium ſequutus: ſic et Goth. ſec., et *auerſo incedens* Medic. Pierii. Cum tamen perpetua in his vocibus ſit ſcripturae varietas: ex ipſa lectione, vtrinque bonis codd. munita, etſi *aduerſo* vel ſic maiorem auctoritatem codicum habet, confici controuerſia nequit. Atqui ad ſenſum nec minus vtraque lectio ſatis conuenit. Si *auerſo aſtro* retinere malis, iuſtas habes cauſſas: quod

217. 218. *Vere — quum.* Ineunte vere, ſole in Taurum ingreſſo. Ad tempora deſignanda poetae amant ſiderum motum commemorare, quoniam ea ratio poeticum ornatum admittit. *Taurus* eſt ſignum verni temporis; eum Sol illo tempore adibat IV Kal. Maias. conf. Petau. Auctar. Op. de doctr. temp. VII, 3. *Candidus,* quatenus ſidera fulgentia *candida* dicuntur, *auratis cornibus,* rutilantibus propter lucidiſſimas in fronte ſtellas, *aperit annum,* cum anni tempus id, quo tellus reſoluta flores herbasque effundit, tum incipiat; ſed quam ſuauiter! Emergere ſidus Tauri et adſcendere caelum tum videri poteſt; cornibus itaque et capite quaſi nixus viam ſibi facit, qua ſpecie in aſteriſmis et tabulis Orbis caeleſtis exhiberi ſolet, et multo magis olim exhibitus fuit: vide Farneſiam tabulam apud Gorium Theſ. Gemmar. ant. T. III, item apud Spencium *Polymet.* tab. XXIV. Seruius hic nimium argute. *Canis* vero, Sirius, tum occidit heliace, h. occultatur, conſpici amplius non poteſt, ſole nimium vicino; *cedit aduerſo aſtro* ſimpliciſſimum eſt accipere poetica ratione de Cane occidente, eoque ipſo fugienti ſimili inprimis cum retro cedere videatur

Digitized by Google

At ſi triticeam in meſſem robuſtaque farra

omnino *fugae* accommodata vox *auerſus*, nam qui fugit, non adverſus, ſed auerſus cedit; recte modo verborum iuncturam inſtituas; iungenda enim ſunt, *Canis auerſo aſtro cedens*, h. e. canis auerſus cedens, non vt *auerſo aſtro* ſit, Tauro. Accedit quod Canis pedibus et cauda prius occidit quam humeris ac fronte: vt bene Pfaff monuit de ortu et occaſu ſider. p. 60. Si *aduerſo* tueris, tum *cedens aſtro aduerſo Canis* aut intelligi poteſt, cedens *ſoli* ex aduerſo poſito, vt apud Columellam X, 54 *Solis et aduerſos metuent Atlantides ortus*; aut cedens *Tauro*, aſtro ſibi ex aduerſo poſito; haec lectio et interpretatio, more et vſu poetico firmata, praeferenda videri poteſt propterea, quia ſecundum aſtrorum picturas veteres, vt in Farneſia tabula, quas poetae ſequi fere ſolent (v. inf. Not. ad IV, 233) cani *aduerſus Taurus*, ſedet. Iam autem ex poetae mente, ſi penitius conſlideres, vis praecipua phantaſmatis in Tauri capite minaci poſita eſſe videtur, itaque *aſtro aduerſo*, caſu tertio, vt cedat Canis Tauro ſibi aduerſo, nunc praetuli: inprimis, quia ſic maior codicum auctoritas ius ſuum in iudicio critico faciendo ſeruat. 219 *triticea* Goth. ſec. a m. ſec. *in* abeſt a Moret. ſec. *in menſem* Gud.

occidendo; nam in ſphaera ſedet, aduerſam habens Tauri frontem. Ergo *cedit Tauro minaci, inſtanti cornibus:* caſu tertio; quod ex tabulae aſtronomicae adſpectu facile percipies. Alias iunctura fieri poſſit non vno modo, vt ſit Canis ipſe aſtro aduerſo cedens: caſu ſexto. Poſſit et aſtrum aduerſum eſſe Sol, a quo occultatur Canis. Quae pro altera lectione *Auerſo aſtro* dici poſſunt, in Var. lect. attuli. Argutias interpretum v. ap. Heinſium, Martinum, Spencium p. 174. Rem expedit Colum. XI, 2, §. 36 *XV Cal. Maias ſol in Taurum transitum facit — Pridie Cal. Maias Canis ſe veſpere celat.*

219—224. Tritici et farris ſatio non ſit niſi poſt matutinum occaſum coſmicum Pleiadum, et poſt ortum heliacum Coronae, h. menſe Octobri. 219. *Triticum* veterum diuerſi a noſtro generis fuiſſe, inde colligit Martinus, quod v. 202 et apud Varr. de R. R. I, 48, 1 *ariſta* h. acus tenuis e gluma prominens ei tribuitur. Verum ſunt omnino plures, quas vocant ſpecies, vt poſt Dodonaeum ac Manettum

Digitized by Google

Exercebis humum, ſolisque inſtabis ariſtis: 220
Ante tibi Eoae Atlantides abſcondantur,

220 *ſolidisque* non malam Waddelii (Animadu. Crit. pag. 7) coniecturam memorat Burmannus. 221 *abſcondentur* Gud.

docuit Hallerus, de Cerealibus: Nou. Comment. To. V. *Far* (nobis *Dünkel*) *robuſtum*, ſiue cuius praeſtantia e pondere cenſetur, vt apud Colum. II, 6, 1 tritici genus, *robur* dictum, *quoniam et pondere et nitore praeſtet*, ſiue, et hoc verius, quod aeris, ventorum pluviarumque ac frigoris iniuriam melius, quam alia frumenti genera, ferre poſſit; in quam ſententiam apud Theophraſt. de Cauſſis plant. IV, 6 toto capite πυρὸς ἢ ὀρυζης inter τὰ ἰσχυρότατα referuntur. 220. *ſolis inſtabis ariſtis*, frumenti ſolius, tritici et farris, curam et rationem habebis. 221. Pleiades ſeu Vergiliae, *Atlantis* filiae, *abſcondunturEoae*, matutinae, h. occidunt matutino tempore, mane ſubmerguntur in occidentali parte, dum ſol interea ab oriente emergit. *Abſconduntur autem*, ita laudatis verbis poetae noſtri interpretationem ſubiungit Columella II, 8, 1 *altero et trigeſimo die poſt auctumnale aequinoctium, quod fere conficitur nono Cal. Octobris: propter quod intelligi debet tritici ſatio dierum ſex et quadraginta ab occaſu Vergiliarum, qui fit a. d. IX Calend. Nouembr. ad brumae tempora.* Columellae ſementem etiam citra Cal. Octobr. fieri placet. Sed v. loc. Idem lib. XI, 2, 77 *XIII et XII Cal. Nouemb. ſolis exortu Vergiliae incipiunt occidere; tempeſtatem ſignificat — V Cal. Nouembr. Vergiliae occidunt.* Plin. XVIII, 56 (24) *Virgilius triticum et far a Vergiliarum occaſu ſeri iubet: hordeum inter aequinoctium auctumni et brumam; viciam vero, faſeolum et lentem, Boote occidente.* Sed idem diuerſa fere agricolarum hac in re eſſe inſtituta deinceps exponit. Reſpexiſſe autem noſter Heſiodum putatur in notis verſibus Ἔργ. 383. 615. Omnino tenendum, Graecos

Digitized by Google

Gnoſiaque ardentis decedat ſtella Coronae,

222 Alii *Cnoſia* ſcribunt, variatione ſollenni. *diſcedat* Ven. *deſcendat* Mead. vnus. *ſuccedat* coniiciebat Reiskius. Io. Schrader. *procedat*. h. oriatur, vt tollatur dubitatio de h. l. Scilicet, aut in verbis aut in iudicio Virgilii vitium eſſe neceſſe eſt. Eſt autem in iudicio; et errat Maro. vid. Not.

a Pleiadum ortu, medio Maio, aeſtatem ac meſſem, ab occaſu hiemem cum aratione ac ſemente duxiſſe. Loc. claſſ. Arat. Phaen. 264 ſqq., vbi Schol. p. 35 ed. Oxon. recentius Scholion, et pag. 36 antiquius videndum. conf. Plin. XVIII, 29. Theophr. de Cauſſ. Plant. III, 28. Schol. Aeſchyli Prometh. 457. Ex artis praeceptis de re disputat Petau. Auctar. Operis de Doctrina Temp. II, 9. conf. inf. ad Georg. IV, 231 ſqq. Add. Bayer. in Comment. Petropol. To. V, p. 391. Spectat huc h. Afric. 47 *Vergiliarum ſigno confecto*. vbi cf. Morum. 222 *Gnoſia ſtella Coronae ardentis* eſt ſidus Coronae, nouem ſtellarum, a corona Ariadnes, quam Bacchus caelo affixit, appellatum; erat autem Ariadne Minois, regis Cretae, filia, in qua *Gnoſius* vrbs. v. Arat. Phaenom. 71 et ibi Grot. ad imag. p. 33 ſq. *Ardet ſtella*, dum lucet, fulget; *ſtella* Coronae memoratur, aut quia inter ceteras huius ſideris ſtellas vna eſt luculentiſſima omniumque prima conſpicitur; aut *ſtella* h. l. pro ſidere. Si *ſtella decedere* dicitur, id nihil aliud, quam occidere aut occultari, eſt. Ad hanc tamen anni partem, m. Octobrem, non occaſum ſideris huius pertinere, ſed ortum, docent aſtronomi, et qui inde ſua petiere: Hygin. Aſtron. 5 *Haec Cancro et Leone exoriente occidit, exoritur cum Scorpio Nonis Octobris*. Columella XI, 2, 51 *IV Non. Iul. Corona occidit mane;* et §. 73 *III Non. Oct. Corona incipit exoriri — VIII Id. Octob. Coronae clara ſtella exoritur — III et pridie Idus Octob. Corona tota mane exoritur*. conf. Plin. XVIII, 74 pr. Hanc difficultatem, nihil enim codices variant, ita poſt Ser-

Digitized by Google

Debita quam ſulcis conmittas ſemina, quamque
Inuitae properes anni ſpem credere terrae.
Multi ante occaſum Maiae coepere: ſed illos 225

223 *quamquam* Moret. ſec. *properis* Gud.

224 *caedere* Medic. vid. Burm.

vium viri docti tollunt, vt ſtellam oriri et emergere heliace non aliter dicant, quam vt recedat a ſole, *decedat*, quo videri iam non poſſit: vt adeo *decedere* h. l. ortum deſignet. At hoc fit inuito ſermonis genio. Nam perpetuo vſu loquendi ſidus, quod oritur, *ſubire, ſuccedere*, vti *aſcendere, emergere*, dicitur: non vero *decedere*. Poterat commentarii loco eſſe Columellae imitatio lib. X, 52 *Expectetur hiems, dum Bacchi Gnoſius ardor Aequore caeruleo celetur, vertice mundi* (h. vertigine et circumactione caeli), *Solis et aduerſos metuant Atlantides ortus:* quo quidem loco pro *celetur* legitur *celeretur, oruetur;* nullus tamen dubito *celetur* ibi eſſe veram lectionem ex Virgilii imitatione profectam, Virgilium autem in erroneum calculum incidiſſe, dum Democriteam rationem ſequebatur, quam ſeruauit Geoponicorum auctor ex Didymo lib. II, 14 Δημόκριτος δὲ φυσικήν τινα παρατήρησιν παραδιδοὺς, περὶ τὴν τοῦ Στεφάνου μάλιστα δύσιν σπείρειν συμβουλεύει· — ἄρχεται δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἡ τοῦ Στεφάνου δύσις ἐν τοῖς κατὰ Φοινίκην τόποις τῇ πρὸ ἑπτὰ καλανδῶν Δεκεμβρίων etc. Dubitari igitur nequit, quod dixi, e mente Virgilii occidere Coronam ſub exitum Nouembris et praecipi ſub iſtud tempus tritici ſationem. 23. 24. Ornatiſſimi verſus! *inuitae* terrae, quandoquidem aratione ſubigenda eſt.

225. *ante occaſum Maiae*, h. Pleiadum, e quibus vna Maia eſt. Ad rem Xenoph. Oeconom. c. XVII, 2. Columella XI, 2, 80 *Vetus eſt agricolarum prouerbium, Maturam ſationem ſaepe decipere ſolere, ſeram*

Digitized by Google

Exſpectata ſeges vanis eluſit ariſtis.
Si vero viciamque ſeres vilemque faſelum,
Nec Peluſiacae curam adſpernabere lentis:
Haud obſcura cadens mittet tibi ſigna Bootes;
Incipe, et ad medias ſementem extende pruinas. 230

226 *ariſtis* Heinſ. e Medic. fragm. Voſſ. Moret. pr. et vet. Grammaticis: vt iam Pierius ex Rom. et aliis notarat. *ariſtis* etiam Goth. ſec. habet. Vulgata lectio erat *auenis;* quod proprie hac in re dicitur; et quod poſt Pierium praetulit Cuningham. Videtur tamen procliuior error fuiſſe, vt ad *auenis* aliquis deflecteret, quam vice verſa. *aceruis* Arundel. et Cantabr. Vide hic Martinum. *eluxit* Voſſ. *deluſit* Parrhaſ. *illuſit* Rom. 227 Alii *phaſelum, phaſillum, faſellum vitiamque.* 229 *Aut* Goth. ſec. *mittit* Medic. fragm. Voſſ. Ven. *mittat* Menag. 230 *expende* Roman. Arundel. vnus hic repetebat v. 213 *Tempus humo tegere et iamdudum incumbere aratris.*

numquam, quin mala ſit; quod et Plin. memorat XVIII, 56. Poſterius iam Heſiodus monuerat Ἔργ. 479 ſqq. cf. Geopon. II, 14, pag. 129.

227—230. Viciae, faſeli, et lentis ſatio ſub initium menſis Nouembris vsque ad multam hiemem. In his autem omnibus clementioris caeli nos memores eſſe fas eſt. *Faſelus* eſt genus fabarum, quod nobis *Bona porcina* et *Turcica.* v. Index Scrippt. R. R.; propter frequentiam *vilis* dicta. 228 *Lentis* magna praeſtantia et copia apud Aegyptios; v. Plin. XVIII, 31; igitur epitheto ab Aegypti vrbe petito ornatur. 229. *Bootes,* qui et Arctophylax, cum ſtella Arcturo, occaſu ſuo tempus ſerendae viciae *certum* indicat. Colum. XI, 2, 78 *IV Cal. Nou. Arcturus veſpere occidit.* et Plin. XVIII, 74 *Pridie Calendas* (Nouembres) *Caeſari arcturus occidit. Quarto Nonas arcturus occidit veſperi.* Vide de *lentis* ſatione Colum. lib. II, c. 10, §. 15, et Plin. XVIII, 31 cum Emendat. Hard. XII. Palladius XII, 1, 1 *Nouembri — nunc ſeritur prima lenticula.*

Digitized by Google

Idcirco certis dimenſum partibus orbem
Per duodena regit mundi Sol aureus aſtra.
Quinque tenent coelum zonae: quarum vna coruſco
Semper ſole rubens, et torrida ſemper ab igni;
Quam circum extremae dextra laeuaque trahuntur,

231 *Dimenſum certis idcirco p.* Zulich. *demenſum* Reg. et Iunt. ed. ex Ald. pr. *annum* pro *orbem* habet Rottend. 232 *regat* Leid. alter. 233 *caeli* alios legere a Reiskio notatum video. 234 *ab igni eſt* Interpres Cruqu. ad Horat. Od. I, 22, ed. Nuremberg. et Goth. pr. Alii *ab igne.*

231 ſqq. De zonis caeli et Zodiaco. Vt ad anni vices et ſiderum ortus et occaſus operis ruſtici tempora definiri poſſint, ſolem certum per caelum curſum tenere ait, v. 231—256.

232. Ambiguum, fere, vt v. 6 in voc. *caelo*, cui verbo τὸ *mundi* iungendum ſit. *orbis mundi* bene diceretur. *Sol mundi, ſol caeli*, otioſe; his modis ponderatis, praeſtat iungere, *Aſtra mundi* h. caeli, vt paſſim *ſidera caeli*, vt inf. 335 *caeli menſes et ſidera.* Etſi poſt *dimenſum certis partibus*, ſcil. ſpatiis, quae eadem XII ſigna occupant, *orbem* h. caelum illud apponit. Caelum *regit Sol per duodecim ſigna*, quatenus curſu eius per illa facto conſtituuntur ea, quae in caelo ſunt, ſiderum motus ac tempora. Adumbrauit autem haec poeta ex Eratoſthenis verſibus πέντε δέ οἱ ζῶναι περιειλάδες ἐστείρηντο· (*tenent caelum*) αἱ δύο μὲν γλαυκοῖο κελαινότεραι κυάνοιο (*caerulea glacie concretae atque imbribus atris* et de iisdem mox αἰεὶ Φρικαλέαι αἰεί δ' ὕδατι νοσέουσαι) ἡ δὲ μία ψαφαρή τε καὶ ἐκ πυρὸς οἷον ἐρυθρή. (*coruſco ſemper ſole rubens, et torrida ſemper ab igni*) (vid. ed. Oxon. Arati p. 46), apud Heraclidem de Allegoriis Homer. p. 476. conf. Tibull. IV, 1, 151 ſqq. 233. *caelum* nunc proprie tellus eſt, caelo ſubiecta. 235. *extre-*

Digitized by Google

Caerulea glacie concretae atque imbribus atris,
Has inter mediamque duae mortalibus aegris
Munere conceſſae diuom; via ſecta per ambas,
Obliquus qua ſe ſignorum verteret ordo.
Mundus vt ad Scythiam Rhipaeasque arduus arcis
Conſurgit: premitur Libyae deuexus in Auſtros.

236 *Caeruleae glaciae* in Medic. Similis aberratio in aliis libris apud Pierium et Martin., quibus apparet, olim in nonnullis *caeruleae* ad *zonae* retractum fuiſſe. 238 *conceſſit* Goth. pr. *et via ſecta* Medic. cum aliis, item vtroque Gothano. Heinſius f. *it.* 239 *verterit* Leid. pr. *ſignorum — orbis* tentat Io. Schrader.: quod ſane et ipſum bonum eſſet. Sic *ſignifer orbis:* vid. Lucret. V, 690. At nec minus *ordo ſignorum* bene ſe habet. Sic v. c. Manil. I, 563 *Fila — per quae dirigitur ſignorum flammeus ordo.* 240 *Rhipaeas.* τὰ Ῥιπαῖα ὄρη. libri fere *Riphaeas.* Iterum Ge. III, 381, a. 241 *diuerſus* ed. Ven. *ad auſtros* ed. Mediol.

mae ſunt in extrema parte poſitae; et *trahuntur* eſt plenius pro *ſunt;* nos vulgo, extendunt ſe. Ducuntur enim circuli paralleli. 236 *concretae* proprie quidem tantum *glacie;* ſed eadem tempeſtas *atros imbres,* ὄμβρους ζοφόεντας, affert, et recte adiuncta ad idem verbum referuntur. Eratoſth. l. l. Αἰεὶ κρυμαλέαι, αἰεὶ δ' ὕδατι μογέουσαι, *laborantes.* 237. *aegris* cum ſdilectu h. l. poſitum epitheton pro miſeris; δειλοὶ βροτοὶ Homeri.

238. Zodiaci deſcriptio; et mox poli arctici et antarctici. Quae ſequuntur, facile e ſphaerae caeleſtis doctrina intelliguntur. *per ambas,* inter, vt v. 245 *per duas Arctos.* vid. Macrob. in Somn. Scip. II, c. 8. 240. Omnia ad ſenſus noſtros dicta, ſi ſphaeram ante oculos poſitam habemus. *Mundus* et hic pro caelo. *arces* poetis omnino pro locis excelſis, adeoque et pro montium iugis. v. inf. IV, 461 et ſaepe. 241. ita *premitur deuexus* ornate pro ver-

Digitized by Google

Hic vertex nobis ſemper ſublimis: at illum
Sub pedibus Styx atra videt Manesque profundi.
Maxumus hic flexu ſinuoſo elabitur Anguis
Circum, perque duas in morem fluminis Arctos,
Arctos Oceani metuentis aequore tingui:

242 *nobis ſublimis ſemper* Moret. ſec. *et illum* duo. *at illum, ſub pedibus, Styx atra videt*, h. qui eſt ſub pedibus noſtris, diſtinguit Wakef. 244 *labitur* Rottend. alter, fragm. Moreti, vnus Arundel. Sed *elabi* eſt ſimpliciter *labi, venire*, Aen. V, 151. IX, 632. Burm. 246 *aequora* aberratio duorum libr. *mergi* Arundel. vnus.

git, vt *conſurgit*, eleuatur. 242. *Hic vertex*, polus arcticus, *nobis ſemper ſublimis*, adeoque conſpicuus. 243. Pulcerrime pro, polus antarcticus latet, *οὐκ ἐπίοπτος*, vt Arat. Phaenom. v. 25, vnde haec expreſſit Virgilius, non cernitur; vt ἄδης. pro quo ponitur *Styx* et *Manes:* vident illi ſubter ſe polum antarcticum, ei inſiſtunt. Sequitur adeo, poetam baden in medio terrae collocaſſe. Communior tamen poetae ratio eſt, et noſtri et aliorum, vt Hades et Tartarus ſit in imis locis ſubter noſtris terris; praeſtat itaque accipere, *illum* alterum *ſub pedibus*, qui nobis ſub pedibus eſt, *Styx videt:* inferi ſuſpiciunt, vt nos caelum. 245. Circumlabitur, circumflectitur Draco, Vrſae vtrique implicitus. Seruius laudat Heſiodeum: ποταμῷ ῥείοντι ἐοικώς. Sed tota ſententia conuerſa ex Arato Phaen. 45 — 48 οἵη ποταμοῖο ἀποῤῥώξ etc. 246. Septemtrionalia illa ſidera, interque ea Vrſam maiorem et minorem, Helicen et Cynoſuram, numquam occidere, infra ὁρίζοντα ſeu finitorem non deſcendere, ſemper nobis conſpici, notum. Fundus poetici ornatus Homer. Iliad. σ, 489, et Odyſſ. ε, 273 ſq., vbi conf. Intpp. et Toll. ad Apollonii Lex. Exc. V. Iis interuoluitur Draco. *metuentes tingi*, qui nunquam tinguntur, occidunt: quaſi ab hoc ſibi

Digitized by Google

Illic, vt perhibent, aut intempeſta ſilet nox,
Semper et obtenta denſantur nocte tenebrae:
Aut redit a nobis Aurora, diemque reducit;
Nosque vbi primus equis Oriens adflauit anhelis,

248 *denſentur* erat antiqua lectio: pro qua *denſantur* induxit, quantum intelligo, Paullus Manutius moxque Commelin. Eſt ea Medicei lectio, aliorumque codd. At *denſentur* Rom. cum multis antiquis: ſic etiam Goth. pr.; reiicit illud Burm., ne toties ſyllaba *en* redeat; in aliis locis *denſent*, *denſentur*, praefertur; vt inf. v. 419. Aen. VII, 794. X, 432. *obducta* alter Rottend., ex interpretatione. v. Burm. *ſilet nox — obducta nocte*: parum ſuauiter! Saltem *nube* dixiſſet! Coniicit quoque hoc idem Io. Schrader. in Schedis. 249 *diemque reliquit* Leid. pr. 250 *Noxque* et *Orion* vnius aberratio. *que* abeſt a Goth. pr.

caueant, quod numquam faciunt. Ἄρκτοι κυανέου πεφυλαγμέναι ὠκεανοῖο dixerat Aratus l. l. cf. ad Horat. II Carm. 2, 7 *penna metuente ſolui*, non ſoluenda.

247—251. *Illic*, ſub polo antarctico aut nox eſt perpetua, aut dies ibi eſt, dum noſtro caelo nox exoritur, et vice verſa. Parum ſubtiles erant veterum opiniones de terris auſtralibus, et altero hemiſphaerio, de quibus poſt Strabonem Macrob. in Somn. Scip. II, cap. 9 ſq. videndus. Ad noſtrum locum proxime facit Lucret. V, 649—654. Quam vero ornate *intempeſta ſilet* (pro eſt) *nox — tenebrae*, vt profundam noctem, altas tenebras, eſſe ſignificet! *Nox* autem (vt tenebrae) obtenditur, obducitur caelo et terrae. Homer. Odyſſ. λ, 19 Ἀλλ' ἐπὶ νὺξ ὅλη τέτατται δειλοῖσι βροτοῖσι. *nox intempeſta* iam Ennio et Lucretio frequentata; vt V, 984. 249. *redit aurora* ſcil. ad eos; adit eos. 250. *equis anhelantibus* tribuitur, *adflare* id, quod ante ſe habent; vt in curſus certamine eos, quos ante ſe decurrentes curſu attingunt. *Adflant equi Solis* eas terras, quas ſol oriens illuminat. Iam poetica inuerſione dixit: *Sol oriens adflat nos equis*; vt et Aen. V, 739 *Et me*

Digitized by Google

Illic ſera rubens accendit lumina Veſper.
Hinc tempeſtates dubio praediſcere coelo
Poſſumus, hinc meſſisque diem tempusque ſerendi;

251 *Illis* apud Senec. ep. 122. et placet; repoſuit quoque Wakef. *oſtendit* Ven. 252 *Hic* Mead. *praedicere* Rom. et alii ex more; vt v. 51. II, 255. *praediſcere* iam correxerat Nauger. in Ald. tert. 253 *menſisque diem* alii, perpetua aberratione. conf. Ecl. V, 70.

ſaeuus equis oriens adflauit anhelis. 251. Cum *Oriens* paullo ante ſit Sol, vi oppoſiti *Veſper* poſſit eſſe Sol occidens. Veſperum tamen pro Sole dictum nondum vidi. *Veſper*, Heſperus, ſole occidente, in conſpectum venit, oritur, *lumen ſuum profert.* Ita accepit quoque Silius, qui hunc verſum expreſſit XI, 516. 517 *Inuadunt campum et late fulgentibus armis Accendunt vltra lucem ſurgentis Eoi.* conf. Lucret. I, 1064. 5. 6. Namque nec veſpera *accendere poteſt crepuſculum*, nec illa vulgaris ratio, qua de facibus et candelis accipitur, quae vt incendantur, veſper cauſſa eſt, non quidem indocta eſt, ſed humilis tamen et abhorrens a tali carmine. Opportunius idem illud inf. vſ. 291.

252. *Hinc.* E ſolis hoc per Zodiacum decurſu, a v. 231, atque adeo ſuccedentibus ſibi-inuicem anni partibus, inſtantem tempeſtatum mutationem diſcimus. Habuit in animo verſus Arati Dioſem. 10 ſqq. *Tempeſtates* de quatuor anni partibus dici, ex v. 258 patet, *Temporibusque p.:* coniunctam tamen mutati aeris ac caeli notionem eſſe, ex adiuncto patet. *Caelum dubium*, ſcil. inſtantibus pluuiis, procellis. Ad cetera compara Tibull. IV, 1, qui, eadem horum *limborum* ac *balteorum*, ſeu *zonarum*, enumeratione facta, cum in temperata ſubſtitiſſet, pergit v. 169 *Hinc placidus nobis per tempora vertitur annus. Hinc et colla iugo didicit ſubmittere tauri* etc. Ex eadem obſerua-

Digitized by Google

Et quando infidum remis impellere marmor
Conueniat; quando armatas deducere claſſis; 255
Aut tempeſtiuam ſiluis euertere pinum.
Nec fruſtra ſignorum obitus ſpeculamur et ortus,
Temporibusque parem diuerſis quatuor annum.
Frigidus agricolam ſi quando continet imber:
Multa, forent quae mox coelo properanda ſereno, 260

256 *Et t.* Macrob. Sat. VI, 4. Schol. Cruqu. Horat. Carm. I, 23. *in ſiluis* multi. *auertere* Zulich. 257 *ſpeculantur* fragm. Moret. 259 *agricolas* laudat Macrob. Sat. VI, 4 et Schol. Horatii Cruqu. Carm. I, 23. *detinet* ed. Ven.

tione antiquus de Aeolo mythus natus. vid. Heraclid. de alleg. Hom. ſub f. 254 *marmor* v. ad Aen. VII, 26. 255. *armatae claſſes*, ὡπλισμέναι, ſimpl. inſtructae naues. cf. Heſiod. Ἔργ. 631. 632, et 671. 672. Sed is meliori iure nauigationem memorabat, quandoquidem illa aetate inter curas patris familias erat, frumenta naui deuehi ad permutanda alia vitae neceſſaria. Longe diuerſa erat vitae reique ruſticae ratio Virgilii aetate: etiam in deuehendis mari frugibus. Ad argumentum ruſticum commemoratio claſſium non bene eſſet accommodata. 256 *tempeſtiuam ſiluis euertere pinum* h. ligna ac materiem tempeſtiue caedere. Conſulatur Cato de R. R. c. 31 (vnde vocem *tempeſtiua* ductam eſſe obſeruat Macrob. VI, 4, p. 596). Plin. XVI, 74. 75, f. 39. cf. Cerda.

257 — 267. Habet etiam alias vtilitates, ſi obſerues ſiderum ortus et occaſus et vices anni temporum. 260. Si pluuium tempus *continet* h. e. domi tenet (v. Burm. h. l.) agricolam: multa interea parare et facere licet, quae mox ſereno caelo parum tempeſtiue curanda eſſent. Hoc poeta ornatius extulit, poſt Heſiodum, quem

Digitized by Google

Maturare datur; durum procudit arator
Vomeris obtusi dentem; cauat arbore lintres;
Aut pecori signum aut numeros inpressit aceruis.

261 *Procurare* eadem ed. Ven. *proscindit arator* Moret. sec. 262 *obtunsi* Romanus, Medic. et alii; vt veteres solebant. *obtuso* Parrhas. et Reg. a m. pr. 263 *impressat* Rottend. alter et Cod. Danielis; et sic editum in Cuningham. post Bersmann. Pro vulgata laudatur Calpurn. V, 88.

compara 493 sqq. Praeterea monent Grammatici, Seruius ad h. l. Gellius X, 11. Macrob. VI, 8 de dilectu verborum adhibito a poeta: *Maturari* ea, quae acceleretur quidem, sed diligentiae tarditate cum industriae alacritate ac celeritate coniuncta. Eadem, cum subito, raptim et properanter fiunt, *properari* dicuntur, nec facile diligenter et accurate fieri possunt. Quae an ita se habeant, equidem non dixero. Potuit enim poeta verba simpliciter ponere pro vulgari: multa nunc facere licet, quae mox essent facienda. Vt contra *maturare fugam* dixit Aen. I, 137 pro praecipitare. De re v. Cato c. 2, §. 3. Varro I, 36. 262. *Vomeris dentem* aut proprie, quod sup. 172 erat *dentale*, aut dixisse videtur omnino pro vomere. *lintres*. Si scaphas, et fluuiatiles nauiculas intelligas, possis agrum Mantuanum omninoque istam Italiae oram Pado aliisque fluminibus perfusam cogitare; conf. Seruium h. l. Conuenientius tamen vitae rusticae esse videtur, vt vasa lignea concaua et alueos interpreteris, qui inter rustica instrumenta sunt. Sic alueos, in quibus vuae portantur in vindemia, *lintres* dixit Tibull. I, 5, 23. 263. *aut pecori signum*: sic III, 158 *Continuoque notas et nomina gentis inurunt. numeros impressit aceruis.* Aut cum Seruio tesserae et tabellae intelligendae, aceruis impositae, quibus frumenti numerus designatur, aut *acervi* sunt frumenta saccis seu vasis condita, quibus vasis inscribat paterfamilias, quot modios contineant. *impres-*

Digitized by Google

Exacuunt alii vallos furcasque bicornis,
Atque Amerina parant lentae retinacula viti.
Nunc facilis rubea texatur fiscina virga;
Nunc torrete igni fruges, nunc frangite saxo.

264 *Exacuant* Rottend. *vallos alii* e suis codd. Brunck. 265 *Amarina* duo. 266 *rubra* Ven. At Seru. *Rubea virga*, quae abundat circa Rubos, Italiae oppidum: Horat. Serm. I, 5, 94 *Inde Rubos fessi peruenimus*. Etiam ad e. l. Schol. Cruqu. „Iti „Rubi oppidum; hinc putant aliqui dixisse Virgilium *Nunc facilis „rubea t.*" Sic scribendum foret *Rubia*, quod et MS. Bersmann. habebat; atque ita post Scalig. et Torrent. ad Horat. l. l. Cuninghamius emendarat. Bene sane *Rubia virga* post *Amerina retinacula*: modo de viminibus circa obscuram hanc Apuliae vrbem, inter Canusium et Barium, aliunde constaret. Apud Iul. Sabin. est: „Rubiorum oppidum fuit in Campania:" confundit ille Rufras Aen. VII, 739. *fascina* pr. Moreti, vt Codd. apud Ouid. Fast. IV, 754. 267 *et frangite* Moreti sec. *saxis* Rom.

sit, ἐνέγραψεν, imprimit. 265. *Amerina salix* (erat Ameria, Vmbriae vrbs, non longe a Tiberi) inter terna salicis genera memoratur Columellae IV, 30, 4, vbi de pedaminum in vineis, iugorum ac viminum, prospiciendorum cura agit. cf. Plin. XVI, 69. *Vallos* esse palos, in promptu est. 266. *Rubi* (nostris *Brombeerstaude*) *recisis aculeis alligant*. Plin. XVI, 69 *Cetera vincula, qualia sunt ex rubo, maiorem operam, sed in egeno tamen necessariam, postulant*. Colum. IV, 31, 1. *Fiscina*, calathus seu aliud vas vimineum, ad vsus rusticos, *facilis*, aut quae facili opera struitur, quia ex viminibus facta, aut quia haec vimina flecti et texi possunt, adeoque ipsa sunt *facilia*. *Mollem iuncum* dixerat Ecl. II, 72. conf. ad Tibull. I, 1, 40. II, 3, 15. 267. Sic et Aen. I, 182. 183. Notum, antiquos aliquando tostis igne granis vesci solitos fuisse; sed hic de eo more agitur, cum vita iam ad meliorem cultum perducta far igni torrerent, vt facilius mola, et quidem manuaria, qua vtebantur, frangi et glumis exui posset.

Digitized by Google

Quippe etiam feſtis quaedam exercere diebus
Fas et iura ſinunt: riuos deducere nulla
Religio vetuit, ſegeti praetendere ſaepem,
Inſidias auibus moliri, incendere vepres,
Balantumque gregem fluuio merſare ſalubri.

269 *diducere* Medic. pr. Moret. Ald. (pr.; nam ſec. *deducere* recepit) et forte Seruius, qui *ſiccare* interpretatur. Eſt et in Cuningham. edit. 270 *Religio prohibet* Vrſ. *ſepem* etiam hic alii: vid. ad Ecl. I, 54. *ſepes* fragm. Moret. 272 *greges* Macrob. Sat. III, 3. *verſare* Zulich., male.

268 — 275. Non mirum eſt, ruſticum aliqua facere debere per pluuias, cum ſint quae facere poſſit etiam feſtis diebus: cf. Seru. add. Moret. 67 ſq. Locum, qui ſequitur, laudat, et copioſius rem proſequitur Colum. II, 22, 1. et XI, 1, 20. *Quippe etiam:* noua transitus formula; vt *quid? quod.* 269. *Fas et iura,* h. diuina humanaque iura, vt iam Seruius monuit. 269. 270. *nulla religio,* h. nullus reſpectus deorum, nullus metus peccandi, *vetuit,* vetare ſolet, vetat, vt ſaepe iam factum vidimus. *Quod autem ait* deducere, *nihil aliud eſt, quam detergere; nam feſtis diebus riuos veteres ſordidatos detergere licet, nouos facere non licet,* Macrob. Sat. III, 3. Conſentit Colum. II, 22, 3. *Riuum* tamen *deducit* ac *ducit* omnino is, qui aquam ex riuo vel lacu per prata irriganda ducit. *Satis fluuium inducit riuosque ſequentes* ſupra v. 106 dixerat. *Deducitur* tamen etiam riuus ſiue aqua, cum foſſa exſiccatur: vt *collectus humor* ſupra v. 114, dum educitur et emittitur. Vt in ſententiam Macrobii dictum ſit, de aqua cogitandum, quae vt per pratum deducatur, ne via praecludatur, ſordibus purganda eſt. conf. Seru. ad 272. 270. *Quamquam Pontifices negent ſegetem feriis ſepiri debere,* Columella l. l. 271. *Inſidias auibus moliri;* vt reliquis conſentaneum ſit, de auibus praedantibus et nociuis intellige. 272. *fluuio*

Digitized by Google

Saepe oleo tardi coſtas agitator aſelli
Vilibus aut onerat pomis; lapidemque reuertens
Incuſum, aut atrae maſſam picis, vrbe reportat.
Ipſa dies alios alio dedit ordine Luna

275 *Incuſſum* Romanus, Medic. cum plerisque; item Goth. pr., etiam apud Martinum: ſicque Ald. pr. et ſec.; at Nauger. in tertia repoſuit *Incuſum;* et iam ante Egnat. 1506. Idem proditur e Reg. a m. pr. Goth. ſec. *Incaſſum* Ven. *Inciſum* fluxit edit. Maſuic. 276 *ipſa dies alios.* nemini in mentem veniet *alias* reponere, cum

ſalubri. cf. inf. III, 445 ſq. Argutatur in hac voce adiecta Macrob. I, 16, p. 287. Idem III, 3 extr. *Cauetur enim in iure Pontificio, vt — feſtis diebus purgandae lanae gratia oues lauare non liceat; liceat autem, ſi curatione ſcabies abluenda ſit; ideo hoc quoque inter conceſſa numerauit* Balantumque greges fluuio merſare; *quod ſi hucusque dixiſſet, licita et vetita confuderat, ſed, adiiciendo* ſalubri, *cauſſam conceſſae ablutionis expreſſit.* cf. Colum. l. l. §. 2. Varro ap. Seruium ad h. l.

273—275. Haec ex duriorum patrumfamilias ratione; vt Catonis, c. 138. v. Colum. II, 22, 5. *Vilia poma* dicuntur ad magnam copiam denotandam. Sic v. 227 *vilis faſelus. Lapis incuſus,* ſiue rudis, aſper, ſiue cuſus et inciſus. De mola manuali fere accipitur poſt Seruium. *pix* variis vſibus agreſtium inſeruit; vt muſtis condiendis etc. Notetur et illa forma: *agitator aſelli — onerat,* pro agricola; quem poma in vrbem mittere dicturus, quoniam aſelli opera in eo vtitur, *agitatorem aſini* poeta appellat; non enim de aſinario agit. Ceterum ex v. 274. 275 patet, feriatis diebus etiam mercatus in vrbibus habitos eſſe, vnde ex venditorum pomorum pretio picem et lapidem parare agricola poſſet. cf. Varronis locum ap. Seru. ad 275.

276—286. Etiam dies lunares obſeruandos eſſe dicit; eſſe enim alios fauſtos,

Digitized by Google

Felices operum: quintam fuge; pallidus Orcus,
Eumenidesque ſatae; tum partu Terra nefando

libri grammatici vulgares doceant femininum pluralem vſu haud habitum eſſe. Soſip. Chariſ. Inſtit. I, p. 18 — *dum tamen ſciamus, pluraliter feminine hae dies et has dies non oportere nos dicere.* 277 *quintum* Ven.; et putes ſic continuandum fuiſſe poſt *dies alios.* vid. ſup. Sed variauit poeta, vt mox 284 *Septuma poſt decumam. Orchus* alii ſcribunt, vt et alibi; e more ſerioris aetatis, quae vbique τὸ c, K, in ch mutabat; vnde et *pulcher* factum ex *pulcer.* 278 *cum* vnus Mead. *parto* duo Montel.

ad opus faciendum (hoc eſt, *felices operum*), alios infauſtos. Sequitur autem ſuperſtitionem Heſiodi, verſus finem Oper. et Dier. 765 ſqq., aut potius Democriti (fuit enim liber eius de R. R. γεωργικὸν, Varroni et Columellae ac Plinio laudatus; de eo vid. Proleg. Geoponic.); Plinius XVIII, 32, ſ. 75 *His quae ſunt neceſſaria adiicientur de luna ventisque et praeſagiis — Namque Virgilius etiam in numeros* (tempora) *lunae digerenda quaedam putauit, Democriti ſequutus oſtentationem:* h. doctrinam variis a rationibus iisque vaniſſimis ductam, modo ab obſeruatione euenti, modo a numero, modo ab auctoritate, fraude aut ſtolida perſuaſione. Etſi autem mirari licet haec a Virgilio in carmen recepta: eſt tamen laudanda prudentia, quod paucis ea tantum attigit, etobſeruanda ars poetae, qua fabulis intexendis locum facit ac parat. *Luna dedit* pro dat: vt Aen. IX, 266 *quem dat Sidonia Dido.* Sic *Tarquinius regno pulſus fugit* ap. Horat. I Serm. 6 13 non quaſi praeteritum corripiatur, ſed praeſens pro praeterito, re praeterita in tempus praeſens adducta. Sententia autem eſt: ſunt dies lunares alii felices, alii minus. 277 — 279. Recedunt fere haec ab Heſiod. Ἔργ. 802 — 804, qui non *eo die* Orcum et Furias natas memorat, ſed Furias periuria hominum vltum ire: Ὅρκον τιννυμένας, τὸν Ἔριδ τέκε πῆμ' ἐπιόρκοις. Furiae e Croni ſanguine ortae: Theog. 185. Apollod. I, 1, 3.

Digitized by Google

Coeumque Iapetumque creat, ſaeuumque Typhoea,
Et coniuratos coelum reſcindere fratres. 280
Ter ſunt conati inponere Pelio Oſſam

279 *que* abeſt poſt *Coeum* in quatuor. *Coeum* Κοῖον, ſcribunt meliores. *Caeum* alii. *Typhonem* Philarg. ad Ge. II, 460. 281 *Pelion Oſſae* Zulich. Menag. et Moret. a m. ſec. *Oſſan* Schol.

Nouauit hoc Maro neſcio qua auctoritate, quod Orcum cum Furiis natum edidit. Quaeri poteſt, voluerintne Ὄρκον Heſiodeum declarare, deum iuris iurandi et vltorem periurii, an τὸν Ἀδην, Plutonem, ſeu potius diuerſum aliquod a Plutone inferum numen. Cum plura aſtrologica carmina, Alexandrinarum ſuperſtitionum fetus, extarent, etiam ſub Orphei et Melampodis nomine, ſi modo Marone antiquiora fuere, ex his hunc locum adumbrare ille potuit. Parum tamen tutum eſt, de his aliquid ſuſpicari, multo minus pronuntiare. (v. Lenz de fragmentis Orphicis ad aſtronomiam ſpectantibus 1789. et de perſonati Orphei Ἔργοις καὶ Ἡμέραις in *Neuem Schulmagazin* 1794 B. II, 2 p. 359. vbi v. p. 378. 379.) *Coeus* et *Iapetus* ſunt e Titanibus, Coeli et Terrae ſoboles. E Terra et Tartaro *Typhoeus;* de quo v. Theogon. 821 et Apollod. I, 6, 3. *creat* pro creavit. 280. *fratres:* ſeu Gigantes, ſeu Aloidas nunc memorat, Otum et Ephialten, ſimilia illis molitos: v. Apollod. I, 7, 4 et Aen. VI, 580 *Hic — Titania pubes — Hic et Aloidas — quī manibus magnum reſcindere caelum Adgreſſi ſuperisque Iouem detrudere regnis.* Eſt autem *reſcindere* pro exſcindere, cum notione perrumpendi, irrumpendi, quod bene obſeruat Wakef. ad Lucret. II, 406. vti ſi *vallum, porta,* reſcindi dicitur. Comparat ille *reſcindere vulneris os* inf. III, 453, pro aperire. Id enim egerunt, ἵν' οὐρανὸς ἄμβατος εἴη, vt vbi Olympum tenuiſſent, ex eo caelum conſcenderent Iouemque deturbarent. 281. Ex

Scilicet, atque Ossae frondosum inuoluere Olympum:
Ter pater exstructos disiecit fulmine montis.
Septuma post decumam felix, et ponere vitem,
Et prensos domitare boues, et licia telae
Addere; nona fugae melior, contraria furtis.

Cruqu. Horat. Od. III, 4, 51. *impellere P.* ed. Mediol. 282 *imponere Olympum* Schol. Cruqu. ibid. *inuertere* Parrhas. *frondosae* fragm. Moret. 283 *obstructos* Rottend. *structos* duo, *deiecit* Romanus, tres apud Martin., Menag. et ed. Ven., vt inf. Georg. I, 333, sed *disiicere* plus est, et maiorem impetum habet. vid. Burm. 284 *vites* Romanus ac multi; sicque vulgo lectum; at *vitem* alii, etiam Goth. sec., et doctius; vnde Heins. recepit; idem malebat e potioribus, *est ponere*, vt et Pierii Longob. a m. pr. et vnus Arundel. habet, et vt Georg. II, 273. *exponere* Mentel. pr. et Zulich. *imponere* Ven. 285 *pressos* multi, variatione sollenni; essent iugo impositi pressi. Sed v. Not. *telis* Menag. et

Odyss. λ, 314 fonte huius fabulae, quae inde nata, quod motu terrae grauiore Ossa ab Olympo reuulsa atque convallis saxis rupibusque constrata fuerat. v. Strabo lib. IX, p. 658 A. 282. *inuoluere* hic est sursum, in altiorem locum voluere. *Scilicet* est δὴ poetarum, vel ῥὰ, quibus vis dictorum augetur; etiam δή ῥα, vnde factum δηλαδὴ, ex δηραδή. 284. Non satis definitum, sitne dies XVII intelligenda, an dies X felix illa quidem, sed secundum eam multo magis VII. Decimam faustam esse, affirmat etiam Hesiod. Ἔργ. 794, et septimam vss. 770. 805. At quae hic v. 285 enumerantur, ad diem illo XIV refert v. 794 — 797. Quaeri quoque potest, sitne *nona* vs. 286 post decimam, intelligenda, an mensis an cuiusuis decadis. 285. *prensi boues*, qui libere, necdum iugo iuncti, errabant. Hesiodus, quem respexit, v. 797 εἰλίποδας ἕλικας βοῦς — Πρηῦνειν, ἐπὶ χεῖρα δίδοὺς. *Addere licia telae*, est telam ordiri; vt adeo tela sit siue stamen et trama, siue ipsa machina textoria, cui illigatur iugum. — 286. *Nonus dies* seruis fugitiuis sau-

Digitized by Google

Multa adeo gelida melius se nocte dedere,
Aut quum sole nouo terras inrorat Eous.

Leid. pr. a m. sec. 287 *melius gelida* alii; minus concinne; sed praestat forte, ne vtroque versu alterum hemistichium *melior, melius* initium habeat. *sub nocte* Zulich. 288 *Vel cum* Romanus et apud Pierium nonnulli, item vnus Mead. *irrigat* vnus Arundel. Apud Lucret. V, 283, 284 *Largus item liquidi fons luminis aetherius sol, Irrigat adsidue coelum candore recenti.* Wakef. ex his Virgilium verba: *sole nouo terras irrorat Eous* petiisse ait et laetatur, additque perurbane alia. Tribui *luci* praedicata ab humore petita notum est; *luce perfundi, rigari* res sollenne est; quia *radii* dicuntur *spargi, fundi;* et eodem modo *nox, somnus, rigare membra, corpora,* dicitur. In his nihil noui. Recte igitur *sol irrigat caelum luce;* Durius tamen dictum

stus, furtum tentantibus infaustus. Quorsum hoc? Scilicet cautionem tanto maiorem adhibebit eo die diligens paterfamilias, vt contra de furtis parum sollicito esse licet; est enim is dies furibus parum faustus. *Furta amoris* propter adiunctas seruorum fugas aduocare non possumus; vt nec *fugam* de exilio intelligere cum Seruio, cum in re rustica versemur. Vanas huius generis iudicationes plures videbis in Carmine, Maximo vulgo tributo, de Electionibus v. 320 sq., et de furibus 567 sq., apud Fabric. B. Gr. T. VIII, p. 432. 446.

287 — 296. Sunt etiam noctu vel summo mane nonnulla tractanda. *Dare se alii* dicitur is, qui ad eius voluntatem se accommodat, gratificatur, concedit. *Res dant se,* vt sese offerunt, occurrunt. Sic et locus, occasio, tempus, se dare dicitur. *Dat se* et illud, quod impulsum inclinat se, flectitur, cedit. Itaque et h. l. *multa se dederunt,* h. se dare solent, occurrunt agenda, perfici et peragi possunt. Seruius: *melius nostro obsequuntur labori,* Aen. IV, 627 *Nunc olim, quocunque dabunt se tempore vires.* cf. Burm. ad Gratii Cyneg. v. 143, 288. *Eous* ἠῶος scil. ἀστήρ, ἑωσφόρος pro Lucifero, atque adeo pro ortu lucis, Sic Ge. III, 324—6 *Luciferi primo cum sidere — dum*

Digitized by Google

Nocte leues melius ſtipulae, nocte arida prata
Tondentur; noctes lentus non deficit humor. 290

eſſet, *dies*, Eous, *irrorat terras ſole nouo*, etſi ferendum. Modo non doctius eſſet alterum, *Luciferum irrorare*, irrigare terras rore, humectare; agitur enim h. l. de opere quod propter *rorem*, quo ſtipulae madeſcunt, felicius peragi poteſt: *noctes lentus non deficit humor*. Dicta autem ſimiliter atque Ge. III, 304 *cum — extremoque irrorat Aquarius anno*, irrigat terras pluuiis. Et agricola *plantis amicos irrigat imbres* Ge. IV, 115. Eſt autem *irrorare* voc. ruſticum: v. Ind. Script. de R. R. Ap. Colum. IX 14, 10 *irroratis floribus*, apes mella conficiunt. Ergo et nox irrorat terras vel Lucifer. Et Ouid. Met. XIII, 622 *Aurora* — Nunc quoque dat lacrimas et *toto rorat in orbe*. 289 *ſtipulae melius* al., non belle. 290 *noctis* potiores, cum Grammaticis: conf. Pierius cum Heinſio: qui hoc repoſuerat, vt pro *noctes* eſſet.

ros in tenera pecori gratiſſimus herba. irrorat terras, quia aeris humor et in herbis ros tum ſub ſenſum venit, quod Eurip. Hippol. 78 dixit: ἕως δὲ ποταμίαισι κηπεύει δρόσοις. *Solem nouum* dicunt poetae pro oriente. Dictum igitur, *ſole nouo*, h. e. mane, cum rore arua rigata ſunt, madent.

289. De foeno Plin. XVIII, 67, §. 4 *Quidam pridie rigant, vbi ſunt rigua. Noctibus roſcidis ſecari melius*, quia ſc. noctes ſunt humidae. De faba Colum. II, 10, 12 *Silente luna fabam vellito ante lucem*. Ergo *ſtipulae* non ad frumentorum meſſem, ſed ad legumina, *prata* ad foeniſecium erunt referenda? De *ſtipulis* tamen dubitare licet, an ita dicantur. Contra vero de frugibus ſub diluculum metendis omnes auctores operis ruſtici praecipiunt; ita vt de iisdem accipiendae ſint ſtipulae. cf. inf. ad v. 297. Vir doct. Voſs, operis ruſtici peritus, verba ad eum morem refert, quo poſt reſectos meſſe facta culmos relictae ſtipulae ſerius ſecantur. Qua de re nihil quidem in Columellae loco hinc expreſſo lib. II, 18. 19. 20. nec in Plinio, reperio; memoratur tamen iſta meſſionis ratio inter trinas in Italia media vſitatas Varro I, 50. Omnino miror

Digitized by Google

Et quidam ſeros hiberni ad luminis ignes
Peruigilat, ferroque faces inſpicat acuto:
Interea, longum cantu ſolata laborem,
Arguto coniunx percurrit pectine telas;

Iterum retractum *noctes* a Burmanno, vt ambiguitas tolleretur; et praeſtat auctoritatem Rom., et, qui eo alludunt, ſequi, niſi *nocteis* ſcribas. *nocte* Longobard. Medic. et duo Codd. ap. Seru. ad Aen. IV, 7. *humidus noctis non* Tollian. *defuit* Ven. 291 *ad* deletum in Rottend. ſec. 292 *Peruigilant* fragm. Moret. *exſpirat* Ven., aberrationes. 294 *mulier perc.* ed. Mediol. *percuſſit* Goth. Verſus idem Aen. VII, 14 *Arguto tenuis percurrens pectine telas* de Circe.

Scriptores R. R. de ipſa metendarum frugum ratione tam pauca praecipere. De pratis vero nemo dubitat. cf. Dickſon T. II, p. 311 ſq. *Noctibus roſcidis ſecari melius*, Plin. XVIII, 67, 4.

292. Eclog. VII, 29 *novas incidere faces.* conf. Plin. XVIII, 63. Colum. XI, 2, 90. *inſpicare* nouaſſe videtur poeta, vt ſit in ſpicae formam, adeoque in acutam cuſpidem, concidere. *ſolata laborem:* vid. ad Aen. I, 239. 294. *arguto* et cantui mulieris tribui poteſt, et *pectini*, vt ſit, qui ſtridorem inter texendum edit. Hoc quidem melius fieri, docet ratio poetica, ne alterum nomen nudum et ſine epitheto ſit, et poetarum vſus: vt quoque κερκὶς paſſim in poetis μελπομένη, ἀοιδός. *pecten canorus.* (Exempla dabit v. c. Brunck. ad Ariſtoph. Ran. 1316.) *Tela* eſt trama, cuius filis inſeritur ſubtemen ope *pectinis*, ſ. radii aut ſpathae: (Graecis κερκὶς eſt: de qua v. Apollod. II, 8, 1. Antonin. Lib. 25. Sophocl. Antig. 988) cuius formam a noſtra nauicula textoria diverſam et pectini, quo lyra pulſatur, propiorem fuiſſe neceſſe eſt. Loc. Claſſ. Ouid. Met. VI, 53 ſqq. cf. Excurſ. I* ad Aen. VII, 14. et, qui poſtquam iſta ſcripta erant, in lucem prodiit, Indicem Scriptor. R. R. p. 370, in quo a doctiſſimo Schneidero ſub voc. *tela* — omnis res textoria veterum accuratius, quam a quoquam

Digitized by Google

Aut dulcis muſti Volcano decoquit humorem,
Et foliis vndam trepidi deſpumat aheni.
At rubicunda Ceres medio ſucciditur aeſtu;
Et medio toſtas aeſtu terit area fruges.

295 *humor* Scaliger legebat, vt eſſet *decoquit* ſc. conf. Rutgerſ. Var. Lect. V, 17. 296 *tepidi aheni* erat lectio ante Heinſ. vulgata; ſicque Parrhaſ. Voſſ. alii ap. Martin. *trepidi* dabant Gud. Mentel., vterque Menag. Moreti fragm. cum Pierii Medic. et aliquot aliis. *foliis trepidis* Medic., hocque Pier. in editione ſua legiſſe videtur. *trepidis aenis* Rom. De varietate hac vid. Heinſ. h. l. et ad Ouid. Met. XII, 279. *tenui aeni* Gud. pro var. lect. *diſpumet* Moret. quart., hoc et illud in vulgg. edd. Gellii N. A. II, 3. vbi de ſcriptura *aheni* agitur. 297 *ſuccinditur* Goth. ſec. 298 *coſtas* alios habere Reiskius notabat forte pro *coctas*.

alio, eſt expoſita. Patet autem ex hoc verſu, in Italia quoque matresfamilias ruſticorum telarum texturae vacaſſe. 295. Ge. IV, 268 *igni pinguia multo Defruta*. Sedula in variis e muſto defruti generibus conficiendis veterum fuit opera: vid. Plin. XXIII, 18. XIV, 11. Columella XII, cap. 19—21. *Dulce muſtum* laudat Quinctil. Inſt. VIII, 2, 10 inter epitheta, quae id, quod rei proprium ſit, exprimant. *humor muſti* poetica periphraſis. 296. *trepidum*, proprie muſtum eſt trepidum, quia, quod ebullit, quaſi tremere videtur: Aen. VII, 463 *vndans ahenum*, hinc *vndam* idem muſtum dixit ebulliens et exundans. Fronde autem, forte pampinea, ſpumam auferunt, dum defrutum faciunt.

297. Meſſem ait eſſe ſecandam et terendam *medio aeſtu*. *Ceres rubicunda*, quae alias *flaua*, quia rubent, flaueſcunt, ariſtae. Columella II, 21, 2 *aequaliter* flauentibus *iam* ſatis, *antequam ex toto grana indureſcant*, cum rubicundum colorem traxerunt, *meſſis facienda eſt*. At de *medio aeſtu* dubitari poteſt: ſitne media aeſtate, an medio die aeſtiuo. Vtrumque recte ac vere diceretur. *Priuş, medio aeſtu*, aeſtate, dictum, vt Ecl. X, 65, *frigoribus mediis*, cum ſqq.

Digitized by Google

Nudus ara, ſere nudus: hiems ignaua colono.

299 *ara et ſere* Leid. pr. *colono eſt* Rottend. alter et Medic. Pierii; in aliis *colonis*. Notus eſt iocus παροιμίας: *habebis frigora, febrim* Donati Vita V. ſ. 61.

conuenit, *Nudus ara, ſere nudus*, cum matur. aere adhuc tepente, arationem et ſationem faciendam eſſe ait. Et de *meſſe mature facienda* monent alii quoque: v. Colum. l. l. Omnino hoc idem praecipit Heſiod. 571 ſqq., vbi tantum abeſt, vt de opere per medium diem vrgendo agat, vt etiam mane ſurgendum et metendum eſſe moneat. Et Theocr. X, 48—51 ſimili modo praecipit, *medio* autem *die quieſcendum eſſe* dicit, ἄρχεσθαι δ' ἀμῶντας ἐγειρομένω κορυδαλλῶ, καὶ λήγειν εὕδοντος, ἐλινῦσαι δὲ (κατὰ) τὸ καῦμα. Spectat quoque huc, quod colligendae ſunt fruges ſub diluculum; conf. Geopon. II, 25. *Poſterius* ſi praeferas, medio die, reſpiciet antecedentia 289. 290. Inf. IV, 401 *Ipſa ego te, medios cum ſol accenderit aeſtus, Cum ſitiunt herbae* etc. vt *medio aeſtu* ſit, medio die, interdiu; Sic inf. III, 154 *mediis feruoribus*: vt oppoſita ſint 287, 8. *gelida nocte*, cum *die nouo*, et nunc *diei calor* ſ. aeſtus. Enimvero ſic repugnant ſibi vſ. 389, vbi nocte *ſtipulas et prata tondenda* ait, et nunc *medio aeſtu*, meridie, *ſuccidendas fruges*. Ita occurrendum eſſet ſic, vt *ſtipulas* proprie acciperes, et rem a meſſe diuerſam innui diceres, vt ſup. ad 289 monitum eſt. 298. *Area terit fruges*: in qua teruntur. v. ſup. ad v. 192.

299. Ex Heſiodo petita eſſe ſatis conſtat, Ἔργ. 391, 392 γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν etc. Monet autem, mature, atque adeo auctumno, arationem et ſationem eſſe faciendam, cf. ſup. 208 ſq. II, 315. 316, cum tepor aeris ſatis magnus, vt arator veſte non egeat. *Nudum* eſſe tantum tunica indutum, toga aut paenula reiecta, poſt Cuperi Obſſ. I, 7 ſatis notum. *Hiems ignaua colono* eſſe dicitur, quae colonum otioſum eſſe iubet, et ab opere ſub dio faciendo

Digitized by Google

Frigoribus parto agricolae plerumque fruuntur,
Mutuaque inter se laeti conuiuia curant.
Inuitat genialis hiems, curasque resoluit:
Ceu, pressae quum iam portum tetigere carinae,
Puppibus et laeti nautae inposuere coronas.
Sed tamen et quernas glandes tum stringere tempus,
Et lauri baccas, oleamque, cruentaque myrta;
Tum gruibus pedicas et retia ponere ceruis,
Auritosque sequi lepores; tum figere damas,

300 *feruntur* Medic. a m. pr. 302 *curam* Schol. Cruqu. Horatii Od. III, 17 et veteres aliquot apud Pierium. *curant; curas;* non refugit Maro. 303 Heinsius coni. *fessae*, probante Burmanno: est sane hoc proprium in reditu. At *pressae* non minus accommodatum: v. Notam. Reiskius aut *fessae*, aut *piceae* aut *Thressae* coniectabat. 304 Idem versus Aen. IV, 418. 306 *mirtamque oleamque cruenta* Goth. sec. 308 *dammas* Medic. cum al., et ex hoc alii *damnas*.

auocat. *plerumque*, maxima hiemis parte Bion. VI, 5 ἦ καὶ χεῖμα δύςεργον etc. 302 *genialis hiems;* conuiviorum hilaritati, risibus iocisque apta, qua genio indulgetur. Grata poetis dictio: ex quo enim semel cum Genio notio hilaritatis, inprimis epularum, coniuncta fuit, *geniale* dictum est, quicquid hilare, festivum, gratum, iucundum, corpus animumque recreat. 303. 304. Fausium reditum ad Lares naues declarabant coronata puppi: in qua tutela nauis collocata erat. *pressae carinae* sunt mercibus oneratae, seu onustae naues, vid. Tibull. I, 3, 40. Ouid. Fast. IV, 300.

305. *quernas glandes stringere* vid. ad Ecl. X, 20. 306. *cruenta myrta*, baccae myrti nigrae succo rubicundo: ad vinum condiendum, myrtitem: cuius conficiendi rationem v. ap. Colum. XII, 38. 308. *Auri-*

Digitized by Google

Stuppea torquentem Balearis verbera fundae:
Quum nix alta iacet, glaciem quum flumina trudunt. 310
Quid tempestates auctumni et sidera dicam?
Atque, vbi iam breuiorque dies et mollior aestas,

309 *torquentur* Toll. Edd. Ven. et Mediol. *torquere* Zulich. a m. sec. *torquentes* Romanus *Stippea* fragm. Moret. *Stuppea* Rom. Medic. alii scribunt, qua in re parum sibi constant antiqui codices; nam ex more geminatam litteram vna scribere debebant antiquiores. *Stupea* editum erat in Aldd. pr. et sec., in Commel. et al. 310 *iecit* Romanus, aut verius *tegit*, vt Burm. notatum vidit. Ita et ea, quae ed. pr. Burm. 311 *et frigora* vnus Moreti et vnus Arundel., nec non Goth. sec. in litura; sed vulgatum verum et exquisitum; v. Not.; et natum forte istud ex Georg. II, 321 *Prima vel auctumni sub frigora*. 312 *dies, iam mollior* vnus Mead., quod perplacet.

tos lepores Afranio debebat Maro. vid. Macrob. Sat. VI, 5, p. 600. *figere* telo, transfigere. 309. *verbera fundae* poeta pro funda dixit, e stupa facta, maiore ornatu, quatenus ea verberat, ferit, emisso saxo, quod iacitur circumagendo, torquendo, fundam.

311 — 315. Tempestates subiungit, quae duabus praecipue anni partibus frequentius ingruere solent, sub auctumni initium (v. 311. 312. 313) inde a medio Augusto, Colum. XI, 2, 57. 58, et sub veris exitum (v. 313. 314. 315) M. Aprili medio. Columella ibid. §. 36 sqq. Quam vero ornate haec dixit, et quam procliuis hinc ad ornatissimam tempestatis aestiuae descriptionem via! *Sidera auctumni*, quia ad siderum ortus et occasus tempestatum tempora atque etiam causas referebant. cf. v. 335. Atque, quid dicam, *quae vigilanda viris* sint, *vbi iam br.*; quae curanda et prouidenda (v. Seru. et Burm.) ab agricolis sub auctumnum: inde a medio Augusto, vt diximus. *mollior aestas*, leniore calore, cum vehementior aestus iam re-

Digitized by Google

Quae vigilanda viris? vel quum ruit imbriferum ver,
Spicea iam campis quum meſſis inhorruit, et quum
Frumenta in viridi ſtipula lactentia turguent? 315
Saepe ego, quum flauis meſſorem induceret aruis
Agricola, et fragili iam ſtringeret hordea culmo,

313 *et cum r.* vnus Mead. *vmbriferum* alter Rottend. 315 *ex viridi* Leid. *lactantia* multi. *iacentia* Rom. *torgent* Mentel., omnia praue. 316 *duceret* Medic.; ſed ab alia manu *in* ſupra ſcriptum.

miſit ſe. *vel quum ruit imbr. ver:* M. Aprili, circa Vergiliarum exortum: videndum nunc, imbrium ingruentium vi ne anni ſpes a procellis profligetur, ſementisque facta proluatur. *Horrere* (vid. ad v. 151) *agri* aut *ſegetes* et *ſata* dicuntur fere, cum ariſtae iam maturae ſunt; h. l. ſeges lacteſcens, in *ſtipula* h. culmo *viridi;* vagina Varr. I, 48, 3. cf. Iliad. ψ, 598 ſq. vid. Cerda. *lactentia turgent* plenius etiam dictum quam lactent; amant vocem poetae. Ouid. Faſt. I, 351 *ſata teneris lactentia ſuccis;* et ſaepe. Habuit hunc locum ante oculos Gratius Cyneg. 290 *Inde vbi pubentes calamos durauerit aeſtas, Lactentesque vrens herbas ſiccauerit omnem Meſſibus humorem, culmisque armarit ariſtas* etc., item Colum. X, 325 ſqq.

316. Quid? quod, id quod multo maius eſt, in ipſa meſſe procellae aut imbres ſaepe ingruunt. v. Plin. XVIII, 35, ſect. 78. cf. Colum. II, 21, 2. Similiter de vitibus inf. II, 419 *Et iam maturis metuendus Iuppiter vuis.* 317. *fragili hordea culmo* dicit poeta pro hordeis ſimpliciter, aut certe culmis fragilibus hordei; non de certo hordei genere; hos culmos *ſtringunt,* qui falce ſecant; dum falcem admouent, tangunt ſcilicet et ſtringunt.

Digitized by Google

Omnia ventorum concurrere proelia vidi:
Quae grauidam late segetem ab radicibus imis
Sublime expulsam eruerent; Ita turbine nigro 320

318 *concurrere* omnes Heinsii. *consurgere* Rom. et vnus Mead. quod et ipsum recte dicitur; et variant verba et alibi: vid. h. l. Burm.; sed legit in nostro *concurrere* Plinius XVIII, 35, s. 78. 319 *a r.* Zulich. et Parrhas. 320 *Sublimem* Medic. et Reg. a m. pr. cum Romano, quod vtique sollennius; sed et alterum vsum habet. vid. Oudendorp. ad Iul. Obsequ. cap. 101, quem Burmannus laudat. *eruerint* Moret. sec. a m. pr. *ruerent* Reiskius coniiciebat.

Ita v. c. lib. II, 368 coll. cum 365 *tum stringe comas.* Solent autem poetae id, quod agitur, a variis actionis momentis designare. Itaque ea, quam Burmannus et Martinus mouent, difficultas, dum pro ligare dictum esse putatur, concidit. Vir doctus *stringere,* pectinibus decerpere, interpretabatur: est id inter metendi genera ap. Colum. II, 21, 2. 3. De his cf. Varr. I, 50. Dickson To. II, p. 368 *stringentem* hordea intelligit eum, qui apprehendit culmum manu, vt falce admota resecet. 318. *ventorum praelia concurrere* plenius quam ventos concurrere; vt acies ad pugnam faciendam. 319. *seges grauida* proprie ex *agro grauido.* Sed poetae omne id *grauidum* dixisse videntur, item *fecundum,* quod succo plenum ac tumidum esset, vt *grauidum vber* Georg. III, 317. *grauidae fruges* II, 143. *grauidae messes* Ouid. Metam. VIII, 781. conf. de hac voce ad Aen. IV, 229. X, 87. 320. Venti segetem *eruunt,* et in aerem expellunt, extollunt; hoc ornatius effert, *sublime expulsam eruunt,* quia *sublimem, in sublime,* pro superbio, sublimiter, ferunt. Reliqua: *ita turbine nigro* etc. difficultatem habent ex structura, quam qui animaduerterunt, varie tollunt. Martinus comparationem subiici putat, qua tempestatis messem euertentis vis declaretur, cum ea euulsas radicitus spicas cum aristis et radicibus ita sublimes ferat, quemadmodum alias ventus ferre solet leues stipulas; *ita,* tam facili ne-

Digitized by Google

Ferret hiems culmumque leuem ſtipulasque volantis.

321 *ſtipulamque volantem* Franc. *ſtipulamque leuem culmosque volantes* Zulich. *ſtipulasque ſonantes* Goth. pr.; vt *fragiles calamos ſiluamque ſonantem* Georg. I, 76. *lucosque ſonantes* Ecl. X, 58. Enimuero nunc volant, dum ab aura feruntur; non ſonant.

gotio, *hiems*, tempeſtas, *ferret culmum* etc. Haec tamen comparatio parum ad augendam rei δεινότητα facere, immo eam imminuere ac frangere, videtur. Ruaeus ita interpretatur, vt verba ſint epiphonematis loco: *tam denſo nimbo iactabat procella calamos leues et ſtipulas volantes.* Verum ſic *ferebat* dicendum erat. Catroeus vertit, quaſi poeta diceret: *aut turbine nigro.* Si emendatione res indigeret, procliue eſſet: *ita turbine nigro Verſat hiems;* quod firmes ex Lucretio, cuius verſus ante oculos habuiſſe noſter videtur lib. V, 218 *Et tamen interdum magno quaeſita labore — Aut ſubiti perimunt imbres gelidaeque ruinae, Flabraque ventorum violento turbine verſant:* ſeu melius *vexant,* vt alii legunt. Atque haec erant, quae me olim in h. l. commentantem ad ſubtiliorem rationem abducebant. Necdum me iudicii mei poenitet; non enim mihi ſatis erat, ſenſum qualemcunque arripere aut inferre, verum ex ipſis verbis grammatica lege et ratione ſenſum eruere. Qui itaque aliquid dicere vult, quod ad rem ſpectet, ei eſt grammatice docendum, quomodo *ita — ferret* poſſit eſſe dictum pro, *quemadmodum hiems fert.* Scilicet a poetis, ad variandam orationem, *ſic, ita, haud aliter, pariter,* in fine ſententiae ſubiici ſolent comparatiue: haud aliter hiems, grauis tempeſtas ea parte anni, qua procelloſum tempus eſſe ſolet, (auctumno et vere vſ. 311—315. non quae *noſtra hiems* dicitur) orta *ferret,* diriperet, ſtipulas, quam nunc media aeſtate radicitus ariſtas fert. In hac demum interpretatione acquieſcere licet. Con-

Digitized by Google

Saepe etiam inmenſum coelo venit agmen aquarum,
Et foedam glomerant tempeſtatem imbribus atris
Conlectae ex alto nubes; ruit arduus aether,
Et pluuia ingenti ſata laeta boumque labores

322 *ex caelo* Menag. pr. *e caelo* ed. Ven. *ruit agmen* Schol. Statii Theb. I, 356; ſed vid. Burm. 325 Aen. II, 306 *rapidus montano flumine torrens Sternit agros, ſternit ſata laeta boumque labores.*

venit, ex parte tamen, non prorſus, Horat. Serm. II, 2, 124 *Ac venerata Ceres, ita culmo ſurgeret alto Explicuit vino contractae ſeria frontis.* vbi Bentl. ita ſcil. vt iam nunc ſurgit. Immo vero eſt petitum a formula precandi, obteſtandi. ita vt nunc precatur, votis expetit.

322. Praeiuerat locus inſignis Homeri Il. π, 385 ſqq. ἧματ' ὀπωρινῷ, ὅτε λαβρότατον χέει ὕδωρ Ζεὺς ſq. cum Lucret. VI, 255 ſqq. *Praeterea perſaepe* ſqq. *agmen aquarum* de imbre denſo ingruente. *venit*, ruit; *venire* enim etiam hoc ſenſu ſatis graue verbum. *Veniunt hoſtes, barbari*, qui impetum faciunt etc., vt docuit Burm. h. l. et ad Phaedr. I, 21. cf. Aen. X, 456. 324. *ex alto nubes collectae* Seruio ſunt a ſeptemtrione: v. ſup. v. 240, quod forte nimis doctum. Alii, vt Iulius Sabinus, e mari; quod in mentem venire poteſt, ſi Italiam cogites. Simpliciſſimum eſt, *altum* de caelo intelligere; ex aere deſcendunt contractae nubes; inf. 443 *vrget ab alto Notus.* itaque *ruit aether* h. nubes collectae. Aen. V, 695 *ruit aethere toto turbidus imber aqua.* Martial. III, 100, 3 *Imbribus immodicis caelum nam forte ruebat.* Praeiuerat Lucret. VI, 290, 1 *Omnis vti videatur in imbrem ſoluier aether.* Alias *caelum ruit tonitru;* vnde Aen. I, 129 *caeli ruina* omnino de procella. 325. *boum labores*, ἔργα βοῶν Heſiodi Ἔργ. 46. Homer. l. c. Iliad. π, 392, et

Digitized by Google

Diluit; inplentur foſſae, et caua flumina creſcunt
Cum ſonitu; feruetque fretis ſpirantibus aequor.
Ipſe Pater, media nimborum in nocte, coruſca
Fulmina molitur dextra: quo maxuma motu
Terra tremit; fugere ferae; et mortalia corda

326 *Deluit* fragm. Moret. 327 *feruentque* Goth. pr. *fretis ſpumantibus* idem cum altero: hoc etiam Romanus exhibet; et eſt apertius; ſed eſt minus docta lectio. Etiam Aen. X, 291 *Qua vada non ſpirant, nec fracta remurmurat vnda.* 328 *in* deeſt Moret. quart. et in vno Arundel., item in nonnullis Pierii. 329 Reiskius diſtinctionem poſt *dextra* ſublatam in fine verſus ponebat: *Fulmina molitur eo motu, quo maxima molitur.* 330 *fremit* Zulich. *tremuit* Mentel. pr. Alterum Arundel. et Cantabr. ſequutus. *et* poſt *ferae* Martinus ſuſtulit; non male factum!

hinc alii, v. Cerda et Fulu. Vrſinus. 326. *caua flumina*, quae in alueis cauatis fluebant; nunc littus exeunt. vid. Burm. ad Lucan. I, 396. 327. *freta ſpirantia* ſunt aeſtuantia. Aen. X, 291, vbi v. Heinſ. *ſpirant*, quae efferueſcunt, ebulliunt. *freta* autem, vt *vada*, poetice ſimpl. aquae, mare.

328. Interdum etiam fulmina et tonitrua cum ventis pluuiisque miſcentur. Vix bene locus reprehenſus, tamquam nunc alienus a re. Praeclarus locus de fulmine. *coruſca dextra.* Notum illud Horatii Carm. I, 2, 2 *rubente Dextera.* Ex antiqua tabula adumbratum eſſe, in qua fulminis rubor ipſam manum illuminabat, coniectabat Spenc. Polymet. pag. 55; ſaltem picturae idoneum argumentum illud foret. Manum tamen, quae tenet fulmen, ab eo ſplendere ac coruſcare, facile etiam ſine tabula picta aſſequaris. Habet tamen nec minus rationem ſuam, ſi *coruſca fulmina* iungas. 329. *moliri fulmen* eſt iacere, vibrare; nam de omni motu ac conatu aut opere *moliri*. *maxima terra* eſt magna, γαῖα πελώρη. 330. De hiberna procella ſimilia v. apud Heſiod. Ἔργ. 511. 512, et 529—533. *fugere* pro fugiunt; vt ſaepiſſime, ex aoriſto: niſi velis

Digitized by Google

Per gentes humilis ſtrauit pauor: ille flagranti
Aut Athо, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo
Deiicit; ingeminant auſtri et denſiſſimus imber;
Nunc nemora ingenti vento, nunc litora plangunt.

331 *humiles* Moret. ſec. *fragranti* primus. *humili — flagrantis* Romanus. 332 *Athon* Medic. Reg. Pierii Rom. et Medic., it. alii, etiam ap. Martin., et vterque Goth. cum edd. Aldd. pr. et ſec., Commel., et ex illis aliae. Ita et legebatur in Valer. Flacc. I, 664. Tenet tamen alterum poſt Seruium, Cerdam et alios, Heinſius: *Aut Athо.* τὸν Ἄθω. Cauſſa iuſta eſt, quam Benedictus iam attulit, quod *Athon* metro repugnat. 333 *denſiſſimus aether* ed. Ven. et vnus Mead. Eleganti coniectura Reiskius totum locum ita conſtituebat: *ille* (v. 331 Iupiter) *Deiicit ingeminans; auſtri et d. imber Nunc n. — plangunt.* Ex Aen. I, 43. 44 facile incidas in *disiicit.* Idque video factum a Wakef. ad Lucret. V, 404. Quis tamen cogat poetam ſemper eandem formulam decantare? 334 *aequora* vel *littora* mſ. Köler. *plangit* Franc. Reg. Menag. Mentel., et ſic Rom. et perueteres aliquot ap. Pierium, vt ad *imbrem* referatur; Wakef. mauult ſubintelligere, *Iupiter;* ſic et in ed. Maſuic. et al., ſed grammaticos mutaſſe neutrum ſignificatum minus obvium, docet Burm., itaque *plangunt*, vulgatum inde ab Aldo, tuetur: quod et in vtroque Goth. At *clangunt* Leid. Menag. alter pro var. lect. et ed. Ven. 1472. *plaudunt* vnus Voſſ., vtrumque male. Satis firmatum eſt, vndarum alliſarum eſſe *planctus.*

argutari ex vernaculo ſermone. 331. *humilis pauor* poetica venuſtate; partim quod reddit humiles, partim, quod *timere* puſillanimi et humilis animi eſt. *ſtrauit*, ſternit, pauor, animos, κατάπλήττει, percellit; vnde etiam *conſternare* ductum. 332. Montes fulmine ferit, dicebas; at quam ſublime: *deiicit!* Magis etiam exornat haec Silius V, 385—389. *flagranti telo*, Homeri et Heſiodi, ψολόεντι κεραυνῷ. *Alta Ceraunia* ἀκροκεραύνια ſatis noti vel ex Horatii I Carm. 3 Epiri montes, qui in mare procurrunt, vt *Athos* in mare Aegaeum, Macedoniae mons. 333. Verſus ex Theocr. VII, 77 Ἢ Ἄθω, ἢ Ῥοδόπαν, ἢ Καύκασον ἐσχατόεντα. 334 *plangunt* h. l. plangorem edunt, reſonant.

Digitized by Google

Hoc metuens, coeli menſes et ſidera ſerua; 335
Frigida Saturni ſeſe quo ſtella receptet;

335 *Quod ſupereſt, caeli* laudat Nonius Marcellus in *ſeruare. Haec metuens* Parrhaſ. et ed. Mediol. *caeli mores* ſubſtituit Wakef. ad Lucret. I, 297 tanquam ingenii luſu, quia *caeli morem* memineraat ex I, 51. 336 *quo ſeſe* ap. Senec. Epiſt. 88 et Goth. pr. *qua ſeſe* Schol. Statii Theb. I, 305. *ſeſe cum ſtella receptat* Schol. Iuuenalis Sat. VI. *receptat* etiam Moret. pr. et Leid.

335. Propter has tempeſtatum mutationes obſervanda ſunt *anni tempora.* mox v. 351 prognoſtica ex atmoſphaera. *Caeli menſes* ſimpl. tempora intelligam, quia aſtrorum, quae in caelo ſunt, motu definiuntur: volebat ſubiungere ſolem et lunam: poſuit pro iis ſidera; *caeli ſidera* erunt adeo de planetis accipienda, vt ſubiiciat duo alios planetas, Saturnum et Mercurium. Niſi malis adhaerere Seruianae interpretationi, vt *ſidera* ſint duodecim ſigna zodiaci, quae totidem fere menſibus ſol peragrat; quapropter *menſes* eſſent adiecti. Eſſe porro verba depromta e Menandro, notat Nonius Marcellus in voce *ſeruare:* ſed Graeca corrupta ſunt: forte vſum τοῦ ſeruare pro obſervare, ex τηρεῖν tantum illuſtrare voluit. 336. Obſeruet, Saturni ſtella in quod ſignum ſe recipiat, cum quo ſidere ſe coniungat; *in Capricorno enim facit grauiſſimas pluuias, et praecipue in Italia, — vt in Scorpio grandines.* Haec Seruius, qui plura ſuper τὸ *receptat* nugatur dicam, an obſeruat. Saturni motum tardiſſimum eſſe, et vix binis annis ſexque menſibus vnum ſignum transire ſatis conſtat; vt adeo vix intelligas, quem vſum obſeruatio tam tardi ſideris ad tempeſtatum prognoſtica habere poſſit. Ita tamen a veteribus iudicatum eſt de ſtellis erraticis, vt pluuiarum aliarumque aeris mutationum augurium ex iis caperent. Fuit in his inprimis Saturni transitus: vid. Plin. II, ſect. 39, et idem XVIII, 25, ſect. 57 *Ideo Virgilius errantium quoque ſiderum rationem ediſcendam praecipit, admonens obſeruandum frigi-*

Digitized by Google

Quos ignis coeli Cyllenius erret in orbes.
In primis venerare deos, atque annua magnae
Sacra refer Cereri laetis operatus in herbis,
Extremae ſub caſum hiemis, iam vere ſereno. 340

337 *ſignis* Parrhaſ. *caelo* Medic. cum Iulio Sabino, nec praue, ne *caeli menſes* et *ignes caeli* ſibi occurrant intra tres verſus. I, 6 *labentem caelo quae ducitis annum.* 339 *in aruis* multi. Etiam Medic. *in orbis* et e correctione *in arbis.* Agnoſcunt tamen vulgatam antiqui Commentatores. v. Heinſ.; et cum vere ineunte *herbae* frugum melius memorantur. 340 *ſub caſum* Medic. cum nonnullis; *ſub caſu* alii maiore numero cum Romano. Ita et edd. variant: prius Egnat. Manut. Commelin., hoc Aldd. ſeruant. *Extremo ſub caſu* Ven.

dae Saturni ſtellae transitum. Sunt plura eiusmodi e Democrito in Geopon. I, 12. Saturno, extremo orbe ſe mouenti planetae, *frigus* tribui, memorare nil attinet. v. Plin. II, 8, ſect. 6. 337. Obſeruare monet Mercurii motum: hoc enim eſt *errare ignem Cyllenium* (quem hinc mutuatur Claudianus XXII, 440) *in orbes caeli*, mouere ſe ad certas leges, quibus in caelo curſum per orbitam agit.

338. Ad procellarum ſubinde ingruentium clades auertendas religionum quoque auxilium adhibere monet. Ex Heſiod. Ἔργ. 465. 466. Agit autem poeta vt e ſeqq. manifeſtum fit, impr. 345 de *Ambarualibus*, vid. Tibull. II, 1, cf. ſup. ad Ecl. V, 74. 75. et, ſi *Suouetaurilia* eiusdem generis ſunt, Catonem de R. R. c. 141. *Sacra refer*, repete, et hinc ſimpliciter fer, celebra. Vtroque enim ſenſu dictum videbis in exemplis ab Heinſio cumulatis ad Ouid. II Faſt. 532. *Operatus* pro operans. Eſt autem hoc voc. ſacrorum. vid. Tibull. ibid. v. 9. 340. Vel hic locus docere poteſt, quam parum ſubtilis interdum ſit poetica ratio: *Extremae ſub caſum hiemis* putes eſſe primum veris initium; at ſubiiciuntur ea, quae adultum ſatis ſignificant; quamvis non immemor ſim, clementioris caeli in noſtro poeta rationem eſſe haben-

Digitized by Google

Tunc pingues agni, et tunc molliſſima vina;
Tunc ſomni dulces denſaeque in montibus vmbrae.
Cuncta tibi Cererem pubes agreſtis adoret;
Cui tu lacte ſauos et miti dilue Baccho,
Terque nouas circum felix eat hoſtia fruges;

341 Ita Mediceum, niſi quod *Tum* ſcribitur, et Pierii libros cum aliis expreſſit Heinſius. Vulgatum erat: *Tunc agni pingues*, quod multi, ad vitandum ſcilicet hiatum, habent. Inter eos, qui ordinem: *Tunc pingues agni*, ſeruant, vt vitent tamen hiatum, habent Arundel. vnus, *tum ſunt*; Mead. *ſunt, tum*; ex noſtris recentior: *tunc et*; at alter: *Tunc agni p. et tunc*; ad tertiam vsque vicem *cum* legi malebat Reiskius. 344 *Quoi* Medic. mutatus in *Cui*.

dam. Similiter ſup. 230 *ad medias pruinas*; quod ſane ſeuere exigi nequit. 341. Heſiod. Ἔργ. 585, vbi de aeſtatis initio: Τῆμος πιότατάί τ' αἶγες καὶ οἶνος ἄριστος. *Vina mollia*, ſcilicet hiemis interiecta mora, *aſperitate*, duritia, *carentia*, mitia, lenia. Ita et Graecis οἶνος σκληρὸς et μαλακός. *Durus Bacchi ſapor* Ge. IV, 102. *ſomni dulces* propter adiectas *vmbras* nulli alii eſſe poſſunt quam in herba vel ſub arbore ad concentum auium, florum odores et ſic porro. 343. Conf. Tibull. I, 1, 23. 344. E lacte, melle, vino *mulſum* factum innui, notat Macrob. III, 11, magis forte ſubtiliter, quam vere. Nam diis agreſtibus libatur ex more, lacte, melle, vino. conf. idem VII, 12 et Seru. et Cato R. R. c. 134. 345. Ducitur hoſtia, luſtrandi agros cauſſa, circa nouam ſegetem. *felix hoſtia*, h. fecunda, vt Seru.; quemadmodum *felix ager, arbor*. De his dubitat nemo; vti nec de hoc, hoſtiam ſterilem ſacris admoueri, nefas fuiſſe: ſed vſus perpetuus ita fert, vt accipiamus hoſtiam, qua litari poteſt, quia pura et ſacrificio apta diisque grata eſt; quaeque adeo eſt felicis ominis, et bonum frugum proeuentum portendit, aut

Digitized by Google

Per gentes humilis ſtrauit pauor: ille flagranti
Aut Athо, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo
Deiicit; ingeminant auſtri et denſiſſimus imber;
Nunc nemora ingenti vento, nunc litora plangunt.

331 *humiles* Moret. ſec. *fragranti* primus. *humili — flagrantis* Romanus. 332 *Athon* Medic. Reg. Pierii Rom. et Medic., it. alii, etiam ap. Martin., et vterque Goth. cum edd. Aldd. pr. et ſec., Commel., et ex illis aliae. Ita et legebatur in Valer. Flacc. I, 664. Tenet tamen alterum poſt Seruium, Cerdam et alios, Heinſius: *Aut Athо.* τὸν Ἄθω. Cauſſa iuſta eſt, quam Benedictus iam attulit, quod *Athon* metro repugnat. 333 *denſiſſimus aether* ed. Ven. et vnus Mead. Eleganti coniectura Reiskius totum locum ita conſtituebat: *ille* (v. 331 Iupiter) *Deiicit ingeminans; auſtri et d. imber Nunc n. — plangunt.* Ex Aen. I, 43. 44 facile incidas in *disticit.* Idque video factum a Wakef. ad Lucret. V, 404. Quis tamen cogat poetam ſemper eandem formulam decantare? 334 *aequora* vel *littora* mſ. Köler. *plangit* Franc. Reg. Menag. Mentel., et ſic Rom. et perueteres aliquot ap. Pierium, vt ad *imbrem* referatur; Wakef. mauult ſubintelligere, *Iupiter;* ſic et in ed. Maſuic. et al., ſed grammaticos mutaſſe neutrum ſignificatum minus obvium, docet Burm., itaque *plangunt*, vulgatum inde ab Aldo, tuetur: quod et in vtroque Goth. At *clangunt* Leid. Menag. alter pro var. lect. et ed. Ven. 1472. *plaudunt* vnus Voſſ., vtrumque male. Satis firmatum eſt, vndarum alliſarum eſſe *planctus.*

argutari ex vernaculo ſermone. 331. *humilis pauor* poetica venuſtate; partim quod reddit humiles, partim, quod *timere* puſillanimi et humilis animi eſt. *ſtrauit*, ſternit, pauor, animos, κατάπλήττει, percellit; vnde etiam *conſternare* ductum. 332. Montes fulmine ferit, dicebas; at quam ſublime: *deiicit!* Magis etiam exornat haec Silius V, 385—389. *flagranti telo*, Homeri et Heſiodi, ψολόεντι κεραυνῷ. *Alta Ceraunia* ἀκροκεραύνια ſatis noti vel ex Horatii I Carm. 3 Epiri montes, qui in mare procurrunt, vt *Athos* in mare Aegaeum, Macedoniae mons. 333. Verſus ex Theocr. VII, 77 Ἢ Ἄθω, ἢ Ῥοδόπαν, ἢ Καύκασον ἐσχατόεντα. 334 *plangunt* h. l. plangorem edunt, reſonant.

Digitized by Google

Hoc metuens, coeli menſes et ſidera ſerua; 335
Frigida Saturni ſeſe quo ſtella receptet;

335 *Quod ſupereſt, caeli* laudat Nonius Marcellus in *ſeruare. Haec metuens* Parrhaſ. et ed. Mediol. *caeli mores* ſubſtituit Wakef. ad Lucret. I, 297 tanquam ingenii luſu, quia *caeli morem* memineraat ex I, 51. 336 *quo ſeſe* ap. Senec. Epiſt. 88 et Goth. pr. *qua ſeſe* Schol. Statii Theb. I, 305. *ſeſe cum ſtella receptat* Schol. Iuuenalis Sat. VI. *receptat* etiam Moret. pr. et Leid.

335. Propter has tempeſtatum mutationes obſervanda ſunt *anni tempora.* mox v. 351 prognoſtica ex atmoſphaera. *Caeli menſes* ſimpl. tempora intelligam, quia aſtrorum, quae in caelo ſunt, motu definiuntur: volebat ſubiungere ſolem et lunam: poſuit pro iis ſidera; *caeli ſidera* erunt adeo de planetis accipienda, vt ſubiiciat duo alios planetas, Saturnum et Mercurium. Niſi malis adhaerere Seruianae interpretationi, vt *ſidera* ſint duodecim ſigna zodiaci, quae totidem fere menſibus ſol peragrat; quapropter *menſes* eſſent adiecti. Eſſe porro verba depromta e Menandro, notat Nonius Marcellus in voce *ſeruare:* ſed Graeca corrupta ſunt: forte vſum τοῦ ſeruare pro obſervare, ex τηρεῖν tantum illuſtrare voluit. 336. Obſeruet, Saturni ſtella in quod ſignum ſe recipiat, cum quo ſidere ſe coniungat; *in Capricorno enim facit grauiſſimas pluuias, et praecipue in Italia, — vt in Scorpio grandines.* Haec Seruius, qui plura ſuper τὸ *receptat* nugatur dicam, an obſeruat. Saturni motum tardiſſimum eſſe, et vix binis annis ſexque menſibus vnum ſignum transire ſatis conſtat; vt adeo vix intelligas, quem vſum obſeruatio tam tardi ſideris ad tempeſtatum prognoſtica habere poſſit. Ita tamen a veteribus iudicatum eſt de ſtellis erraticis, vt pluuiarum aliarumque aeris mutationum augurium ex iis caperent. Fuit in his inprimis Saturni transitus: vid. Plin. II, ſect. 39, et idem XVIII, 25, ſect. 57 *Ideo Virgilius errantium quoque ſiderum rationem edi-ſcendam praecipit, admonens obſeruandum frigi-*

Quos ignis coeli Cyllenius erret in orbes.
In primis venerare deos, atque annua magnae
Sacra refer Cereri laetis operatus in herbis,
Extremae ſub caſum hiemis, iam vere ſereno. 340

337 *ſignis* Parrhaſ. *caelo* Medic. cum Iulio Sabino, nec praue, ne *caeli menſes* et *ignes caeli* ſibi occurrant intra tres verſus. I, 6 *labentem caelo quae ducitis annum.* 339 *in aruis* multi. Etiam Medic. *in orbis* et e correctione *in arbis.* Agnoſcunt tamen vulgatam antiqui Commentatores. v. Heinſ.; et cum vere ineunte *herbae* frugum melius memorantur. 340 *ſub caſum* Medic. cum nonnullis; *ſub caſu* alii maiore numero cum Romano. Ita et edd. variant: prius Egnat. Manut. Commelin., hoc Aldd. ſeruant. *Extremo ſub caſu* Ven.

dae Saturni ſtellae tranſitum. Sunt plura eiusmodi e Democrito in Geopon. I, 12. Saturno, extremo orbe ſe mouenti planetae, *frigus* tribui, memorare nil attinet. v. Plin. II, 8, ſect. 6. 337. Obſeruare monet Mercurii motum: hoc enim eſt *errare ignem Cyllenium* (quem hinc mutuatur Claudianus XXII, 440) *in orbes caeli*, mouere ſe ad certas leges, quibus in caelo curſum per orbitam agit.

338. Ad procellarum ſubinde ingruentium clades auertendas religionum quoque auxilium adhibere monet. Ex Heſiod. Ἔργ. 465. 466. Agit autem poeta vt e ſeqq. manifeſtum ſit, impr. 345 de *Ambarualibus*, vid. Tibull. II, 1, cf. ſup. ad Ecl. V, 74. 75. et, ſi *Suouetaurilia* eiusdem generis ſunt, Catonem de R. R. c. 141. *Sacra refer*, repete, et hinc ſimpliciter fer, celebra. Vtroque enim ſenſu dictum videbis in exemplis ab Heinſio cumulatis ad Ouid. II Faſt. 532. *Operatus* pro operans. Eſt autem hoc voc. ſacrorum. vid. Tibull. ibid. v. 9. 340. Vel hic locus docere poteſt, quam parum ſubtilis interdum ſit poetica ratio: *Extremae ſub caſum hiemis* putes eſſe primum veris initium; at ſubiiciuntur ea, quae adultum ſatis ſignificant; quamvis non immemor ſim, clementioris caeli in noſtro poeta rationem eſſe haben-

Digitized by Google

Tunc pingues agni, et tunc molliſſima vina;
Tunc ſomni dulces denſaeque in montibus vmbrae.
Cuncta tibi Cererem pubes agreſtis adoret;
Cui tu lacte fauos et miti dilue Baccho,
Terque nouas circum felix eat hoſtia fruges;

341 Ita Mediceum, niſi quod *Tum* ſcribitur, et Pierii libros cum aliis expreſſit Heinſius. Vulgatum erat: *Tunc agni pingues*, quod multi, ad vitandum ſcilicet hiatum, habent. Inter eos, qui ordinem: *Tunc pingues agni*, ſeruant, vt vitent tamen hiatum, habent Arundel. vnus, *tum ſunt*; Mead. *ſunt, tum*; ex noſtris recentior: *tunc et*; at alter: *Tunc agni p. et tunc*; ad tertiam vsque vicem *cum* legi malebat Reiskius. 344 *Quoi* Medic. mutatus in *Cui*.

dam. Similiter ſup. 230 *ad medias pruinas;* quod ſane ſeuere exigi nequit. 341. Heſiod. Ἔργ. 585, vbi de aeſtatis initio: Τῆμος πιότατάι τ' αἶγες καὶ οἶνος ἄριστος. *Vina mollia*, ſcilicet hiemis interiecta mora, *aſperitate*, duritia, *carentia*, mitia, lenia. Ita et Graecis οἶνος σκληρὸς et μαλακός. *Durus Bacchi ſapor* Ge. IV, 102. *ſomni dulces* propter adiectas *vmbras* nulli alii eſſe poſſunt quam in herba vel ſub arbore ad concentum auium, florum odores et ſic porro. 343. Conf. Tibull. I, 1, 23. 344. E lacte, melle, vino *mulſum* factum innui, notat Macrob. III, 11, magis forte ſubtiliter, quam vere. Nam diis agreſtibus libatur ex more, lacte, melle, vino. conf. idem VII, 12 et Seru. et Cato R. R. c. 134. 345. Ducitur hoſtia, luſtrandi agros cauſſa, circa nouam ſegetem. *felix hoſtia*, h. fecunda, vt Seru.; quemadmodum *felix ager, arbor.* De his dubitat nemo; vti nec de hoc, hoſtiam ſterilem ſacris admoueri, nefas fuiſſe: ſed vſus perpetuus ita fert, vt accipiamus hoſtiam, qua litari poteſt, quia pura et ſacrificio apta diisque grata eſt; quaeque adeo eſt felicis ominis, et bonum frugum proeuntum portendit, aut

Digitized by Google

Omnis quam chorus et ſocii comitentur ouantes,
Et Cererem clamore vocent in tecta; neque ante
Falcem maturis quisquam ſupponat ariſtis,
Quam Cereri torta redimitus tempora quercu
Det motus incompoſitos, et carmina dicat. 350
Atque haec vt certis poſſimus diſcere ſignis,
Aeſtusque, pluuiasque, et agentis frigora ventos:

346 *comitantur* aliquot ap. Burm. et Goth. pr. 347 *vocant* vnus Moret. et Goth. pr. 348 *quicquam* Goth. pr. 349 *redimantur* Zulich. 350 *incompoſitus* Mentel. alter et Goth. ſec. 351 *in certis* Franc. *dicere* Goth. pr.; in Medic. τῷ *diſcere* ſuperadſcriptum *noſcere*, ex interpretatione ſcilicet; ibidem a manu prima *poſſemus*. In Romano erat: *poſſemus dicere*. 352 Sic plane Goth. pr. At *Aeſtus et p. et* Goth. ſec. a m. pr. *Aeſtus et pl.* Franc. ed. Mediol. *Aeſtusque et* ed. Ven. et Medic., inſerto *et* ab alia manu. *pluuias et* ſine *que* vnus Mead. ed. Norimb. et Grimoaldus apud Martin. *agentes fulgura* Franc. et ed. Mediol.

ipſa felicis prouentus cauſſa, placatis per eam diis, haberi poteſt. 346. *chorus et ſocii*, eſt chorus ſociorum, pro, turba. Int. autem ſocios operum, vernas, vt II, 528. 347. *vocare in tecta*, vt adſit, inuocare. Laudant Colum. X, 430 *Et te Maenalium, te Bacchum, teque Lyaeum Lenaeumque patrem canimus ſub tecta vocantes;* et Horat. Carm. I, 30, 3 *vocantis Ture te multo Glycerae Transfer in aedem.* 348. *neque ante falcem m.* Cf. Cato c. 134. *Priusquam meſſim facies, porcam praecidaneam fieri oportet* ſq. 350. De incondita ſaltatione, qua carmina meſſoria canuntur, vt de alio feſto ſup. Ecl. V, 73 *Saltantes Satyros imitabitur. Quernam coronam* in memoriam victus prioris geſtatam Seruius tradit.

351. Haec igitur omnia, has tempeſtatum caeli et aeris vices, de quibus adhuc egit, porro magnum calorem, pluuiam et gelu, e lunae phaſibus et variis prognoſticis, quae experientia docuit, intelligunt agricolae. Eſt haec meteorognoſia ruſti-

Digitized by Google

Ipſe Pater ſtatuit, quid menſtrua Luna moneret;
Quo ſigno caderent auſtri; quid ſaepe videntes

353 *moueret* Franc. Parrhaſ. Mead. et al. p etiam edd., vulgari variatione; de qua multi monuere, vt ad Propert. IV, 1, 107. ſed poteſt h. l. defendi. 354 *quod* multi ſcripti et impreſſi apud Pier. Burm. et Martin., etiam Goth. pr. nec ipſum male.

ca. Multa in his ſunt, quorum ratio aliqua probabilis reddi poteſt; enimuero id eſſet munus non interpretis poetae, ſed hominis, qui de *rebus* a poeta traditis disquirere ac disputare vellet: quae partes ab interprete alienae ſunt. 353. Ipſe Iupiter *ſtatuit*, h. fixum et conſtans eſſe iuſſit. Mutuatus autem eſt haec ex Arati Phaenom. v. 10—13, e quo ſequentia pleraque petita. cf. Geopon. I, 2 ſqq. Plerisque his prognoſticis ſeueriores phyſices rationes facile aſſignari poſſunt (vidimus id nuper factum a *W. Iones phyſiol. Disquiſitions* pag. 619 ſqq.); pro noſtra aetate eadem retractauit *Thomſon (Seaſons: Winter* 118 ſqq.). *Monet*, vt vates monent, qui futura docent, luna prognoſticis, quae ab ea petuntur, et *menſtrua luna* praeclare propter menſtruas motus vices. 354. *Quo ſigno caderent auſtri;* quod indicium eſſet venti mox ceſſaturi. Ita enim *cadere* pro reſidere, *cadit fragor pelagi* Aen. I, 154. Ecl. IX, 58 *ventoſi ceciderunt murmuris aurae.* vt contra *ſurgere* v. 356. Altera Cerdae interpretatio, vt ſit pro *incidere*, quod Ge. II, 107, vel *ſurgere*, auctoritate deſtituitur. Nec apud Homer. Odyſſ. ε, 259 eſt ἔπεσε, ſed συνέπεσε. Σὺν δ' Εὖρός τε Νότος τ' ἔπεσε. concurrunt. Melius laudares Od. ξ, 475, et Heſiod. Ἔργ. 547 Βορέαο πεσόντος, vbi de vento orto, pro ἐμπεσόντος, accipiendum eſſe videtur; ſi tamen intentius adſpexeris, videbis et ibi eſſe, *vento ceſſante;* nam tum nebulae gelidae ſuboriuntur. Etiam in Aeſchyli Agam. 577 πόντος πεσὼν ſimili modo dictus eſt, dum reſidet. Nec tamen reliqua, quae ſubiuncta ſunt a Marone, efficiunt, vt illud ad poetae rationem me-

Digitized by Google

Agricolae propius ſtabulis armenta tenerent. 355
Continuo, ventis ſurgentibus, aut freta ponti
Incipiunt agitata tumeſcere, et aridus altis
Montibus audiri fragor; aut reſonantia longe
Litora miſceri, et nemorum increbreſcere murmur.

357 *arduus* ed. Ven. et Romanus. Male. vid. Not. 359 *increbreſcere* Medic. cum aliis; non *increbeſcere*. etſi hoc mollius; at illud auſterius et pleniore ſono.

lius accommodatum videri poſſit. Nam, nonniſi propoſitis inde a v. 356 pluuiarum et fulminum prognoſticis, ſubiicit v. 393 praeſagia ſerenioris caeli. *quid ſaepe videntes*, h. quo viſo prognoſtico ſeu indicio. 355. Conf. Calpurn. Ecl. V, 43 ſqq.

356 ſqq. — 364. Imminentes procellas nuntiat ſurdus aëris motus et fragor terra marique increbreſcens, quo exterriti alites marini in littus euolant. Ex Arati Prognoſt. 177 ſqq., (909 ſq.) qui verſus a Cicerone translati ſunt in latinos de Diu. I, 7, vbi v. Dauiſ. cf. Lucan. V, 565 ſqq., qui in toto illo loco noſtrum ante oculos habuit. Aliorum poetarum loca ſurgentis tempeſtatis congeſſit Cerda h. l. Eſt enim iam inde ab Homero poeticis ingeniis verſatus locus. Virgilium ſequitur Plin. XVIII, 35, ſect. 85. 86. 87. *Continuo:* principio. vid. ſup. 60. *ventis ſurgentibus:* mox vſ. 365 *vento impendente;* vide modo ad v. 354. *freta ponti* poetica periphraſi pro ponto, mari; nihil amplius. 357. *aridus fragor*, qualis aſper et acutus lignorum aridorum, cum franguntur. Ita et Lucret. VI, 115—119, et Homericum αὖον ἄϋσεν, vt Iliad. ν, 441, et καρφαλέον ἄϋσεν Iliad. ν, 409. conf. Cerda. Effert autem haud paullo ornatius Aratea l. l. 180 κορυφαί τε βοώμεναι οὔρεος ἄκραι. 359. *Littora miſceri:* miſcetur ac perturbatur mare littora et ſaxa alluens, quibus alliduntur fluctus; et *reſonantia miſcentur* pro ſimplici *reſonant.* Aratus ib. v. 178. 179 μακρὸν ἐπ' αἰγιαλοὶ βοόωντες, Ἀκταί τ' εἰνάλιοι; ὁπότ' εὐδόοι ἠχήεσ-

Digitized by Google

Iam ſibi tum curuis male temperat vnda carinis:
Quum medio celeres reuolant ex aequore mergi,
Clamoremque ferunt ad litora; quumque marinae
In ſicco ludunt fulicae; notasque paludes

360 *a curuis* Pierii Romanus, vterque Mentel. Voſſ. et Reg., ſed eraſo *a.* illuſtratum ab Heinſio; nec recte tamen ab eo receptum, cum non ſcribendum ſed ſubintelligendum ſit. *Iam ſo* Goth. ſec. *cum curuis* Ven. *Iam tibi* Guietus et Gebhardus emendauerant. *Iam ſibi tum et curuis* alius vir doctus in Miſc. Obſſ. Vol. II, T. II, p. 171, male. 361 *Quom* Medic. a m. pr. 362 In Arato: χερσαῖα τινάσσονται πτερύγεσσιν; vnde coniicias: *Clangoremque ferunt ad litora.* Ergo Virgilius noluit *Clangoremque*, quae propria vox foret, ſcribere?

σαι. Littora ripaeque ſi reſonabunt tranquillo: cum ventus nondum ſentitur; reddidit Plin. XVIII, 35, ſ. 58. Similia loca Cerda congeſſit. De *nemorum murmure* ſeu mugitu cf. Aen. X, 97—99. Expreſſit h. l. Lucan. V, 551 ſqq. *Poſt vento creſcente magis magis increbreſcunt* Catull. Epith. Pel. 275.

360. Iam tum ſatis grauis tempeſtas in alto, vt nauis vix reſiſtat ſatis fluctibus, increbreſcente procellae vi, cum etc. 361. Expreſſa haec ex Arato; nec tamen cum fide ac diligenter, ſed permutatis auium nominibus, forte quod communis earum hac in re eſt natura. Quod itaque de *ardea*, ἐρωδιῷ, dixerat Aratus v. 182 Dioſem. καὶ δ' ἂν ἐπὶ ξηρὴν ὅτ' ἐρωδιὸς οὐ κατὰ κόσμον Ἐξ ἁλὸς ἔρχηται φωνῇ περὶ πολλὰ λεληκώς, ad *mergos* transtulit Virgilius: *Quum medio celeres reuolant ex aequore mergi, Clamoremque ferunt ad littora.* At Cicero, qui Arateos verſus vertit de Diu. I, 8, *fulicem* ſeu fulicam nominauit. Callimachus δύπτην in fragm. CLXVII ex Etymol. Contra Aratus *mergos* (τὰς ἀλθυίας) *in littore* (χερσαῖα, h. κατὰ τὰ χ, ἐν χέρσῳ, vt ἐν ξηρῷ, Virgilius in ſicco, in littore, vt et Aen. X, 301) *alis plan-*

Digitized by Google

Deſerit, atque altam ſupra volat ardea nubem.
Saepe etiam ſtellas, vento impendente, videbis
Praecipites coelo labi, noctisque per vmbram
Flammarum longos a tergo albeſcere tractus;
Saepe leuem paleam et frondes volitare caducas,

364 Laudatur verſus a Seneca Qu. Nat. VII, 28. *altum volitat ſuper* Zulichem. *altum ſuper auolat* Moret. quart. et Vratisl. *ſuperuolat* Parrhaſ., vnde Burm. coni. *ſuper euolat.* 365 *impellente* Parrhaſ. et ed. Mediol. vnus Mead., notabili aberratione: dummodo codicum auctoritas aliqua eſſet. 366 *per vmbras* plures forte, quamquam a Burm. nil notatum ſit; etiam plures apud Martin. et Goth. pr., ſicque editum vsque ad Commelin. Sed recte iam a G. Fabricio praeferebatur *vmbram*, quod et Medic. habet, Pieriique Rom. et Medic. 367 Ita apud Senec. N. Qu. I, 14, at VII, 20 laudatur: *Longos a tergo flammarum albeſcere tractus.* Apud Macrob. Sat. VI, 1: *inuoluere tractus.* Male.

gere memorauerat. Tandem v. 364 cum Arato conuenit noſter: Κινυμένου τε θάλασσαν ὑπερφορέωιτ' ἀνέμοιο *ardea: et moto vento ſupervolat mare;* hoc exornavit: *notasque paludes Deſerit atque altam ſupra volat nubem.* Etiam: *Quodque auſa volare Ardea ſublimis pennae confiſa natanti* Lucan. V, 553. 554.

365. Ex Arato ib. v. 194—200. conf. Lucan. V, 561—564. Plin. XVIII, 35, ſ. 80. De his ἀποῤῥοίαις ſtellarum v. loca apud Cerdam. Noſtro loco inter dioſemeia ſunt, at inter omina et prodigia Aen. II, 693. V, 527. 366. Τοὶ δ' ὄπιθεν ῥυμοὶ ὑπολευκαίνωνται. Arat. ib. Lucret. II, 143 *Nocturnasque faces caeli ſublime volantes Nonne vides longos flammarum ducere tractus,* quem locum Macrob. VI, 1, p. 574 Maroni praeluxiſſe ait. *albeſcere,* eluceſcere, elegantius quam exiſtere, eſſe. 368. Vid. Arat. ib. v. 190—192. Plin. ib. ſ. 86.

Digitized by Google

Aut ſumma nantis in aqua conludere plumas.
At Boreae de parte trucis quum fulminat, et
quum 370
Eurique Zephyrique tonat domus: omnia plenis
Rura natant foſſis, atque omnis nauita ponto
Humida vela legit. Numquam inprudentibus imber

369 *molles* pro *nantis* Leid. pr. a m. pr. *collidere* Toll. *palmas* Goth. pr. 370 *Aut* tres ap. Burm., tres ap. Martin. Goth. pr. 371 *domus tonat* Ven. Lucretium ante oculos in his verſſ. fuiſſe putabat Wakef. ad Lucret. V, 744. 372 *omni n. ponto* fragm. Moret. *ponto humida* iungenda eſſe contendit Wakef. ad Lucret. I, 1084. imbribus et nebulis humere vela video: mari, niſi naui merſa, non aſſequor. 373 *legunt* in nonnullis apud Pierium, probatum Heinſio. At *legit* etiam in Romano. *prudentibus* Medic. a m. pr., hocque praefert cum aliis Io. Schrader. Sane et hoc ſuum ſenſum habet. Nec minus tamen alterum verum eſt.

370. Iam praeſagia pluuiarum enarrantur. Primum eſt fulminum ex omnibus caeli partibus concurſus. Omnino, pergit 373, pluviae venturae obſeruatio in promtu eſt; tam manifeſta eius ſigna ſunt, quae inde ſubiicit, vt neminem facile, non ante prouiſa et animaduerſa, pluuia opprimere poſſit.

370—372. Quando ab omni caeli parte tonat, imbres ingruunt. Conuerſi ex Arato ib. 201—205, qui vltimus verſus ὕδατι γὰρ haud dubie ſuppoſititius eſt. conf. Plin. XVIII, 35, ſ. 81 et de reliquis ſ. 87. *domus Euri* ſuauiter dixit de parte caeli, vnde ſpirat. *Rura natant*, inundantur.

373. *Nunquam imprudentibus imber Obfuit*, obeſſe poteſt vel ſolet. Ornate extulit id, quod in tenui oratione eſſet: agricolis non facile imber *ſuperuenire* poteſt imprudentibus, h. non ante prouidentibus, improuiſo, vt nec moniti ſint praeſagio aliquo. Non debebat hic haerere doctorum virorum acumen. Sententia eſt eadem inf. 425 *Nunquam te craſtina fallet Hora, neque inſidiis noctis*

Digitized by Google

Obfuit: aut illum ſurgentem vallibus imis
Aeriae fugere grues; aut bucula coelum
Suſpiciens patulis captauit naribus auras;
Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo;
Et veterem in limo ranae cecinere querelam.

374 *Adfuit* Byncker shoeckii emendatio iam a Burm. reiecta eſt. Wakef. ad Lucret. VI, 70 *obfuit*, pro obuerſatur, dictum eſſe contendentis argutias vix quisquam probabit. *ac illum* Moret. quart. *in vallibus* Leid. a m. ſec. *ab v.* Leid. alter. 375 *ſenſere* Goth. ſec. 376 *Suſcipiens* Zulich. 378 *Aut* ed. Ven.,

capiere ſerenae. 374. Diverſa ſunt Heſiodea Ἔργ. 448—451. et ad aliud ſpectant; verum ante oculos poetae fuere Aratea 299. 300, e quibus et Ariſtot. H. A. IX, 10 (add. Antig. Caryſt. 46 et ibi Beckm.) patet, ſolere grues, vbi in altum euolauerint, *in aerem*, ἠ. ἐρίαι, animaduerſa tempeſtate, ſtatim ſe demittere et imbrem fugere; Iam, quod additur, *vallibus imis*, duplici modo iungi et accipi poteſt, aut, vt grues imbrem fugiant *vallibus imis*, recipientes ſe in vallem; ita conuenit Ariſtoteles: καὶ, ἐὰν ὕδωσι νέφη καὶ χειμέρια, καταπτᾶσαι ἡσυχάζουσι, puta arborum frondibus tectae, aut vt iungantur: *imbrem ſurgentem vallibus imis;* ſolet enim imber, h. e. nebulae *ſurgere vallibus* in aerem rariorem. Sed hoc alienum ab h. l. Prius eſt verum. Aratus: στροφάδες δὲ παλιμπετὲς ἀπονέονται vbi Schol. ὑποστρέφουσαι εἰς τοὺς τόπους, ὅθεν ἐκινήθησαν. 375. 376. Ex Arato ibid. v. 222. 223, qui conuerſi ſunt a Cic. de Diu. I, 9. *captauit*, captare ſolet, captat, *auras*, h. ducit, olfacit, ὐσφρήσαντο. Plin. XVIII, 88 *Et boues caelum olfactantes ſeque lambentes contra pilum.* 377. Vid. eund. v. 212. 213. Verſus totus eſt ex Varrone Atacino notante Seruio, vna cum v. 376 et 379. *arguta* ad vocem refertur. Plin. XVIII, 87 *hirundo tum iuxta aquam volitans, vt penna ſaepe percutiat.* 378. Ex eod. 214. 215. Plinio ſunt

Digitized by Google

Saepius et tectis penetralibus extulit oua
Anguſtum formica terens iter; et bibit ingens

nonnulli ap. Pierium, Bodlei. et vnus Arundel. ap. Martin., qui recepit. 379 *Ocyus et* malit Cerda, quia in Arato ὠκέως eſt. *e tectis* ap. Chariſ. Inſt. Grammat. II, p. 193. *e tecti penetralibus* coni. Voſſ., male. Sic *foci penetrales*. Apud Auienum p. 121 ed. Grot. *oua cauis effert penetralibus:* quod Io. Schrader. in ſchedis laudat. 380 *tenens* Goth. pr.

ranae vltra ſolitum vocales XVIII, ſ. 87. *veterem querelam* ad fabulam transformationis ranarum (v. Ouid. Met. VI, 316 ſqq.) referunt; ſed verbis ſimpliciter ineſt notio clamoris continui ſemperque eiusdem. Poetis enim *querelam* de quacunque animalium voce dici notum eſt.

379. Arat. v. 224. 225 conuerſa a Cic. de Diu. I, 9. *tecta penetralia*, vt *adytum penetrale* Aen. II, 267. *templa penetralia caeli* Lucr. I, 1098, vt in nonnullis legitur. *anguſtum iter* κοίλης ὀχῆς, foraminis: ſi modo Aratum reddere voluit; ſin omnino naturam formicarum exprimere maluit, *anguſto calle* incedentium, vt Aen. IV, 405, in loco diſſertiore: rectius *iter* de tramite iſto, quo eunt redeuntque intelliges cum Cerda et aliis. Apud Plin. XVIII ſ. 88 eſt, *formicae — concurſantes aut oua progerentes.*

380. *Arcus*, iris, *bibere*, h. haurire, attrahere, aquas ſuis cornibus, pluuio tempore, etiam a noſtris hominibus creditur. conf. ad Tibull. I, 4, 44. Loca alia v. ap. Cerdam. Alias *nubes* dicuntur *bibere*. Sic in Anthol. Lat. lib. V, 113 de Oceano: *Te potant nubes* (ſic leg.), *vt reddant frugibus imbres*. Statius Theb. IX, 405 *At pater arcano reſidens Iſmenos in antro, Vnde aurae nubesque bibunt atque imbrifer arcus Paſcitur, et Tyrios melior venit annus in agros*. Arat. ib. v. 208 *duplicem arcum* habet: διδύμη Ἶρις, ex repercuſſa luce in nubibus. Noſtrum laudat Seneca N. Qu. I, 6.

Digitized by Google

Arcus; et e paſtu decedens agmine magno
Coruorum increpuit denſis exercitus alis.
Iam varias pelagi volucres, et quae Aſia circum
Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri,

383 *Tum* pro *Iam* alter Arundel. *variae* Medic. et Gud. Rom. Pierii, vnus Arundel. et Bodlei. Sic Iam Seru. lectum fuiſſe notat, vt *infundere* pro *infundunt* dictum accipiatur. Ita noua ſententia facienda: *Nunc caput obiectare — videas. Iam volucres pelagi variae* in nonnullis ap. Pierium. Mox *atque Aſia* Medic. Mentel. pr. a m. pr. et nonnulli ap. Pier.; putes, *aut quae*, 384 *mirantur* Reg. a m. pr.

381. 382a. Arat. v. 231 — 237. *increpuit denſis alis* debebat exprimere τιναξάμενοι πτερὰ πυκνά· in hoc vero πυκνὰ (pro πυκνῶς) poſitum eſſe putes pro *crebro*. Etiam in epigrammate (Brunck. Analect. Tom. III, pag. 152. VI) Αἰετὲ, τὸν χαρίεντα, ποτὶ πτερὰ πυκνὰ τινάξας, Πῶς ἔφερες; At Virgilius πυκνὸς *denſus* transtulit et (nam *denſe increpare* nihili eſſet) πτερὰ πυκνὰ, *alas denſas* interpretatus eſt, ſiue vt alarum naturam exprimat epitheton, ſiue vt ad multitudinem corvorum referat. Iungenda vero: *increpuit alis denſis*; non vero: *exercitus denſis alis*. Plin. XVIII f. 87 dixit *corui — ſe concutientes* Simplicius Homer. Il. β, 462 ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλὰ — ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι. Ceterum ad hoc praeſagium referenda Horatii verba Carm. III, 27, 9 *antequam ſtantes repetat paludes Imbrium diuina auis imminentum*.

383—387. Ex auibus marinis et cygnis praeſagia pluviarum memorat. *Iam videas varias volucres — infundere* etc. Cygni hic dicuntur *in ſtagnis dulcibus Cayſtri* (in ſtagnis, quae Cayſter fl. egreſſus ripas, inundando vicina, facit) *rimari prata Aſia circumcirca*: pro vulgari, verſari in iis. *rimari* autem de cygnis, pabulum et herbas quaerentibus. Georg. II, 199 dixit Mincium *Paſcentem niueos herboſa flumine cygnos*; *ſtagna* recte *dul-*

Digitized by Google

Certatim largos humeris infundere rores, 385
Nunc caput obiectare fretis, nunc currere in vndas,
Et ſtudio incaſſum videas geſtire lauandi.
Tum cornix plena pluuiam vocat inproba voce,

386 *in vndam* Medic. a m. ſec. Gud. et vnus Mead. *vndis* Mead, alter, vt nonnulli apud Pierium. *in vnda* alii. 387 *ſtudio incenſas* malebat Io. Schrader. 388 *Tunc* Nonius in *pluuia*, *rauca voce* Seruius et edd. nonnullae; quod probat Kingius ap. Martin., ſed eſt alterius gloſſema, *plenam* ed. Ven.

cia, vtpote viui et perennis fluuii, non ſitu putreſcentis aquae. *Aſiam paludem* dixit Aen. VII, 701. At Homerus Ἄσιον λειμῶνα. Eſt autem *Aſia* anguſtus tractus paluſter Lydiae ad Cayſtrum, non longe a Tmolo, ſatis notus ex Homer. Iliad. β, 461 ἢ κύκνων δουλιχοδείρων Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα· quem expreſſit Virgil. vſſ. 383. 384. conf. Waltheri Animaduerſſ. hiſt. et crit. n. IV. Reliqua partim a Varrone Atacino ſumſit, cuius fragm. in Catalectis vet. poetarum: *Tum liceat volucres pelagi tardaeque paludis Cernere inexpleta ſtudia* ἄπληστον; hoc eſt, quod noſter *incaſſum* dixit. At Seruius, quod denſae plumae non admittunt aquam ad cutem.) *certare lauandi*, *Et velut inſolitum pennis infundere rorem:* partim ab Arato Dioſem. 210. 211 Πολλάκις λιμναῖαι ἢ εἰνάλιαι ὄρνιθες Ἄπληστον κλύζονται ἐνιέμεναι ὑδάτεσσιν; h. *caput obiectant fretis*, ſ. aquis immerſant. Quae omnia ſi inter ſe compares, poeticam in noſtro, quamquam noviſſimus poſt illos venit, copiam non deſideres. Plinius XVIII f. 87 e noſtro: *Et quum terreſtres volucres contra aquam clangores dabunt, perfundentes ſeſe; ſed maxime cornix.*

388. Aratus plenius vſſ. 217—221 conuerſis a Cic. de Diu. I, 9. add. 290. 291. Noſtrum expreſſere Claudian. XV, 493. Lucan. V, 555. 556. *cornix improba*, ſiue infauſti ominis, ſiue *improba*

Digitized by Google

Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena.
Ne nocturna quidem carpentes penſa puellae 390
Neſciuere hiemem: teſta quum ardente viderent
Scintillare oleum, et putris concreſcere fungos.
Nec minus ex imbri ſoles et aperta ſerena

389 Poſt hunc verſum addunt nonnulli: *At caput obiectat querulum venientibus vndis*, vt in Franc. Leid. et Voſſ., in hoc quidem, vt et in Bodlei. et vno Arundel., poſt v. 388. In Medic. Gud. Mentel. Parrhaſ. in margine erat ſcriptus. Reg. et Mead. cum ed. Norimb. habebant: *Et caput*. In Cantabr. deerat *obiectat*. Confectus verſus e v. 386. 390 *Nec* vulgo. *Ne* Medic. Gud. Mentel. pr. et Moret. pr., item Rom., perpetua quidem variatione. Debebat tamen vtique et h. l. placere, vt viri docti fere vbique reſtituerunt: atque ſic iam Naugerius ediderat; ergo ſequutus ſum. 391 *cum teſta* Rottend. ſec. 393 *eximbres ſoles* Pierius e Romano et nonnullis antiquis, quod recipit Martinus, ne, cum mox e ſolis et ſiderum fulgore praeſagia capienda dicantur, pluuio caelo

vocat, pro improbe, clamore improbo, nimio, continua crocitatione eaque odioſa: vid. ſup. ad v. 145. *plena voce*, e pleno gutture, Gallis *gras*: παχέα κρώζουσα. Eam *vocare pluuiam*, quam denuntiat, iam Lucret. dixerat V, 1084. 1085. *ſola ſecum ſpatiari* dicitur, ſola, non gregatim, ἢ πολλὴ στρέφεται παρ' ὕδωρ; vt ſecum eſſe, habitare.

390—392. Ornate. Etiam puellae lanam ducentes tempeſtatem ſeu pluuiam ingruentem ex ſcintillatione lucernae et fungi, qui ex ſtuppa in fungi ſpeciem excreſcit, concretione diuinare norunt. *Oleum ſcintillat*, h. flamma oleo nutrita. *teſta* eſt lucerna fictilis. Videas, quemadmodum rem vilem non ignobili oratione expreſſerit. Nec minus tamen bene et copioſe Aratus ib. 244 — 248. 302 ſqq. adde Plin. XVIII, ſ. 84. cf. Apulei. Met. II, 18.

393 — 414. Sequuntur praeſagia ſerenitatis: et primo quidem ea declarata ſunt per abſentiam eorum, quae impendentes pluuias ſignificabant apud Aratum 206 ſq. tum vſ. 401 ea appoſita ſunt, quae nunc fiunt. *Serena*,

Digitized by Google

Proſpicere et certis poteris cognoſcere ſignis.
Nam neque tum ſtellis acies obtuſa videtur; 395
Nec fratris radiis obnoxia ſurgere Luna;

id facere praecipiat poeta. Sed vt hoc argutius eſt, quam verius, nam pluuiarum interualla eſſe poſſunt, in quibus ſtellae fulgeant, ita *eximbris* ſola analogia ſe tuetur. Porro Reiskius coniiciebat: *ſoles per aperta ſerenos.* 394 *agnoſcere* Parrhaſ. 395 *Nam neque vt* Goth. pr. *tunc aſtris acies obtuſa videri* apud Gellium N. A. VII, 17; hoc poſterius impenſe placet Heinſio; et ipſe hoc a Virgilio profectum eſſe malim: vt ſit is, quem infinitiuum hiſtoricum appellant: *videri, ſurgere, ferri. tunc acies ſtellis* inuerſo ordine Mentel. pr. *tum in ſtellis* Mentel. ſec. a m. pr. *cum ſtellis* ed. Commel. 396 *Nec fratris radiis obnoxia ſurgere Luna.* Cum interpretatio in h. v. haereret, et poetae menti et rei memoratae contraria exiret, viſa mihi erat fraus latere in *Nec* pro qua ſententiam requirere *Et* ſuſpicabar; ita vt locus ſic procederet: *Nam neque tum ſtellis acies obtuſa videri, Et fratris radiis obnoxia ſurgere Luna,* infinitiuo hiſtorico; vt ſenſus ſit: nam *et* ſtellarum acies tum cernitur *non* obtuſa, *et* ſurgit, in conſpectum venit, Luna. Nihil impediti in his eſſet; ornatus cauſſa adiectum: *fratris radiis obnoxia,* ſoli. Legitur quoque *Et* in Schol. Statii Theb. X, 146. Verſum tamen emendatione non indigere, comparato loco Arati, quem poeta ante oculos habuit, docui in Excurſu ad h. v. Io. Schrader. coniiciebat *fulgere* pro

vt *ſerenum,* abſolute dictum, vt alia ſimili modo, h. ſerenum caelum, quod *apertum* vocari poteſt, nullis nubibus obductum: καθαρὸν φάος ἀμβλύνεσθαι dixerat Arat. Prognoſt. 281, et φάτνην καθαιρομένην πάσης ὑπένερθεν ὁμίχλης v. 265, vbi ad vnam ſtellam hoc praeſagium retulit; cum Virgilius omnino ſtellarum obtuſam et obſcuratam lucem memoret. 396. *Nec fratris radiis obnoxia ſurgere Luna.* Vexatus locus. Sententia quidem per ſe haud difficilis eſt ad aſſequendum: lunam pura tunc luce nitere. At verba contrarium produnt: *nec Luna ſurgit,* h. e. non oritur; atqui, caeli ſerenitate reddita, ſtellae lucent et luna conſpectui redditur. Varios interpretandi modos grammaticae aduerſantes v. in Excurſu ad h. v. Expedire rem mihi videor ex Arati verbis, quae poeta reddidiſſe videtur ex

Digitized by Google

Tenuia nec lanae per coelum vellera ferri;
Non tepidum ad ſolem pennas in litore pandunt
Dilectae Thetidi alcyones; non ore ſolutos

ſurgere, nullo cum fructu. *obnixa* Moret. pr. Poteſt quoque interpunctio mutari: *nam neque tum ſtellis acies obtuſa; videtur nec fratris radiis obnoxia ſurgere Luna.* Verum ſententia ita non mutatur, quae eſſet: ſtellae lucent, luna non oritur. 397 *Tenuia* e Medic., ſed altero *u* et τῷ *e* linea obducto. 398 *Nec* Leid. pr. et vnus Mead. *Nam* ed. Ven. *pinnas* Rom. *tepide* Goth. ſec. 399 *ore ſoluto* alii apud Seru.

vſſ. 281 ſq. quos in Exc. appoſui. Scilicet Aratus tempeſtatis ingruentis ſignum apponit: „quando repente ſtellarum lux obtunditur, offuſcatur, *nulla apparente cauſſa*, nec nubibus obductis, nec caligine alia, nec *luna* ſuborta, *quae nimirum luce ſua eas offuſcet, iis officiat.* Ergo verba Maronis, qui, e contrario, abeſſe tempeſtatis praeſagia declarare vult, naturali vi et ſenſu poſita ſunt: nec videtur acies ſtellarum obtuſa, nec *ſurgere*, ſurgit, oritur, *Luna, radiis fratris obnoxia*, lucem ſuam a ſole mutuari ſolita, mutuata, ſcil. non oritur, prodit, *vt luce ſua ſtellas obſcurare poſſit.* Ergo abeſſe poeta ait id, quod tempeſtatis inſtantis ſignum eſſe poſſet, cum caelum repente, nulla de cauſſa apparente, tamquam aere denſato, obſcuratur. 397. Ex Arato ibid. v. 206. 207. *vellera lanae*, nubeculas lanis ſimiles, noſtris hominibus *ouiculàs* dictas, ſerenitatis nuntias, accipiebam; vt alii; male vero: nam ex poetae ſententia eſſe debet prognoſticum inſtantis tempeſtatis pluuioſae; quod nunc abeſſe ait. Etiam in Arato ſunt νέφεα προπάροιθεν ὑετῶν ἐρχομένων. Sunt ergo nubes per caelum ſparſae mox in denſiorem et obſcuram nubem coiturae: Plin. XVIII, 35. ſ. 82 *Si nubes, vt vellera lanae, ſpargentur multae ab oriente, aquam in triduum praeſagient.* Aliena a re loca ſunt, quae Cerda memorat, Lucani IV, 124, 5. Martialis et reliqua. 399. Theocr. VII, 59 *No-*

Digitized by Google

Inmundi meminere ſues iactare maniplos: 400
At nebulae magis ima petunt, campoque recumbunt;
Solis et occaſum ſeruans de culmine ſummo
Nequidquam ſeros exercet noctua cantus.

401 *Aut* Moret. ſec. et fragm. Moreti. *campoque reſidunt* Goth. ſec., non male, ſed ex interpretatione. 402 *de lumine* Ven. 403 *Necquicquam;* fruſtra, vt ſup. 96 *nec illum Flaua Ceres alto nequicquam ſpectat aceruo.* Et ſic ſaepe. De interpretatione v. Not. Iungo: *Nequicquam exercet* c. At Eduard. King.: *Nequicquam ſeruans occaſum*, quippe qui in tanta caeli ſerenitate vix poſſit obſeruari. Seruius, quem vulgo ſequuntur interpretes, *nequicquam* pro non poni vult. Io. Schrader. emendabat: *Nequaquam.*

reidibus dilectas dixerat. Ἀλκυόνες, γλαυκαῖς Νηρηΐσι ταί τε μάλιστα Ὀρνίχων ἐφίλαθεν ὅσαις τέ περ ἐξ ἁλὸς ἄγρα. Iis incubantibus mare tranquillum eſſe, vnde dies Halcyonii dicti ſunt, nota res eſt. Aliena tamen haec ab h. l. ſunt, quo praeſagia ingruentis tempeſtatis memorantur: *alcyones raro* in conſpectum veniunt, *nec niſi Vergiliarum occaſu et circa ſolſtitia brumae:* v. Ariſtot. H. A. V, 9. Plin. X, 32 ſ. 47. tunc ergo praeſagientes aeris mutationem pennis expanſis eſſe ſolent. 400. *manipulos* non modo meſſae frugis, ſed herbarum, graminis, ſtraminis etc. eos *iactant ſolutos*, h. ita vt ſoluantur iactando: notum ſignum inſtantis mutationis caeli. Etiam Plin. XVIII, 88.

401. Arat. ibid. 256 ſqq. 402. ibid. v. 267 — 269, vbi diſerte ἥσυχον ἀείδουσα: nulla re interpellante eam canentem adeoque continuo. Noctua obſeruans ſolis occaſum, atque adeo noctem, ſedens in arboris cacumine, canit aſſidue, ſed fruſtra: Auis enim quamuis ominoſa, tempeſtatisque alias nuntia, nunc tamen, quo minus ſerenitas redeat, non impedit. Plin. XVIII, 87 *Sic noctua in imbre garrula* (praeſagit ſerenitatem), *at ſereno, tempeſtatem.* Nihil mihi videtur magis eſſe expeditum

Adparet liquido ſublimis in aere Niſus,
Et pro purpureo poenas dat Scylla capillo;
Quacumque illa leuem fugiens ſecat aethera pennis,
Ecce inimicus, atrox, magno ſtridore per auras
Inſequitur Niſus: qua ſe fert Niſus ad auras,
Illa leuem fugiens raptim ſecat aethera pennis.

404 *aethere* Rom. vnus Mead. 406 — 409 in Ciri repetuntur: 538 ſq. *Quamcunque* Gud., male. *aera* vnus Arundel. *pinnis* Medic. Gud. Reg. Mentel., hic et 409. 408 *qua fert ſe* Rottend. 409 *raptum* Medic. a m. pr. et alter Menag. *partim* Probus in Grammatica. *rapidis* Voſſ. alter et Goth. ſec. *ſecat aera* Parrhaſ. Ceterum hos tres verſus 407—409 *ταυτολογοῦντας* et ſpurios damnabat Reiskius et ab edit. Argent. abeſſe notabat. Eſſent idcirco translati e Ciri putandi. At ſic 406 *Quacumque* ſimul erit reſcindendus.

hac noſtra ratione; v. tamen Var. Lect.

404. Haliaeetus nunc cirin infeſto volatu perſequitur. De Scylla, quae patrem Niſum Minoi prodiderat, in auem vna cum patre mutata, ipſa in cirin, pater in haliaeetum; qui eam nunc pertinaci odio perſequitur, ſi conſpexerit. v. Cirin et Argumentum. Fabula ap. Ouid. Met. VIII. conf. ſup. ad Ecl. VI, 74. *liquidus* etiam aeris naturam mobilem denotat. 407. *inimicus, atrox;* poteſt ita accipi, vt alterum pro aduerbio ſit: atrox Niſus inimice inſequitur: quandoquidem docent viri docti, non bene duo epitheta iungi; niſi alterum participium ſit. vid. Georg. III, 149. IV, 19. Aen. III, 70. Vbi tamen orationi *δεινότης* aliqua ineſt, non male tum duo epitheta iungi putem ad augendam rei grauitatem, ſiue adiectivum ſiue participium ſit: vt in illo, quod infra lib. III, 149 *Aſper, acerba ſonans.* Idem etiam tum locum habet, cum res per plura attributa, adiuncta, aut alia, quae rei propria ſunt, declaranda ac deſcribenda eſt: vti Aen. VI, 283 *Vlmus*

Digitized by Google

Tum liquidas corui preſſo ter gutture voces
Aut quater ingeminant; et ſaepe cubilibus altis,
Neſcio qua praeter ſolitum dulcedine laeti,
Inter ſe foliis ſtrepitant; iuuat imbribus actis
Progeniem paruam dulcisque reuiſere nidos.
Haud equidem credo, quia ſit diuinitus illis

410 *Cum liquidas* Ven. *preſſo corui* Moret. lec. 411 *Atque ter ingeminat* Reg. a m. pr. 412 *dulcedine capti* Menag. et Goth. primus, vt alias poetae. Sed v. inf. IV, 55. 413 *in foliis* Medic. Gud. ſex alii; item Romanus, Mudic. Pierii cum aliis; nec non tres apud Martin. *ſtrepitant foliis* Moret. vnus. *crepitant* Leid. alter, quod ſane et ipſum dicitur, vt ap. Avien. p. 122 in hac ipſa re. 414 *et dulces inuiſere* Franc. *natos* Vratisl. 415 Reiskius eleganter coni. *Haud (equidem credo) quia ſit diuinius illis Ingenium;* et ſequitur *maior;* ergo et *diuinius.* Facile itaque praeferam. Video in idem hoc iam alios viros doctos incidiſſe (in *Hiſt. de l' Acad. des Inſcript.* Tom. XXXIV, p. 168. 169), etiam Io. Schraderum. eſt quoque *diuinius* ap. Io. Sarisber. de Nugis Curial. II, 2. At Wakef. improbat ad Lucret. II, 180 quia ibi occurrit: *Hoc — auſim confirmare — nequaquam nobis diuinitus eſſe creatam naturam mundi.* Ex vulgari lectione eſt ſupplendum: *Haud equidem credo* hoc ita fieri, *quia ſit.*

opaca, ingens, quam etc. Ita ſi ſtatuas, cauſſas ex ipſa rei natura petitas teneas. Multo frequentiora haec ſunt in Homericis.

410. Aratus ibid. v. 271—277, ſed diſertius, et Lucret. V, 1077 — 1085. *preſſo gutture,* coarctato, acuto cantu, clangore, λιγυομένοισιν ὁμοῖα. *voces liquidae* oppon. raucis: quibus coruus imbres alias denuntiat: cf. Plin. l. c. — 412. Χαίρειν κέ τις ὤϊσσοιτο ibid. 274. *dulcedine laeti* h. voluptate, gaudio. Similis locus inf. IV, 55. *imbribus actis,* exactis, finitis, deſinentibus, Burmannus exponebat; vereor, ne hinc tenuis nimis ratio exoriatur. Melius *actis,* abactis, pulſis.

415. Non hoc eos propterea facere videri ait, quia illis *diuinitus ſit ingenium,* h. e. ex Pythagoreorum, Platonicorum ac Stoicorum pla-

Digitized by Google

Ingenium, aut rerum fato prudentia maior:
Verum, vbi tempeſtas et coeli mobilis humor
Mutauere vias, et Iuppiter vuidus auſtris
Denſet, erant quae rara modo, et, quae denſa, relaxat;

416 *facto* Franc. *fato rerum* Toll. 417 *mollibus* Goth. pr. 418 *Mutauere vices* Markland. ad Stat. Silu. V, 2, 152 eleganter coniectat, vt Catroeus etiam ediderat; vtque in vno Arundel. legitur. Sed nec male, procellae ſeu tempeſtatis ac nubium via ac ratio naturaque mutatur, cum ſudum fit, et omnino *mutat viam* quodcunque mouet ſe, procedit. Paullo diuerſa ratione *viae caeli* dictae Georg. II, 477 pro motu ſiderum, vt via ſolis, ſiderum: quae pro exemplis laudat Burm. h. l. *vuidus* eſt ex Medic. *humidus* alii, *vmidus* Romanus. 419 *Denſet* e Medic. Rom. et melioribus Heinſ. conf. Cerda. *Denſat* vulgo. cf. ſup. ad 248. Mox *et* ante *quae* deeſt Lcid. pr. *aut quae* malit Kingius ap. Martinum in app., ſed *et* ſaepiſſime eadem vi. *relaxet* Ven. et Zulich.

citis *pars diuinae mentis et hauſtus aetherii*, vt IV, 219. 220, vbi vide, conf. Cicero de Diuin. I, 49, ſ. 110. 53 pr., *aut rerum prudentia maior fato*, h. quam fatum, hactenus ſcilicet, vt, quid futurum ſit fato, ipſi praeuideant et praeſentiant: Scilicet ſolet iis, qui diuinandi facultatem habent, poteſtas aliqua et imperium in fatum poetica ratione tribui. Neſcio tamen an vsquam illa diuinandi vis habita ſit *maior fato*, quae fata mutare poſſet; quod nec Ioui licebat, qui tantum retardare fatum poterat. Nec habeo, quod alteram rationem reprehendam, quia rerum prudentia maior (quam in hominibus eſſe ſolet) iis ſit *fato*, vt ante, *diuinitus*, a fato data.

417 — 423. Verum, vbi caelum et aer mutatur, et aer humidus modo denſatur, modo rarefit et tenuatur, naturae harum auium mutationem aliquam ſubeunt, et motus diuerſos a prioribus ſentiunt. *Iupiter — denſet*. Tribuitur Ioui, quod nos de Natura pronuntiamus. Is aerem rarum denſat, denſum ac grauem rare-

Digitized by Google

Vertuntur ſpecies animorum, et pectora motus
Nunc alios, alios, dum nubila ventus agebat,
Concipiunt: hinc ille auium concentus in agris,
Et laetae pecudes, et ouantes gutture corui.
Si vero ſolem ad rapidum lunasque, ſequentis
Ordine, reſpicies: numquam te craſtina fallet

420 *pectore* Mentel. pr. cum duodecim aliis Heinſii et Burm., item nonnulli apud Pierium et Martinum et Goth. vterque: ferri et hoc poteſt. 421 *Tunc altos* Gud. 422 *hic ille autum contentus* Medic. a m. pr. *ouium* Ven. *in auris* malit Io. Schrader. Wakef. ad Lucret. V, 1082 interpungit: *hinc ille auium concentus, in agris Et laetae p.* 424 *Sin* Mentel. tert. a m. ſec. *ad ſolem rapidum* tres, *ad rapidum ſolem* Moret. fragm. 425 *reſpicias* Menag. pr. et Seneca Epiſt. 88. *proſpicies* Franc. *proſpictas* Parrhaſ. VII. 427. 428. 429. leguntur ap. Senecam Suaſ. p. 27 Gron.

facit. 420. *Vertuntur ſpecies animorum;* paullo aliter ap. Homer. Odyſſ. σ, 135. 136 nobiliſſimis verſibus: tales hominum mentes, ita homines animo affecti, adeoque laeti ac triſtes, vti ſors cuiusque diei rerumque externarum conditio ferat: Ita enim interpretandi verſus: Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε; at in Marone animorum habitus mutatur ex triſtitia ad laetitiam verſus. 423. *ouantes gutture* h. cantu, laetam vocem edentes.

424 — 437. Ad praeſagia e lunae phaſibus, *lunas* dixit, et iis, quae in ſolis ſpecie apparent, progreditur. Iis enim obſeruatis, ſequentis diei tempeſtatem ac caelum facile praediſci poſſe, etiamſi noctis ſerenitas aliud promittere videatur. In his omnibus ante oculos fuit Aratus, qui copioſus eſt in hoc prognoſticorum genere. 426. Sic Aen. V, 851 *caeli toties deceptus fraude ſereni.* Rem ipſam ſubminiſtrauit Aratus Dioſem. 46 ſq.

Digitized by Google

Hora, neque inſidiis noctis capiere ſerenae.
Luna, reuertentes quum primum conligit ignis,
Si nigrum obſcuro conprenderit aera cornu:
Maxumus agricolis pelagoque parabitur imber.
At, ſi virgineum ſuffuderit ore ruborem:
Ventus erit; vento ſemper rubet aurea Phoebe.
Sin ortu quarto, namque is certiſſimus auctor,

427 *colliget* Goth. ſec. 428 *obſcurae* Medic., ſc. Lunae, quod etiam elegantius haberi poſſit. *comprenditur* Ven. *aera* vetuſtiſſima exemplaria habent, idque repoſuit Nauger. Ald. tert., at priores *aere*, quod Pierius et Catroeus praeferebant; vt eſt in cod. Rottend., minus bene. vid. Burm. et Martin. 429 *agricolae* ed. Cerdae; et mox *virgineo*, ſine libro, vt videtur, ſcripto. 430 *Aut ſi* Medic. a m. pr. et Menag. *ora* fragm. Moreti: ita eſſet: *ſuffundere ruborem* ſub *ora*; nec male hoc ſe haberet, et doctius foret. Coni. Heinſ. *virgineo ſuffuderit ora rubore*; quod vſitatum poetis, ſed hac ipſa de cauſſa ſuſpectum. Nuno *ore* eſt in ore. 432 *ortu in q.* editum video vsque ad Pulmannum conſtanter; retinent tamen et poſt illum Ruaei, Catroei edd., et e codd. Parrhaſ. Bodlei. alter Arundel. Goth. pr., et ſic apud

427—437. Luna renaſcens ſi obſcura fuerit, eſt praeſagium pluuiae; ſi rubicunda, venti. Quarta dies a noua luna ſi puro nitore fulſerit, ſerenitatem per totum menſem portendit. Reſpicit h. l. Plin. XVIII, 79, qui plura appoſuit. Ex multis, quae de luna tradit Aratus, Dioſem. 51 — 55. 69—72. 417 ſq. haec ſelegit poeta; nonnulla quoque v. 432 — 435 aliter eſt interpretatus. Virgilium expreſſit Vegetius de Re milit. V, 11. 427. 428. Nouiluniun, ſi noua luna nigra fuerit; ſi nigro aere nouae lunae cornu fuerit obſcuratum. 429. *agricolis pelagoque*, pro nautis. Ne haereas, cur pelago imber minetur. 431. *vento* h. l. cum ventus futurus eſt. Arat. Dioſem. 52. 53. 432. tertium diem Arat. 51. 52 memorat. Omnino apud eum omnia ſubtiliora ſunt, cum faſtidioſa copia talium prognoſticorum: qua quidem in re, comparatione vtriusque

Digitized by Google

Pura, neque obtuſis per coelum cornibus ibit:
Totus et ille dies, et, qui naſcentur ab illo
Exactum ad menſem, pluuia ventisque carebunt;
Votaque ſeruati ſoluent in litore nautae
Glauco et Panopeae et Inoo Melicertae.
Sol quoque et exoriens, et quum ſe condet in vndas,
Signa dabit; ſolem certiſſima ſigna ſequuntur,

Senecam Suaſor. p. 27. *namque his* Goth. pr. Voſſ. pr. edd. Iunt. et Ald. pr. *hic* Voſſ. 433 *Plena nec obtuſis* Seneca Suaſor. In Einonis Chronico vulgato in Analect. Matthaei Tom. III modo vulgatum, modo *Laxa nec obſcuris* recitari, monuit Burm. *obtunſis* in Romano et multis ſcribitur. *nec* Pierii libri, et Goth. pr. 434 *naſcetur* Rom. Pierii et Regius Martini. *naſcuntur* Longob. Pierii. 435 *carebit* ed. Ven. 436 *ad littora* Romanus. 437 *Panopiae* Medic. *Panopae* ed. Iunt. *Melicerti* Medic. a m. pr. Graece eſſet: Γλαύκῳ καὶ Πανοπείῃ θ' Ἰνοῖ Μελικέρτῃ. 438 *Sol quoque exoriens*, ſine *et*, relicto hiatu, Medic. Moret. pr. Ven. *Sol q. cum e.* ed. Ven. *condit* fragm. Moreti, Gudian. Moret. vnus, Mentel. pr. a m. pr. et praeferam ipſe. *nec quum ſe* Ven. Reg. a m. pr. *cudet* Goth. ſec. *ad vndas* Moreti quart. 439 *ſequuntur* Pierius et Heinſ. e melioribus, *ſequentur* alii.

poetae facta, facile admiraberis Maronis iudicium in dilectu et breuitatis ſtudio. *auctor*, qui pollicetur, vaticinatur, h. l. praeſagit. 436. 437. Secunda erit nauigatio. Iam 437 Parthenii verſum eſſe, ex Gell. XIII, 26, et Macrob. V, 17 nouimus: Γλαύκῳ καὶ Νηρεῖ καὶ (l. Νηρῆϊ καὶ) Ἰνοῖ Μελικέρτῃ ſeu vt Gell. laudat, ſed ex interpolatione, Εἰναλίῳ Μελικέρτῃ. Panope vel *Panopeia* (Πανόπη, Πανόπεια) eſt inter Nereides: Aen. V, 240. *Melicertam* autem eſſe Palaemonem inter deos receptum, Inus f., ſatis conſtat.

438—440. Iam de prognoſticis ex ſole agit, quae ille et ſub ortum et ſub occaſum dat, affert. Ex Arato

Digitized by Google

Et quae mane refert, et quae ſurgentibus aſtris.
Ille vbi naſcentem maculis variauerit ortum,
Conditus in nubem, medioque refugerit orbe:
Suſpecti tibi ſint imbres; namque vrguet ab alto

Emendatiorem lectionem iam Naugerius dederat Ald. tert. *ſequuntur* eſt pro adeſt, ineſt, vt Homericum ἕπεται. 440 *auſtris* Medic. et Rottend. ſec. a m. pr., etiam Erf. a m. pr. 441 *orbem* Parrhaſ. et ed. Veneta Burmanni; cui abblanditur lectio; modo codicum maior eſſet auctoritas, nec recurreret verſu ſequ. *orbe*. Verum etiam paullo ante v. 432 *ortu quarto;* et eſt hoc exquiſitius, vt adeo bene legi et probari poſſit: *medioque refugerit ortu*. Eadem variatio Horat. Carm. IV, 2, 58, vbi vid. Bentlei. 442 *refulgerit* Rottend. ſec., et *refulſerit* Erf. Videtur poſſe referri ad illud phaenomenon, cum ex atris nubibus medius orbis ſolis erumpit, ὁππότε — τὰ δ' αὖ περὶ μέσσα φαείνῃ, h. τὰ μέσσα περιφαείνῃ, *medius ſolis orbis elucęſcat*, ap. Arat. v. 98. At vetat hoc ſententiarum ordo apud Aratum, quem Virgilium retinuiſſe manifeſtum eſt. Et Avien.: *Sed non ora cauo ſimilis medioque recedens Orbe quaſi.* Bergſtraeſſer mutabat: *variauerit orbem — medioque refugerit ortu.* quod Wakef. adeo probauit, vt reciperet in poetae verba. Quod mutare malim, eſt: *medioue*. Alioqui obſcurum eſt, ſintne duo, an trina, an vnum prognoſticum quod memoret. Nam diuerſum hoc ab antec. *maculis variauerit*.

Dioſem. 87 — 89. In ſeqq. variauit nonnulla Virgilius ex eo ducta, aut plura in vnum contraxit. Plura, quae tamen nec omnino inter ſe et cum noſtro conueniunt, alia etiam ad vnum idemque redire videntur, v. apud Plin. XVIII, 35, ſ. 78. 441. Sol oriens ſi maculoſus, (Plin. l. c. ſi nubes *nigrae rubentibus interuenerint.* ποικίλλεσθαι eſt Arato: *varios errare colores* mox dixit v. 452) nubibus obductus, ab exteriore tantum ſui parte conſpicuus et quaſi concauus eſt, imber portenditur. *medio orbe refugere* ſimpliciter accipi poſſet, abdi, e conſpectu ſubduci; nam poetis *medium* parum accurate dicitur; ſed vetat Aratus Dioſem. 96 ἑπότε κοῖλος ἐειδόμενος περιτέλλῃ. Et Plinius: *concauus oriens pluuias praedicit.* Ad reliqua v. Arat. 90. 91. 113.

Digitized by Google

Arboribusque ſatisque Notus pecorique ſiniſter.
Aut vbi ſub lucem denſa inter nubila ſeſe
Diuerſi rumpent radii, aut vbi pallida ſurget
Tithoni croceum linquens Aurora cubile;
Heu, male tum mitis defendet pampinus vuas:
Tam multa in tectis crepitans ſalit horrida grando.
Hoc etiam, emenſo quum iam decedet Olympo,
Profuerit meminiſſe magis: nam ſaepe videmus

445 *At vbi* Rottend. ſec. 446 *rumpent* reduxit Heinſius, vt in aliis locis, pro *erumpent*: quod vulgare eſſet, quodque vulgo legebatur: nec tamen vbique: *rumpent* iam in Egnat. Commelin. occurrit; et habent iſtud omnes meliores etiam Pierii. *rumpunt* Rom., vt et Regius et Ald. tert., ſic conuenit cum *ſurgit*. Mox *ſurget* etiam e melioribus repoſitum; idem iam Egnat. Commelin. et hinc alii. Ceteri, in his Aldd., *ſurgit*. 448 *defendet* Pieriani, item Medic. et alii boni libri. At *defendit* Gudian. a m. ſec. Moret. duo, Leid. pr. Zulich. ed. Ven. Erf. a m. ſec. *defendat* Mediol. *vites* Ven. et Menag. ſec. a m. ſec. *tam* Ven. 449 *Tam* antiquiores. *Quam m.* apud Nonium in *Grando*. *Tum* Mentel. duo, fragm. Moreti cum octo aliis. *Iam* Ven. Leid. alter a m. pr. Geneu. ed., nec displicet Burm. conf. v. 506. 450 *decedit* Medic. et Pieriani nonnulli. conf. ſup. v. 209. *deſcendit* Rottend. alter. *emiſſo* Leid. 451 *Profuerat* ed. Ven. *iam* Toll.

114, et 123—125. *ab alto* ſeu mari ſeu ex aethere. vid. ad v. 324.

445. Si ſub ortum Sol medio orbe obſcurato radios quaqua verſus exterius ſparſerit. Plinius l. c. *Si in exortu longe radios per nubes porriget, et medius erit inanis, pluuiam ſignificabit.* v. Aratus Dioſem. 97—99 et 152. 447. Cum lux oriens erit pallida, grando ingruet. Verſus eſt Homericus Od. ε, 1. In v. 448. 449 ipſa ſtructurae converſione orationem exquiſitam factam vides; et ornate *crepitans ſalit* pro, cadit: cf. Aen. V, 458. 459.

450. Si ſolis orbi praetexuntur nubes variae, nigrae denuntiant imbres, rutilae ventum. *errare* doc-

Ipſius in voltu varios errare colores;
Caeruleus pluuiam denuntiat, igneus Euros.
Sin maculae incipient rutilo inmiſcerier igni:
Omnia tunc pariter vento nimbisque videbis
Feruere: non illa quisquam me nocte per altum
Ire, neque a terra moneat conuellere funem.
At ſi, quum referetque diem, condetque relatum,

453 *Caeruleos* Leid. alter. *Caerulus* Reg. 454 *Si* Romanus. *incipiunt* Medic. Gudian. Leid. pr. a m. pr., it. apud. Pier. aliquot: et, ſi reliqua loca ad idem tempus reuocentur, doctius ita dictum arbitror. *miſcerier* Leid. alter, Franc. Mentel. et Gudian. alter. 455 *cum pariter* Franc. *tum* Rom. 457 *ab terra*, Valer. Probus Art. Grammat. I. *at* Medic. *moueat* idem a m. pr. et ita edidit Catroeus, nec probante Burm. Infrequens quidem, nec tamen inſolens, *moueat conuellere*, permoueat vt ſoluam.

tius quam eſſe. 452-455. ex Arat. Dioſem. 102 — 107. *Sin maculae:* ſin permixtae inter ſe erunt et nigrae et rutilae. Mox 456 *Feruere* elegantius quam, impleri. Si venti et nimbi quaqua verſus feruent, vt vſ. 327 *aequor* dictum *feruere*, de magno motu et agitatione. In illis autem: *non illa quisquam me nocte* etc. ſuauis orationis, inprimis tenuioris, variandae color: ſimilis illis: Georg. II, 315 *Nec tibi tam prudens quisquam perſuadeat auctor Tellurem — mouere.* III, 436 *Ne mihi tum molles ſub dio carpere ſomnos, Neu dorſo nemoris liceat iacuiſſe per herbam.* Sublectus tamen et is Arato: vt in Phaen. 287 Μὴ κείνῳ ἐνὶ μηνὶ περιπλύζοιο θαλάσσης etc., de quo loco iam Longin. ſ. 26 monuit; item 413. 154. 323. Etiam alii: Nicand. Ther. 124. Callim. in Dian. 175. Maneth. V, 202. Quid! quod ſimilis forma in Homero occurrit Odyſſ. μ, 106 de Charybdi: μὴ σύγε κεῖθι τύχοις, ὅτε ῥοιβδήσειεν. Mox *moneat*, hortator, auctor ſit.

458 — 460. Si mane et veſperi ſol purus erit ac ſerenus, certum id ſerenitatis pignus puta; flante aquilone,

Digitized by Google

Lucidus orbis erit: frustra terrebere nimbis,
Et claro siluas cernes aquilone moueri.
Denique, quid vesper serus vehat, vnde serenas
Ventus agat nubes, quid cogitet humidus Auster,
Sol tibi signa dabit: Solem quis dicere falsum

459 *nimbisque* fragm. Moret. 460 *cernis siluas* Goth. sec. 461 *quod serus* Zulich. *ferat* Medic. a m. pr. Romanus et Cantabrig. 462 *agit* Reg. Martin. *vnde serenans Eurus agat* coniiciebat Reiskius, acute, vt esset quod *Austro* responderet; et quia poetam decebat magis, *Eurum* quam *ventum* excitare. Etiam Io. Schrader. coni. *serenus Eurus:* vt opp. *humidus Auster.* Enimvero, *vnde* Eurus veniat, ignorari nequit; sed, vnde ventus venturus sit, quo nubes dispellantur, hoc dubitari potest. *quid cogitet* accipiebat Reiskius, quasi, coagitet et compellat; vti *agat* sit quasi abigat. Locum declarauit Spencius Polymet. XIII, p. 203. *quid cogat et* edd. Aldd. pr. et sec. cum Iunt. ex *cogit et* pro cogitet, vt saepe erratum. v. Burm. *qui cogitat* Moret. quart. Kingius in app. edit. Martin. *τὸ cogitet* non ferendum esse putabat; itaque malebat *cogat et* aut *concitet.* Hoc est, minus poeticum praeferre alteri, quod poeticae rationi est consentaneum. 463 *dedit* Moret. pr.

qui serenat caelum. *Si et occidit Sol pridie serenus et oritur, tanto certior fides serenitatis.* Plin. l. c. Aratus Diosem. 93 — 95. 126—129. 158. 159.

461—463. Verbo, ex sole praesagia omnino petimus certissima, quae circa vesperam caeli facies, serena an nubila, futura sit; a qua caeli parte ventus dispellens nubes an adducens pluuias venturus sit. 462. *quid cogitet Auster,* praeclare, vento in personam mutato; vt ap. Horat. *quodcunque minabitur Eurus;* et: cum amnis *saeuit horrendamque cultis diluuiem meditatur agris.* Expressit tamen et ars ventos: inque his Austrum, facie truculenta, minaci, supercilioſa (v. ap. Stuartum *Antiquities of Athens* c. III in turri octogona Andronici Cyrrhestae et cf. Spencium Polymet. Dial. XIII, 13). 463. Hinc color ductus Manil. II, 134. 135 *Quod Fortuna ratum faciat, quis dicere falsum*

Digitized by Google

Audeat? ille etiam caecos inſtare tumultus
Saepe monet, fraudemque et operta tumeſcere bella.
Ille etiam exſtincto miſeratus Caeſare Romam;
Quum caput obſcura nitidum ferrugine texit,

465 *aperta* Bedlei. 467 *Tum* fragm. Moret. et edd. Aldd. pr. ac ſec. Reg. Martin. *tinxit* ſcripſit Wakef. vt cum *ferrugine* magis conueniat; vt Ouid. Met. IV, 404.

Audeat, et tantae ſuffragia vincere ſortis! Noſter *falſum* pro fallenti dixit.

464. Ingenioſus transitus ad emblema carminis, ſeu episodium, non inelegans, quamquam ad noſtra tempora minus accommodatum; quo poeta et illud effecit, vt varietate aliqua diſtingueretur argumenti tenor, et eſſet, vbi ingenium poetae ſe iactare poſſet. *Caecos tumultus* dixit bellicos ex occulto natos; eosdem mox *fraudes* et inſidias coniurantium, et *operta bella* explicat. Noſtrum ante oculos habuit Manil. I, 893 *Quin et bella canunt ignes ſubitosque tumultus, Et clandeſtinis ſurgentia fraudibus arma. tumeſcere* vero elegantius quam oriri, ſurgere; trahuntur enim attributa maris ac procellarum ad bellorum motus. Sic *fluctus, aeſtus.* Sic et οἴδειν. Ruhnkenius ad Vellei. II, 15, p. 115 ab arborum et plantarum gemmis ducere malebat.

466. Prodigia poſt Iulii Caeſaris caedem, quae eadem pro praeſagiis belli civilis ſubſequentis habebantur, etiam hiſtoricis ſatis ſunt celebrata, a poetis inprimis tractata: Ouid. Met. XV, 782 ſq. Tibull. II, 5, 71 ſq., vbi v. Obſſ. Ex hiſtoricis inpr. Dio XLV, 17. Inter ea fuit ſolis non tam defectus, proprie ita dictus, quam per totum annum pallor. vid. Dio l. c. Plutarch. in Iul. Caeſ. p. 740. Plin. II, 30. Dio XL, 17. Tib II. l. c. 75. 76. De cauſſis huius prodigii a multis disputatum eſt, et nuper ſatis ſubtiliter a Liberto Faſſono in diſſ. Virgilii nouae edit. ab Ambrogio curatae praemiſſa; petuntur eae a maculis ſolis

Inpiaque aeternam timuerunt ſaecula noctem.
Tempore quamquam illo tellus quoque, et aequora ponti,
Obſcenique canes, inportunaeque volucres,
Signa dabant. Quoties Cyclopum efferuere in agros
Vidimus vndantem ruptis fornacibus Aetnam,
Flammarumque globos liquefactaque voluere ſaxa!

470 *Obſcenaeque canes* Medic. ſolus. v. Burm., *Obſcenique amnes* Ven. 472 *Aetnan* Moret. pr.

inſolitis. Probabilior, noſtrorum quoque temporum experientia, eſt opinio, obſcuratum caelum nebula illa, ferruginea modo, modo rubente, noſtris hominibus *Heerrauch (Höhrauch)* dicta: v. Opuſc. Vol. III, no. XI. Primas lineas huius prodigia enarrandi moris duxit Apollon. IV, 1284. Etiam ſui conſulatus prodigia copioſe expoſuit carmine Cic. de Diu. I, 11. Ad noſtri poetae morem alii bellorum grauiorumque calamitatum praeſagia commemorarunt; belli quidem ciuilis Lucan. I, 525 ſq. Petron. c. 122. *ferrugo* poetica oratione pro caligine. *impia ſaecula* homines iſtius aeui, quo *impium* facinus in Caeſarem commiſſum erat. *ſaecula* Lucretiano more dixit, vbi *ſaecla ferarum* et alia. Praeclare ſolem obſcuratum per *caput velatum* praemoerore propter inſtantes calamitates declarat.

470. Oblata tamen ſunt prodigia omnis generis illo tempore. *Obſceni* canes, ominoſi, mala portendentes, vt *importunae volucres*, odioſae, moleſtae, mali ominis cantu. 471. Igitur aliquoties Aetna illo anno ignibus arſerat. Eſſet hactenus reperta cauſſa caliginis totius anni. Aeſtuantis Aetnae exploſi ignes verbis a tempeſtate maris petitis deſcribuntur. Omnino *vndae* flammis tribuuntur. Exempla dat Cerda. *liquefacta*

Digitized by Google

Armorum ſonitum toto Germania coelo
Audiit; inſolitis tremuerunt motibus Alpes.
Vox quoque per lucos volgo exaudita ſilentis
Ingens; et ſimulacra modis pallentia miris
Viſa ſub obſcurum noctis; pecudesque loquutae;
Infandum! ſiſtunt amnes, terraeque dehiſcunt;
Et maeſtum inlacrimat templis ebur, aeraque ſudant.

474 *ſonitus* Menag. ſec. Goth. ſec. et Schol. Iuuenal. Sat. XI, 111. inferre vult *tonitrum* Wakef. ad Lucret. II, 48. *ſonitum ex toto* Venet. *ſonitu* Goth. pr. 475 *timuerunt* Moret. pr. et Zulich. *montibus* Medic. a m. pr. cum aliis, etiam Romanus a m. ſec. Probat et reponit *montibus* Wakef. modo appoſuiſſet, quid ſint *inſoliti montes?* 476 *eſt audita* Reg. ap. Martin. 479 *omnes* Menag. pr. 480 *lacrimat* Pierii Oblongus.

ſaxa, quia maſſa tum liqueſcens mox lapideſcit. Eſt quae vulgo *Lava* appellatur: cf. Aen. III, 576, et Carm. Aetna.

474. Arma in caelo viſa ſaepe narrata ſunt; nunc a Rheno. Videtur ei ſuperſtitioni *aurora borealis* originem dediſſe. Alpes ſaepe tremuiſſe Plinius notauit lib. II, ſect. 82; mirum, hoc prodigium nunc raro nuntiari: ſaepius de Apenninis. An forte veteres glaciei perennis ruinas et percuſſum inde ſolum et aerem pro terrae motu habuere?

477. *ſimulacra* mirum in modum *pallentia* e Lucret. I, 124 ſunt defunctorum vmbrae. conf. Cerda. Mentibus hominum magno imminentis calamitatis metu percuſſis ſpectra obiecta eſſe in locis ſolis, non inſolens res eſt. Mox 478 intell. *boves voeales*. vid. Tibull. II, 5, 78. Tum *ſiſtunt amnes* ſe, conſiſtunt. Ad rem refer Horat. Carm. I, 2, 13 ſqq. *Vidimus flauum Tiberim* — inde miraculo aucto ad fontem recurrunt amnes: cauſſa adiecta eſt in *terrae dehiſcunt*, ſcil. motu ac ruina ſoli, qua obſeptus fluuii curſus eſt. 480. *ebur aeraque*, ſunt ſigna ex ebore et aere; ea *illacrimari* crede-

Digitized by Google

Proluit insano contorquens vertice siluas
Fluuiorum rex Eridanus, camposque per omnis
Cum stabulis armenta tulit. Nec tempore eodem
Tristibus aut extis fibrae adparere minaces,
Aut puteis manare cruor cessauit; et altae
Per noctem resonare, lupis vlulantibus, vrbes.
Non alias coelo ceciderunt plura sereno
Fulgura; nec diri toties arsere cometae.

481 *Prorsit* Schol. Cruqu. Horat. Carm. IV, 4. vid. Burm. *vertice* alii. vid. eund. 482 Pronuntiandum *Flujorum*. facit hoc ad grauitatem versus. 483 *armenta trahit* Moret. sec. Zulich. edd. Ven. et Mediol. cum Regio Martini et Erf., quod sollenne. vid. Burm. 484 *haud* ed. Mediol. *minacis* Gud. *minantes* alter Rottend. 485 *Haut p.* ed. Mediol. *Nec p.* Lutat. ad Stat. Theb. IV, 374. *Aut putris* Franc. *altae* Heins. e Medic. et al. codd. et edd., h. magnae, proprio altis locis positae, tum altis aedibus, murisque, instructae; tandem simpliciter magnae. Miro modo vir doctus, Wakef. ad Lucret. VI, 580 epitheton eo spectare contendit, quod intra *aedes altas*, vt intra *altas cauernas*, sonus augetur. Obtinuerat hoc edd. inde ab Aldo vulgatas: obsedit inde Batauas edd. *alte* initio a Pulmannianis facto. Cuninghamius emendarat *alta*, vt Horat. Sat. I, 6, 43 *magna sonabit*. Reiskius coniectabat: *altam* sc. noctem. 486 *Per noctes* Leid. sec. 487 *sinistro* Gud. a m. sec.

bantur, forte dum tepido sudabant humore per tempus pluuium collecto. Adeo in re alioqui satis obuia occaecati metu animi trepidabant.

481. De arte poetae vid. Scalig. Poetic. V, 14, p. 278. Vt ira, rabies, sic furor et *insania* incitato flumini tribuitur. Locum ante oculos habuit Lucan. I, 408 sqq. Padi autem eluuies incredibiles saepe agrorum hominumque strages fecisse narrata est. 485. Ad prodigia haec cf. disputata in Opusc. Vol. III, Prolus. XI et XIV. 487. *Sereno tonuit*. Huc refer Horat. Carm. I, 2, 3. 4. 488. v. Cicero de N. D. II, 5, §. 14.

Digitized by Google

Ergo inter ſeſe paribus concurrere telis
Romanas acies iterum videre Philippi; 490

489. Haec prodigia inſequutum eſſe ait bellum civile, praelio ad Philippos, Macedoniae adiectae, olim Thraciae, vrbem commiſſo, et Bruti Caſſiique nece nobilitatum. Poetica ratione Philippos dicit vidiſſe Romanas acies *concurrere*, et quidem *iterum concurrere*, Romanos alterum praelium, poſt illud in priore bello civili ad Pharſalum habitum, inter ſe feciſſe. *Nec diis fuit*, viſum eſt, *indignum*, iniquum, pro, iis placuit, in eodem Macedoniae regno, latius accepto, bis ſtragem Romanorum fieri. *Emathia* Macedoniae eſt pars, ad quam proprie nec Pharſalus nec Philippi referri poſſunt; ſed poetae latius eo nomine etiam pro Theſſalia vtuntur. *Haemus* mons eſt Thraciae, cui poetica ratione vrbs Philippi ſubiacere dici poteſt. Lucan. I, 675 *latosque Haemi ſub rupe Philippos*. IX, 271 *Emathios Philippos* dixit. Magna pars Thraciae olim Macedonibus paruit. Satis nobis declaraſſe videmur loci ſententiam. Ad virorum doctorum contentiones deſcendere non poſſumus, quae maxime errori debentur, quod τὸ *iterum* cum *videre* iungebant, non *iterum concurrere*. Inſerta eſt nuperae Romanae editioni etiam hoc de loco viri docti disputatio; et alia Holdsworthi (in *Diſſ. upon Virgil* p. 375 ſqq.), qui binos Philippos fuiſſe cum obſeruaſſet, alteram vrbem ad Strymonem, alteram non longe a Pharſalo Theſſaliae circa Thebas Phthiae, vtramque a poeta reſpici putabat; mira prorſus ambiguitate, et luſu tanto poeta indigno. In Virgilio tamen nemo haerebit, qui interpretationem recte inſtituerit. Manilius, qui hunc locum in extrema libri primi parte ante oculos habuit, eandem poeticam rationem amplexus paullo licentius extulit: *Ciuiles etiam motus cognataque bella Significant* (cometae ſiue alia meteora), *nec plura alias incendia mundus Suſtinuit, quam cum ducibus iurata cruentis Arma Philippeos imple-*

Digitized by Google

Nec fuit indignum ſuperis, bis ſanguine noſtro
Emathiam et latos Haemi pingueſcere campos.

491 *Non* Moret. ſec. Parrhaſ. Markland. ad Stat. Silu. III, 68 cum interrogatione legendum eſſe contendit: *Nec fuit indignum, Superi, bis.* Et ſic ed. Mediol. Bene vtique et hoc. Vulgata tamen nec minus bene. Itaque nullus emendationi locus. conf. Burm. *ſuperbis* Goth. pr. 492 *laetos* Reg. Martin. cum nonnullis edd.

runt agmine campos. Vix etiam ſicca miles Romanus arena Oſſa virum laceroſque prius ſuperadſtitit artus. Licuit poetae, quamquam paullo craſſius, in eodem loco praelium factum dicere, quod in illis regionibus, in eo regno aut plaga, factum. Vt adeo ne tum quidem vitioſe dictum videri debeat, ſi Philippis ipſis dicat iterum concurriſſe Romanas acies. Quid? quod contendi poteſt, veteres, cum haec Virgiliana carmina legerent, ſententias non aliter conſtituiſſe? Ex imitatione Ouidii iudices. Is Met. XV, 823. 824 de Caeſaris vltione: *Pharſalia ſentiet illum, Emathiaque* iterum *madefacti caede Philippi.* Et Lucanus, qui lib. VII ſub f. totum hunc locum expreſſit, *Theſſalia infelix!* v. 853 *Ante nouae venient acies, ſcelerique ſecundo Praeſtabis nondum ſiccos hoc ſanguine campos.* Et tandem Petronius cap. 121 (de Bello Ciu. 110, *Cerno equidem gemina iam ſtratos morte Philippos.* Noli tamen propterea cum viris doctis exiſtimare, veteres Pharſaliam cum Philippis confudiſſe. Latius *Emathiam, Theſſaliam, Haemum, Philippos* et *Pharſalum* in poetis, qui de his praeliis agunt, dici, ac ſi ad eandem regionem omnia illa referenda ſint, ex comparatione dictorum obuia res eſt. 489. *paribus telis,* cum vtrinque a Romanis pugnaretur. Hinc Lucan. I, 7 *infeſtisque obuia ſignis Signa, pares aquilas, et pila minantia pilis.* Et Valer. Fl. VI, 404 *Romanas veluti ſaeuiſſima cum legiones Tiſiphone regesque mouet: quorum agmina pilis, Quorum aquilis vtrinque micant.* 491. 492. Decreuere dii, fatale fuit, bis

Scilicet et tempus veniet, quum finibus illis
Agricola, incuruo terram molitus aratro,
Exesa inueniet scabra robigine pila,
Aut grauibus rastris galeas pulsabit inanis,
Grandiaque effossis mirabitur ossa sepulcris.

493 *tempus veniet et illis finibus, quum* iungebat interpretatione Reiskius. Alius forte simili acumine iungat *Scilicet et, tempus veniet quum, f.* Magis accommodatum esset, iungere: *Nec fuit indignum — pingueſcere campos, Scilicet, et veniet tempus.* Aut cum. Wakefield: *pingueſcere campos Scilicet. Et t.* 494 *terra* ed. Iunt. *terrae* Venetus. 495 *inueniat* Rottend. sec. a m. pr.

caedes Romanorum in finibus Macedoniae fieri.

493. Expressit et haec loco sup. laudato, Manil. I, 908. 909. Natum phantasma ex vulgari: ossibus caesorum Romanorum agros constratos esse. 494. A Lucret. V, 932 *ferro molirier arua.* 496. *inanes* non otiosum galearum epitheton: cum *pulsabit* adiunctum sit; alias *cauas* et ab effectu *sonantes* dicunt. Locus a multis expressus, inprimis Claudiano XXI (de Laud. Stilic. I), 134 — 137. 497. *Grandia ossa* ad communem de vastis priscorum hominum et heroum corporibus opinionem praeclare dixit; cf. Aen. XII, 899. 900. Cum in istis praeliis fortissimi homines cecidissent, posteritas, quae corrupto huic et decrepito saeculo successura est, eodem modo horum ossa mirabitur, vt nos priscorum hominum. Debuit autem hoc, iam Maronis temporibus, saepe contingere, vt terra eruta aratores in magna ossa fossilia inciderent: quae, cum belluarum ex priscis telluris ruinis essent, ad priscos tamen homines ac gigantes referrentur. Debuere quoque, post tanta Italiae bella, saepe agris motis in loca pugnarum factarum incidere homines et ossa cum armis permixta reperire: quod miramur nostris aetatibus, post tam numerosa praelia et caedes factas, rarius fieri, vt arma Romana terris effossis reperiantur.

Digitized by Google

Di patrii Indigetes, et Romule, Veſtaque mater,
Quae Tuſcum Tiberim et Romana Palatia ſeruas,
Hunc ſaltem euerſo iuuenem ſuccurrere ſaeclo 500

498 *Di patrii, Indigetes*, diſtingui poteſt. v. Not. *Indigenae* ed. Ven. *Di patriae* Heinſius maluiſſe fertur. 499 *Qui* fragm. Moret. Voſſ. *et* abeſt a Veneto. 500 *Huic* Goth. ſec. a m. ſec. *euerſo* Mentel. pr. a m. pr. *iuuenem euerſo* Venetus.

498. *Dii patrii* et *Indigetes* ab aliis pro iisdem, ab aliis pro diuerſis habentur. vid. Cerdam, Ruaeum, Martinum et Theſaur. L. L. Nec mirum hoc, pro varia nominum rerumque acceptione. Itaque in hoc otium conſumere nolim. A poetis minus ſeuera diligentia in his requiritur. Pro iisdem habet etiam Spencius, et Iouem, Iunonem, ac Mineruam deſignari putat Polymet. p. 315. Poſſunt tamen ex poetae animo diſtinguenda videri numina, ſi Ouid. locum Met. XV, 861 ſq., qui inde expreſſus eſt, reſpicias. *Dii Indigetes* ſunt ἐγχώριοι. Ex iis Aeneas erat: vid. Liu. I, 2 extr. Tibull. II, 5, 46. Aen. XII, 794. Idem Aeneas *deos patrios* ſeu *Penates* a Troia in Latium aduexerat. 500. *iuuenem*, vt Ecl. I, 43, Romani ſermonis noto vſu appellat Octauianum Caeſarem, tum circa XXVII annum agentem. *Saeclo* (vt v. 468) *euerſo* dixit, quod in proſa, *rebus perditis ſuccurrere*: vt *euerſum imperium* pro labefactato, ad interitum ruente. v. Duck. ad Liu. XXX, 16, 6. Ceterum nonnulla in ſequentibus ſunt, quae forte Romanis magis probari potuerunt, a nobis excuſari forte ſatis eſt; etſi declarare videntur, iam tum poetae animo inſediſſe Aeneidis argumentum, vt a Troianis rebus fata Romanorum apta et nexa faceret. *Laomedontis* certe *periuria* nimis longe petita videri poſſunt; nec ſententiarum admodum commodus et naturalis ordo et iunctura eſſe. Verum de Romanorum ſenſu quaerendum erat, non de noſtro. Scilicet magna aliqua calamitas non niſi deorum iris immitti poteſt: exarſere illae magno aliquo ſcelere ac piaculo commiſſo. Ita bella ciuilia referuntur ad maiorum magnum ali-

Digitized by Google

Ne prohibete! Satis iam pridem ſanguine noſtro
Laomedonteae luimus periuria Troiae.
Iam pridem nobis coeli te regia, Caeſar,

501 *Nec* Ven. *nam pridem* ed. Ven. 502 *Laumedonteae* Voſſ. pr. Parrhaſ., e vitio ſaeculi. v. Burmann. 503 *coeli nobis*

quod ἄγος: ab Horatio ad parricidium Romuli Epod. VII, 17, a Virgilio ad Troianorum, qui gentis Romanae auctores fuere, facinora. Iam porro: bellorum ciuilium ſcelera nouum ſunt ἄγος, nouum piaculum, quo obſtricti homines deorum iras in ſe prouocant; inde calamitates easdem iras et nouas portendunt prodigia; quae procuranda ſunt et τὸ ἄγος expiandum. Verum reatus ille ſolui nequit niſi certis ritibus et ſacris piacularibus, non niſi ab homine puro ac ſancto aut a deo aliquo curandis; hic erat Octauianus Caeſar, qui idem remp. vnus reſtituere poterat. Hoc idem perſequutus eſt Horat. I Carm. 2. Iam his notionibus imbutum animum ſi habueris, facile expedies ſingula: Permittite, dii, vt Caeſar remp. reſtituat et belli ciuilis ſcelera expiet. Satis malorum experti ſumus: 501. 502. Ne nobis eum eripite, tamquam vnum illum, qui culpam noſtram expiare poteſt; etſi aeui huius tantae ſunt e bellis ciuilibus corruptelae, vt dei alicuius praeſentiam vix ferant. Haec omnia ſplendide ornauit et amplificauit.

502. De Laomedonte nota narratio, qui Apollinem ac Neptunum mercede pro muris Troiae exſtruendis pacta fraudauerat. Horat. III, 3, 21 *ex quo deſtituit deos mercede pacta Laomedon mihi caſtaeque damnatum Mineruae cum populo et duce fraudulento.* Poteſt tamen ac debet *Laomedontea* Troia ſimpliciter pro epitheto haberi, et *periuria Troiae* latius ad omnia ἄγη et facinora Troianorum, eoque ipſo ad fata ac mala inde nata, referri, quae in Romanos, eorum poſteros, redundarunt. Adeo inſederat hominum animis illud iudicium: numinis iras non niſi poenis ſcelerum placari poſſe, et, ſi ſcelerum auctores eas effugerint, expeti has a nepotibus. 503. Retrahen-

Digitized by Google

Inuidet, atque hominum queritur curare triumphos:
Quippe vbi fas verſum atque neſas; tot bella per orbem,
Tam multae ſcelerum facies; non vllus aratro
Dignus honos; ſqualent abductis arua colonis,
Et curuae rigidum falces conflantur in enſem;
Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum;

Romanus. 505 *verſumque* Franc. 506 *Iam multae* Reg. Goth. pr. *Tum multae* Moret. quart. *non nullus* Menag. pr. *nullus aratro Ceſſit honor* Seru. ad Aen. IV, 103 citat vitioſe. 507 *adductis* Rottend. alter. 508 *curuantur in enſem* Franc. *formantur* Nonius Marcell. in *rigidus*, et Seruius ad Aen. XII, 304. *Flare* tamen et *conflare* ſollennius de ferro, aere, cudendo,

dum eſt ad v. 500: vnus eſt Caeſar, qui remp. labefactam reſtituere et mala tollere, deorum iras placare poteſt; at hic, ipſe diis par et mox deus futurus, verendum eſt, ne ab hac ſcelerum contage ſubductus nobis eripiatur: Fere vt Horat. I Carm. 2, 45, qui totus locus inde a v. 25 pro aemulatione huius loci Maroniani haberi poteſt.

505 — 511. Ad annum ab V. C. 717 M. Agrippa et L. Gallo Coſſ. haec ſpectant; aut, quod melius fiet, ad apparatum pugnae Actiacae per ſequentes annos ſunt referenda, conf. Vita Virgilii ad hos annos. Anno illo 717 multis prodigiis turbati erant animi, dum inter Triumuiros parum firma fides, et paullo poſt graues inimicitiae; inter Caeſarem et Sext. Pompeium bellum recrudeſcebat; Antonius cum exercitu aduerſus Parthos iam dudum Syriae infeſtos ibat; ab Agrippa, qui Rhenum transierat, in Galliis bellum modo confectum erat. Haec omnia in vnum conferre potuit poeta, vt grauior eſſet ſententia. Si de apparatu belli Actiaci hac Georgicorum parte agi cum Martino exiſtimare malis; v. 509 latiori ſenſu erit accipiendus de extremis imperii finibus, vnde copiae contrahebantur ab Antonio et Caeſare.

505. *vbi* h. l. apud quos. *fas neſasque verſum*, confuſum. 506. *Nouum ſcelerum prouentum* dixit Lucan. II, 60. 507. *Dignus honos*,

Digitized by Google

Vicinae ruptis inter ſe legibus vrbes
Arma ferunt; ſaeuit toto Mars inpius orbe:
Vt, quum carceribus ſeſe effudere, quadrigae
Addunt in ſpatia, et, fruſtra retinacula tendens,

dum liqueſcit. 510 *Vicinae inter ſe ruptis iam legibus* duo Moret. et Menag. pr., nec non Cantabrig. — 511 *Arma fremunt* Wakef. eleganter! Nec tamen quae eleganter dicuntur, nulla alia re vrgente, poetae poſſunt obtrudi. Etiam Aen. IX, 133 *gentes arma ferunt Italae.* XII, 586 *arma ferunt alii. tota Mars improbus vrbe* duo Mſſ. apud Seru. ad Eclog. IV, 13. *vna vrbe* vnus ap. eund. ib. *ſecum* aberratum Goth. pr. 513 *Addunt in ſpatia* Burmannus reuocauit, cum Heinſ. *in ſpatio* praetuliſſet. *Addunt in ſpatia* erat lectio Aldd. et ex his profectarum; *Addunt ſe in ſpatia* Egnat. Commel. Steph. Pulm., et ex his vulgatae;

ſatis magnus. 510. De diſſidiis ciuilibus accipe. *ruptis legibus*, pactionibus mutuis. Aen. VIII, 540 *poſcant acies et foedera rumpant.* adeoque pace rupta.

512. A Circo ſumta comparatio tumultuantis orbis; ſemel emiſſi currus cum tanto impetu ruunt, vt ab auriga retineri nequeant. *Spatia* hic de ſeptem ſpatiis ſeu gyris accipiunt, quibus in circo decurſus finiebatur. Nec tamen hoc neceſſe. *Spatia* pro ſpatio h. ipſo loco, quo decurritur, et de decurſu aeque bene dicuntur, vt Ge. II, penult. III, 203. Aen. V, 316. *Addunt* quadrigae *in ſpatia*; difficultatem habent, quam vix ita tolli poſſe cenſeo, vt omnes in ſoluendi modum conueniamus: nullus enim eſt, in quo non aliquid aſperitatis relinquatur ab inſolenti vſu *τοῦ addere.* ſubintelligitur a doctiſſimis interpretibus inde a Seruio *curſum*, h. intendunt, in ipſis ſpatiis currendi ſumunt vires; in quo tamen durum, omitti *curſum. Addere ſpatia ſpatiis* eſſet alium poſt alium decurſum facere, aliud poſt aliud ſpatium currere; at h. l. non hoc, ſed *impetus* currentium et feruor *auctus* a poeta reſpicitur, qui maior maiorque et maximus eſſe ſolet ſub decurſus finem. *In ſpatia*, h. in decurſum, iam aliqua ex parte factum, debet *addi* non aliud ac nouum ſpatium, ſed aliud quid, quod adhuc quaerimus. Seruius, *in proceſſu equorum* curſus *augetur.*

Digitized by Google

ita et multi codd., etiam Arundel. et vterque Gothanus; et ſic legitur in edd. Quinctil. Inſt. Or. VIII, 3, 78. At multi codd. *ſe* omittunt, vt Heinſ. et Pierius de ſuo Mediceo, Romano, atque aliis teſtantur; quatuor alii a Burmanno, inter quos Regius, quinque a Martino et in ed. Cuningh., e qua et ipſa exulat *ſe*, edd. 1474 et 1476 laudantur. Pro hac lectione militat Silius XVI, 372 *In ſpatia addebant*, vbi tamen vetuſtae membranae *in ſpatio* habent, quod etiam Drackenb. vulgauit. Iam in noſtro loco Medic. et Gud. habent ſcriptum *Addunt ſpatio;* niſi quod in Medic. *in* et *a* ſupra ſunt adſcripta. Ita etiam in Mſſ. nonnullis ap. Quinctil. VIII, 3, 78 legitur. Erat itaque pertenuis auctoritas, qua Heinſ. nixus *Addunt ſe in ſpatio* reponebat; grauior alterius lectionis *Addunt in ſpatia:* vt *ſe* ſuppleatur ex antec., vt Aen. I, 440 *Infert ſe — miſcetque viris.* Vel vt abſolute ponatur *Addunt*, vt ſit in aliis, pro *Addunt ſe*. Haec forte melius expediunt rem, quam quae cumulata ſunt ab Heinſio. Nam de eo nemo dubitet, ſi adiunctum eſſet *curſum*, expeditam rem eſſe: *Addunt curſum in ſpatia;* vt *addere gradum* et ſimilia; item *corripere ſpatium*. Sic quoque, vtrum *in ſpatia* an *in ſpatio* legas, parum refert; nec inde res conficitur, quod ap. Lucret. VI, 300 eſt: *Igneſcat tamen in ſpatio longoque meatu*. De ceteris vid. Not. Schrader. in ſchedis coni. *quadrigae, Ardent, in ſpatia et fr.*

Pomponius: „addunt in ſpatia, id eſt, in ipſo ſpatio currendi *ſumunt vires.*“ *Addere* eſſe poſſe augere, recte ponitur; ſed quaeritur res, quam quadrigae addunt, augent. Accipiebam *addere* pro addere ſe; h. concitare ſe, concitato curſu ferri. *Dare ſe in fugam* etiam in pedeſtri oratione frequentamus; ſimilia vid. Georg. IV, 528. Aen. XII, 633. *addere ſe* pro ſimplici dare ſe, immittere ſe, ruere in decurſum, cum impetu ferri *in ſpatia*, in decurſum, nullo ſeptem ſpatiorum reſpectu, ſed omnino in decurſum, habet analogiam. Scilicet *addere* ſe vulgari vſu eſt, adiungere ſe, accedere. Vt Ecl. VI *Addit ſe ſociam timidisque ſuperuenit Aegle*. Aen. IX, 149 *Addunt ſe protinus omnes Etruſci ſocios*. Inde, ſi idem ſit cum impetu, irruere, *inſtare*, ἐπέχειν vt Od. τ, 71. *Addere* pro mittere, immittere, iniicere dictum eſſe, etiam b. Gesnero probari video ad Quinctil. VIII, 3, 78 et confirmari a Burm. ad e. l., quamquam graeca ibi minus bene laudari puto.

Digitized by Google

Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

Teucris addita Iuno pro infeſta, in eos concitata et exaſperata Aen. VI, 90 hinc illuſtrari poteſt. Ita *addunt*, inſtant. Expreſſit noſtrum Silius XVI, 372 *Iamque fere medium euecti certamine campum In ſpatia addebant.* Gratius Cyneg. 227 *incumbere ſpatiis* (πρὸς-κεῖσθαι τῷ δρόμῳ) eo ſenſu dixiſſe videtur; et Homer. Iliad. ψ, 375 ἵπποις τάθη δρόμος. Poſt omnia haec fateor tamen, ad facilitatem Virgilianam nondum orationem videri eſſe adductam. 514. Nota figura *currum*, h. equos, *non audire habenas* dicit, qui regi non poſſunt. Horat. Ep. I, 15, 13 *equi frenato eſt auris in ore.* Pindarus ἅρματα πεισιχάλινα dixit Pyth. II, 21.

Digitized by Google

EXCVRSVS I.

De aratro Virgiliano.

Georg. I, 169 ſqq. *Continuo in ſiluis magna vi flexa domatur In burim et curui formam accipit vlmus aratri: Huic a ſtirpe pedes temo protentus in octo; Binae aures duplici aptantur dentalia dorſo. Caeditur et tilia ante iugo leuis altaque fagus, Stiuaque, quae currus a tergo torqueat imos.*

Expoſui locum quantum potui pro ſermonis ratione; etſi rei agrariae peritia non ſatis inſtructus. Admodum itaque laetabar, cum poſt illa a me ſcripta viderem virum doctum, rei agrariae peritum, eumque perſpicaciſſimum, *de aratro veterum* accurate agere *(Betrachtungen teutſchen Patrioten heilig* III Band 1780, p. 283 ſqq.); repetiit eadem fere in *Actis Acad. Elect. Mogunt.* 1779, p. 125 ſqq. Proponam ex eo, quae ad Virgilium ſpectant,

Digitized by Google

acute vtique et ingenioſe disputata. De ceteris diſpiciet bonus Heſiodi editor, ſi quis eius carmini aliquando obtigerit.

Primo verſus: *Caeditur et tilia ante iugo leuis, altaque fagus Stiuae, quae currus a tergo torqueat imos:* e Martini iudicio conſtituit; eosque bono ſenſu carere pronuntiat, niſi *curſus* emendetur cum viro docto apud Martinum. Enimuero ſic Maro latine dicere non potuit: quod ſenſus quemque ſuus docere poteſt, ſi ſermonis vſum habeat. At *currum* pro *aratro rotis inſtructo* dicere per poetici ſermonis indolem et vſum licuit; eum, h. e. aratrum, regit, *a tergo torquet* arator; *imi currus* epitheto ornante dicti ſunt non minus poetice, quatenus vomere alte impreſſo inferior aratri pars deſuper ab eo, qui ſtiuam moderatur, flectitur ac regitur; Exit itaque, modo genium poetici ſermonis teneas, e Virgiliana lectione ſententia eadem, quam viri docti inferre volunt per lectionem corruptam. Negat vir doctus aratrum rotis inſtructum iam tum innotuiſſe. Atqui notum illud fuiſſe hic ipſe locus docere debebat. Quod a Catone et Varrone illud non commemoratum eſt, pro argumento idoneo eſſe nequit: cum neuter id agat, vt inſtrumentorum ruſticorum formam curioſe deſcribat. Fac vero vtrumque id egiſſe, quod non egit: potuit ſecundum illos, Virgilii aetate, in agro Mantuano, aliud vſu haberi; Innotuere poſt arma a Iulio Caeſare in Gallias illata alia quoque a Gallis inuenta; vt certa vehiculorum genera, carrucae et ſic porro; coli coepit in Alpibus ſecale (Plin. XVIII, 16, 4) Romanis ignotum. Occurrunt alia in Virgilio Italiae ſuperioris agris propria ac ſingularia. Plinii verba lib. XVIII, 48 a me laudata omnem facile dubitationem tollerent, ſi lectio in eo eſſet minus incerta. *Dentalia*, h. e. dentale, ἔλυμα, bene vir doctus, quem laudaui, docet accipiendum eſſe de vomeris parte anteriore *(Pflugkopf)*, in acumen acta: hoc dentale *duplici*

Digitized by Google

esse *dorso*, h. e. binis cruribus in formam litterae V *(Sohlhölzern)* aptatum; *binas aures* tandem, tabellas a Varrone I, 29, 2 memoratas, vomeri additas *(das Streichbret und Molterbret)*, et vtrique cruri ita impactas, vt impresso in solum vomere terra prosciſſa vtrinque accumulata in sulcos attollatur. *Buris* est temo, ἰστροβοεύς; scil. proprie pars eius infima, vt iam Salmas. in Solin. p. 576 docuit. Inspicienda et cognoscenda sunt reliqua; etiam de aratro Hesiodeo; nisi quod malim eum simpliciter appositisse, qualem eius formam ac speciem apud animum effingeret, nec de epochis mutationum inter Aegyptios, Graecos, et Romanos tam multa esse ariolatum, quae ad liquidum perduci nequeunt. Quod enim nostro tempore fieri videmus, non minus olim locum habuit, vt in diuersis populis ac regionibus seu more maiorum seu soli natura aliaue necessitate vrgente diuersa esset aratri forma, retinereturque deterior multis in locis, cum in aliis dudum inuenta et frequentata esset melior et elaboratior. Euoluat, cui talia curae sunt, Paullum Lucam *Voyages* Tom. I, p. 182. Norden *Voyage en Egypte* Tom. I, pl. 56. add. Goguet *Orig. des Loix* T. I, p. 184 sqq. Sunt antiquae artis opera, in quibus aratrum visitur: vix tamen notionem accuratam inde consequi licet: Comes de *Caylus Recueil d' Antiquités* Tom. V, pl. 82. Museum Etruscum Tom. I, tab. extr. Spon. Miscell. p. 308. IX. Winckelm. *Monum. ined.* p. 105. Gemmae aratrum, obscure tamen, referentes sunt Mus. Flor. Tom. II, tab. 42. Gorlaei Dactylioth. Tom. II, n. 231. Aratrum, quod in Hesiodi edd. ex ant. codd. exhibetur, et in Montfauc. Palaeogr. gr. p. 9 repetitum est, serioris seu commenti seu vsus esse patet; nam ab Hesiodo adscriptum nemo dixerit. Formam aratri, quo nunc Mantuani ac Veneti agricolae vtuntur, vna cum alio exquisitioris structurae, Martyn exprimi curauit ad p. 48. Verum neutra forma cum Virgilianis verbis satis conuenit. Videbatur sibi Anglus, A. I. *des Carrieres (a Dissertation on Virgil's description of*

Digitized by Google

the ancient Roman Plough 1788.) veram aratri Virgiliani formam reperiſſe in pondere Romano. Verum qui inſpexerit, ſtatim deprehendet mirum errorem, eſt enim as Romanus cum prora ratis, quam ille pro aratro habuit. (Innotuit mihi inter eos, qui ab eo inde tempore de his egere, *Adamus Dikſon Husbandry of the Ancients Edimb.* 1788. c. XVIII, p. 375 ſqq. qui omnino ad carmen Georgicorum conſuli poteſt. Verum ille, etſi verborum interpres parum idoneus, ipſas res illuſtrat, praeceptorumque veritatem et vtilitatem explorat; atqui haec ad interpretis poetae prouinciam haud ſpectant. Non ſine fructu inſpexeris ad h. l. Voſſii V. C. Commentar. in Georgica.)

Digitized by Google

EXCVRSVS II*

Ad locum de prognoſticis ſerenae tempeſtatis ex pluuiali.

Georg. I, 393. *Nec minus ex imbri ſoles et aperta ſerena Proſpicere, et certis poteris cognoſcere ſignis. Nam neque tum ſtellis acies obtuſa videtur; Nec fratris radiis obnoxia ſurgere Luna; Tenuia nec lanae per caelum vellera ferri; Non tepidum ad ſolem pennas in littore pandunt Dilectae Thetidi alcyones; non ore ſolutos Immundi meminere ſues iactare maniplos: At nebulae magis ima petunt* etc. Haeſi in his interpretandis et me in iis haerere ingenue ſum profeſſus. Spectare enim ad boni interpretis et critici officia, cenſeo, ea loca, quae non ſatis aſſequitur, non intacta relinquere, aliisque fraudem facere, quaſi ſenſus per ſe ſit ſatis apertus, ſed lectorem de iis diligentius etiam, quam de aliis, monere. Inſpectis aliis interpretibus, nec aliud quid, quam quod ipſe tenueram, afferri, difficultates autem interpretationis multos ne ſenſiſſe quidem vidi. Senſerat eam forte is qui apud Gellium VII, 17 de notione vocis *obnoxius* h. l. quaerebat. Scilicet ſumitur, quod primo ſtatim adſpectu occurrit: inde a 395 praeſagia ſerenitatis memorari. Atqui ea, quae memorantur, non conueniunt huic conſilio, immo vero repugnant. Senſus enim vſſ. 395—400 hic eſſe perhibetur: ſtellarum et lunae clara ac pura lux eſt: (quae tamen ſententia grammatice ex verbis erui nequit, vt ſtatim videbimus) *non* nubeculae lanis ſimiles per caelum feruntur (atqui hae adeſſe deberent, quippe quae ſunt ſereni caeli nuntii) *non* alcyones alas ad ſolem expandunt (atqui, ſi hoc inter praeſagia ſerenitatis eſt, alas debebant expandere, cum caeli ſerenitas inſtet) *non* ſues iactant frugum manipulos (an vero per omne tempus pluuium id faciunt ſues, nec niſi ſereno caelo hoc facere omittunt?) Haec tam parum inter ſe conueniunt, vt

Digitized by Google

vix aſſequaris, quomodo poeta tam acutus iungere ea inter ſe potuerit. De poſterioribus nihil vidi monitum; haeſit disputatio tantum in prioribus, *Nam neque tum ſtellis acies obtuſa videtur:* quod poteſt bene ita accipi: aciem ſtellarum nunc non amplius videri eſſe obtuſam; adeoque eam eſſe claram, et ſtellas eniteſcere; id quod ſit dispulſis nubibus et caeli ſerenitate reducta. At enim alter verſus: *nec fratris radiis obnoxia ſurgere Luna,* nullo modo nec grammatice, nec ſenſus paritate conuenit. Antiqua iunctura tradita eſt a Seruio, vt repetatur *obtuſa.* Ita erit: *nec Luna, fratris radiis obnoxia,* quae lucem mutuatur a ſole, *videtur ſurgere obtuſa:* contra vero videtur oriri clara. Recte. At enim primo *videtur* alio modo nunc accipitur quam ſuperiore verſu, vbi erat pro *cernitur,* nunc autem eſt δοκεῖ, et alio modo conſtruitur, cum in finito; Si tamen miſſum id facias, grammatice non poteſt *obtuſa* repeti ſic nude; anteceſſerat: *neque videtur acies ſtellis obtuſa,* debet adeo ſequi: *neque videtur acies obtuſa Lunae,* caſu tertio; *τῇ Σελήνῃ;* non autem: *nec Luna videtur* „ſurgere obtuſa.“

Aggreſſus eram cum viris doctis locum interpretatione altera: *et Luna videtur ſurgere* (cernitur ſurgens) *oriri, non obnoxia fratris radiis,* ſoli; quaſi eſſet: ita vt non ſit obnoxia, non videatur eſſe obnoxia; vt ſenſus eſſet: luna tam clara et pura luce oritur, lucet, vt non ſoli debere lucem, ſed propria luce lucere videatur. At quae tandem argutiae hae ſunt! an luna clariorem lucem habitura eſſet, ſi propria luce luceret? vnde hoc ſuſpicari licet? an non a ſole lucem foeneratur ſatis claram ac puram, modo iuſtum tempus redierit? Venerat in mentem, ſententias melius ſibi conſtare, ſi vſ. 396. pro *Nec fratris,* legeretur *Et* adſcita altera lectione meliore *videri,* hoc modo: *Nam neque tum ſtellis acies obtuſa videri, Et fratris radiis obnoxia ſurgere Luna:* infinitiuo hiſtorico, vt ſit: nam *et* ſtellarum acies tum,

Digitized by Google

ſi ſerenitas redditur, cernitur *non* obtuſa, *Et* ſurgit, oritur, in conſpectum venit, Luna, quae ex natura ſua eſt obnoxia fratris radiis. Lapſus in disiunctiuis ſimilis obſeruatus eſt et aliis in locis, et legitur quoque *Et fratris* apud Schol. Statii Theb. X, 146.

Placebam mihi in his. Mox tamen vidi reliqua, quae ſequuntur, non magis ſic eſſe appoſita et accommodata ſenſui poetae. Negantur enim ea, quae ſerenitatis prognoſtica eſſe debebant: *Tenuia nec — Non tepidum. Non ore f.* Ita tandem perſpexi a toto poetae conſilio aberrari per iſtam interpretationem; et latere fraudem in eo, quod animaduerſum haud erat, poetam primo rem declarare negatiue, dum docet, abeſſe ea, quae inſtantem tempeſtatem nuntiare poſſint et ſoleant; tum vſ. 401 ſubiicit ea, quae vere iis tum ſucceſſerint: *At nebulae magis ima petunt.* Quod et Plinius habet XVIII, ſ. 83 *nebulae e montibus deſcendentes, aut caelo cadentes, vel in vallibus ſidentes, ſerenitatem promittunt.*

Itaque in vſſ. 395 — 400 negatiue poeta exponit ſententiam ſuam, et ſucceſſuram caeli ſerenitatem ominatur primo ex abſentia eorum, quae imbres impendentes et tempus pluuioſum denuntiare poſſint. Sunt autem haec iſta: *ſtellarum acies obtuſa, luna latens, nubes tanquam gregales,* (ἀγεληδὸν) *per aërem actae, alcyones ex ſenſu inſtantis pluuiae expandentes alas, ſues eruentes frugum manipulos.* Omnia haec nunc non cerni ait, nunc abeſſe. Contra vero vſ. 401 *nubes deſcendunt in terras, aere tenuato, et demittunt ſe in valles,* et ſic porro. Nunc enim affirmatiue praeſagia ſerenitatis inſtantis enumerat. Sententiarum veritas in his eluceſcit, et totam loci interpretationem nunc in Notis ſic refinxi.

Ita vero verſus, ad quem omnis bona interpretatio offendebat, verum ſuum ſenſum facile recuperat: *nec fratris radiis obnoxia ſurgere Luna;* vere enim ſenſus eſt, et eſſe debet: nec Luna lucet. Enimuero, quomodo hoc cum ceteris conueniat, tandem ex loco Arati aſſe-

Digitized by Google

quutus ſum, quem poeta expreſſit: Scilicet Aratus Dioſem. 281 ſq. ingruentis tempeſtatis ſignum apponit hoc: quando ſtellae obſcurantur, *nulla apparente cauſſa*, nec nubibus obductis, nec caligine alia, *nec luna ſubeunte*, quae ſcilicet luce ſua ob curare eas poſſet; itaque et in Marone: *ſtellarum lux non eſt obtuſa, nec tamen luna oritur, lucet, quae luce ſua eas obſcurare poſſit.* In his nihil eſt, quod nos moretur. Apponam verſus Arati:

ἦμος δ' ἀστερόεν καθαρὸν Φάος ἀμβλύνηται,
οὐδέ ποθεν νεφέλαι πεπιεσμέναι ἀντιόωσιν,
οὐδέ ποθεν ζόφος ἄλλος ὑποτρέχῃ οὐδὲ σελήνη,
ἀλλὰ τάγ' ἐξαπίνης αὔτως ἀμενηνὰ φέρωνται·
μηκέτι τοι τόδε σῆμα γαληναίης ἐπικείσθω,
ἀλλ' ἐπὶ χεῖμα δόκευε —

„Cum autem, ait Aratus, ſtellarum clarus fulgor hebetatur *(ſtellis acies obtuſa videtur)* neque tamen alicunde nubes coactae iis ſe praetexant, *neque aliunde* caligo alia *ſubeat, neque luna;* ſed aſtra extemplo nulla de cauſſa languida ferantur: non amplius tibi hoc ſignum ſerenitatis habeatur, ſed expecta tempeſtatem." (ἀστερόθεν eſt vera lectio; non οὐρανόθεν. ἐπικείσθω poteſt a calculo ductum eſſe, vt ἐπιτιθέναι apponere in numero, annumerare; niſi fuit ὑποκείσθω, *ne habetor*) Clarius rem exponit Schol. vetus: ὅταν ἴδῃς ἐν καθαρῷ ἀέρι αἰφνιδίως ἀμβλυνομένους ἀστέρας, μήτε νέφους, μήτε ἄλλης τινὸς ἀχλύος ἐπισκιαζούσης, „μήτε σελήνης ἐπιπροσθούσης" χειμῶνα προσδόκα. δηλοῖ δὲ, ὅτι ἡμῖν ἀνεπαίσθητος ὁ ἀὴρ παχυμερὴς γινόμενος τοῦτο ποιεῖ. γίνεται δὲ τοῦτο αὐχμοῦ ἐπιπροσθοῦντος τοῖς ἄστροις, καὶ τὸ λαμπρὸν αὐτῶν ἀμβλύνοντος, τὸ οὖν „οὐδὲ σελήνη" προσέθηκεν, ἐπειδὴ ἡ σελήνη σκέπει τῷ ἰδίῳ φωτὶ καὶ ἀμαυροῖ τοὺς ἀστέρας. — Ita, puto, omnis difficultas eſt ſublata, omnis caligo dispulſa. Reſpicit hunc ipſum locum, *luna* tamen haud memorata, Plin. XVIII, 35 ſ. 80 *Quum repente ſtellarum fulgor obſcuratur, et id neque nubilo, neque caligine: pluuia aut graues denuntiantur tempeſtates.* Ceterum infinitiuum *videri* pro vera lectione me habere iam profeſſus ſum.

Digitized by Google

P. VIRGILII MARONIS
GEORGICON
LIBER SECVNDVS

ARGVMENTVM

Propoſitio cum inuocatione Bacchi 1 — 8. *De* arborum *inprimisque vitium et olearum* cultura *acturus, primo loco varios arborum prouentus, alios a natura alios ab arte profectos, exponit. Aliae itaque arbores ſponte naſcuntur* — 21; *aliae arte parantur: et quidem* ramuliſione — 23, *infoſſione* 24. 25, *propagine* 26. 27, *ſurculo* 28. 29, *conciſione* 30, 31, *inſitione* 32. 33. 34. *Nunc edocturus, ſtudium eſſe adhibendum et ſuam cuique arbori pro generis et ſoli natura culturam: Maecenatis propitiam voluntatem implorat* — 46. *Ar-*

Digitized by Google

bores, quae ſponte proueniunt, cultu emendari poſſunt — 56; *quae ſatu naſcuntur, feliciora habent incrementa transplantatione, et aliis artificialis culturae generibus* — 72; *inprimis inoculatione et inſitione proprie dicta* — 82. *Deligendae quoque arborum eiusdem generis ſpecies praeſtantiores* — 108. *Caelum porro cuiusque arboris naturae idoneum eſt circumſpiciendum; nam magna in hoc eſt varietas* — 135; *et ſic aditum ſibi parat ad laudes Italiae, omnium rerum prouentu feliciſſimae* — 176; *tandem ſoli natura eſt exploranda, cui prouentus generi illa conueniat* — 225; *ſubiiciuntur criteria ſoli cognoſcendi et iudicandi* — 258; *et viae ac rationes ſoli tractandi et naturae eius emendandae, adeoque ipſa cultura cum omnino arborum, tum inprimis vitium. Scilicet primo docentur quae in plantatione obſeruanda ſint* — 314; *etiam de tempore plantationis faciendae* — 345; *de cura poſt illam adhibenda, inque hac de putatione* (362—370) *et de auertendis iis, quae nocere poſſunt nouellis arboribus* (371—379); *cumque in his caper ſit, excurrit in morem mactandi hirci in Bacchi ſacro* — 396. *In vitibus tamen inprimis adſidua eſt cura per totum annum adhibenda* — 419. *Minus operoſa eſt olearum cultura* — 425, *et pomorum* — 428, *exigua aut omnino nulla ſatiuarum arborum* — 457. *Inde excurſus in laudes vitae ruſticae, pars carminis feliciſſima* — *ad fin.*

Digitized by Google

Huc pater o Lenaee! — spumat
plenis vindemia labris. Ge. II, 6.

Hactenus aruorum cultus et ſidera coeli;
Nunc te, Bacche, canam, nec non ſilueſtria tecum
Virgulta, et prolem tarde creſcentis oliuae.

1 Deerat hic verſus in Zulich., ſcilicet vt ſaepe primi verſus, a chryſographis ſupplendi. A Gesnero in Theſauro LL. voc. *hactenus* inter loca, quibus illud aduerbium temporis eſſe interdum videri poſſit, affertur hic verſus et ſubiicitur: „Sed primus verſus

1. Reſpicit ad lib. I, v. 1. Poetae exordio vtitur Columella III, 1. 2. 3. Nunc arborum curam exponam. Arbores memorat, vt poeta, *vites*, *virgulta*, h. e. arbores ſilueſtres, et *oleas*. *Silveſtria* dubito an ex vulgari vſu dictum ſit. *ſilua* poetis omnino pro arboribus dicitur: vt ſaepe hoc libro, v. c. 181 *ſilua viuacis oliuae*: videtur adeo *ſilueſtris* epitheton ornans eſſe, et *Virgulta ſilueſtria* nil niſi ſilvae, h. arbores omnis generis. 3. Oleae e ſemine naſciturae tardiſſima eſſe incre-

Digitized by Google

Huc, pater o Lenaee; tuis hic omnia plena
Muneribus; tibi pampineo grauidus auctumno
Floret ager, ſpumat plenis vindemia labris;
Huc, pater o Lenaee, veni; nudataque muſto
Tingue nouo mecum dereptis crura cothurnis.

abeſt plane in MS." Verum codex ille Zulichem. in Virgilio tantae auctoritatis non eſt. Tum vero in vtraque lingua aduerbia loci et temporis inter ſe permutantur. Ergo et h. l. *Hactenus* et *Nunc* proprie poſita ſunt de loco: verum temporis notio ei ipſi ſubeſt. 4 *Nunc p.* vnus Mead., vt et v. 7. *tuis haec o.* a Cerda editum. *ſunt* in vnum Arundel. ex gloſſa migrauit, vt et in Voſſ. apud Burm. 8 *dereptis* ab Heinſio bene emendatum. *direptis* vulgo.

menta, iam olim Heſiodo auctore creditum in loco qui nunc cum aliis pluribus ex opere τῶν ἔργων excidit. Plin. XV, 1 Heſiodus — *negauit oleae ſatorem fructum ex ea percepiſſe quenquam; tam tarda tunc res erat.* conf. Varro R. R. I, 41, 6. δυςάυξὴς dicta Theophraſto; hinc propagare eas, quam ſerere, maluit aetas poſterior: conf. 31; eadem tamen propter hoc ipſum e naturae lege firma ac *viuax*, inf. 181.

4. Splendida inuocatio! — *hic*, in iis, quae dicentur a me, in argumento carminis mei. *tibi*, pro per te, Graecorum poetarum vſu; beneficio tuo. *florere* eſt hic, laetum eſſe, plenum eſſe. *auctumnus pampineus* eſt prouentus auctumni e vinea, vindemialis, ὀπώρα. Eadem tandem notione paullo poſt *vindemia*. *labra*, (Tibullo I, 1, 10 *lacus*,) ſunt vaſa ad recipiendum muſtum apta. 7. Suaviſſima imago Bacchi vuas calcantis vna cum poeta, dum auxilium ſibi a deo ferendum in carmine de vinearum cultura expetit. conf. elegans Epigr. Maecii in Analect. Brunck. Tom. II, pag. 239, XI. *Cothurnatus* exhibitus fere olim Bacchus: quod etiam e ſignis aliisque monumentis conſtat. Calcare pedibus vuas etiamnum in Italia ſollenne. Confer amoeniſſimam vindemiae deſcriptionem, a Satyris ha-

Digitized by Google

Principio arboribus varia eſt natura creandis:
Namque aliae, nullis hominum cogentibus, ipſae
Sponte ſua veniunt, camposque et flumina late
Curua tenent: vt molle ſiler, lentaeque geneſtae,

10 *Atque aliae* Goth. pr. 11 *que* abeſt a Zulich. 12 *et molle* Franc. *laetaeque* Mentel. pr. a m. pr. *geneſtae* ſcripturam

bitae, apud Nemeſian. Ecl. III, 40 ſqq. Fauni ſuper lacu ſtantes exhibiti ſunt ex anaglypho a Com. Caylus (*Recueil d'Antiq.* T. V, tab. 72. cf. *Pitture di Ercolano* T. I, tab. 35).

9—21. Arbores procreantur aut natura aut arte. *Arboribus creandis*, h. e. arborum creandarum, *natura*, ratio, *eſt varia*; et quidem naturalis ratio triplex, *aut* vt ſponte *veniant*, h. proveniant (ſup. I, 54), *aut* ſemine, *aut* ab radice: Plin. XVI, 32, ſ. 58. Conf. Theophr. Hiſt. Plant. II, 1. quem, et Varronem I, 39, 3, expreſſit Virgilius. item Columella de Arborib. pr., qui ad h. l. reſpicit. add. Pontedera Antiqq. Gr. Lat. Epiſt. XII, et Gesner. ad Varron. l. l. Ceterum in iis, quae ſequuntur, ornandis quanta poetae ars ſit, facile ſentiri poteſt, ſi ad nudam pedeſtris orationis narrationem ea redegeris.

11. *Sponte ſua.* Parum ſubtiliter veteres ea, *quae ſponte naſcuntur*, αὐτομάτως, diſtinxere ab iis, *quae ſemine naſcuntur*: cum tamen nec iſta ſine ſemine proueniant. Voluere ſcilicet declarare id genus plantarum et arborum, quod primigenium dixeris, quod in loco, quem occupat colonus, iam natum repererat: quemadmodum vulgus herbas malas et inutiles ſponte ſolo naſci dicit: ſemen, vnde illae gignuntur, vento et aere allatum ac proiectum humique conditum, non in oculos incurrit, adeoque ſine ſemine naſci illae putantur. Iam ſup. Ge. I, 22 *nouas non vllo ſemine fruges* dixerat. Nec aliter Theophraſtus, Varro, Plin. l. c. 12. 13. *Siler* ſalicis ſorte genus; nec enim ſatis

Digitized by Google

Populus, et glauca canentia fronde ſalicta.
Pars autem poſito ſurgunt de ſemine: vt altae

in ſcriptis plerisque inuenit Heinſius. Vulgo *geniſtae*, quod tamen etiam in Medic. et Rom. occurrit. Sic quoque variat in Gratio, Calpurnio et al. 14 *ſurgant* Ven. *ſurgunt poſito* Zulich.

notus frutex eſt. vid. ad Plin. XVI, ſ. 35. *Geneſta* fruticis viminei genus (conf. inf. 434. v. Martin.); hinc *lenta*, flexilis, vt *lenta vitis* Ge. I, 265. *Salicta* pro ſalice, cuius natura pulcre expreſſa: γλαυκόχροα.

14. Vti illae arbores *nullo*, debebant dicere, caeco et occulto, ſemine naſcuntur, ſic nunc alterum genus, etſi et ipſum ſine hominum opera, *ſemine* tamen, quod de arbore in terram fluxit et inſinuauit ſe ſolo, naſcitur. *ſurgunt*, naſcuntur, *poſito de ſemine*, h. ex ſemine proueniunt, quod decidit: vt caſtanea et ilex, ſi nux, glans, deciderit et ab humo recepta fuerit. Plin. XVII, 10 *Ac pleraque ex his ipſa natura docuit, et inprimis ſemen ſerere, quum decidens exceptumque terra viueſceret. Sed quaedam non aliter proueniunt; vt caſtaneae, iuglandes.* Ex iis, quae dicta ſunt, intelliges alienas eſſe a poetae mente argutias, vt *ſponte venire* dicantur arbores ſemine non proiecto, ſed temere cadente; *poſito de ſemine*, opera et induſtria hominum in terram ſparſo aut defixo. Ita Burmannus et Kingius apud Martinum disputant: accommodate vtique ad phylices praecepta, de quibus tamen ſecuri veteres agricolae fuiſſe videntur, cum adeo e philoſophis multos eum errorem erraſſe ſatis conſtet. Scilicet h. l. naturales modi nunc enarrantur; de ſatione artificiali mox agetur. Iterum poeta ſponte natas et ex ſemine quod deciderat *(ſeminibus iactis)* diſtinguit inf. 47. 57. Ceterum *ſemina* ſi apud poetam, etiam apud alios, audieris, latius illa, nec modo de granis, verum et de nucibus, nucleis, baccis, interdum de radicibus, plantis, ſtolonibus, et quouis propa-

Digitized by Google

Caſtaneae, nemorumque Ioui quae maxuma frondet
Aeſculus, atque habitae Graiis oracula quercus.
Pullulat ab radice aliis denſiſſima ſilua:
Vt ceraſis vlmisque; etiam Parnaſia laurus
Parua ſub ingenti matris ſe ſubiicit vmbra.

15 *frondent* legebat Reiskius, vt ſint, nemora quae omnium frondent maxima, ſcil. aeſculus et quercus. Nec male ſic locus conſtitutus eſſet: *Caſtaneae, nemorumque Ioui quae maxuma frondent, Aeſculus atque — quercus.* 16 *Eſculus* alii. Damnat ſcripturam Heinſ. *atque alte* Erf. forte pro, altae. *Grais* in multis ſcribitur. 17 *a radice* Ven. et Moret. quart. vide lib. I, 20. 18 *et tam* Gudian. cum aliis.

gandi genere, interdum de omni principio, vnde aliquid gignitur, cogitandum eſt. Ita *caſtanearum ſemina* ſunt nuces. Simili modo *ferere* de omni procreandi modo adhibetur. Sane haec loquendi improprietas interdum obſcuritatem facit. De *caſtaneis* v. Columella IV, cap. extr. cf. Plin. XVII, 10, ſ. 10, et primario loco 20, ſ. 34. 15. *Aeſculus*, arbos glandifera e quercuum genere, admodum procera, conf. inf. v. 291—297. Ioui ſacra. Dicta ea *maxima arborum:* accipe pro: in nemoribus. Sic Graeci caſu ſecundo vti ſolent: ὑψηλοτάτῃ ἀλσέων pro ἐν ἄλσεσι dicerent. *quercus habitae oracula*, h. pro ſede oraculi Dodonaei. v. Homer. Odyſſ. ξ, 327. 328, quamquam modus edendae ſortis diuerſe traditus eſt.

17. *Viuiradices* vocant; quamquam id nomen latius patet, et ſtolones ac truncos etiam deſignat, quos transferas in aliam terram. *Subiicit ſe*, adoleſcit, creſcit. Supra Ecl. X, 74 *Quantum vere nouo viridis ſe ſubiicit alnus.* Locum expreſſit Claudian. X, 244 ſqq. Docte autem variata oratio pro: aliae ἀπὸ παρασπάδος, radice infixa ſolo, gignuntur, vt ceraſus, vlmus et laurus.

Digitized by Google

Hos Natura modos primum dedit; his genus omne
Siluarum fruticumque viret nemorumque sacrorum.
Sunt alii, quos ipse via sibi reperit vsus.
Hic plantas tenero abscidens de corpore matrum

21 *virent* Goth. pr. 22 *Sunt alii quos* etiam Medic. a pr. manu, sed a sec. *altae quas;* vt ex Fogginio colligas. Eo tendit emendatio Scaligeri: *Sunt aliae, quas ipse vias sibi repperit vsus;* et Heinsius etiam argutius: *Sunt altae quas ipse viae s.* Kingius ap. Martin. app. emendabat: *Sunt alii* (modi) *queis ipse viam sibi. Sunt alii quos ipse viam* Venetus et Pierii Longob., quod Pierio et Heinsio venusta videbatur appositione dictum. *Sunt aliis* Mentel. sec. a m. pr. *Sunt alii quos ipsa via* in Gudiano vidi a m. pr. Sed bene vulgatam defendebat Burmannus. conf. Burmannus Sec. ad Anthol. Lat. pag. 527. 23 *Hic plantas teneras abscindens corpore m.* vnus Arundel. *abscidens* reposuit

20. 21. Hi sunt modi naturales.

22—34. Sunt alii modi arborum creandarum artificiales, h. quos vsus ipse sibi reperit, *via*, id est arte, ratione, industria et experientia, vt centies *via* apud nostrum et alios. Colum. X, 338 *salutis Ipsa nouas artes varia experientia rerum Et labor ostendit miseris vsusque magister Tradidit agricolis.* conf. inf. IV, 315. 316. I, 133, et praeclarus Lucretii locus, qui Maroni praeluxit lib. V, 1360 sqq. Sunt autem modi hi: *auulsione, infossione, propagatione, surculo, concisione, insitione.* cf. Plin. XVII, 10, s. 9. Omnia, quae sequuntur, cum ex eodem Plinio et aliis, tum inprimis ex Theophrasto de Caussis Plant. lib. I et Hist. Plant. lib. II egregie illustrari possunt, vt iam in multis fecere Vrsinus ac Cerda. Ad rem tenendum hoc, pluribus modis eandem arborem gigni posse; ne putes singulis arboribus vnum tandem modum conuenire; est tamen alia alii ratio vtilior.

23. Alius auellens *stolones* e radice (vid. v. 17) fossis (sic *sulous* inf. 289) seu

Depoſuit ſulcis; hic ſtirpes obruit aruo,
Quadrifidasque ſudes et acuto robore vallos;
Siluarumque aliae preſſos propaginis arcus
Exſpectant, et viua ſua plantaria terra;
Nil radicis egent aliae; ſummumque putator
Haud dubitat terrae referens mandare cacumen.

Heinſ. codicum aliquot auctoritate. *abſcindens* vulgo ſcribitur; ita tamen et Medic. Omnino ex hac varietate nihil inferre licet, cum perpetua ſint librariorum ludibria in *abſciſus*, *abſciſſus*, et ſic in ſimilibus. *tenerum* Goth. pr. At tenerior arboris pars eſt eadem illa, qua ſtolo propullulat. 26 *alii* Leid. 26. 27 *flexos propaginis arcus Nexae ſpectant* codices quidam apud Seruium ad Aen. IV, 231. (Steph. edit. *Nec ſe*) 28 *putatum* fragm. Moret.

ſcrobibus mandat. vid. Plin. XVII, 10, ſ. 13. Idem: *Omnia*, inquit, *celerius adoleſcunt ſtolonibus ablatis, vnamque in ſtirpem redactis alimentis*, ibid. 13, ſ. 20. Ita *auulſione* arbores proueniunt.

24. Alius modus eſt, quo quis *truncos*, ſeu vaſtiores ramos ac taleas in pali modum, aut quadripartito ſiſſas, cum radicibus, *in terram infodit*. cf. Plin. XVII, 17, ſ. 27. Colum. cum alibi, tum V, 9, 3. Quo prodigium ſpectat, quod aliquando haſta cornea in terram defixa in arborem excreuit.

26. 27. Tertius modus ſit *propagine*. Vt aliae, inquit, arbores proueniant, incuruatas in terram ſcrobe facto demittere neceſſe eſt, et *in terra ſua*, h. ea, in qua mater creuit, plantare. Non quidem neſcio poſt Seruium, Cerdam quartum aliquem modum *transpoſitionis* ex verbis: *et viua ſua plantaria terra*, inferre. Tum ſaltem legendum foret: *aut* viua. Plin. XVII, 20, ſ. 34 *ſunt et propagines* caſtanearum — *Sed translata neſcit hoſpitari pauetque nouitatem*. cf. Colum. IV, 33, 4.

28. 29. Eſt hoc ſationis genus, cum ex ſumma arbore reſciſſa virga ſeu *talea*, tamquam *ſurculus*, ſcrobe facto in humum defigitur. 29. *referens*, quia, notante

Digitized by Google

Quin et caudicibus ſectis (mirabile dictu)
Truditur e ſicco radix oleagina ligno.
Et ſaepe alterius ramos inpune videmus
Vertere in alterius; mutatamque inſita mala
Ferre pirum, et prunis lapidoſa rubeſcere corna.

31 *ex ſicto* volebat Pontedera Antiqq. p. 153 et in Script. R. R. p. 1297, antique pro *ſecto*. At v. Not. 32 *At ſaepe* Menag. et Zulich. 33 *mutata* tres. *Vertere in alterius naturam, atque inſita* coniiciebat Heinſius. Inf. 50 tamen haec — *ſcrobibus mandet mutata* eodem modo dicta ſunt.

Reiskio, iam ante illinc enatum fuerat. Niſi omnino ornate dictum putandum: *referens mandat* pro ſimplici *mandat*. Nam fert, defert, *refert* illud *cacumen*, taleam, in illum locum.

30. 31. Nonnullae arbores, et inter has inprimis olea, ita procreantur, *vt caudex* ſeu ſtipes, reſecta radice et abſciſſis ramis, idemque diſſectus ac fiſſus, *terrae infodiatur*. Ita ex ipſo ſtipite radix truditur, quae terrae ſe affigat. *Caudex ſectus* per ſe ſimpliciter eſſe poſſet, reſectus et abſciſſus; ſed obtemperandum eſt viris peritis, praeeunte iam Seruio et Cerda, caudicem ſeu truncum ſcindi in plures partes, diffindi ac concidi, ita vt ex medulla noua arbor procreetur. *e ſicco ligno*, quia truncus reſciſſus eſt. Plin. XVII, ſ. 9. inter genera ſationis arborum: *et confecto arboris trunco*. Plura in omnem hanc rem ſunt ap. Plin. XVII, ſ. 27. 28. 29. Laudatus iam eſt a Cerda Theophr. Hiſt. Plant. II, 1. et 7. Ab illo altero modo ſup. 24. 25 memorato hic ita differt, vt infoſſio fiat truncis cum radicibus; quintus hic modus, reſectis radicibus.

32. 33. 34. De *inſitione* agit. Tamquam poeta, mala et corna memorat, fructus pro arbore. Quod ſtructuram verborum attinet, ambiguum eſt, pirusne ex inſitione ferat mala et prunus corna, an inuerſe cornus pruna. Cum recte monitum

Digitized by Google

Quare agite o, proprios generatim discite cultus,
Agricolae, fructusque feros mollite colendo;
Neu segnes iaceant terrae. Iuuat Ismara Baccho
Conserere, atque olea magnum vestire Taburnum,
Tuque ades, inceptumque vna decurre laborem,

35 o abest a Medic. 36 *cultusque feros* laudant Schol. Horat. Cruqu. Sat. II, 2, 66 et Macrob. Sat. VI, 6, vbi etiam *mollire*, male. 37 *Ne* Menag. Miror neminem tentare: *iuuet!* multo magis, si cum Reiskio exquisitiorem sensum inferas: *decreui canere, quomodo vinum, quale fert Thracia, et oleum, cuius ferax est Taburnus, colatur.* τὰ Ἴσμαρα (ὄρη) etiam Propert. III, 10, 25 de Vlysse: *Ciconum mons, Ismara.* 38 *Tiburnum* Goth. pr. 39 *inceptum vna* Franc. *discurre* alter Rottend.

sit, corna Aen. III, 649 *victum infelicem dare* dici, posterius videtur amplectendum esse. Ex insitione cornus fert pruna rubentia, vt pirus mala.

35. Discite, qui per singula genera, cuique generi, cultus proprius sit. 36. E Lucret. V, 1367 *Inde aliam atque aliam culturam dulcis agelli Tentabant, fructusque feros mansuescere terra Cernebant indulgendo blandeque colendo.* 37. *Ismarus*, mons Thraciae, vitibus, et *Taburnus*, mons Samnii, oliuis nobilis, quamquam vterque alioquin asper et horridus. Laudat Burmann. Intpp. Gratii Cyneg. 509, vbi: *Caudini saxa Taburni. Ismarum* vrbem Homerus memorauit et vinum a Marone Vlyssi datum: Odyss. *ι*, 197. Inde vrbs in propinquo Maronea et vinum Maroneum clarum habent nomen. Montem Ismarium e nostro Auson. Mosella 159 nominat, vbi de vino agit. Pertinent autem hi versus adhuc ad adhortationem agricolarum, vt arboribus idoneis in locis colendis operam dent.

39—46. Proposito quasi argumento libri ad eius pertractationem Maecenatem inuocat; commodiore loco,

Digitized by Google

O decus, o famae merito pars maxuma noſtrae,
Maecenas, pelagoque volans da vela patenti.
Non ego cuncta meis amplecti verſibus opto;
Non, mihi ſi linguae centum ſint, oraque centum,
Ferrea vox; ades, et primi lege litoris oram.

40 *O patriae* Moreti ſec. a m. pr. *O deus* et *pars maxima noſtri* in codd. aliquot Pierii et a m. ſec. Erf. 41 *volens* Leid., quod Burm. verum eſſe putat, atque etiam, vt nunc video, Reiskius, et recepit Wakef. conf. Heinſ ad Aen. V, 219. Ouid. Met. II, 128, probabo et ipſe, ſi codices acceſſerint. Nunc tamen video nec alterum ineptum eſſe. Poetis nec minus ſollenne eſt *volare* de nauibus. Scilicet, ſi hic *volens* communis lectio fuiſſet, tum aliquis *volans* elegante coniectura emendaſſet. Ita enim fere mos virorum doctorum ferre ſolet. *petenti* Goth. pr. 42 *opto* non eſt tentandum; quidni dicat ſe ne cupere quidem hoc, quod nec ſibi propoſuit. 43 *oraue* Zulich. 43. 44. Repetuntur Aen. VI, 625. 626. *Aenea vox* inutili emendatione reponitur ex Homericis. Erat, puto, poetae liberum, alterutrum ponere. conf. Burm.

quam ſi paullo ante v. 5—9 Baccho ſubiunxiſſet priuatum hominem. Nam Caeſarem recte vltimo poſt deos loco ponebat Ge. I, 24 ſqq. *Decurrere* recte quidem ad ſtadium aut circum refertur; ſed propter v. 41 a curſu nauigationis petitum videri debet: quod Ruaeus monuit. 40. Maximam ſuae famae et gloriae partem eo contineri ait, quod Maecenatis amicitia vtatur. 41. Tractationem materiae plerumque nauigationis formulis exprimunt poetae. Similia v. apud Cerdam. 43. Item Aen. VI, 625 ſq. ex Iliad. β, 488 ſq. Iam ab Hoſtio poeta latine expreſſa erant Homerica: cuius verſus apud Macrobium Sat. VI, 3 ſunt: *Non ſi mihi linguae Centum atque ora ſient totidem vocesque liquatae.* 44. Summa tantum rerum capita ſe leuiter perſtricturum eſſe ſignificat; ea ſcilicet, quae tractari poetice ornarique poſſunt. Hoc dicit *littus legere*, radere, vt

Digitized by Google

In manibus terrae; non hic te carmine ficto,
Atque per ambages et longa exorſa, tenebo.
Sponte ſua quae ſe tollunt in luminis oras,

Mox *littoris vndam* ed. Iunt. *primum* Regius Martini. 47 *auras*, quod inde ab Aldo in edd. ſuperioribus erat, a Pulmanno in *oras* mutatum, iterum reuocauit Heinſ. Sic Medic. a ſec. m. cum Gudiano, et ceteri ad vnum omnes. At idem Medic. Aen. VII, 660 conſtanter habet *luminis oras*, quod Heinſius ibi retinuit; retinendum igitur erat etiam h. l. *oras* Cerda c. Giſanio et Wakefield e codd. Lucret. et inprimis lib. V, 779 tuetur. Ambiguitatem ex antiqua pronuntiatione profectam vix plane tollas; nam etiam *aura ora* pronuntiaſſe videntur. Itaque ſi vel maxime *oras* ſcribimus, poteſt hoc pro *auras* ſcriptum haberi. Ita nodum non ſolueris, ſi dixeris in Ennio et Lucretio *luminis oras* legi: nam ita nunc in edd. expreſſum eſſe conſtat quidem; quomodo autem iſti ſcriptores acceptum eſſe voluerint, non magis inde conſtat. Sufficit, formulam ab Ennio et Lucretio poetae noſtro quaſi in manus fuiſſe traditam; iam cum iidem *in aetheris auras, aeris auras*, aut ſimpliciter *in auras* ſaepius vſurpent (v. Burm. h. l.), firmari forte hinc poteſt et illud: *in luminis auras*. Ductum videri poteſt ex φάεος ἀϋτμὴ, v. c. Callim. in Di. 117. *auri aura* Aen. VI, 204, vbi conf. Not. Priſcian. Perieg. 1020 *aura viridi quae ſplendet Iaſpis*. Ne tamen in loquendi more arguteris, eumque e phyſica ſubtiliore ductum putes, hoc tene: aura adductum ad ſuos ſenſus odorem, etiam lumen, bene videbant veteres; hinc auram luminoſam, et pro ea auram luminis dixere; ſic auram aetheris, pro aura aetherea, et hoc pro aethere. Laudatur ex Iliad. ν, 837 Ἠχὴ δ' ἀμφοτέρων ἵκετ' αἰθέρα καὶ Διὸς αὐγὰς, vbi Barneſii coniectura

terrae in manibus, h. prope ſint, vicinae; ἐν χερσὶν ſimili ſenſu Apollon. I, 1113; non vela in altum dare. εἰς χεῖρα γῇ συνῆψαν Eurip. Heracl. 430.

47. Iam ad culturam arborum progreditur. Et primum quidem v. 47—60 de emendatione arborum ſilueſtrium agit, cum reſpectu ad naturales modos, quibus arbores naſcuntur 9 — 21. Nunc primo loco primum modum attingit (v. 9 — 13); quae ſponte enaſci ſolent in agro inculto, inſitione aliisque modis mitiorem naturam conſequi poſſunt. Varronem, puto, ante oculos habuit I, 39. 40. *in luminis oras*, in lucem, adeo-

Digitized by Google

Infecunda quidem, ſed laeta et fortia ſurgunt.
Quippe ſolo natura ſubeſt. Tamen haec quoque, ſi quis
Inſerat, aut ſcrobibus mandet mutata ſubactis,
Exuerint ſilueſtrem animum; cultuque frequenti

αὐλὰς hoc ipſo Latinorum poetarum vocabulo refelli poteſt. — Sin tamen *luminis oras* dictas velis, vt *terrae, caeli oras*, h. e. extrema, dictum eſſe puta. 49 *ſoli* Mentel. pr. a m. pr. et tert. a m. ſec. interpolatum ad vulgarem loquendi modum. *hoc quoque* Ven. 50 *at* Menag. et Parrhaſ. *mundata* Moret. ſec. *mandet multa arte ſubactis* Reiskius coniiciebat. At v. 33 *mutatamque inſita mala Ferre pirum.* 51 *culto que* Gud. a m. pr.

que in aetherem. conf. Var. Lect. 49. *Quippe ſolo natura ſubeſt.* Lucret. III, 274 *Nam penitus prorſum latet haec natura ſubeſtque.* Quinctil. Inſt. Orat. X, 2, 11 *Namque iis, quae in exemplum aſſumimus, ſubeſt natura et vera vis: contra omnis imitatio ficta eſt.* Itaque *ſolo natura ſubeſt*, h. ineſt ea naturalis vis ac virtus (v. c. ſales, calor, humor, temperies), quae ad procreandas illas arbores neceſſaria eſt ac propria. 49. 50. *Tamen haec quoque ſi quis* etc. Formula eadem ſup. Ecl. VI, 9. Silveſtres arbores fecundarum naturam induunt, ſi iis arbores aliae mites (Nam *omnis ſurculus omni arbori inſeri poteſt, ſi non eſt ei, cui inſeritur, cortice diſſimilis:* Colum. V, 11, 1) inſerantur, aut ſi eae transferantur. *mutata.* ſi eſt ea, *quae iam mutata ſunt*, debet ſubintelligi ex inſitione; ita vt nunc inſitae et ex inſitione mutatae arbores in plantaria transferantur, quod quam bene fiat ignoro. Vt *mutata* ſit mutando, ita vt mutentur, vti antea accipiebam, duriter fieret. Simpliciſſimum eſt *mutata* accipere loco mutato, ex ſuo loco transpoſita et in ſcrobe plantata: nam ſola transpoſitione arborum ſilueſtrium natura miteſcit, ſolo, caelo, cultu: qua de re v. agentem Theophraſt. de Cauſſ. plant. III, 23. vbi: ὅλως δὲ αἱ

Digitized by Google

In quascumque voces artis haud tarda ſequentur.
Nec non et ſterilis, quae ſtirpibus exit ab imis,
Hoc faciet, vacuos ſi ſit digeſta per agros:
Nunc altae frondes et rami matris opacant, 55
Creſcentique adimunt fetus, vruntque ſerentem.
Iam, quae ſeminibus iactis ſe ſuſtulit arbos,

52 *Ad quascunque* fragm. Moret. *voles* Medic. et Gud. a m. ſec. Sic et codd. apud Pierium, nec non *velis;* ſed doctius alterum. cf. Burm. *ſequantur* Moret. pr. *ſequuntur* ſec. 54 *faciat* Medic. a m. pr. et Gud. *diſiecta* ed. Ven. 55 *Nunc latae frondes* Wakef. P. IV p. 45 et mox *vruntue.* 56 *Creſcentisque* quinque, cum Goth. ſec. a m. ſec., et *Creſcentesque* quatuor apud Burmann., hoc etiam Regius et Cantabrig. habebant. 57 *Nam* Gud. et tres alii ap. Burm., duo ap. Martin. et vett. edd. *Namque* vtorque Goth.

μεταβολαὶ τῶν δένδρων (γίνονται) διὰ τὰς θεραπείας. Plin. XVII, 10 ſ. 12 *qui transitus mirum in modum mitigat etiam ſilueſtres. ſcrobes ſubacti,* vt, terra ſubacta, quae foditur. Mox *animus* eleganter pro natura, ingenio arborum. 52. Suauiter! quascumque artes ad maiorem earum cultum adhibeas, feliciter tibi ſuccedere videbis.

53 — 56. Alius modus ſilueſtribus arboribus mitem naturam induendi eſt, ſi ſtolones ab radice pullulantes (v. 17—19) in campum vacuum et in ſolem transferentur, cum ipſis nunc vmbra matris noceat, vt adulti aut nullos fructus ferant, aut maligne. Quae eadem res docuit plantaria et ſeminaria inſtituere: cf. Plin. XVII, 10, ſ. 12. 13. et c. 13, ſ. 21. *fetus,* arborum fructus, ſaepe, vt ſupra I, 55. infr. 429. *vrere* vero perquam accommodate de ſubducto ſucco.

57—62. Sequitur altera ratio naturalis procreandarum arborum (ſupra v. 14—16), ex ſemine in ſolum delato, vna cum modis eam arte emendandi et adiuuandi. Ex h. l. dilucidandus Plin. XVII, 10, ſ. 10. Egerat de ſemine — *Omnia haec tarda proventu ac degenerantia et inſito reſtituenda.* 57. *ſeminibus iactis,* ſeu temere,

Digitized by Google

Tarda venit, ſeris factura nepotibus vmbram;
Pomaque degenerant ſuccos oblita priores;
Et turpis auibus praedam fert vua racemos. 60
Scilicet omnibus eſt labor inpendendus; et omnes
Cogendae in ſulcum, ac multa mercede domandae.

59 *fucos* Toll. *priorts* Mentel. et Leid. 60 *vna* Menag. 61 *imponendus* laudat Philarg. ad v. 288, male. 62 *magna mercede* Franc. v. ad Tibull. I, 1, 2.

cadentibus iis in ſolum, ſeu manu iactis: vtrumque enim nunc complectitur propter parem euentum. 58. Vt Ecl. IX, 50 *Inſere, Daphni, piros; carpent tua poma nepotes.* cf. Seneca Ep. 86. Vrſinus *nepotes* de arborum ſobole accipiebat; quem refellit Burm. 59. *oblita:* de iis, quae aliam naturam induunt; ſuauiter; hauſtum ex perenni illo fonte poeticorum phantasmatum: cum transferuntur ad res inanimatas ea, quae animantium ſunt. conf. Ern. ad Callim. in Del. 34, vbi de inſulis: ἠπείροιο λάθωνται. 60. *turpes racemi* praeclare, deficiente cultu, ſqualidi, rugoſi; vt contra *vuae cultae, nitentes, pulcrae. Vua* h. l. pro vite, quae noſtris quidem in terris ex acinulis non procreatur; at in inſulis Americae adhuc id fieri narratur.

61. 62. Artificiales modi arborum e ſemine procreatarum incrementa accelerandi; qui non minus locum habent in reliquis arboribus, ſiue ſponte, ſiue ex viuiradice natis; itaque rem generalius proponit; nec tamen (conf. Theophr. de Cauſſ. plant. I, 6), vt poetam decebat, eundem ac vſſ. 22 ſeq. ordinem anxie ſeruat. Arbores, inquit, ſilueſtres omnes transferendae ſunt in alium agrum et in ſcrobibus (hi ſunt *ſulci*, vide v. 24) defigendae, et *multa mercede*, multi laboris impendio, colendae. Praecepta veterum de his diligenter expoſuit Plin. XVII, ſ. 14 ſq. Habuit

Digitized by Google

Sed truncis oleae melius, propagine vites
Respondent, solido Paphiae de robore myrtus;
Plantis et durae coruli nascuntur, et ingens
Fraxinus, Herculeaeque arbos vmbrosa coronae,
Chaoniique patris glandes; etiam ardua palma

64 *et Paphiae* Ven. *Respondent melius Paphiae* vnus Arundel., e glossa inter lineas. 65 *et durae* Medic. et ceteri fere omnes ap. Heins., sicque Aldd. et hinc profectae. Alii, in quibus Goth. sec., *edurae*, quod ille praeferebat, vt esset *valde durae*, vt Ge. IV, 145. Eadem varietas apud Seruium, Pierium, Martinum. Reiskius diuellebat: *Plantis e* vel *ex*, *durae*. *Edurae* inter editas habent Egnat. Commelin. Fabric. Pulmann., et hinc vulgatae. At recte reuocauit alteram lectionem Burmannus. Nam sententia requirit, vt continua sit oratio: *Et coruli nascuntur* melius *plantis*. *nascentur* Arundel. vnus. 66 *que* abest a Leid. vno. *arbos frondosa* Goth. pr. 67 In illo *Chaonii patris* pollit subtimidus aliquis haerere, cum absolute quidem *pater* saepius, vix vero cum gentili aliquo nomine dicatur, pater *Dodonaeus*, *Olympius*, *Idaeus*; cui rei parata medicina foret: *Chaoniaeque patris glandes*. Sed Aen. VIII, 454 *pater Lemnius* de Vulcano. *et iam*

poeta ante oculos Lucret. V, 1360—1377.

63—68. Est tamen cuique arbori suum culturae genus accommodatissimum. *Oleae melius respondent*, votis, consilio, felicius proueniunt, e *truncis*, h. caudicibus sectis (vide v. 30) siue taleis oleaginis (v. Cato 45, 1. Varro I, 40, 4. vbi v. Not. I. Schneid. Colum. V, 9, 1 sqq. Plin. XVII, 18, s. 29) in terram defixis; *vites*, *propaginibus* in humum demissis (v. 26); *myrti* autem, Veneri sacrae, (v. Bentlei. ad Horat. II Carm. 15, 5,) *solido de robore*, h. trunco seu stipite aut vastiore ramo ad pali modum in terram insosso vide v. 24. 25, et Plin. XVII, 17, s. 27. At *furculorum plantatione* (vide v. 28. 29, et Plin. XVII, 17, s. 28) optime proueniunt *coruli*, *fraxinus*, *populus*, Herculi sacra (supra Ecl. VII, 61), et *quercus*, Ioui Dodonaeo consecrata; *palma* etiam et *abies*, aedificandis nauibus apta, ἐλάτη ναυπηγήσιμος, vt Theophrast. H. Plant.

Digitized by Google

Naſcitur, et caſus abies viſura marinos.
Inſeritur vero et ſetu nucis arbutus horrida;
Et ſteriles platani malos geſſere valentis; 70

Gud. cum tribus aliis et vtroque Mead., vt v. 18. *et ardua* Toll. *planta* Franc. 69 *Inſeritur vero et nucis arbutus horrida foetu* Medic. a m. pr. Ita plane Gudianus et Goth. ſec., niſi quod ille *ex nucis*. Vtrumque ab eo, qui verſui metuebat, interpolatum. *arbutus horrens* Rottend. alter, Zulich. et tres Martini, vt iam Seruius male quosdam legere ait. *et foetu* (pro vulgari *fetui*) recte repoſitum a Burmanno, vt ſex libri apud Heinſ. cum vno Arundel. et Goth. ſec., pro *ex fetu*.

V, 8. — Martinus fuiſſe ſibi ex amicis narrat, qui quercum, palmam et abietem aliter quam ex ſatione naſci negaret, quique adeo cum v. 66 ſententiam claudi, et in illis: *Chaoniique patris glandes* etc. *ſemine* ſubintelligi vellet. Hoc tamen fieri nequit, et perperam dubitatur de illo veterum vſu, quo illas arbores plantis ſeu ſurculis procrearunt: de *palma* vid. Pallad. April. cap. 5, 2, de *quercu* Colum. IV, 33, 5.

69—72. *Inſitio* reſtabat ex v. 32 ſq. Optime inſeritur *arbuto*, in arbuto, in arbutum, (*horrida* ea dicitur a cortice hiſpido et aſpero) nux, *platano* malus, *fago* caſtanea, *orno* pirus, et *vlmo* quercus. Reſpicit locum Plin. XV, 15, ſ. 17. Traduntur hic inſitionis genera, quae a noſtris hominibus, qui in hac re aliquid ſe videre putant, negantur fieri poſſe: non enim inſeri poſſe arborem arbori, niſi ſui generis. Negat idem auctor praeſtantiſſimus Millerus: Conf. Martin. ad h. l. Negat etiam du Hamel (*Phyſique des Arbres* P. I. *Liv.* IV, c. 4. *Art.* VII, pag. 85 ſqq.), cum tamen alii orno ſe inſeuiſſe pirum, caſtaneam quercui, teſtentur. Verum et Colum. lib. V, 11, §. 12 antiquos contendit male idem negaſſe, *et quandam quaſi legem ſanxiſſe, eos tantum ſurculos poſſe coaleſcere, qui ſint cortice ac libro ac fructu conſimiles iis arboribus, quibus inſeruntur.* Cuius ille *opinionis errorem discutien-*

Digitized by Google

Caſtaneae fagus, ornusque incanuit albo

71 Iam veteres h. l. tentarunt. vid. Seruiana, Philargyr. et Pierium. Scaliger in Proleg. ad Manil. legebat *Caſtaneas fagus* antique, pro, fagi, geſſere; quod Cerda amplexus eſt et Cuningham. Heinſ. *fagos* graeca forma accipiebat pro *fagus*. Alii interpunxere: *Inſeritur — et ſteriles platani malis: geſſere valentes Caſtaneae fagos*. Pro ſcopulo, cui impingerent, fuit ambigua ſtructura. Vulgo legerunt et iunxerunt verba *Et caſtaneae fagos* cum antecedentibus, vt ſubintelligatur *geſſere*. Ita vero fagus inſita eſſet caſtaneae: Mira res, quam nemo facile probet. Martinus, cuius ſeptem codd. in *Caſtaneae fagos* conſentiebant, cum caſtaneae inter obuios et viles fructus fuerint in Italia, fagineae contra glandes pro dulcibus habitae, non dubitat has caſtaneis inſeri potuiſſe atque adeo vulgatam lectionem et ſtructuram ſequitur, quae in Aldd. pr. et ſec. et hinc profectis occurrit, cum Egnat. et aliis. Meliorem lectionem dedit Nauger. in Ald. tert. *Caſtaneae fagus, ornusque*. Vt ſententia a ſuperiore verſu ſit disiuncta, vtque *fagus incanuit flore caſtaneae* iungatur. Mirari licet, editores eum iterum deſeruiſſe. Legitur hoc idem in Mentel. pr. a m. ſec. et in Goth. ſec. Mihi *fagus* a poeta poſitum, ſed a Grammaticis ex inani metu, ne ſyllaba breuis metrum ſolueret, in *fagos* mutatum

dum tradendamque poſteris rationem exiſtimabat, *qua poſſit omne genus ſurculi omni generi arboris inſeri*. Quod ad nucem in arbuto inſitam attinet, teſtatur Pallad. II, 15, 19. poſtquam inde a ſ. 6 copioſe de *nuce*, inprimis *amygdala* egerat, ſubiicit: *Inſeritur, vt plerique volunt, menſe Februario in arbuto; ſed melius in trunco; vt aliqui, et in pruno, vel in ſe*. Et in Carmine de Inſit. 163: *Arbuteas frondes vaſtae nucis occupat vmbra*. Et paullo ante: *Flumineam ſalicem fecundant ardua membra caſtaneae*. Ita ſalici inſita eſt caſtanea; vt h. l. in fago. Quod ad verba attinet, tenendum, vulgari quidem ratione: *arbuto nucem inſeri*, dici, at nec minus tamen rariore modo: *arbutum inſeri nuce*, vt h. l. *nucis ſetu*, quod non tertio, ſed ſexto caſu accipiendum. *Nux* autem generale vocabulum, vt ſit nux iuglans, nux auellana, nux amygdala, pinea et al.

71. *fagus flore caſtaneae et ornus albo piri flore incanuit:* h. e. Caſtanea in-

Digitized by Google

Flore piri, glandemque ſues fregere ſub vlmis.
Nec modus inſerere atque oculos inponere ſimplex.
Nam, qua ſe medio, trudunt de cortice gemmae,
Et tenuis rumpunt tunicas, anguſtus in ipſo
Fit nodo ſinus: huc aliena ex arbore germen

hocque ad antecedentia retractum eſſe videtur. Vix dici poteſt, quot poetarum loca corrupta ſint ab iis, qui non videbant, caeſura ac tono omnem ſyllabam produci poſſe. Caſtaneas autem inſeri aliis ſolitas e Plinio docere poſſum XVII, 10, 10 *Omnia autem haec* (de ſatione egerat) *tarda prouentu ac degenerantia et inſito reſtituenda. Interdum etiam caſtaneae*, ſc. vt eae proveniant laetius, inſerendae ſunt: vt h. l. fago, h. quercui eſculentae. Reiskius *ficus* τῷ *fagus* ſubſtituebat. Mox *incanduit* Moret. ſec. et a m. ſec. Erf. *que* abeſt a Ven. 72 *glandesque* Gud. et quatuor alii, et duo Martini. Plin. XV, 15, ſ. 17 *ceraſum* pro glandibus laudat, memoriae lapſu. Etſi Pallad. de Inſit. 143 ceraſum in lauro, populo, et platano, inſeri ait. *ſues legere* Moret. pr., male. vid. Burm. 74 *medie* Erf. *trudunt medio* Zulich. *vertice* Moret. ſec.

ſeritur in fago, conf. Plin. XVII, 10, 10, et pirus in orno: conſentit Pallad. de Inſitione 60: Pirus — *Fraxineasque ſuo flectit honore manus. Ornus* enim fraxini ſilueſtris genus. v. Martin. h. l.

73—77. Plures inſerendi modos vid. ap. Colum. V, 11, de Arbor. 26. Plin. XVII, 14, ſ. 22 ſqq. qui copioſe de iis agit, et Theophraſt. de Cauſſ. Plant. I, 6 et recentiores, quicumque de arborum cultura tradidere, inprimis du Hamel *Phyſique des Arbres* P. II, Liv. IV, cap. 4 ſqq. Eſt quoque Palladii carmen *de inſitione* in libro XIV, quod ſigillatim recenſuit Wernsdorf in Poet. min. Vol. VI. Ex his inſerendi modis, qui ſunt varii *(nec modus ſimplex* eſt, h. ſunt varii vt III, 482 *nec via mortis erat ſimplex)* non niſi duos inſigniores commemorat poeta, *inoculationem* et *inſitionem* pro-

Digitized by Google

Includunt, vdoque docent inoleſcere libro.
Aut rurſum enodes trunci reſecantur, et alte
Finditur in ſolidum cuneis via; deinde feraces
Plantae inmittuntur: nec longum tempus, et ingens
Exiit ad coelum ramis felicibus arbos,
Miraturque nouas frondis et non ſua poma.

77 *Indueunt* Rottend. alter et alter Mpag. pro var. lect., ſed vid. Heinſ. 78 *At* Moret. ſec. *et alta* Parrhaſ. cum Erf. 80 *immittantur* nonnulli apud Pierium. 81 *arbor* e tribus propter ſonum praetulit Burm. *arbos* alii. 82 *Mirata eſt que* Seruius laudat. Sic Gud. *Miratasque* Medic. Mentel. vterque, Franc. Regius cum Goth. ſec. At *Mirata que nouas* fragm. Gudiano codici aſſutum, vt auctor notae Seruianae in ſuo inueniſſe videtur. Satis liquere mihi videtur, haec omnia eſſe eorum, qui poſt *exiit* idem tempus continuari volebant. *Miratisque* vel *Emirata* coni. Heinſ., hoc alterum quoque Schrader. Expreſſit verſum Silius VII, 208 Hic — florebat Maſſicus — *Miratus nemora et lucentes ſole racemos.*

prie dictam. *Inoculatio* fit, dum in ea parte, qua *gemmae*, h. noua germina ſeu oculi, *ſe trudunt*, erumpunt ex cortice, *ruptis tuniculis*, h. libro, interiore cortice, vulnus ſit; ſiue *anguſtus ſinus*, h. cauitas, auulſa gemma et cortice in modum ſcutuli, cuius loco *includitur nouum germen*, vt *coaleſcat* cum vetere *libro*. Reſpicit h. l. Plin. XVII, 14, ſ. 23 et ſ. 24, vbi idem: *Virgilius ex cacumine inſeri vetat.*

78—82. Iam de *inſitione proprie dicta*. *rami felices* ſunt arboris feracis, cuius *plantae* h. ſurculi ſilueſtri arbori inſeruntur. *Aut rurſum* non contrariam aliquam rationem infert, vt Kingius putabat; ſed altera ratio nunc ſubiungitur. *reſecantur*, fit inciſio ſeu fiſſura in trunci cortice, qua parte nullus nodus eſt. — 80. 81. 82. Pulcerrima deſcriptio; quis non videat? Calpurn. Ecl. II, 40. 41 *Non minus arte mea mutabilis induit arbos Ignotas frondes et non gentilia*

Digitized by Google

Praeterea genus haud vnum, nec fortibus vlmis,
Nec ſalici, lotoque, neque Idaeis cypariſſis.
Nec pingues vnam in faciem naſcuntur oliuae, 85
Orchades, et radii, et amara pauſia bacca:

83 *vnum eſt* alter Menag. 84 f. *lotoue;* ſed copulantur ſic plura eiusdem generis. *neque I.* in ſcriptis Heinſiii. 86 *Orchades*, quod dudum in melioribus erat, Aldd. et hinc propagatis, etiam Steph., Heinſius e ſuis et Pierianis reuocauit; quo aliorum codd. aberrationes alludunt. Et ſic Gr. ὀρχάς. Obſidebat tamen ex edit. Egnat. et Manutii emendatione editiones *Orchites*, Seruii auctoritate et vſu perpetuo ſcriptorum de re ruſtica comprobatum. vid. Harduin. ad Plin. XV, 1, f. 2 et h. l. Heinſ. At hoc metri lex non patitur, vt nec id, quod vnus Meadianus offert, *Orchades, radiique*, nec ſi *Orchites radiique et a.* ſcriberes, aliud ageres quam vt vulgare ſubſtitueres doctiori. Omnino varie idem vocabulum extulere veteres ex ὀρχάς, ὀρχὶς, ὀρχίτης, ὀρχῖτις.

poma. Sed alii luxuriantur in hoc. vid. loca ap. Cerdam.

83—108. Ad culturam, in qua poeta verſatur, ſpectat dilectus cum generis praeſtantioris, tum caeli ac ſoli idonei: de hoc altero a vſ. 109 ſq. 117 ſq. Itaque varias arborum familias ſeu ſpecies eiusdem generis eſſe, exemplis, vt docta, docet. Ornatiſſimus locus adiunctorum copia ac varietate. Illuſtratio vberior e Plinio, Columella, et Palladio petenda.

84. *Lotus* modo herbae pratenſis genus eſt, iucundum pecudis pabulum, nobis *Steinklee*, conf. inf. III, 394, modo herba paluſtris ex nymphaearum genere, Nilo frequens; hoc vero loco eſt genus arboris; *Italiae familiaris*, dulciſſimo fructu. *ziziphum* noſtram ſeu iuiubam eſſe putat cum aliis Martinus ad h. l. In *Ida*, Cretae monte, *cypariſſi* f. cupreſſi ſponte proueniunt. cf. Vrſin. ad h. l. — 86. Ex infinitis olearum generibus (vid. quos laudant Cerda et Martinus) tria tantum, obſeruante etiam Plinio XV, 2, enumerat poeta, *orchadas*, oblongi generis, *radios*, longioris, et *pauſias*, quae, dum adhuc virides et acerbae ſunt (habent autem tum amarum ſuccum, hinc *ama-*

Digitized by Google

Pomaque, et Alcinoi ſiluae; nec ſurculus idem
Cruſtumiis Syriisque piris, grauibusque volemis.
Non eadem arboribus pendet vindemia noſtris,
Quam Methymnaeo carpit de palmite Lesbos; 90
Sunt Thaſiae vites; ſunt et Mareotides albae;
Pinguibus hae terris habiles, leuioribus illae;

87 *Poma neque, Alcinoi ſiluae* emendabat Reiskius. 88 *Syriisque pomis* ed. Ven., male. *volaemis* Medic. et Mentel. pr. *volomis* Rottend. 89 *pendent* Medic., quod Heinſio arridet, quem vid. ad Aen. VI, 209. Sed h. l. intempeſtiua elegantia. 90 *Quamue* Cruqu. Schol. ad Horat. Od. I, 17, male. Eſt Μήθυμνα. *de ceſpite* Zulich. 91 *et ſunt* Leid. pr. *M. vuae* Erf. a m. pr.

ra bacca), leguntur ac tunduntur Colum. XII, 47. 1.— 87. *Alcinoi ſiluae* ſunt ipſa *poma*, vt ſaepe apud poetas. De eius hortis Odyſſ. η, 112 ſqq. 88. *volema pira* grandia, quae volam facile impleant; a Catone 7, 3 ſumtum. v. Plin. XV, 15, ſ. 16.

89. Italas vites diuerſas eſſe ab aliis ait. *Vindemia* prouentus vitium, vuae. *pendet arboribus*, vel quia iis vites maritantur in Italia, vel vt arbores pro vitibus dictae ſint; vt alibi apud Virgilium et Horatium; et hoc praeſtat. Recenſum veterum vitium ac vinorum vide in Athen. I, p. 26 ſq. Columella III, 2. Plin. XIV, 3 et 6 ſqq., e ſeriore aeuo nonnulla v. ap. Coripp. III, 89 ſq. E recentioribus inſpicienda praeter Andr. Baccium et Edw. Barry, de vitibus Italici ſoli commentatio in *Giornale d'Italia* T. XI, pag. 253 ſqq. Maro h. l. ad XV genera enumerat. Eum Gallica vina ignoraſſe notat Plin. XIV, ſ. 3. et ſ. 4, 7. *Dixit Virgilius Thaſias, et Mareotidas et Lageas, compluresque externas, quae non reperiuntur in Italia.* 91. *Mareoticum vinum* notum vel ex Horat. Carm. I, 37, 14 a locis circa lacum Mareoticum ſuper Alexandriam: vid. Borrichii Hermes c. 4; nunc deterius illud, quoniam Arabum latrocinia maturitatem vuarum intercipiunt.

Digitized by Google

Et paſſo Pſithia vtilior; tenuisque Lageos,
Tentatura pedes olim, vincturaque linguam;
Purpureae, preciaeque; et quo te carmine dicam,
Rhaetica? nec cellis ideo contende Falernis.

93 *Eſt paſſo* reponebat Reiskius. Scribunt libri *Phithia, Sithia, Sichia, Phicia, Pſithia.* Variat ſcriptura iterum inf. IV, 269 *vel Pſithia paſſos de vite racemos*; etiam ap. Colum. III, 2, 24. ἡ Ψιθία ſc. σταφυλὴ eſt Geopon. V, 2, 4 et apud Heſych. Etymol. p. 149, l. 26, et qui primo loco memorandus eſt ap. Nicand. Alexiph. 181. *Pſythium* eſt apud Plin. XIV, 9, ſ. 11 pr. Athen. p. 28 extr. ex Eubulo. Vel ſic tamen praeferam *Pſithia*, cum ſic in Mediceo ſit et in edd. Aldd., cumque librariorum ſerioris aeui aberret fere ſtupor in *y*. *Lagea* commodam etymologiam non habet (ducunt a λάγειος, pro λαγῶος, leporinus); memoratur tamen ap. Macrob. II Sat. extr. et a Plin. XIV, 2, ſ. 4. 7 ex Virgilio, vbi additur, eſſe vitem extra Italiam. Variat *ligeos, legeos* vt in Goth. pr. — 94 *iunctura* Gud. Menag. vterque, et edit. Iuntae. 95 *praetiae, praeciae, pretiae* ſcribitur. *praeco quae que* in Rottend. ſec. a m. ſec. *quo te nomine dicam* apud Senecam laudatur Nat. Quaeſt. I, cap. 11. 96 *Rethia* Rottend. *ne cellis* multi ap. Burm. *nec*

93. *Vinum paſſum* ex vuis paſſis, a pandendo, h. in ſole coctis, vt exareſcerent. Modum conficiendi vid. apud Colum. XII, 39. *Pſithia* vitis, *lagea*, quae facile inebriat, *purpurea* et *precia* vitis apud Plin. XIV, 2, ſ. 4 ſqq., et Colum. III, 2 ſqq. videnda. De nominum cauſſis v. Var. Lect. *olim*, quum aliquando vinum ex ea expreſſum fuerit. Burm. 95. 96. Plin. XIV, 6, ſ. 8, 5 *In Veronenſi Rhaetica vina, Falernis tantum poſthabita a Virgilio.* Melior interpretatio, quam quae a Seneca in medium affertur Nat. Qu. I, 11. Laudantur etiam a Strabone lib. IV, pag. 206. Sueton. Aug. cap. 77 *maxime delectatus eſt Rhaetico.* adde Plin. XIV, ſ. 3 *Ante eum* (Tiberium) *Rhaeticis prior menſa erat; et vuis Veronenſium agro.* v. Martin. h. l. 96. Variatione noua dicta haec pro vulgari: tametſi inferius ſit vinum Rhaeticum Falerno.

Digitized by Google

Sunt et Aminaeae vites, firmiſſima vina;

cellis adeo in nonnullis antiquis legi et ab Ariſiano laudari notat Pierius. 97 In *Aminaeae* et ſcriptura et ſyllabarum quantitas variat, et ſecundum illam vel *Sunt et*, vel *Sunt etiam* ſcribitur. In Medic. *Sunt et Aminneae;* quo alii variis modis alludunt. In Ald. pr. erat *Sunt et Amyneae*, in ſec. *Sunt et Amynaeae.* Correxit Nauger. in tert. *Sunt et Aminaeae*, docte vtique. Egnat. *Aminneae.* Primus interpolauit Paullus Manutius: *Sunt etiam Amminneae*, quod hinc vulgo obtinuit. Non minus poetarum auctoritas et ſcriptura in Graecis libris variat. vid. Pierium, Cerdam, Heinſ., Burm. ad h. l., Harduin. ad Plin. XIV, 2, ſ. 4, 1, Gesner. in Ind. ad Scriptt. de R. R. h v., et nuper Niclas ad Geopon. V, 17, 2. Inter haec tamen teneri poterat hoc: *Amineum* (Ἀμίνειον) vel *Aminaeum* (Ἀμιναῖον) eſſe veriorem et antiquiorem ſcripturam; nam litterae duplicatae ſerioris aeui ſunt; ſyllabarum autem quantitatem conſtitui ex Samonico c. 37 *Aut in Aminaeo* c. 29 *Succus Aminaeae:* et ſic in Galeno Method. med. lib. XII, 4, in loco praeclaro de vinorum diuerſorum virtutibus Ἀμιναῖος οἶνος, Heſych. et alii meliores. Corrupti codices fuere iam Auſonii aeuo, quippe qui ſcripſit: *Solus qui Chium miſcet et Ammineum.* Origo vitium, vnde ad multa loca translatae ſunt, iam olim fuit incerta. Si verum eſt in Probo ex Ariſtotele legi, vinum ex Chio fuiſſe: patriam hanc ei aſſignare licebit; at Philargyr. ex Ariſtotele in Politicis Theſſalos fuiſſe narrat, qui ſuae regionis vites in Italiam transtulerint. Porro *fortiſſima vina* Moret. quart. Burmanno, *Sunt vites vina*, durius dictum videbatur; coniiciebat: *Dant etiam A.* At enim: *Sunt etiam A. v.* accipiendum: Aliud vitium genus eſt Aminearum, vnde vinum diuturnae bonitatis conficitur.

97. 98. *Vinum Aminaeum*, cuius, vt vinorum celebritas parum conſtans ac diuturna eſſe ſolet, cultu enim deficiente vites optimae facile degenerant, nulla alia memoria, praeter nominis, nobis reſtat, Graecae originis et Italici cultus, cum in aliis tum in Falernis agris maturuiſſe videtur. cf. Intpp. ad h. l. et ad Caton. 6, 3. Multis vtique in locis illud memoratur, in Peucetia, Calabriae parte, ap. Heſych. vbi v. Intpp. in Tuſcia et in Sicilia; maxime tamen in ſolo Campaniae Macrob. Sat. II, 16 *nam Aminaei fuerunt, vbi nunc Falernum eſt.* Et Galen. l. c. — ὅτε Νεαπολίτης ὁ Ἀμιναῖος, ἐν τοῖς περὶ Νεάπολιν χωρίοις γενόμενος, ὥςτε καὶ

Digitized by Google

Tmolus et adſurgit quibus et rex ipſe Phanaeus;

98 *Tmolius adſurgit.* Ita Pierii Medic. et Longob., nec non Medic. et reliqui potiores Heinſii, quo ſpectant *Thmolius* Franc. *Timolus* fragm. Moret. *Timolius* Voſſ. pr. *Mollius* vnus Mead. Quod ſi pro vero habendum eſt, nolim tamen cum Burm. regem aliquem Tmolium et Phanaeum intelligere, qui olim in illis partibus regnarint; quae tota ratio ieiuna et indigna foret tanto poeta; ſed aut *montem* Tmolium et Phanaeum ſubſtituerem, pro vino dictum, quod in eo naſcitur, aut verſum ex Graeco aliquo poeta conuerſum dicerem, vbi Τμώλιος ἠδὲ Φαναῖος erat, ſcil. οἶνος; et legitur in Seruianis: *De Lucillio hoc tractum eſt, qui ait* Χίός τε δυνάστης, id eſt, *οἶνος.* Apud Silium VII, 166 *Falernus.* Apud Galenum tamen l. l. eſt Τμωλίτης, non Τμώλιος. In Tibullo II, 1, 27 ſunt *fumoſi Falerni*, ſc. cadi. Sed in edd., vt Aldd. pr. et ſec. Iunt., et codd. Rottend. Gothano ſec. *Tmolus aſſurgit* legitur, quod ego olim pro vero habebam; Montes duo, Tmolus et Phanaeus, pro vitibus in iis cultis poetice poni; idque tanto probatius fieri putabam, quoniam Tmolus erat numen montis. v. Ouid. Met. XI, 159 et cf. numum Sardianorum, qui apud multos viſitur; v. nunc Eckhel Doctrina Num. Vol. III p. 113 qui et p. 123 rariſſimum numum vrbis Tmoli eodem capite inſignem memorat; occurrit quoque Tmoli caput in marmoribus et gemmis; eos autem, qui metro metuebant, nec ſibilo geminari litteram videbant, interpolaſſe id modo *Tmolus et*, modo *Tmolius*, conf. Var. Lect. ad v. 71. Nunc mihi probabilius videtur, ſcriptum fuiſſe ab Marone: *Tmolus et adſurgit*, excidiſſe poſtea *et*, cumque vitium animaduerteretur, reſcriptum eſſe *Tmolius*. *Tmolus et* Nauger. quoque repoſuit Ald. tert., Benedictus in Flor. 1520, et, qui Naugerium ſequuti ſunt, Manut. Fabric. Commelin. Pulmann. Ad hoc itaque redii: Etenim rationem habet, montes poni pro vitibus: Tmolus, et ipſe Phanaeus, rex inter montes vitiferos. Silius VII, 210 reſpiciens hunc locum,

ὀνομάζουσιν οὕτως αὐτόν. Ad colles Leucogaeos, ſupra Neapolim verſus Puteolos, refert et Aminaeos colles, et Falernos Martorellus (*I Fenici primi Abitatori di Napoli* T. I, p. 171. 190). Atque eius tantam ex diuturna inprimis bonitate praeſtantiam perhibet poeta, vt ei adeo vinum *Tmolium*, a Lydiae monte vineis nobiliſſimo (ſup. Ge. I, 56), et *Phanaeum* (fuere Phanae, Φάναι, portus et promontorium Chii inſulae, quae alias vino *Ariuſio* nobilis eſt, in eo templum Apollinis Pha-

Digitized by Google

Argitisque minor, cui non certauerit vlla,
Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos.
Non ego te, dis et menſis adcepta ſecundis,
Transierim, Rhodia, et tumidis, Bumaſte, racemis.
Sed neque, quam multae ſpecies, nec, nomina quae ſint,
Eſt numerus, neque enim numero conprendere refert:

vbi de tractu Maſſico: *atque ex illo tempore diues Tmolus et ambroſiis Artuſia pocula ſuccis Ac Methymna ferox lacubus ceſſere Falernis. Fauenus* Vratisl. 99 *Archiusque* alter Rottend. *Argutisque* fragm. Moret. *non cui* Ven. 101 Sic meliores codd. vbique omnes. Ante Heinſ. in edd., vt in codd. nonnullis: *Non ego te menſis et dis a. ſ.*, male. *dis aut m.* vnus Arundel. 102 *Transieram* Zulich. a m. pr. et edit. Geneu. *grauidis Bumaſte racemis* vnus Mead., ex interpretatione. 103 *et nomina* Voſſ. vnus et Moret. fragm., quod ſolent poetae ad variandam orationem adhibere. *quot ſint* Erf. 104 *Et numerus* ed. Ven.

naei), *adſurgere*, cedere, v. Ecl. VI, 66, dicat. conſ. Var. Lect. 99. Cum illis: *Sunt etiam Aminaeae vites* iunge *Argitisque minor*. Eſt etiam Argitis vitis, vua. Ἀργῖτις ab ἀργός, quod vinum candidum reddit. Eſt autem *minor* et *maior*. cf. Colum. III, 2, 21. 100. Ea vitis, vino inprimis abundans, πολύοινος, eſt, eoque firmo ac durabili.

101. Vinum *Rhodium*, cuius in menſis ſecundis vſus erat; cumque de eo ante omnia Diis libaretur, hinc vitis *Rhodia dis accepta*, grata *et menſis ſecundis*, fere vt apud Horat. III, 11, 7 lyra *Diuitum menſis et amica templis*. 102. Plin. XIV, 1, ſ. 3 *Tument mammarum modo bumaſti*, βουμαστοί.

103 — 108. Locus ornatiſſimus. Reſpicit eum Plin. XIV, 2, ſ. 4 pr. 104. *ne-*

Digitized by Google

Quem qui ſcire velit, Libyci velit aequoris idem
Diſcere quam multae Zephyro turbentur arenae;
Aut, vbi nauigiis violentior incidit Eurus,
Noſſe, quot Ionii veniant ad litora fluctus.

Nec vero terrae ferre omnes omnia poſſunt.
Fluminibus ſalices; craſſisque paludibus alni
Naſcuntur; ſteriles ſaxoſis montibus orni;
Litora myrtetis laetiſſima; denique apertos
Bacchus amat collis, aquilonem et frigora taxi.
Adſpice et extremis domitum cultoribus orbem,

105 *Quem ſi* Gudian. *Quae qui* Leid. vnus a m. ſec. *ſcire volet* vnus Mead., non male. 106 *Dicere* Medic. cum aliis, perperam. *turbantur* in tribus ap. Burm. et apud Chariſium Grammat. In Columella III, 2, 29, vbi hi verſus memorantur, *verſentur arenae* in vulgaribus legitur; ſed etiam ibi vetuſti *turbentur*. Apud Ammian. Marcell. XXXI, 4 *truduntur* vel *trudentur* legitur. 108 *quod* Gud. *venient* Moret. ſec. 112 *mitiſſima* Franc., vnde Burm. *ditiſſima*, ſed recte nil mutabat. *apricos* emendabat van Hoven Campenſ. Faſc. III, pag. 228. 113 *amant* Leid. ſec. 114 *et* aberat a quarto Moret. *Adſpice et extremum, domitis*

que eſt numerus, enumerandi facultas cuiquam ſuppetit. *neque enim* poſitum pro, neque etiam, nec vero numerum tenere neceſſe eſt; non numeratu opus eſt.

109 — 135. Vti diuerſa ſunt arborum genera, ita etiam diuerſum ſolum, quo aut naſcuntur arbores quaeque aut felicius proueniunt. 112. *Littora myrtetis laetiſſima* exquiſitiore forma pro vulgari, *myrti ſolent eſſe laetiſſimae in littoribus;* quod ſi fit, *littora* haud dubie et ipſa *laeta* videri poſſunt. Ge. II, 124 *et amantes littora myrtos*. Mox *apertos colles* itidem doctius dixit quam *apricos*, qui forte alicui in mentem venire poſſint.

114. 115. Exemplo etiam eſſe poſſunt arbores exoticae; pro his memorantur

Digitized by Google

Eoasque domos Arabum, pictosque Gelonos. 115
Diuisae arboribus patriae: sola India nigrum
Fert ebenum; solis est turea virga Sabaeis.

cultoribus, *orbem* Burm. coniiciebat; at vide Notas. 115 *domus* Ven. et Longob. Plerii, Goth. sec. *Gelanes* Franc. 116 *Diversae* Reg. et Mead. Martini. Sic semper variant libri. *sed India* Franc. 117 *hebenum* alii scribunt. *et* Longob. Plerii.

ipsae in extremo terrarum orbe sitae regiones, vt Arabum et Gelonorum. Sunt autem *Geloni* e Sarmaticis populis, qui vltra *Borysthenem* vagabantur. Docte de iis egit Gatterer noster in Comment. de populis Sarmaticis Vol. XII, p. 219 sq. *picti* appellantur, vt Aen. IV, 146 *Agathyrsi*, vbi vid. Not. Scilicet communi plerique barbari et feri populi more corpora pingunt, siue quod in membrorum nuditate id vnum vanitatis et nobilitatis genus restat; siue quod obducta pigmentis et coloribus corpora culices, quorum infinita examina incultae et paludosae terrae alunt, nec non sentes, etiam frigus, minus sentiunt; siue quod horribili adspectu terrorem hostibus incutere volunt. Colorem autem aut cuti acu punctae inungunt, aut inurunt. Hinc modo *pictum* corpus memoratur, modo *stigmatibus notatum*. Claudian. in Ruf. I, 314 *Membraque qui ferro gaudet pinxisse Gelonus*. Illa autem, *extremis domitum cultoribus orbem*, ex poetica copia dixit pro *extremis terris*. Cum argumenti natura coniunctum erat, vt eas a cultu designaret, et pro *orbem extremum domitum* h. subactum, cultum ab agricolis, *a cultoribus*, poetica inuersione, *extremos cultores* memorat. Male h. l. Seruius et qui eum sequuntur victorias pop. R. huc trahunt.

116. 117. Sunt arborum genera certis terris domestica et propria. Respicit h. l. Plin. XII, 4, s. 8. *India* et de India proprie dicta accipi potest, nam et ibi nasci *ebenum*, narrant multi e veteribus (vid. Theophrast. Hist. Plant. IV, 5) et, quod ma-

Digitized by Google

Quid tibi odorato referam ſudantia ligno
Balſamaque, et baccas ſemper frondentis acanthi?
Quid nemora Aethiopum, molli canentia lana? 120

118 *Quid et* o. ed. Ven. 119 *baccas* alii. *Balſama quid baccas* vnus Mead.; vt ſit: *Balſama? quid, baccas.* Ingratum tamen ſic, quod ter redit *Quid*. *que* abeſt a Cantabrig. 120 *albantia* Leid. vnus.

lim, de Aethiopia, cui ebenus propria arbor. Solet enim India latiſſime dici, vt ſatis notum. cf. inf. Georg. IV, 293 ibique Burmann. Doctam ad h. v. notam eſſe video Voſſii. Sequuntur tamen mox vſ. 120 *nemora Aethiopum*. *Tus Sabaeorum* iam Georg. I, 57.

118. *Opobalſamum* Iudaeae, vallis inprimis Hierichuntinae, et Arabiae. conf. praeter laudatos a Cerda, et Pauſ. IX, 28. De ipſa ſtirpe disputata v. a Wesling. ad Alpini hiſt. nat. Aegypti, et in nota illa controuerſia de opobalſamo orientali Romae orto 1639. 1640 liber *Petri Caſtelli*, Balſamum examinatum (Meſſanae 1640), et *Io. Georg. Volkamer* Opobalſami orientalis examen 1644, in quibus ad h. l. paſſim pronocatur. Verba ipſa vulgari oratione ſic efferrentur: ne memorem *arbores odoratas ſudantes balſamo*. Pro arboribus dixit *ligna*. Alias *exſudat*, *deſudat*, balſamum. 119. *Acanthus* h. l. non herbae (vt Ecl. III, 45 et al.), ſed arboris, genus, nec tamen ſatis comperto, habetur. Spina eſt ſeu Aegyptia ſeu Arabica, nam et hae inter ſe diuerſae; communius *acantha*, vulgare nomen *acacia*, vnde gummi Arabicum colligi ſolet. v. Alpin. c. Wesling. p. 164. Bauhin. hiſt. Plant. Tom. I, P. II, pag. 426 ſqq. de Plant. Aegypt. nunc *mimoſa nilotica* Linn. Habet quidem ea arbor ſiliquas, non *baccas*; ſed bacca latiorem ſignificatum habet. Arboris huius vſus etiam in ſculptilibus fuit. Caeſaris triumphus Ponticus apparatum ex acantho habuit: Vellei. II, 56, 2. De agrifolio cogitare non licet; laudantur enim plantae peregrinae.

120. Plin. XIX, 1, ſ. 2 n. 3

Digitized by Google

Velleraque vt foliis depectant tenuia Seres?
Aut quos Oceano propior gerit India lucos,
Extremi ſinus orbis: vbi aera vincere ſummum

121 *depectat* alii apud Seruium, vt *Seres* pro *Ser* ſit. *depectent* alter Rottend. *deſpectani* duo. *et foliis* duo. 122 *proprio* Voſſ. a m. ſec., ſorte ex eo, quod eſt in duobus Martini et ed. Nuremb. *proprior*, ſollenni lapſu. 123 *Extremique ſinus orbis, vbi vincere ſummum* Parrhaſ., ab interpolatione.

Superior pars Aegypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui goſſypion *vocant, plures* xylon, *et ideo lina inde facta* xylina. Parata ex ea byſſus.

121. Vulgaris olim vsque ad Imp. Iuſtiniani tempora, quibus primum vermiculi, quos nos *bombyces* vocamus, Conſtantinopolin adlati ſunt, opinio fuit, Seres, Indicam gentem, Sericum ita parare, vt textam a bombycibus lanuginem ex certarum arborum foliis depecterent. Plin. VI, 17, f. 20 *Seres lanicio ſiluarum nobiles perfuſam aqua depectentes frondium canitiem*, vid. Salmaſ. ad Solin. c. 63 et al. Cerda ad h. l. Noſtro tempore cum de Serico tum de Seribus multa accuratius disputata ſunt, quam ante; conſtatque non vnum eſſe vermium genus, nec eandem fuiſſe ſerici conficiendi rationem. Vide ſaltem Mannertum, breuiter multa complexum, Geograph. ant. Vol. IV. extr. (Extat quoque *Brotier* Diſſ. in *Memoires de l'Acad. d. Inſcr.* To. XLVI.)

122—125. Plin. VII, 2 *Arbores quidem* (in India) *tantae proceritatis tradunt, vt ſagittis ſuperari nequeant.* Arbores *Cocos* ferentes intelligebat Catroeus. Nimis anguſte. Plurima vaſtarum et immanium arborum genera in India naſci, fidem faciunt recentiores rerum Indicarum auctores. *Extremi ſinus orbis*, interior, adeoque remotior terra, extremae orbis partis: cuius veram et explicitam notitiam non habuiſſe veteres, et pro temporum ſucceſſu diuerſas et erroneas notiones aliis alias ſucceſſiſſe, nunc inter notas

Digitized by Google

Arboris haud vllae iactu potuere ſagittae?
Et gens illa quidem ſumtis non tarda pharetris. 125
Media fert triſtes ſuccos tardumque ſaporem

124 *aut vllae* Medic. cum tribus aliis et vtroque Goth. 125 *haud tarda* Schol. Horat. Cruqu. Carm. III, 4. *ſagittis* fragm. Moret. *aut dura* fragm. attextum cod. Gud.; et ſane, inquit Heinſius, *tardum ſaporem* proxime ſubiungit. Burmannus malit altero verſu *durum ſaporem* h. aſperum, vt Ge. IV, 102. Mirabar nemini verſum totum *Et gens illa quidem ſumtis non tarda pharetris* ſuſpectum fuiſſe. Vidi nuper Iac. Bryant non aliter ſtatuere; nunc etiam Brunckium in ſua editione. 126 Offendit *tardum* poſt *tarda* ſuperiore verſu. *ſardumque ſaporem* coniicie-

res eſt. *aer ſummus arboris* pro cacumine dictus. Statius Theb. V, 564 *nemorumque per aera denſi Diſſultant nexus ſerpentis.* Fere vt: *aura auri refulſit*, et ſic alia. *potuere* ex aoriſto pro poſſunt. *et quidem*, et tamen, *non tarda* ea gens, malim ſtrenuam interpretari, quam non tardi ingenii, h. callentem, peritam.

126—135. *Malum Medicam* ſeu Aſſyriam; item Perſicam: niſi haec ad diuerſum genus eſt referenda. Ad citrorum genus, ſ. ad *citria*, eam eſſe referendam dubitari nequit. Quam autem familiam Maro reſpexerit, non ſatis liquet. Convenit locus maxime cum Theophraſt. H. Plant. IV, 4, extr. et cum Plin. XII, 3, 7; adeoque aurantiae *(Pomeranze)* genus aliquod poetae ante oculos fuiſſe veroſimile fit: v. Bauhin. Hiſt. Plant. T. I, p. 90. 92. Plinii aeuo adhuc, praeterquam apud Medos et in Perſide, nusquam prouenieba. Palladius, qui ſaeculo III ineunte vixiſſe putatur, praecipuam eius cultui curam impendiſſe creditur; v. eum in Martio X, 11 ſqq. certe is ſ. 16. cum antea vniuerſe de citro dixiſſet, eiusque cultu, pergit: *Aſſerit Martialis* (Gargilius) *apud Aſſyrios pomis hanc arborem non carere* — adiectis nunc iis, quae alii de malo Medica narrant. cf. etiam Ma-

Digitized by Google

Felicis mali; quo non praesentius vllum,
Pocula si quando saeuae infecere nouercae,
Miscueruntque herbas et non innoxia verba,

bat Reiskius, qui contrahit os in similitudinem risus Sardonii, vt Ecl. VII, 41. Wakefield ad Lucret. VI, 780 coni. *asprumque*. 127 *praestantius* Longob. Parrhas. edit. Ven. et Macrob. Sat. II, 15, frequente errore. Post hunc in Goth. sec. versus 130 sequebatur. 129 *Miscuerint* fragm. Moret. vnus Mead. et vett. edd. *Miscuerant* Franc. Cantabrig. Goth. sec. Eadem varietas apud Pierium. Versus insertus ex Ge. III, 283, vbi v. dudum damnatus nunc et eiectus a Brunckio et in edit. Parmensi.

crob. Sat. II, 15. vbi ex Oppio in libro de siluestribus arboribus: *Citrea item malus et Persica; altera generatur in Italia, et in Media altera:* tuncque subiicit fere eadem. Videtur tamen recte Medicam malum a Persica discernere Vossius et ad citri genus acidioris referre: de quo videbunt botanici, locis a Cerda cumulatis inspectis et expensis. Adde fragm. Herodiani (ad calc. Phrynichi) p. 212 μῆλα Μηδικὰ τὰ νῦν κίτρα. vbi v. Nunnes. Ita *tristes succi*, aut erunt acidi aut amari (vt Ge. I, 75 et al.), siue propter corticis ac granorum amaritudinem, siue succo, qui cultu deinceps adsiduo mitigari coepit. *tardus sapor*, h. diu palato immanens, quia acerbus, pungens, est. 127. *Felix*, de arbore si dicitur, ad secunditatem proprie respicit. Et sane citri setus perpetua successione succrescunt. Nunc tamen ad salubritatem potius epitheton spectare videtur, vt contra infelix, infaustum, est, quod nocet. Pro veneni antidoto habitum esse pomum Medicum etiam ex Theophrasto, Dioscoride, Plinio, constat; nec forte iniuria in certis saltem venenorum generibus. 128. *novercae*. Sollenne hoc antiquis, nouercalia odia, fraudes, insidias, venena memorare. v. c. Horat. III, 24, 18. Ouid. Met. I, 147. multo tamen magis Romanis, quam Graecis. 129. *verba non innoxia*, h. noxia, incantationes; et eodem sensu *herbae non innoxiae*, ve-

Digitized by Google

Auxilium venit, ac membris agit atra venena.
Ipſa ingens arbos faciemque ſimillima lauro;
Et, ſi non alium late iactaret odorem,
Laurus erat: folia haud vllis labentia ventis;
Flos ad prima tenax: animas et olentia Medi
Ora fouent illo, et ſenibus medicantur anhelis.
Sed neque Medorum, ſiluae ditiſſima, terra,

130 *agitata* Vratisl. 131 *facteque* vterque Mead. *tauros* Medic. a m. pr. 132 *ructaret* Ven. 134 *ad prima* Medic. et vetuſtiores Pierii et Heinſii, item tres Martini. In aliis *apprima, apprime.* 135 *medicatur* Ven. 136 *ditiſſima regna* Medic. a m. ſec., interpolatrice. Accipiebatur olim et interpungebatur: *Medorum ſiluae, ditiſſima terra:* ita languet appoſitum hoc.

nenatae. 130. *agit* eſt exigit, expellit. 134. *Ad prima*, vt *in primis, cum primis, apprime*, inter alias arbores: non enim decidunt flores cito. Mederi Parthos iis pomis graueolentiae oris, etiam Plinius monuit eod. l. poſt Theophr. 135. *fouent* h. curant, θαρπεύουσι; cum mox ſubſtituatur, *medicantur*. Eſt enim genus curae, calefacere, reficere modico calore, quod proprie eſt *fouere;* hinc latius etiam de aliis.

136—176. Sequitur ſignatiſſimus locus, cum quo cf. Plin. H. N. lib. extr. Dionyſ. Halic. I, 36. Varro R. R. I, 2, digreſſio in laudes Italiae, quas ſimilibus aliorum ſcriptorum locis firmauit et illuſtrauit Cerda. Neque Media, malis ſuis felix, nec India proprie dicta, ad Gangem, aut Lydia, cuius eſt aurifer fluuius Hermus, e Phrygia deſcendens, et mox cum Pactolo eodem alueo profluens, nec Bactriana, neque Aethiopia, aut ſi mavis, reliqua India, neque Arabia cum Italia comparari poteſt; multo minus Colchis, monſtris infamis v. 140.

136. Patet *ſiluae ditiſſima*, iungendum eſſe: Medorum terra, ditiſſima ſiluae, h. e. ſiluarum, pro, malo-

Digitized by Google

Nec pulcer Ganges, atque auro turbidus Hermus,
Laudibus Italiae certent; non Bactra, neque Indi,
Totaque turiferis Panchaia pinguis arenis.
Haec loca non tauri ſpirantes naribus ignem
Inuertere, ſatis inmanis dentibus hydri;
Nec galeis denſisque virum ſeges horruit haſtis:

137 *aura* Medic. a m. pr. *aut auro* Zulich. vt IV, 9 *neque — aut*. Variatur tamen haud vno modo negatio iterata. *neque* Goth. ſec. a m. pr. 138 *certant* Leid. a m. ſec. *nec Indi* quatuor cum Donato ad Ter. Phorm. II, 1, 14. 139 Putes eſſe *Totaue*. Sed variant poetae has copulas multis modis, vt nihil tuto ſtatuere poſſis. 140 *nec t.* Medic. a m. ſec. *ſpirantis* Mentel. duo. 141 *inmanes* ante Heinſ., male. *immani* Goth. pr. *hydris* Medic. 142 *galea*

rum, quas ante dixerat. 137. *auro turbidus Hermus* per oxymori ſpeciem pro auriſer. Expreſſit hunc locum Martialis Epigramm. VIII, 78 *turbato ſordidus auro Hermus*. Subtiliter magis quam vere monet Drackenb. ad Silium I, 159 Hermum turbidum non ſuo, ſed auro per Pactolum illato, ſignificari. *Bactra;* Bactrianam, tamquam ſplendidum nomen memorare videtur; etſi et illa terra inter feliciſſimas eſt; etiam Oxus in ea aurum vehere dictus: de Mirab. Auſc. 46. 139. *Panchaia*, Arabiae regio, ſeu Arabia nunc eſt; proprie inſula fabuloſa Euemeri, Arabiae ab Oriente obiecta, quam ex Ennii Euemero norat Virgilius. cf. Diod. V, 41, etſi et ibi diuerſa eſt inſula turifera. *pinguis*, aut propter tus pingue, quod reſinae naturam habet, aut fertilis, *turiferis arenis*, ſolo arenoſo, cui frutex turis innaſcitur, h. pro ture, de quo vid. Plin. XII, 14, ſ. 30 ſqq. In proſa diceres: habens ſolum, quod fert pingue tus.

140 — 143. Nota fabula de dentibus draconis ab Iaſone ad expugnandum vellus Colchicum profecto ſatis, et viris armatis hinc enaſcentibus, qui Sparti dicti. v. Apollon. III, 409 ſqq. *horruit* pulcrius quam extitit, exiit, nata eſt. Verſus 140 translatus ex Lucret. V, 29

Digitized by Google

Sed grauidae fruges et Bacchi Maſſicus humor
Inpleuere; tenent oleae armentaque laeta.
Hinc bellator equus campo ſeſe arduus infert; 145
Hinc albi, Clitumne, greges, et maxuma taurus
Victima, ſaepe tuo perfuſi flumine ſacro,

videtur legiſſe Auctor Medeae v. 256 in Anthol. Lat. pag. 167. *virîs* Zulich. 144 *oleaeque* ante Heinſium, qui Pierianos nonnullos et omnes ſuos ſequutus *que* ſuſtulit. In Mediceo additum a manu ſec. Deeſt in libb. Burm., in Regio Martini, et Gothano ſec. Ergo codd. auctoritate exulat, quod verſum numeroſiorem et ſuauiorem faceret. Color idem eſt in Lucret. V, 204 — *partem montes ſilvaeque ferarum Poſſedere; tenent rupes vaſtaeque paludes. oleae ſarmentaque laeta* edit. Argent., notante Reiskio; ab interpolatrice vtique manu. Io. Schrader. tentabat: *arbuſtaque.* Quod ſane et ipſum ferri poſſet; vti de vitibus ea vox occurrit, et cum oleis melius conueniret. Inciderat quoque in idem Wakef. ad Lucret. V, 1377. Verum poeta transitum ad greges facit. *lata* non modo coni. ſed et repoſuit Wakef. quia αἰπόλια πλατέα αἰγῶν ap. Homer. 145 *Hic* hoc et ſequ. verſu Erf. a m. ſec. 146 *Hinc albi, Tyberyne* Goth. ſec. a m. pr. *te maxima* Schol. Cruqu. Horat. Od. IV, 2. *tauri* Reg. Martini cum Erf.

Et Diomedis equi ſpirantes naribus ignem. 143. *fruges grauidae,* laetae. v. ad Ge. I, 319. Mons *Maſſicus,* Campaniae, ad Sinueſſam, vitibus conſitus.

145 — 147. Ornatiſſimi verſus pro: in Italia equi et boues praeſtantes naſcuntur. *Clitumnus,* Vmbriae Cisapenninae fluuius, vbi iuxta vrbem Meuaniam Tiniae ſe miſcuit, cum eo ad Tiberim deſcendit. Campi adiacentes etiamnum armentis opulenti. cf. de Clitumno Epp. Plin. VIII, 8. *albi greges,* quia fluminis aquis ea vis ineſſe putabatur, vt armenta *candido* colore eſſent. Simile quid creditum de Galaeſo in agro Tarentino; cf. ad Horat. Od. II, 6, 10, et Scamandrum opinio fuit rutilas reddere ouium lanas. cf. Ariſtot. H. A. III, 2. Alia v. in Nota Becmanni ad lib. de Mirab. Auſc. c. 184. *Taurus* ab his aruis adductus candidus *victima* in triumpho immolari ſolita. Omnia haec ſatis a multis

Digitized by Google

Romanos ad templa deum duxere triumphos.
Hic ver adſiduum, atque alienis menſibus aeſtas;
Bis grauidae pecudes, bis pomis vtilis arbor.
At rabidae tigres abſunt, et ſaeua leonum
Semina; nec miſeros fallunt aconita legentis;
Nec rapit ſmenſos orbis per humum, neque tanto

149 *ver perpetuum* Schol. Cruqu. Horat. Od. II, 6. conf. ad Ecl. IX, 40. *Hic iter* Ven.° *meſſibus* apud Martinum vir doctus legebat, e Claudiani XXXVI, 224 *alieno gramine*, vt de Medica, herba, intelligatur, ſed male; de anni tempore cogitat poeta: aeſtatem etiam per eos menſes durare, quibus hiemem aliae terrae ſentiunt. 150 *arbor* praetulit Burm., vt v. 81. 151 *rapidae* nonnulli apud Pier. et Burm. cum Gothanis, perpetua variatione. *obſunt* Ven. *leones* Medic. a m. pr., quod placet Heinſio; et habet ed. Cuningham. Scilicet epexegeſis illa et elegans et Virgilio familiaris. conf. Heinſ. ad Claudian. de B. Gild. 138. Sed v. loc. Lucretii in Notis. Reiskius locum ſic refingendum coniiciebat: *et ſecla leonum. Semina nec miſeros fallunt aconita legentes*, h. nec fallunt aconita miſeros illos, qui ſemina, h. herbas, legunt, aut potius *germina* pro *ſemina*; namquo alias pendebit *legentes*, neque habebit, quo referatur. 153 Miror inprimis poſt alterum *immenſos* τὸ *tanto* nemini displicuiſſe, quod explicari quidem poteſt, non tanto, quam in aliis terris: quod tenue eſſet; at cum definitum nihil ſit, cum quo comparatio inſtituatur, ad elegan-

illuſtrata: vide vel Cerdam. Sed ii tauri cum ante triumphantis currum ducerentur, hinc ipſi *ducere triumphos ad templa* dicuntur.

149. *alienis menſibus aeſtas*, hibernis. Ex Lucret. I, 182 *Quod ſi de nihilo fierent, ſubito exorerentur Incerto ſpatio atque alienis partibus anni.* 150. Oues et arbores biferae. Nota Italiae laus. vid. de Mirab. Auſc. c. 81 et ibi Nota clariſſimi editoris. *vtilis* pro fertilis, ab effectu. inf. 323 *ver vtile ſiluis.*

151—154. Ornate: Caret Italia ferarum monſtris, venenatis plantis et reptilibus. *ſaeua leonum ſemina*, γένη, ſaeui leones, ex Lucretiano III, 741 *triſte leonum Seminium. tanto*, tam longo, quam alibi.

Digitized by Google

Squameus in ſpiram tractu ſe conligit anguis.
Adde tot egregias vrbis, operumque laborem,
Tot congeſta manu praeruptis oppida ſaxis,
Fluminaque antiquos ſubterlabentia muros.
An mare, quod ſupra, memorem, quodque adluit infra?
Anne lacus tantos? te, Lari maxume, teque

tiam facere vix putamus. In promtu eſt *lento* legere, Nicand. Ther. 222 πωλεῖ ὀλκῷ, ſeu *torto tractu*, vt alias poetae. Nec aliter legiſſe putes Nemeſian. Ecl. IV, 40 *torto non ſquamea tractu Signat humum ſerpens.* Qui poetarum lectione tritus eſt, me non monente aſſequetur, ſententiae vim non in epitheto quaeri, ornatus cauſſa addito. Alias nec Nemeſianus *torto* adiicere poterat. 155 *labores* Vratisl. et fragm. Moret., it. Regius Martini. conf. ad Aen. I, 455. 156 *Tunc* c. duo. *coniecta* Erf. 158 *ſupra eſt* Parrhaſ. *abluit* al., ex more. 159 *Lauri* duo. Fabricius diſtin-

155. *operum laborem*, h. opera, fabricas, aedificia. Mox *congeſta manu* ſimpl. exſtructa in rupibus. Fuere autem multa per Italiam oppida, inprimis antiquiora, in editis ac praeruptis locis ſita; inque his ipſa Roma. 157. *Fluminaque antiquos ſubterlabentia muros* eſſe poſſunt ſiue medias vrbes permeantia, ſiue muros alluentia. Praefero nunc haud timide alterum hoc; *ſubter* eſt pro praeter. Talis enim ſitus multarum fuit per Italiam vrbium, vt ad amnem ſitae eſſent: idque nunc eo pertinet, vt Italiam multis fluuiis rigari ſignificet. Nimis anguſtum eſt, quod ad aquaeductus, Cloacam et Capitolium, hos verſus revocant; at poeta *tot vrbes, tot oppida*, memorat, et *antiquos muros*. Etſi aquae ductibus praeſidium parare poſſis ex Rutil. I, 101, vbi de iisdem egerat: *Intercepta tuis conduntur flumina muris.* Eſſet adeo intra vrbem.

158. *Mare ſuperum* et *inferum*, Adriaticum ac Tyrrhenum, mirae opportunitatis Italiae ad rerum hominumque commercia. 159. *Lacus Larius maxi-*

Digitized by Google

Fluctibus et fremitu adſurgens, Benace, marino? 160
An memorem portus, Lucrinoque addita clauſtra,

guere volebat: *Te, Lari, Maxime, teque* etc., vt tres praecipui lacus Italiae memorentur, Larius, Verbanus, qui et Maior, et Benacus. Nimis ſubtiliter. 160 *inſurgens* malebat Waſſe ad Salluſt. Iug. 33, quia hoc et alias ſimili ſenſu occurrit. At hoc ad emendationem nullam ſatis eſt. 161 *Quid memorem* Rufinian. p. 251. *abdita* Gud. *clauſtro* duo.

mus, h. permagnus, ſub Alpibus (nunc *Lago di Como*), in agro Mediolanenſi, *Lacus Benacus* in Veronenſi (*Lago di Garda*), propter magnitudinem ventis ac procellis obnoxius non aliter ac mare. Idem Mincium amnem medio alueo transmittens. v. Plin. IX, 22 et cf. Aen. X, 205. *adſurgens*, tumeſcens.

161 — 164. M. Vipſanio Agrippa, L. Canidio Gallo Coſſ. V. C. 717, cum contra Sext. Pompeium male rem geſſiſſet Octauianus Caeſar, vt reficiendis claſſibus locum tutum haberet, Agrippae conſilio portum Baianum in ſinu Puteolano (inter Baias et Puteolos) commodiorem et tutiorem ita reddidit, aut verius nouum portum aperuit, vt lacum Lucrinum, interiecto aggere a mari ſeclu-ſum, cum lacu Auerno, qui iſti adiacebat, coniungeret, aggerem autem modo dictum, qui V ſtadiorum erat, latitudine vix quadrigis recipiendis par (Strab. V, p. 245), poſtquam eo perfoſſo aditum nauibus in portum fecerat, ita muniret, vt a fluctibus ſuperari nequiret, nauibusque tutus intra eum eſſet receptus. Hic *Portus Iulius* vocatus. vid. Sueton. Aug. 16. Exciſae tum ſiluae, quae loca vicina occupabant. Locus claſſicus eſt apud Dionem XLVIII, 50, alia dedit Cluver. Ital. ant. IV, 2. Aduerſus Seruium, qui plura miſcuit, disputat Ouwens N. H. p. 581. Praelatus tamen ſequenti tempore portus Miſenus. Memorat itaque poeta portum Iulium; quem ſic ornauit: *portus Lucrinoque addita clauſtra*, h. aggerem

Digitized by Google

Atque indignatum magnis ſtridoribus aequor,
Iulia qua ponto longe ſonat vnda refuſo,
Tyrrhenusque fretis inmittitur aeſtus Auernis?
Haec eadem argenti riuos aerisque metalla 165

162 *magnis clamoribus* Aretinus in Epp. laudat, quod probabat Waſſe ad Salluſt. l. l. 164 *Auerni* Toll. et Seru.

illum non tum primum factum, ſed nouis operibus adſtructum, quo ipſo portus effectus eſt. Eodem modo accipiendum eſt illud Plinii, ex noſtro adumbratum, XXXVI, 15, ſ. 24, 12 *mare Tyrrhenum a Lucrino molibus ſecluſum*, nimirum, oſtio tantum portus relicto. *aequor* autem *indignabatur*, ea parte, *qua vnda Iulia ſonat ponto longe refuſo*, h. qua portus Iulius immiſſo mari erat effectus; *refuſus*, vt ſaepe fieri ſolet, non contrariam aut iteratam actionem notat, ſed ſimplicis vim habet. Poſſit quidem et ita accipi, vt pontus a mole aggeris in mare proiecti refundi, reprimi videatur, vt ap. Lucan. II, 617 *violentos inſula Coros Excipere ſaxis lapſasque refundere vndas* dicitur: ſed alter verſus ad eamdem ſententiam exprimendam valet: *Tyrrhenus aeſtus*, h. mare aeſtuans, immittitur, per os portus, *fretis Auernis*, h. lacui Auerno, qui pro intimo portus receſſu erat, et ad quem e Lucrino foſſa ducta erat. Lucan. II, 616 *Nec tamen hoc artis immiſſum faucibus aequor Portus erat*. Immutauere locorum faciem longa aetas, terrarum ruinae et ſubterranei ignes, inprimis Monte Nouo exorto, ita, vt nunc adeo de ſitu et veſtigiis huius portus inter viros doctos disputetur. vid. Paoli Antiqq. Puteolan. Accipitur vulgo de hoc portu Iulio Horatii locus Art. 63 *Debemur morti nos noſtraque; ſiue receptus Terra Neptunus claſſes aquilonibus arcet, Regis opus*. Mihi ille portum Alexandrinum reſpexiſſe videtur; *regum* Ptolemaeorum opus, a quo *aquilo* arcendus erat.

165. 166. In eadem argenti, aeris, aurique metalla. Copiam exprimit per

Digitized by Google

Oſtendit venis, atque auro plurima fluxit.
Haec genus acre virum, Marſos, pubemque Sabellam,
Adſuetumque malo Ligurem, Volſcosque verutos,

167 *Hoc* Zulich. et Mead. *vtros* Goth. ſec. a m. pr. 168 *Adſuetum malo* Zulich., addita ridicula gloſſa, id eſt, nauibus vel pomis. *Ligurum* Medic. a m. pr. Mox *Vulſcos, Vulcos, Volcos, Volctos* ſcribitur. *veruto* (ſcil. adſuetum) Lipſius emendabat. Sed vid. Not.

argenti riuos (ex Lucret. V, 1255) et *auro plurima fluxit*, poetica ratione, pro, plurimum auri in ea eſt; tametſi hoc ad Padum referri poſſit, nam apud Plin. XXXIII, 4, ſ. 21 in Pado *ſegmenta auri reperiri* traduntur. Ad montes ac ſilvas aliquando incenſas, vt metalla excocta fluerent (Lucret. V, 1242 ſqq.), referebat Iul. Sabinus. *aeris metalla Oſtendit venis*, quod in vulgari oratione fuiſſet, *venas aeris oſtendit. aeris metalla* h. aes o. in *venis*. *Oſtendit* autem non otioſum; quia certis tantum veſtigiis res credebatur, metalla autem Italiae exercere Senatus conſulto vetitum erat: Plin. III, 20, ſ. 24 extr. XXXIII, 4, ſ. 21. XXXVII extr.

167—170. *Marſi*, bellicoſi, cum *Sabinis*, ſeuera diſciplina nutritis, primo loco memorari ſolent inter Italiae populos. *adſuetum malo* pro malis, aerumnis, laboribus, κακοπαθείᾳ (cf. Aen. IX, 604 ſqq.), *Ligurem;* colit enim agrum exilem et ſaxoſum. *Inculta Alpium poſtrema poſſident*, ait Seruius (cf. *Addiſon's Remarks on ſeveral Parts of Italy* p. 6). Male hoc in tali carmine et in tali loco ad malam fidem horum hominum trahitur, vt facere videmus etiam nuperum ſcriptorem (*Obſervations ſur l'Italie* T. III, p. 279), cum eadem nunc opinio de Genuenſium ingenio inter Italos obtineat. Idem auctor (*Groſley*, T. II, p. 413. 414) recte, quam diuerſa facies Italiae nunc ſit, obſeruat,

Digitized by Google

Extulit; haec Decios, Marios, magnosque Camillos,
Scipiadas duros bello, et te, maxume Caesar, 170
Qui nunc extremis Asiae iam victor in oris

169 *haec doctos Marios* Ven. 170 *maxima* Gud. 171 *extremis atiem* Goth. pr.

et quam parum in eam cadat inprimis illud: *Magna parens frugum, magna virum! Volsci* autem *veruti*, h. hastae genere, *veru* (*veru Sabellum* Aen. VII, 665 dixit), seu telo veruto, armati. Apparet autem, quod vsu communi simpliciter *verutum* vocatur, esse proprie verutum telum vel iaculum, veru instructum ac munitum. *Scipiadas duros bello* h. induratos ad bellum.

171—173. Vt horum versuum sententiae fides constet, cum Ruaeo et Catroeo Burmannus eos altera recognitione insertos esse credit, V. C. 734, quo Augustus in Asia signa a Parthis recepit et Medis pacem dedit. Est adeo vir doctus, qui vss. 171. 172 tollendos esse censeat, cum nec a. 724 nec 734 satis conueniant. Cogitandum tamen erat, nos in poeta, non in historico versari; versusque esse tam praeclaros, vt vix ab aliquo interpolatore eos profectos esse arbitreris. Quod autem ad eam opinionem attinet, qua seriore manu ab ipso poeta inserti esse putantur: equidem in bono poeta vix hoc probandum putabo, si diuersi temporis in eodem carmine vestigia reliquerit. At nec tali suspicioni locus est, spectantque et hi versus ad eosdem annos, quos in aliis Georgicorum locis subinnuerat, 724. 725 ab V. C., modo poetam, vt alibi facit, v. c. Georg. III pr., magnifice efferre et ornare cogites id, quod vere nihil aliud erat, quam quod Caesar ex Aegypto, quo paullo post pugnam Actiacam Brundusio traiecerat, per Syriam in Asiam iter fecit, et hieme ad Euphratem exacta Asiae res constituit. v. Vita Virgil. ad a. 724. Itaque *extremis victor in oris Asiae*, vsque ad Euphratem progressus,

Digitized by Google

Inbellem auertis Romanis arcibus Indum.
Salue, magna parens frugum, Saturnia tellus,
Magna virum, tibi res antiquae laudis et artis
Ingredior, ſanctos auſus recludere fontis, 175
Aſcraeumque cano Romana per oppida carmen.

172 *In bellum aduertis* Vratisl. *artibus* duo apud Martinum, quod ex Aen. VI, 853 probare velle, ludus eſſet. Probabat tamen Wakef. in ſua Georgicorum editione; e qua tamen nolo quicquam afferre, quandoquidem ſeriore omnium carminum Maronis editione ea haud attigit, adeoque ipſe damnaſſe videtur. 174 *artem* Gud. *artes* coni. Wakef. . 175 *Aggredior* Priſcian. lib. VII, quod eſt vulgare verbum hoc ſenſu. *Ingrediar* fragm. Moret. conf. Burm. *excludere* Zulich.

et *Indum auertit*, dum praeſidiis fines, h. vrbes in finibus, firmat. *Indum imbellem*, vt Ge. I, 57 *molles Sabaei* et omnes Aſiae ad Auſtrum verſae populi: petiit hinc Nemeſ. Cyneg. 74 *Imbellem fugam* Parthorum. Nouum eſſet *imbellem* accipere, nulla iam amplius bella tentantem, ſcilicet, quod arma tua reueretur; vt Reiskius etiam accipiebat. *Arces* de finibus dici, docet Burm.: ſcil. quatenus ii arcibus et praeſidiis muniri ſolent. Omnino tamen imperium Romanum declarat. Inf. Aen. IV, 234 eſt ipſa Roma *Aſcanione pater Romanas inuidet arces?*

173 — 176. Tamquam deam appellat Italiam. *tibi* in tuum honorem, aut tui gratia, *ingredior*, adgredior, dicere inſtituo, *res antiquae laudis et artis*, rem ruſticam apud maiores in honore habitam. *ſanctos auſus recludere fontis*, quia primus inter Romanos hoc argumentum verſibus tractat. *ſanctos*, quos accedere metuebant, reuerentia quaſi numinis alicuius, adeoque nouos. *Aſcraeum carmen* omnino pro georgico, quia Heſiodus, ex Aſcra, Boeotiae vico, oriundus, opus de opere ruſtico condidit; non vero, quod vulgo putatur, ex Heſiodo adumbratum aut ex preſſum.

Digitized by Google

Nunc locus aruorum ingeniis: quae robora cuique,
Quis color, et quae ſit rebus natura ferendis.
Difficiles primum terrae, collesque maligni,

177 *ingentis, q. r. cano* Gud. 178 *aut quae* Arundel. et edd. vett. cum Goth. pr. *ferendis* tres. *creandis* vnus Arundel. *ferendis* vel propterea praeferendum eſſe videbat Reiskius, quia v. 195 *armenta* ſequuntur.

177. Nunc locum *de varia ac diuerſa ſoli et agrorum indole et natura*, et a v. 226—258 *de notis ac criteriis cuiuscumque ſoli* tractat; et quidem vniuerſe, vt non modo arborum culturam reſpiciat, ſed et frumentorum ac paſcuorum curam habeat. Nunc locus, inquit, eſt opportunus ac proprius doctrinae de aruorum ingeniis tradendae, *quae robora*, h. quae praecipua vis ac virtus cuiusque ſoli ſit, qua potiſſimum valet (Claudianus XVII, 178 *Noſſe ſoli vires*); *quis color*, quale ex adſpectu iudicium fieri poſſit, et quam naturam ſeu naturalem vim ad res ferendas habeat. Videtur in ſqq. ante oculos habuiſſe Theophr. de Cauſſ. Plant. II, 5 et 6, in aliis Xenoph. Oecon. cap. 16, 2 ſqq. conf. Varro R. R. I, 9. et Vitruv. VIII, 1.

179—183. Solum argillaceum et calculoſum ait eſſe idoneum oleis. *terrae difficiles* parum feraces, quaſi moroſae, parcae, vt contra *faciles*, fertiles, quaſi liberales, munificae. *frugum facilis terra* Claudian. XXIX, 54. Iunguntur etiam *colles maligni* eodem ſenſu et reſpectu ad liberalitatem ſoli ac fertilitatem: ſic quoque *ſolum benignum*. cf. Burm., qui in notione finienda laborare videtur. Praeceptum ipſum illuſtrat Theophraſtus de Cauſſ. Plant. II, 1. Cato c. 6; neque repugnat, quod olearum cultui alii ſolum pingue adſignant. Caeli enim locorumque indoles ac ſitus alibi aliud ſuadent. cf. Plin. XII, 18, ſ. 30. 31. Virgilius de regionibus Transpadanis cogitabat, aquarum eluuiei obnoxiis; vt bene

Digitized by Google

Tenuis vbi argilla et dumoſis calculus aruis,
Palladia gaudent ſilua viuacis oliuae.
Indicio eſt, tractu ſurgens oleaſter eodem
Plurimus, et ſtrati baccis ſilueſtribus agri.
At quae pinguis humus, dulcique vligine laeta,
Quique frequens herbis et fertilis vbere campus;

180 *Tenuis vbi argillae dumoſis calculus aruis* Probus Arte Grammat. Sed vulgatum tuetur etiam Nonius Marcellus in *Tenue. arua*, quae ſata ſunt arata, non poſſe eſſe *dumoſa* putabat Reiskius; itaque coniiciebat, *dumoſis calculus ancris*. Ancrae et antrae ſunt αὐλῶνες, στενοὶ τόποι, confragoſa, abrupta, curua, ſinuoſa loca ſaltuum. Eandem vocem Propertio I, 1, 11. I, 2, 11 obtrudebat Scaliger, e Gloſſis Iſidori. Sed *aruum* poetae eſt commune omnium agrorum nomen. vide vel II, 177. 181 *gaudet* Medic. Gud. tres alii cum Goth. ſec., ſcilicet quia *calculus* in animo haerebat. 183 *baccis ſtridentibus* Leid. pr. 184 *At que* Medic. a m. pr. et Gud. *Atque et* alter Menag. *Et quae* Franc.

vidit Martinus. 180. ager, λεπτὸς, λεπτόγειος, ſolo ſeu argilloſo ſeu ſaxoſo. *Tenuis argilla* Seruio *ſine humore, quia eſt* (ex oppoſito, puta) *et pinguis*. Scilicet eſt exilis, ieiuna, adeoque ſine ſucco, ſterilis. 181. *viuacis oliuae*. Plin. XVI, 44, ſ. 90 *Firmiſſimae ergo ad viuendum oleae, vt quas durare annis CC inter auctores conueniat*. conf. Theophraſt. de Cauſſ. Plant. II, 15. Hiſt. Plant. IV, 15. 182. *Oleaſter*, diuerſus ab eo, quem nos eo nomine appellamus. v. Martin. *Plurimus:* vt Georg. I, 187 *cum ſe nux plurima ſiluis Induet in florem*. vbi oleaſtri frequentes naſcuntur.

184—191. Solum pingue vitibus colendis idoneum eſt. *At humus, quae pinguis* et vliginoſa *eſt, et campus, qui editus auſtro*, verſus auſtrum, *eſt, et — hic tibi ſufficiet olim vites praevalidas*, h. e. vitibus colendis idoneus eſt. Pinguedinem et *vber* h. vbertatem ſoli (v. ad Aen. I, 531) co-

Digitized by Google

Qualem ſaepe caua montis conualle ſolemus
Diſpicere: huc ſummis liquuntur rupibus amnes,
Felicemque trahunt limum; quique editus auſtro,
Et filicem curuis inuiſam paſcit aratris;

187 *Diſpicere* Heinſ. tuetur hic et ad Aen. VI, 734 e Gud. Mentel. et Menag. *Deſpicere* vulgo, quod tuetur Wakef. ad Lucret. II, 741 et defendi poteſt. *hic* Goth. pr. *linquuntur* Medic. a m. ſec. et alii. *liquentur* Ven. conf. ad Aen. III, 28. *montibus* Moret. quart. 188 *obditus* vel *vuidus auſtro* coni. Io. Schrader. 189 *filicem* e codd. et edd. vindicat Heinſius. In vulgatas neſcio quas irrepſerat *ſilicem*. Quod res ipſa non reſpueret, nam, vt Colum. ait III, 11, 8, *amicus vineis ſilex;* et filice conſitam humum nimis ieiunam eſſe, quam vt vitibus idonea ſit, iudicabat Millerus. Sed *filicem* Plinius confirmat. vid. Not.

lendis conuenire vitibus, docet poeta: conſentiunt rei ruſticae ſcriptores: vt copioſe oſtendit Cerda. Vide inprimis Colum. III, 11, 8. Scilicet referendum et hoc ad diuerſa vitium genera et diuerſam caeli ſolique naturam. . *pinguis:* opp. tenui argillae. 186—189. indicia talis ſoli in conuallibus et in collibus. 187. *Diſpicere* pro vulgari, proſpicere, videre. *huc liquuntur, — quique editus Auſtro,* in vulgari oratione fuiſſet, *quo — liquuntur et limum trahunt; aut qualem eum campum videmus, qui editus Auſtro,* h. verſus Auſtrum, adeoque ei expoſitus eſt. *ſelix limus,* ad fertilitatem faciens, fecundans. 188. 189. Magnus auctorum, qui de vitibus colendis ſcripſere, in hoc diſſenſus, cum alii auſtris infeſtari vineas tradant. Multa loca congeſſit Cerda. Scilicet poetam de vineis, in ſolo humili, pingui et vliginoſo ſatis, alios de collibus loqui, tenendum eſt. 189. Plin. XVII, 4, ſ. 3 *Virgilius et quae filicem ferat, non improbat vitibus.* Eſt noſtrum *Farnkraut*, *fougère.* Pterin aquilinam Linn. eſſe, cenſebat Schreber. ad Theocr. Id. III, 14. *inuiſa aratris* propter implexas inter ſe et late ſerpentes radices, easdemque exſtirpatu difficiles, πολύῤῥιζος.

Digitized by Google

Hic tibi praeualidas olim multoque fluentis
Sufficiet Baccho vitis; hic fertilis vuae,
Hic laticis, qualem pateris libamus et auro,
Inflauit quum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras,
Lancibus et pandis fumantia reddimus exta.
Sin armenta magis ſtudium vitulosque tueri,

190 *Hinc* Ven. 191 *Suffictat* Gud. *vires* Reg. Martini. 192 *libatur* ed. Mediol. 193 *ad auras* Gud. et Goth. ſec. 194 *Lancibus et patulis* Medic. a m. pr. et vnus Mead. Burmanno ſuſpectus locus erat; modo *et pateris* coniectabat, minus feliciter; modo valis nomen latere putabat. Cur *pandum* tamen, quod et incuruum et reflexum eſt, de paropſide aut patina non aeque dictum putemus, ac de carina, naui? *oneratas lances* dixit Aen. VIII, 284. XII, 215. 195 *ſtudium eſt v.* vnus Mead.

190—194. Valde ornate effert illud: praeſtantiſſimum vinum in tali ſolo naſci. *pateris et auro* notum eſt, ad quam figuram ſoleat referri. Mihi tamen id Grammaticorum commentum valde ieiunum videtur. Scilicet poeta *aurum* ſimpliciter pro *patera aurea* dicere poteſt; ſaepe hoc vno contentus eſt; interdum, vt h. l., hoc ipſum explicatiue adponit, cum generaliorem vocem primum poſuiſſet. Similiter res ſeſe habet in aliis exemplis. 193. Tibicinem Etruſcum ſacrificiis adhibitum fuiſſe, vel ex Liuio notum eſt. *pinguis* in ludibrium gentis dictum eſſe videtur. Catull. XXXVII, 11 *Aut paſtus Vmber aut obeſus Etruſcus.* Nam ad buccas inflatas referre nolim. Habitum corporis ex adſiduis ſacrificiorum epulis, quibus adhibebantur tibicines, exprimi, non male Seruius cenſebat. *ebur* eſt tibia ex ebore. *reddimus:* damus, diis offerimus. Sacrorum vocabulum eſſe, etiam Seruius notat. Aen. XII, 215 *viſcera viuis Eripiunt, cumulantque oneratis lancibus aras.*

195—202. Obſeruetur praeceptorum in his formis variatio et orationis copia. Agros ſaltuoſos et irriguos paſcuis idoneos eſſe monet.

Digitized by Google

Aut fetus ouium, aut vrentis culta capellas:
Saltus, et ſaturi petito longinqua Tarenti,
Et qualem infelix amiſit Mantua campum,
Paſcentem niueos herboſo flumine cycnos;
Non liquidi gregibus fontes, non gramina deerunt; 200
Et, quantum longis carpent armenta diebus,

196 *Aut ouium ſoetus* Medic. cum permultis. *Aut fetus ouium vrentes* Menag. pr. *et vrentes* ed. Ven. 197 *Et ſaltus* duo. *ſatyri* Medic. a m. pr. Franc. et pr. Moretanus, cum gloſſa, *id eſt oppidi*. Habet lectio doctrinae ſpeciem. Ita et veteres Grammatici legerunt et acceperunt, vt ſit pro Satyrii; *Satyrium Tarentum*. v. Probus, et, qui inde ſua transtulit, Iulius Sabinus. In vetere reſponſo Phalantho dato apud Strab. VI, p. 427 Σατύριόν τοι δώσω. conf. Opuſc. Vol. II, p. 218. 219. Etiam Stephani Byz. epitome, *Satyrium* tractum prope Tarentum eſſe, vnde gentile Satyrinus et Satyrius ſ. Saturius ſit; ita *Saturi Tarenti* non male hic legi videtur, pro *Saturii*: Heinſius tamen has e vitio ſcripturae et pronuntiatione vocalis *u* et *y* confuſa ortas nugas reiicit. conf. inf. IV, 335, vbi *ſaturo colore* etiam *Satyro* legitur ſcriptum. *Satiri* Gud. *Terenti* Medic. a m. pr. 199 *herboſo in f.* vnus Mead. et edd. vett. *in* omiſſo *herboſo* Goth. pr. 200 *deerunt* Heinſ. recepit. *derunt* Medic. et ab alia manu adſcripto *e*. Sic ſex alii. *deſunt* vulgo.

Exempla nunc in ipſum praeceptum conuertit. *tueri*, vt ſeruare, eo ſenſu, quo eſt nutrire, alere, itaque et paſcere, hoc v. c. etiam Grat. Cyneg. 306. 307. *vrentes culta capellas*, laedentes ſeu ſerrato dente ſeu ſaliua, vt exareſcant. Ita *vrere* dictum erat Ge. I, 77 et inf. 378. 379. — *ſaturum Tarentum* propter inſignem agrorum vbertatem (vid. Horat. Carm. II, 6, 10 ſqq.); a conſequenti; vt *pinguis*, et 224 *diues Capua*. Illuſtrat vſum epitheti Heinſius. *longinqua*, longinquos agros. — 198. Notum ex Ecl. I argumento, et Ecl. IX, 27. 28. — 199. Vid. Ecl. VII, 11. 12. 13. *herboſo flumine*; Mincius enim arundine et alga obſitus eſt. —

Digitized by Google

Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.
Nigra fere et preſſo pinguis ſub vomere terra,
Et cui putre ſolum (namque hoc imitamur arando),
Optuma frumentis: non vllo ex aequore cernes 205
Plura domum tardis decedere plauſtra iuuencis:
Aut, vnde iratus ſiluam deuexit arator,

202 *reponit* Medic. *reponat* Rottend. tert. 203 *et* abeſt a tribus et Goth. pr. *ex* Gudian. *pingui* Medic. 204 *Vt cui* Seru. et Philargyr. ad 263. *hic* fragm. Moret. *imitantur* Menag. pr. Rottend. et Moreti pr. a m. pr. *imitatur* Medic. a m. pr. et Voſſ. Io. Schrader. tentabat: *rimamur.* 205 *non nullo* Cantabrig. 206 *discedere* fragm. Moret. *deſcendere* vnus Mead. 207 *delecit*

201. 202. per noctem ſuccreſcit. *ros,* tamquam cauſſa fertilitatis: vnde ϑῆλυς ἐέρση: v. c. Graeu. ad Heſiod. Sc. H. 395. Poetica quidem amplificatione dicta, nec tamen a vero plane abhorrentia. cf. Plin. XVII, 4 extr. De Campo Roſeae ad Lacum Velinum v. Seru. ad Aen. VII, 712. Cluuer. Ital. ant. p. 679.

203—211. Tandem humus pulla ſeu nigra, pinguis, et *putris,* h. reſoluta, tenera, adeoque ſolibus et imbribus penetrabilis, (v. Ge. I, 44 et inf. 262. 263; γῆ μανὴ, κούφη, λεπτὴ, εὔυδρος, εὐδίοδος) agrum frumentis ſerendis idoneum praebet. Arationis conſilium eſt hoc ipſum, vt, quae terra talis non ſit, glebis fractis ac comminutis putri ſimilis efficiatur. conf. loc. Columellae V, 4, 2. et Dickſon p. 148 ſq. Idem Colum. diſerte h. l. interpretatus eſt X, 7 *Pinguis ager, putres glebas, reſolutaque terga Qui gerit, et foſſus graciles imitatur arenas.* Locum ante oculos habuere in iisdem praeceptis condendis Colum. II, 2, 4, et de nigro colore §. 14 ſqq. Plin. XVII, 4, ſ. 3. Pallad. lib. I, tit. 5. *tardis* et naturae boum et oneris notionem, adeoque plauſtri, quo frumentum ex agro deuehitur, magnitudinem ſuggerit. 207-211. Alterum genus agri frumentoſi

Digitized by Google

Et nemora euertit multos ignaua per annos,
Antiquasque domos auium cum ſtirpibus imis
Eruit: illae altum nidis petiere relictis;
At rudis enituit impulſo vomere campus.
Nam ieiuna quidem cliuoſi glarea ruris

Medic. Pierii; ſed occurrit ea variatio ſaepius. conf. Burmann. 208 *auertit* ed. Mediol. vid. Georg. I, 256. 209 *domus* Ven. 210 *almum* Ven. *petiuere* Regius. 211 *Aut* Medic. a m. pr. Moreti ſec. et Voſſ. cum Regio Martini. *Et* Mentel. tert. cum vno Mead. Et ſunt, qui ad ſequentia referant; male. *impreſſo* ed. Mediol., ex aliis forte locis, vt 203.

eſt noualis, caeſa vetere ſilva: 207 ſqq. cf. Colum. l. c. II, 2, 11. Verſuum pulcritudinem vel me non monente ſentis. *iratus* ſuauiter, quod ſiluae inutiles bonum ſolum occupabant. *deuexit* poetice; vulgari ratione id, quod antecedit, poneretur, excidit, exſtirpauit. cf. v. 408. Ad v. 209 omnes laudant locum Lucret. I, 19 *Frondiferasque domos auium.* At ipſum Virgilium preſſius ſequitur Manilius I, 774—777; habuit etiam ante oculos Silius V, 505 — 508. Tum ſubiectus eſt 211 verſus pulcerrimus. *impulſo vomere,* adacto, vt v. 203 *preſſo,* I, 45 *depreſſo aratro. rudis campus,* nunc primum proſciſſus. *rudibus qua luceat orbita ſulcis* dixit Nemeſian. Cyneg. 14. Alia dabit Burmann. *enituit* autem, eniteſcit, magna cum vi: eſt enim bona terra *poſt vomerem niteſcens,* vt Plinius ait XVI, 5, f. 3. quandoquidem omnino *nitent,* quae culta ſunt, vt Ge. I, 153. Aen. VI, 677. conf. Burm. Totam vero ſtructuram in pedeſtri oratione ſic inſtitueres: *antiquas domos auium eruit, quae altum petunt, dum interea campus eniteſcit* etc. Quod ſi meminiſſent interpretes, non verſum 211 cum ſequentibus iunxiſſent. v. ap. Burm. et Martin.

212—216. Notetur noua orationis connectendae variatio, dum *ad notas mali agri* transit. At *ſolum*

Digitized by Google

Vix humilis apibus caſias roremque miniſtrat;
Et tophus ſcaber, et nigris exeſa chelydris
Creta, negant alios aeque ſerpentibus agros
Dulcem ferre cibum et curuas praebere latebras.

213 *Vix apibus humilis* Erf. 214 *tofus* multi ſcribunt. *foſſus* Goth. ſec. *ſcaber nigrisque* edd. Aldd. et Iunt. emendatum a Naugerio. *chelindris* tres. *chilindris* Erf. 215 Vulgo interpungebatur poſt *Creta:* vt *negant* eſſet: negant homines. Ieiune. 216 *furuas* coni. Io. Schrader. *vacuas* et *varias* in libris legi notat Vrſinus. At vide Notam. *tenebras* Regius Martin.

glareoſum, ſatis eſt, ſi herbas apibus idoneas ſuppeditat. *ieiuna glarea*, infecunda; λυπρά. Diuerſum ſolum ab vſ. 180, vbi etiam *tenue*, ſed argillaceum et calculoſum; nunc ſabuloſum. *rorem*, quem apes e floribus et herbis ſugunt; nuncque flores ipſi, quibus ille ineſſe ſolet. Alienus a paſtu apum humor, quo noctu irrigantur prata. *Ros marinus* quidem, frutex, a Seruio intelligitur, quem alii ſequuntur. Sed nondum locum vidi, in quo ille ſimpliciter *ros* appelletur. De *caſia*, herba coronaria, thymelaeae affini, v. h. l. Martinum et ſup. ad Ecl. II, 49.

214—216. Sententia eſt: Terra tophacea et cretoſa ſerpentibus omnium eſt aptiſſima. Hoc ita extuliſſe videri debet: *tophus et creta negant alios agros aeque ferre ſerpentibus cibum*, ſcilicet, ac ipſi, tophus et creta, ferunt. Sollenni poetarum more ſic ſolet rebus vita carentibus, vti mens et conſilium, ita loquela, tribui. Notum illud Catulli: *Phaſelus ille — ait fuiſſe nauium celerrima.* Ita etiam *nego*. Nec aliter Graeci. Paullo poſt v. 234 *ſin in ſua poſſe negabunt ire loca.* Item 268 et al. Ita *nolle*, *recuſare*, pro, non poſſe; et *nouit*, pro poteſt. *exeſa*, cauernoſa, vt Aen. VIII, 418 *exeſa caminis antra Aetnaea:* non vero quaſi ſerpentes terram exederint. 216. *curuas latebras* pro cauis. Sic et Ge. III, 544.

Digitized by Google

Quae tenuem exhalat nebulam fumosque volucris;
Et bibit humorem, et, quum vult, ex se ipsa remittit;
Quaeque suo viridi semper se gramine vestit,
Nec scabie et salsa laedit robigine ferrum:
Illa tibi laetis intexet vitibus vlmos;
Illa ferax oleo est; illam experiere colendo
Et facilem pecori, et patientem vomeris vnci.
Talem dives arat Capua, et vicina Vesuo

217 *Quem* Goth. pr. *fumosque lucoris* Rom. 218 *Vt bibit* Ven. *Quae* vnus Mead. 219 *semper viridi* Medic. et Moret. pr., it. Pierii Rom., vterque Goth. *viridis* emendat Faber. Scilicet non male ita legeretur, si constaret, poetae ita loqui placuisse. 220 *Haec* vnus Mead. *aut salsa* Medic. a m. sec. cum Leid. et Goth. sec. *falsa* Menag. pr. 221 *Ipsa* Zulich. *intexit* edd. aliae et Goth. sec. *tibi in laetis* Mead. 222 *oleo* e vetustis Pierii et multis suis reposuit Heins. Sic et laudabat Nonius Marcellus et Arusianus Messius. *oleae* vulgo editum et lectum cum Medic. *olee* Goth. sec. cum Erf. 224 *erat* Medic. et Mentel. pr., vterque a m. pr. et Goth. pr. *Vesaeuo* iidem cum Mentel. Reg., vtroque Voss. *Vesaeo* Rom.

217—225. Post terras singulis culturae generibus aptas memorat agri genus optimum vinetis, oliuetis, frumentis et pascuis aequaliter idoneum. 217. Plin. XVII, 4, 5. 3 *terra optima — quae tenues exhalat nebulas.* 223. *facilem*, liberalem, vberem, copiosum pabulum praebentem. conf. ad v. 179. Mox 224 *vicina Vesuo:* antequam Vesuuii incendiis tractus ille erat vastatus; quod Titi Imp. tempore euenit: etsi etiamnum ea regio agros habet feracissimos, quotquot calamitatem experti nondum sunt. cf. Martial. IV, 44. Vtuntur hoc loco viri docti ad docendum, ante cladem illam anni C. N. 79 nullam contigisse aliam. Intelligitur tamen ex Strabonis aliorumque locis, ante omnem

Digitized by Google

Ora iugo, et vacuis Clanius non aequus Acer-
ris.
Nunc, quo quamque modo poſſis cognoſcere, dicam.

225 Gellius N. A. VII, 20 ſcriptum in quodam commentario ſe reperiſſe memorat, a Virgilio primum fuiſſe editum: *Nola iugo;* mox ob negatam ſibi a Nolanis aquam, in propinquum rus ducendam, poetam offenſum nomen vrbis in *Ora* mutaſſe; quod ipſum Gellio ſuauius ad aures eſſe videbatur, antecedente vocabulo in *o* deſinente. Easdem nugas Philargyrius ad h. l. et in Seruianis ad Aen. VII, 740. Refellit eas patriae ſtudio Ambroſ. Leo de Nola lib. I, c. 2 in Schotti Scriptt. hiſt. Ital. *Clanis* Parrhaſ., *vt* ab aliis appellatur. 226 *Tunc, quo* fragm. Moret. *quo quaeque* ed. Ven. *quo cumque* Romanus, Moret. quart.; et ſic Pierius in codd. fere omnibus antiquis legi teſtatur; add. Erf. et ex edd. Mediolan. *quamcumque* vel *quocumque* Zulich. *poſſes* Rom.

hominum memoriam, antiquiſſimis temporibus, incendio aliquo montem conflagraſſe. 225. *Clanius* arat, h. e. Clanii accolae, qui fluuius eſt Campaniae, iuxta Linternum in mare ſe immittens, vicinis agris, et inter hos Acerranis, exundatione exitioſus; ita vt Acerrae infrequentes eſſent. Emendatum hoc vitium locorum deductis per canalem aquis ſtagnantibus per Hiſpanos: vt didici ex Lupuli Itinere Venuſino p. 11. Dicas pro exemplo felicitatis parum commode agrum circa talem vrbem laudari: poteſt tamen ſolum fluuio obnoxium, et tamen praeclarum eſſe. Enimuero non agri Acerrani, quibus illa calamitas interdum accidit, ſed ager ad Clanium, qui per multum agrorum tractum decurrit, donec Acerras attingit, laudatur. Duxit ex h. l. Silius VIII, 537 *Clanio contemtae ſemper Acerrae.*

226—258. Terra quomodo ſit probanda (δοκιμασία γῆς), quibusque notis eius natura denſa, rara, ſalſa, pinguis, humida, grauis, leuis, nigra, frigida cognoſcenda. Inter alios cf. Plin. XVII, 5, ſ. 3. Colum. II, 2, 19. add. Geopon. II, 10. et Vitruu. VIII, 1.

Digitized by Google

Rara ſit an ſupra morem ſi denſa requiras:
Altera frumentis quoniam ſauet, altera Bacchо;
Denſa magis Cereri, rariſſima quaeque Lyaeo:
Ante locum capies oculis, alteque iubebis
In ſolido puteum demitti, omnemque repones
Rurſus humum, et pedibus ſummas aequabis arenas.
Si deerunt, rarum, pecorique et vitibus almis
Aptius, vber erit; ſin in ſua poſſe negabunt

227 *aut — ſit denſa* Ven. Zulich. Erf. a m. ſec. ed. Mediol. et Geneu. *requires* Medic. a m. pr. cum tribus aliis. 230 *alumque* Moret. ſec. *videbis* Gudian. cum tribus aliis, et Medic. Pierii, it. ed. Norimb., ac Goth. ſec. a m. ſec. 231 *In ſolidum* fragm. Moret. ed. Ven. *dimitti* plures. *reponas* alter Moret. 232 *ſummis* aliquot apud Pierium. 233 *rarum eſt* Franc. *Si deerunt terrae* Parrhaſ., vtrumque ab interpolante manu mali interpretis. *deerit* edd. antiquae vel Pierio teſte; et ſic ed. Norimb., quod defendi poſſet; ſed alterum, quod inde ab Aldd. legitur, doctius, *deſerint* vnus Mead. 234 *ſi in* Mentel. pr. *Sis in* Ven. *Sed ſi in* Menag. *Si que in* Zulich.

227. *Si requiras*, terra rara ſit an denſa: *locum capies antea oculis* — 230. Locum ſoli ſolidi eliges, in quo *puteum*, altam foveam, ſcrobem (βόθρου Geopon. II, 11) facias, ſodi iubeas etc.; at exquiſitius, *demitti*. Porro τὸ *ſolidum* pro loco ſolido. 233—237. *Si deerunt*, ſcil. arenae, terra, ad ſcrobem replendum, — *ſin eae negabunt poſſe ire in ſua loca*, ſoueae ſpatiis recipi, ſi non poterunt reponi (v. ad v. 215), vt adeo ſuperſit terrae egeſtae aliquantum etc. conf. Colum. II, 2, 19. 234. *vber*, vbertas, vber et fecundum ſolum. vid. v. 185; h. l. ſimpliciter, humus, ſolum; ſubiicitur ei, quod vſ. 230 erat, *vber rarum* foro (cui opp. ſpiſſus, craſſus ager; v. Colum. III, 12, 2) et paſcuis ac vineis aptum. *vites almae*, v. 233, quia praebent, quo alas te;

Digitized by Google

Ire loca, et ſcrobibus ſuperabit terra repletis:
Spiſſus agèr; glebas cunctantis craſſaque terga
Exſpecta, et validis terram proſcinde iuuencis.
Salſa autem tellus, et quae perhibetur amara,
Frugibus infelix (ea nec manſueſcit arando,
Nec Baccho genus, aut pomis ſua nomina ſervat),
Tale dabit ſpecimen: tu ſpiſſo vimine qualos,
Colaque praelorum ſumoſis deripe tectis;

235 *ſuperarit* fragm. Moret. 236 *verſaque terga* Moret. quart., male. 237 *Et ſpecta* Seruius legerat; lapſus frequens eſt. *Exerce et validis* Rom. Pierii. *et* ante *validis* in Medic. a m. pr. aberat. 240 *Nec Baccho decus* emend. Io. Schrader., vt Aen. II, 89 *nomenque decusque Geſſimus.* At Colum. X, 38 *Quo Bacchi genus aut*, ex hoc ipſo loco. *numina* Rottend. *ſeruet* Mentel. pr. 241 *tum* vnus Mead. *ſqualos* Leid. vnus. *ſpiſſos v. qualos* Longob. Pierii, ed. Ven. 242 *diripe* plures.

et in boni ſeu muneris parte ſunt. *terga* agri, v. 236, de ſuperficie, in qua ſulci fiunt.

238 — 247. Salſum et amarum ſolum ſapore exploratur, aqua colo eliquata. cf. Colum. II, 2, 20, et de Arbor. 3, 6. *quae perhibetur amara*, quam vulgo amaram appellant. Niſi eſt pro ſimpl. *eſt*. *infelix*, infecunda. 240. Vinum generoſiſſimum et poma optima in tali terra degenerant. *genus* et *nomina*, eleganter Burm. notat, vt in hominibus, ita hic, nobilitatem deſignare. *ſpecimen*, documentum, δεῖγμα, probatio, ἀπόδειξις.

241 — 247. Rem vid. inprimis ap. Geopon. II, 10 et 11. V, 7. Qualos vimineos, ſeu calathos, ac *cola praelorum*, h. ſupponi praelis vuarum et oliuarum ſolita, vt nouum muſtum aut oleum in iis exceptum percoletur ac liquetur, *deripe tectis fumoſis*, pro, fume. Ornatus inde petitus, quod iſta vaſa, ne humore corrumpantur, ad fumum re-

Digitized by Google

Huc ager ille malus, dulcesque a fontibus vndae,
Ad plenum calcentur: aqua eluctabitur omnis
Scilicet, et grandes ibunt per vimina guttae; 245
At ſapor indicium faciet manifeſtus, et ora
Triſtia tentantum ſenſu torquebit amaror.

243 *Huic* Meſſius Aruſianus legiſſe videbatur Heinſio; ſicque a pr. m. Erf. 244 *luctabitur* alter Menag., vt plerique Pierii. *aquae luctabitur amnis* a m. ſec. fragm. Helmſtad. in Analect. litt. Helmſtad. 1783, p. 194. 245 *Illicet* coni. Io. Schrader., *Scilicet* eſt *δή*. v. ſup. ad I, 282. *de vimine* alter Moret. 246 *Et* idem. *Sat* vnus Mead. Reiskius non male ita interpungebat: *At ſapor indictum faciet; manifeſtus et ora T.*, vt ſit *amaror manifeſtus*; facit hoc idem Wakef. et malim ſic ipſe interpungere. 247 *amaror* ap. Gell. I, 21 Hyginus Grammaticus in libro, qui fuerat ex domo atque familia Virgilii, inueniſſe memorabat. Eamdem lectionem amplectebatur Fauorinus et ipſe Gellius. Agnoſcit quoque Macrob. Sat. VI, 1, et ſic ſeptem ap. Heinſ., quatuor apud Burm., ed. Ven., noſtri Gothani cum Erf. et Medic. a m. ſec. *amaro* alii, et inter eos quidem vetuſtiſſimi, Romanus, nec non Medic. et Longob. Pierii a m. pr. Praefert hoc poſt Pierium Heinſius, quia durum eſſet, *ſapor; amaror*. Quod mireris, ſi de canone critico cogites: *amaror* vox exquiſita, Lucretiana. *ſenſum amaror* Tollianus, et vnus Arundel. cum eodem fragm. Helmſtad.

poni ſolent. 243. *Ager*, particula terrae ex eo agro; *τῆς γῆς τι*. *Huc — calcentur*, exquiſitius quam *hic*; infert enim alterum, huc infundantur, et calcentur, ſubigantur. 244. *Ad plenum*, plene, vt colum plenum ſit. Horat. Od. I, 17, 15 *Hic tibi copia Manabit ad plenum benigno Ruris honorum opulenta cornu*. *eluctabitur* pulcrius ac effluet. 246. *ſapor* aquae expreſſae. *manifeſtus*; in pedeſtri oratione vel manifeſto, vel indicium manifeſtum. *Amaror torquebit ſenſu ora tentantum*, h. guſtantium, ex Lucret. II, 401 *At contra tetra Abſinthi natura ferique Centauri foedo pertorquent ora ſapore*. Iam hic ſenſus haud dubie proprie *triſtis* appellandus; quod de amaris rebus dici, ſupra v. c. I, 75 vidimus; et obuium erat poetae iungere, *ſenſu* ſeu ſapore *triſti*; at magis

Digitized by Google

Pinguis item quae ſit tellus, hoc denique pacto
Diſcimus: haud vmquam manibus iactata fatiſcit,
Sed picis in morem ad digitos lenteſcit habendo.
Humida maiores herbas alit, ipſaque iuſto
Laetior, ah nimium ne ſit mihi fertilis illa,
Neu ſe praeualidam primis oſtendat ariſtis!

248 *tellus quae ſit* alter Moret. et Goth. ſec. 249 *aut vmquam* Menag. pr. *manibus tractata* emend. Wakef. ad Lucret. IV, 231. 250 *ad* deeſt fragm. Moret. et a ſec. m. quarto Moret., it. Goth. pr. 251 *alit herbas* Zulich. 252 *a, ha, nimium* multi, vt ſolent. *ne ſit tibi* Erf. *fertilis vna* Menag. pr., vnde Heinſ. coni. *vuae, vlla* Erf. a m. pr. 253 *Nec ſe* vterque Medic. cum Romano et aliis, etiam apud Martinum. *Ne ſe* alii apud Pierium, et Parrhaſ. *Heu* vnus Arundel. *praecipitem* Zulich. *oſtendit* Ven. *oſtentet* Aldd. pr. et ſec. et Iunt., quod placet Burmanno de terra quaſi gloriante.

exquiſitum, transferre epitheta ad adiuncta; hinc *triſtia ora.*

248—250. Pingue et glutinoſum (idemque dulce) ſolum tactu cognoſcitur. *manibus iactata,* verſata, tractata, trita. *fatiſcit,* atteritur, vt abeat in arenulas, ſoluatur in puluerem arida facta. v. Ge. I, 180 ibique Not. *ad digitos lenteſcit,* lenta adhaeret digitis, *habendo,* dum manibus habetur: vt Aen. XII, 88 *aptat habendo Enſem:* vt haberi poſſit ab eo; vt capiatur manu. *habendo* paſſiue, vt Lucret. I, 313 *Annulus in digito ſubtertenuatur habendo,* dum habetur, tractatur. Ad rem cf. Plin. XVII, 4, ſ. 3. Colum. II, 2, 18 laudato hoc loco.

251. 252. 253. Humidum ſolum prodit ſe herbis nimium luxuriantibus. *ah nimium ne.* Egregia variatio eius, quod ſimpliciter efferrent noſtri homines: *quod terrae genus nemo ſibi optet.* Similis inuerſio Ge. I, 456 *Non illa quisquam me nocte per altum Ire iubeat,* vbi v. Not. Rem v. ap. Plin. l. l. *primis*

Digitized by Google

Quae grauis eſt, ipſo tacitam ſe pondere prodit,
Quaeque leuis. Promtum eſt oculis praediſcere nigram,
Et quis cui color. At ſceleratum exquirere frigus
Difficile eſt: piceae tantum taxique nocentes,

254 *prodet* Medic. *promit* Regius et Cerda. *tacitum* apud Pierium eſt vitium Aldinae ſec. 255 *praedicere* quatuor ap. Burm. et Goth. pr. cum Erf., nec non Romanus. *cognoſcere* Zulich. Ita et alibi Ge. I, 252, 51. 256 *Et quisquis color. at* edd. Aldd. primae et hinc profectae, et ſic Medic. a m. ſec. et plerique omnes; etiam noſtri. Defendit hoc Seruianorum auctor. *Seu quisquis* ed. Ven. *Et quis cui ciue color* Romanus. *Et quis cuique color: at ſceleratum*, vt eſt in Medic. a m. pr., in aliis ap. Pierium, et in vno Mead.; et cum verſum labefactum viderent, *color* mutato in *colos*, quemadmodum Pierii Mediceus habet, aut excluſo *at* lectum eſſe in antiquis libris, patet e Seruianis, Zulich. et vno Arundel. Scilicet *Et quis cui color*, quod Naugerius Ald. tert. adſciuerat, inde Manut. Commelin. Pulmann., vera lectio; reperitur illa in Mentel. pr. a m. pr. *cui*, pro cuicunque, vid. Burm. 257 *tantum piceae* Moret. ſec.

ariſtis, pro, herbis ſurgentibus, vt Seru.

254. 255. 256. Solum graue an leue, nigrum an alio colore, ipſo oculorum vſu cognoſcitur. *tacitam ſe prodit;* poetica ratione, vulgo diceres, *tacite;* at, pro aduerbio *tacita* prodit ſe terra, argutius *tacitam ſe*. Cf. Colum. II, 2, 15 ſq.

256—258. Frigida terra ad cognoſcendum difficilis eſt. *ſceleratum* pro noxio, vt venenum. Ita *impius;* adeoque deteſtabilis, execrandus. Ita ſaepe ipſe Maro. Aen. III, 60 *ſcelerata terra*. VII, 461 *ſc. inſania belli*. add. II, 231. XII, 949. Subeſt ſane notio reatus ex ſcelere, caede et ſic porro: verum, vbi de poeta et de epitheto quaeritur, in etymo non licet haerere, ita vt ſit ſolum, quod enecat. *Taxi* aut certum genus intelligendum, aut alio ſub caelo magis noxia eius natura eſſe ſolet. De ea, item de *hedera*

Digitized by Google

Interdum, aut ederae pandunt veſtigia nigrae.
His animaduerſis, terram multo ante memento
Excoquere, et magnos ſcrobibus concidere montis,
Ante ſupinatas aquiloni oſtendere glebas,

258 *haut* Medic.; in eodem *pandunt* primae duae litterae in litura a m. rec. an ille *pangunt* habuit? 259 *His etiam aduerſis* Ven., at vid. inf. Georg. III, 123. 260 *circumdare montes* Romanus. *et* omittit Medic. Pierii, quod placebat Martino, qui et malebat *magnis ſcrobibus*. Omiſſum *et* in edit. Cuningh., quod idem malebat Cort. ad Plin. VII epp. 4. Scilicet quia alioqui in tertio membro copula deſideratur: *Ante ſupinatasque*. Iac. Bryant acute: *Atque ſupinatas aquiloni* emendat; quod equidem praeferam. Cum de collibus agatur, *magnos* non bene memorari montes facile ſentias. Placet itaque quod Martinus malebat: *magnis ſcrobibus*. 261 *extendere* Moret. alter, male. vid. Not.

nigra, multa loca congeſſit Cerda. cf. Martin. *pandunt veſtigia*, indicia praebent frigoris. niſi ad radices referas, quibus ſolo ſunt affixae, vt adeo dictum ſit pro ſimplici: ibi creſcunt. *Veſtigia* pro pedibus, plantis, radicibus, figuntur, extenduntur, panduntur. Ita vt acciperet, inducebatur Wakefield verſu Lucretiano lib. V, 912 *Aut hominem tanto membrorum eſſe impete natum, Trans maria alta pedum nixus vt pandere poſſet.* Verum poetae conſilium, ſententiae tenor, et ſimilia, quae anteceſſerant, vſ. 241 *tale dabit ſpecimen. promtum eſt praediſcere*, firmant priorem interpretationem.

259 — 262. Transit ad *vinearum ſationem*, de quibus copioſe agit ad v. 419, etſi multa interpoſita ſunt, quae vitibus communia ſunt cum aliis arboribus: cf. Plin. XVII, ſ. 14. 16, et primum quidem *de faciendis ſcrobibus;* ſed quam pulcre et ornate hoc praeceptum tribus his verſibus 259—261 propoſuit! Arbitror autem ante oculos habuiſſe poetam Xenoph. Oecon. c. XVI, 11 ſqq., et Theophr. de Cauſſ. Plant. III, 5. De vitium cultura

Digitized by Google

Quam laetum infodias vitis genus; optuma putri
Arua ſolo: id venti curant, gelidaeque pruinae,
Et labefacta mouens robuſtus iugera foſſor.

262 *lentum* Zulich. et Leid. alter cum Goth. ſec., perpetua variatione, inprimis in vite. v. Ecl. III, 38. *laetum* hic verum. Multa enim praecipiunt huius ſationis auctores de eligendo fecundiſſimo et probatiſſimo ſtirpis genere. vid. Colum. III, 6. 263 *curent* Voſſ. pr. *gelidaeue* vnus Arundel.

inprimis videndi Columell. lib. III. Geopon. lib. V. Plin. XVII, 35 ſq. Serendarum vitium tres ſunt modi: aut in paſtinato (agro in totum foſſo, quo mox ferramento bifurco, paſtinum dicitur, defigitur ſurculus) aut in ſulco aut in ſcrobe: Plin. l. l. 35, 7. Colum. III, 13, 1. Pallad. II, 10 pr. *Excoquere*, πέπτειν, πεπαίνειν, macerare, adeoque excoquendum dare, vt Burmannus bene monet, ſole, gelu, pruinis: vt ap. Colum. XI, 3, 13. Iam *concidimus terram ſcrobibus*, dum ſcrobes crebros facimus, incidimus in terra; *conciſam foſſis Aegyptum* e Iuſtino II, 1 laudat Burm. Cum autem vineae in collibus fere plantentur, *montes* memorat poeta. Facit tamen miorationem epitheton *magnos*. Alia ratio videtur iniri ab aliis, vt *montes* ſint egeſti e foſſa colliculi ſoli: ac ſi eſſet, excidere. *glebae ſupinatae*, terra ligonibus inverſa. *aquiloni oſtendere*, exponere, vt ſanti peruiae ſint. Heſiod. Ἔργ. 612 τότε πάντας ἀπόδρεπε οἶκαδε βότρυς. Δείξαι δ' ἠελίῳ δέκα τ' ἤματα καὶ δέκα νύκτας. Nemeſ. Cyneg. 208 *tepidoque oſtendere ſoli*; hunc et Stat. Theb. VI, 90 *lucos oſtendere Phoebo*, iam laudauit Burm. Habuit etiam hunc locum in animo Colum. X, 74—76. Cauſſam coquendi ſoli apponi puta vſſ. 262. 263. Nam optimus vineis ſerendis ager *putris* ſeu reſolutus et tener eſt; vid. ad v. 204; *putris* autem fit ventis, pruina et opere. 264. *iugera labefacta* pulcre pro terra vineae, quae paſtinatur, ſeu per totam vineam paſtino

Digitized by Google

At, ſi quos haud vlla viros vigilantia fugit: 265
Ante locum ſimilem exquirunt, vbi prima paretur
Arboribus ſeges, et quo mox digeſta feratur;
Mutatam ignorent ſubito ne ſemina matrem.

265 *Ac ſi* Medic. *aut* duo cum Goth. ſec. et Erf. *ſurgit* Vratisl. 266 *exquirant* Leid. vnus. 267 *degeſta* Mentel. pr. Moret. ſec. Rottend. tert. a m. pr. *egeſta* Menag. ſec. et Bodlei. vid. ſup. v. 54. *ferantur* Goth. pr. 268 *Mutata* tres apud Burm., quinque apud Martin. et vett. edd. multae, Pierio et Martino teſtibus: nec non Goth. pr. a m. pr., quod et ipſum bonum eſſet. ſup. 50 *tamen haec quoque ſi quis — ſcrobibus mandet mutata ſubactis. ignorant* Moret. duo. *ſubito ignorent* Menag. pr. *neu* vnus Arundel. *nec* vnus Mead. Locum Calpurnii II, 50

foditur: fodiendo enim mouetur, concutitur, mollitur.

265—268. Diligentiores patresfamilias in ſeminario (plantarium ac vitiarium etiam vocant) educant vites, quas deinde in vineam transferant. Conf. Colum. III, 4 et 5. Geopon. V, 3. 266. 267. *Arbores* h. l. pro vitibus; vt ex tota oratione patet: etſi ceteroquin etiam aliarum arborum ſeminaria ſunt. Curant illi, vt locus, *vbi prima paretur* vitibus *ſeges*, h. ſeminarium vitium, ſimili ingenio ac natura ſit, quam *locus, quo mox digeſta feratur*, nota loquendi forma, vt alterum in participium mutetur, vt v. c. inf. 318 *concretam radicem adfigere terrae*. h. transferatur et digeratur, ſiue vitiarium. In ſermone pedeſtri diceres: locum ſimilem ei, quo mox feratur. *Seges*, quia *ſemina* dicit et *ſerere* communi vocabulo, quo et ſcriptores rei ruſticae de vineis plantandis vtuntur; ſic et σπέρματα, et σπείρειν; adeoque *ſeges* eſt ſurculorum. Eadem ab agri cultura petita ratione paullo ante, *arua, glebas, iugera*, de vineis dixit, vt a vulgari ſermone recederet poetica oratio. *Sationis autem duo genera, malleoli vel viuiradicis* Columella III, 14, 2; haec ſunt *ſemina*. 268. *Mutatam ſubito matrem*, nouam, ignotam, terram. *ne ignorent*, adeo-

Digitized by Google

Quin etiam coeli regionem in cortice ſignant:
Vt, quo quaeque modo ſteterit, qua parte calores
Auſtrinos tulerit, quae terga obuerterit axi,
Reſtituant; adeo in teneris conſueſcere multum eſt.
Collibus, an plano melius ſit ponere vitem,

hinc expreſſum *ſuccos ne forte priores Languida mutata quaerant plantaria terra:* et Colum. X, 163 *ſicco vt conſueſcat pulvere planta Nec mutata loco ſiccos exhorreat aeſtus:* iam laudauit Burm. 269 *ſignat* ed. Iunt. 270 *Et* Gud. a m. ſec. *ſteterint — tulerint — obuerterit* Medic. *colores* idem a m. pr. 271 *quae terga* Heinſ. reuocauit, quod omnes ſuperiores edd. obtinebat; inde a Pulmannianis inualuerat *qua*, quae communis eſſet ratio; forte ea non lectio, ſed ſphalma librarium. *quae et* fragm. Moret. *cui* vel *quoi* coniecerat Heinſ. *terra* vnus Mead. *obuerteret* Mentel. pr. Goth. pr. *auertorit* Leid. pr. 272 *in teneris* Medic. et meliores. *a teneris* alii, ait Heinſius: nec tamen vidi ſic editum, aut lectum; niſi quod Pierius praefixum habet tamquam ita in edito, quo vtebatur, lectum. At excitari ſolet a Grammaticis *a teneris*, et eſt illa varietas in Quinctil. I, 3, 13, vbi verſus laudatur: vt omnino Grammaticos vulgo *a teneris* laudaſſe probabile ſit. *a teneris aſſueſcere multum* Schol. Horat. Carm. III, 11, 9. *manſueſcere* fragm. Moret. *multum eſt* Rom. Pierii. 273 *aut plano* Zulich. *vitem* Heinſ. e Medic. et alii. *vites* vulgo. *ſit quaerere vites* ed. Ven.

que nec adſueſcant, nec in ea proficiant, nihil ferant.

269 — 272. Prouident quoque, qui vites plantant, vt reſtituant vnamquamque eodem ſitu, cardinum caeli ratione habita, quo in ſeminario ſteterat. *quaeque* paullo altius ad *arbores* v. 267 referendum. Colum. V, 6, 19. 20 hunc locum in animo habuit. De arboribus omnino eadem ap. Plin. XVII, 1. 16. *axi*, polo ſeptemtrionali; vi oppoſiti. Signatur in planta meridiana caeli pars in cortice, vt translata vitis eadem parte auſtrum ſpectet, adeoque a tergo ſeptentrionem habeat.

273. 274. Vt vulgo haec accipiuntur, ſitne melius vi-

Digitized by Google

Quaere prius. Si pinguis agros metabere campi:
Denſa ſere; in denſo non ſegnior vbere Bacchus. 275

274 *Si* Medic. a m. ſec. additum. *agris metab. campos* Gud. *mercabere* pro var. lect. Moret. pr. 275 *Bacchum* Goth. pr.

neam in colle, an in campo facere? hiat oratio: nec enim locus eſſe videtur huic quaeſtioni; et vtrumque et recte fit, et fieri poteſt, et quamquam *campi largius vinum, colles nobilius ferunt.* Pallad. I, 6, 7. Geopon. VIII, 1, quod tamen hic ſubiicitur, nihil ad hoc facit. Sed dilectus ratio, pro caeli, regionum et tractuum diuerſa natura, variare, et ea dubitatio exiſtere poteſt, ſub hoc vel illo caelo, in tali vineae ſitu, aut in certo genere vitium, quod habeas, vtrum potiſſimum facere conueniat, campeſtrine an collino ſolo vineam ſerere. Ergo antequam vitem ponis, plantas, conſidera, vtrum illa laetius in loco plano, an in colle, proventura ſit. Colum. III, 1, 5 *Exploratum tamen habebit prudens agricola genus vitis habile campo, quod nebulas pruinamque ſine noxa perfert; colli, quod ſiccitatem ventosque patitur.* conf. Plin. XVII, 22, ſect. 35, 16.

274 — 277. Iam, ſi in plano vineam facis, denſas, ſin in colle, raras plantato vites. In praecepto hoc variant ſcriptores: qui hos conſulere voluerit, adeat Notam Cerdae ad 275. *Moturi agros*, finiendo, h. l. de eo, quod conſequitur, intellige, nempe vineam inſtituere, facere. 275. Haec aut ſic accipi poſſunt: *in denſo vbere* (v. 234) *non ſegnior Bacchus eſt;* h. in ſolo denſo (cf. 229) vini non minus laetus prouentus, etiamſi nimirum *denſa*, h. denſe, plantes: aut, *in denſo*, h. e. cum, minoribus ſpatiis relictis, denſae ponuntur vites, *Bacchus non ſegnior vbere*, h. vbertate eſt, ſcil. ſi in pingui ſolo vineam facis. Alterum hoc verius habendum. At *in denſa vbertate* vix latine dicitur. *ſegnis* de prouentu

Sin tumulis adcliue ſolum collisque ſupinos:
Indulge ordinibus. Nec ſecius omnis in vnguem
Arboribus poſitis ſecto via limite quadret.

276 *adcline* Medic. a m. pr., nec tamen a Fogginio notatum. *humilis* idem a m. pr. *procliue* Moret. quart. *ſupini* Nonius in *indulgere*, et Parrhaſ.; et poteſt defendi. *Qui tumulis* Goth. ſec. 277 *ſetius* Medic. Gud., vterque Mentel. Erf. a m. pr. et alii. *ſegnius* Rottend. et vnus Bodlei. cum Erf. a m. ſec., ſolita variatione. *ſerius* Arundel. De perpetua in hac voce varietate ſcribendi vid. Heinſ. ad Ouid. Met. II, 809. inf. Aen. IX, 441. V, 862. Antiquior vtique eſt ſcriptura *ſetius* et *ſecius*. A *ſequius* tamen vel *ſecus* ducere, ſyllabae primae quantitas vetat. Puto *ſecius* a ſe, pro ſine, ductum eſſe; et formatum vt, ocius. Alii in ſeqq. diſtinguunt et interpungunt hoc modo: *Nec ſecius — quadret: Vt ſaepe — Mars errat in armis. Omnia* — vt ſit *nec ſecius vt* pro *non ſecus ac:* ſint arbores in quincuncem poſitae, vt legio cohortibus per manipulos diſpoſitis. 278 *ſaepto* Medic. a m. pr. Fuld. et cod. Vrſini in Seruio, ſed recte *ſecto* adſtruit exemplis Burm. *facto* Goth. ſec.

v. Not. ad Ge. I, 151. Ceterum hic manifeſtum fit, Socratis disputationem Virgilii animo inſediſſe Xenoph. Oecon. c. XVII, 8 — 11. 276. *Sin* metabere *ſolum accliue tumulis*, quia in tumulo ſitum eſt, ad tumulum adſurgit. 277. *Indulget ordinibus* et is, qui ſimpliciter facit ordines, et is, qui laxiores ac rariores facit, magnis ſpatiis relictis, vt delectari quaſi iisdem videatur. Bene Seruius: „*ordines* „*effice largiores.*“ 277. 278. *Nec ſecius*, h. item, porro, etiam, *arboribus poſitis* (h. vitibus; niſi de arboribus cogites, quibus maritantur vites), *omnis via quadret in vnguem*, ad vnguem (quod proprie de ſuperficie laeui dicitur), viae, h. e. ordines, exacte conueniant, congruant (pro ſimplici, parentur), *limite ſecto*, linea ducta, quae ordines facit. Scilicet poſteriora haec poetica copia accedunt. *Limitem* ad transuerſam viam refert Martinus, nimis ſubtiliter. Idem non quincuncem, ſed quadratum ordinem reſpici monet: quodſi ex voc. *quadrare* ducere

Digitized by Google

Vt ſaepe, ingenti bello quum longa cohortis
Explicuit legio, et campo ſtetit agmen aperto,
Directaeque acies, ac late fluctuat omnis
Aere renidenti tellus, nec dum horrida miſcent
Proelia, ſed dubius mediis Mars errat in armis:
Omnia ſint paribus numeris dimenſa viarum;

279 *ingenti in bello* vnus Arundel. 280 *Explicit* Iunt. *regio* Menag. 281 *Derectae* Romanus, Medic. cum multis, vt mox *demenſa* v. 284. *lato* Ven. *at* vnus Mead. *et* edd. vett. *fulgurat* tentabat Io. Schrader. 282 *renitenti* multi. *nitenti* Vratisl. *nedum* Zulich. *miſit* Mentel. a m. pr., librariorum quisquiliae. At Wakef. ad Lucret. V, 504 vbi pro *commiſcet* e libris eruerat *commiſci*, cum in Virgilio locum circumſpexiſſet, vbi idem locum haberet, ſcribere iubet h. l. *miſcit*. Etſi antiqua forma eſſe potuit, *miſco*, *miſcere*, vt in aliis; forte ex μίεγω, pro μίγω, μιγνύω. *Miſcet* vt ad Martem trahatur, per ſe bene ſe habeat; ſed quorſum mutes vulgatum, quod et ipſum bene ſe habet? 283 *mediis dubius* Rottend. alter.

voluit, recte reprehenditur; vt bene Voſſ. ad h. l. docet. Plin. XVII, 11. ſ. 15 *In disponendis arboribus arbuſtisque ac vineis quincuncialis ordinum ratio vulgata et neceſſaria, non perflatu modo vtilis, verum et adſpectu grata, quoquo modo intueare, in ordinem ſe porrigente verſu.*

279—283. Iubet ordines vitium eſſe pares. Splendida comparatio, quacum dudum contulere Lucret. II, 323—332. cf. loca Homerica Odyſſ. ξ, 267 ſq. Iliad. τ, 362 ſq. *longa*, eo ipſo, quod ſe explicat. *late tellus fluctuat aere*, pro eo, quod aes in tellure, h. arma, armorum fulgor, fluctuat, coruſcat, dum mouentur paſſim arma et conuertuntur. Sic *vndantes ſegetes*, *flamma*, *fumus*. *renidenti* ex Lucret. l. l. 328. *mediis in armis*, inter duo exercitus. *Mars errat dubius*, egregie, cum incertum adhuc eſt, ab vtra parte et quando pugna initium habitura ſit. Nam de euentu pugnae dubio hic non quaeritur. 284—286. *paribus numeris*, Colum. *ordinetur*

Digitized by Google

Non animum modo vti paſcat proſpectus inanem; 285
Sed quia non aliter vires dabit omnibus aequas
Terra, neque in vacuum poterunt ſe extendere rami.
Forſitan et, ſcrobibus quae ſint faſtigia, quaeras.

285 *vt, poſcat, profectus* librariorum errores apud Burm. Porro ex Mediceo laudat Heinſ. *inani*, vt ſit pro inanitate. Verum, ſi hoc legeretur, eſſet potius explicandum in aere, caelo, vt *inane* ap. Lucret. et Virgil., vt Ecl. VI, 31. Foggìnius tamen excudi curauit *inane*. Ex ſimili ſcriptura profectum, quod Voſſ. habet, *inane*. Burmannus e Britanno codice laudat *proſpectus inanis;* Martin. nullam variationem notauit. Eſt illud etiam e coniectura docti Britanni propoſitum Obſſ. miſc. Vol. I, T. I. pr. facile firmanda ex Aen. I, 463 *animum pictura paſcit inani*. Equidem, ſi vel codices hoc haberent potiores, alterum vel vnius codicis auctoritate tuerer, tamquam exquiſitius et poeticae rationi conuenientius. Epitheta ita permutari ad maiorem orationis venuſtatem quis non obſeruauit? *animus inanis* eſt eius, qui proſpectu inani paſcitur; vt *animus vanus* eius, qui vana ſequitur. Transferri ſcilicet talia in noſtrum ſermonem nequeunt. Nam vanus et ieiunus animus h. l. intelligi ac reddi non debebat. In Miſc. Obſſ. IV, pag. 344 Vir doctus (I. Iortin.) *animum inanem* interpretatur vacuum, otioſum, ex Georg. III, 3; at vereor, vt hoc fieri poſſit. 287 *ſe* a Rom. abeſt; et hunc loquendi modum amare Maronem, notat Heinſ. ad Aen. II, 207. *nec* idem Rom.

vinea paribus interuallis. Iubet igitur Maro ordines vitium ſerere pares, non modo delectationis cauſſa, quam animus ex proſpectu capiat, *animus inanis*, pro animo eius, qui inanem voluptatem e proſpectu capit; qui probat rem, quae tantum ad voluptatem facit, nullam vtilitatem habet, quae patriſamilias propoſita eſſe ſolet. 287. In tenui oratione tamen poeticae indoles eluceſcit. Nam in proſa fuiſſet: *ſed vt terra det* etc. *vires dabit aequas*, pro, aeque ſuppeditabit alimenta, ſuccum; tandem addito, *in vacuum*, in aerem.

288. De altitudine ſcrobium in plantandis vineis et arbuſtis. Sintne ſcrobes in

Digitized by Google

Auſim vel tenui vitem conmittere ſulco:
Altior ac penitus terrae defigitur arbos;
Aeſculus in primis: quae quantum vertice ad auras
Aetherias, tantum radice in Tartara tendit.
Ergo non hiemes illam, non flabra, neque imbres
Conuellunt; inmota manet, multosque nepotes,

289 *vel Remi* ed. Ven. conf. Burmann. *ter tenui* vnus Mead. 290 *Altius* vulgo. At *Altior* e Medic. Heinſius; eodem ſenſu, ſed exquiſitiore vſu; qui Martinum h. l. fugiebat. Sic et nonnulli apud Pierium. *Altior at* coni. Iac. Bryant. *arbos* ſcripti conſtanter. *defiditur* Voſſ. pr. *defingitur* Goth. ſec. 291. 292 iidem vſſ. Aen. IV, 445. 446. 292 *radicem* Medic. et Rottend. tert. Parrhaſ., non male. Eadem varietas Aen. IV, 446. *ad Tartara* Ven. 293 *nec ſt.* Arundel. 294 *Conuellent* Parrhaſ. *nepotes* Heinſ. e Medic. et Vaticano veterrimis repoſuit. *multosque per annos* vulgo vbique, quod et Nonii Marcelli editiones agnoſcunt. conf. ſup. v. 58.

profundum agendi, quaeritur. v. Colum. III, 13, 2. IV, 1 pr. de Arb. 4, 3. Geopon. V, 12, 19. *faſtigium* pro profunditate e re ruſtica petitum, v. Indicem AA. de RR. Rationem habet eam, qua profunda *alta* dicuntur. 289. *ſulcus* pro ſcrobe. Menſuram ipſam ſuppeditant Plin. XVII, 16, 22, ſ. 35, 7. Colum. III, 13 et 15. Adde Xenoph. Oecon. c. XIX. Eſt autem vitis ἐκ τῶν ἐπιπολαιορρίζων. v. Theophraſt. de Cauſſ. Plant. III, 5.

290. At arbores, quibus vites iugantur, altius in terram et penitus defigendae ſunt; agitur enim de opera vinitoria; non de natura arborum: tum eſſet *defigitur*, defigit ſe. 291—297. Ornatum poeta ex aeſculi, quae ex quercuum genere eſt, deſcriptione quaerit. Illa: *quae, quantum — in Tartara tendit*, iterum leguntur Aen. IV, 445. 446 de quercu; adumbrata ex Heſiod. Theog. 720 ſqq. At ex noſtro Valer. Flac. I, 580. 581. Reſpicit h. l. Plin. XVI, 31, ſect. 56. 294. Optime ita iunges: *multos nepotes*

Digitized by Google

Multa virum voluens durando saecula, vincit; 295
Tum fortis late ramos et brachia tendens
Huc illuc, media ipsa ingentem sustinet vmbram.

Neue tibi ad solem vergant vineta cadentem;
Neue inter vites corulum sere; Neue flagella

Iul. Sabinus: „*nepotes;* vincit longam posteritatem nepotum. Sic intelligendum putat Apronianus." Non video, quid in hoc singulare sit Aproniano. Sed Aproniani lectionem eam esse, notare voluit. Iungi sane et distingui potest non vno modo. Non male faciat qui sic constituerit: *multos nepotes, multa virum saecula vincit durando, voluens* sc. ea saecula, voluendo, s. saecula quae voluuntur, voluunt se. 296 *brachia pandens* Gudian. et Leid. a m. sec., vt Aen. VI, 282, et anteceſſerat modo *tendit*, obſervante Heinſ. Sed *tendens* Donat. ad Terent. Phorm. I, 2, 56, Burm. 297 *ipsam* Arundel. 298 *vertant* ed. Ven. 299 *corylos* Reg. Martini.

durando vincit, h. vita superat, *multa virorum saecula voluens*, exigens. Recte Cerda notat, variasse Maronem eo flexu versum Lucret. I, 203 *Multaque viuendo vitalia voluere saecla.* et III, 961 *Omnia si pergas viuendo vincere saecla.* 297. *sustinet* pro vulgari *efficit*, *reddit;* sed ornate, nam simul ramorum magnitudinem declarat poeta, oneris notione adiecta. Sunt igitur duo, quae radicum altitudine efficiuntur, primo, quod arbor firma et diuturna est, secundo, *tum*, quod ita truncum habet satis validum ad ramos latissimos sustinendos.

298. De situ vinearum: de quo dissensus fuit inter veteres. Colum. III, 12, 5 *caeli — cuius regionem quam spectare debeant vineae, vetus est dissensio — Virgilio de industria occasum sic repudiante:* Neue tibi ad s. Plinius XVII, 2 med. *Virgilius ad occasum seri damnauit.* Vbi v. quae sequuntur.

299. De arbusto, h. vitibus arboribus iugatis. Plin. XVII, 24, s. 37 *Necant inuicem inter se, vmbra vel densitate, atque ali-*

Digitized by Google

Summa pete, aut ſumma deſtringe ex arbore plantas; 300

300 *Summa puta* coniecerat Heinſ. Sed v. Burm.; nec de putatione hic agitur. *defringe* Medic. et ceteri praeſtantiores magna ex parte; ſic Romanus et pars Pierianorum, duo codd. et vett. edd. ap. Martin. et vterque Goth. cum Erf., quo alludit *haud ſumma defringe* ed. Ven., idque vero propius eſſe exiſtimabat Heinſius. Idem tamen *ſtringere* copioſe illuſtrat. At Burmannus, ſi recte eius verba accipio, illam lectionem non probabat; non enim ſarmenta ſunt manu frangenda, ſed ferro acuto abſcindenda; Varro I, 40 *et quae de arbore transferas, vt ea deplantes potius, quam defringas.* Enimuero id alienum ab h. l. Vtrum vtrum legas, *deſtringe* et *defringe*, idem eſt, quod pete, ſume. Poteſt autem *deſtringi* et id dici, quod ferro abſcinditur. Porro *diſtringe* in aliis. *plates* Gud. Tandem *aut ſumma* Heinſ. poſt Pierium e Romano et aliis antiquioribus praetulit; cum editum eſſet *aut ſummas*, vt in vno Mead. et Erf. legitur.

menti rapina — vitis — odit et corylum; ni procul abſint, triſtis et aegra.

299. 300. *flagella* ſunt vitium minorum ſarmentorum capita, in quibus vua naſcitur; maiora capita ſunt palmae ſeu palmites. Varr. I, 31, 3. Cum ipſe vinearum colendarum rationem haud calleam, apponam verborum ſententiam, vna cum iudiciis eorum, qui ipſam artem profitentur. Aut vtrumque, *flagella ſumma petere*, et *plantas ſumma ex arbore deſtringere*, vnum idemque eſt, aut ſunt duo diuerſa. Si vtrumque praeceptum eandem rem declarat: ſurculos, quos defigere velis, non ex ſuperiore vitis parte petendos eſſe ait: melius enim proueniunt ſurculi, ex inferioribus vitis partibus ſumti: *Tantus amor terrae*, adeo magna, notabili aliqua conſuetudine telluris tenentur illae inferiores partes, vt laetiorem vbertatem ab iis, quam ex ſummis partibus, expectare poſſis. At alii cum Martino ad duo praecepta locum redigunt: alterum, quod poſteriore loco memoratur, ſurculos ex ſumma vitis parte non eſſe petendos: *aut* (nunc erit pro *nec*) *ſumma deſtringe ex arbore plantas;* alterum: ipſorum ſurculorum ſummam

Digitized by Google

Tantus amor terrae; Neu ferro laede retuſo
Semina; Neue oleae ſilueſtris inſere truncos:
Nam ſaepe incautis paſtoribus excidit ignis,
Qui, furtim pingui primum ſub cortice tectus,
Robora conprendit, frondesque elapſus in altas 305

301 *Non* Moret. fr. *Ne* Bodlei. *retunſo* ſcribitur in Mediceo et multis etiam Pierianis. *laederet vno* Roman. *laedere iuſo* Moret. ſec. et Goth. ſec., at Reg. apud Martin. *Neu ferro laede vetuſto*, et vnus Mead. *Neu ferro lege recuſo*; librariorum deliciae! 302 *olea* Medic., quod incommodum eſſet; non enim hic de inſitione agitur. *inſerere* hic eſt interſerere. 303 *Iam ſaepe* coni. Heinſ. *incidit ignis* Ven. πῦρ ἐμπίσῃ ὕλῃ Homer. Iliad. λ, 155, ſed recte vrget Burm. *τὸ incautis*. 304 *fortem* Medic. a m. pr. *tectus ſub cortice primum* Zulich. 305 *illapſus* ed. Ven., male, Burm. Georg. I, 244 *flexu ſinuoſo elabitur anguis*.

partem eſſe aſpernandam: *ne flagella ſumma pete*, h. ſummam eorum partem, ſumma cacumina; quae communi vinitorum vſu ſolent recidi et reiici, tamquam parum firma, et dum ſpongioſa corticis mollitudine humorem nimis facile admittunt, luxurioſa. Cf. Colum. III, 10, 1—4 et ſqq. Reſpicit h. l. Plin. XVII, 14, ſ. 24 *Virgilius e cacumine inſeri vetat*; nec tamen poeta tantum de inſitione cogitabat.

301. 302. De hoc praecepto v. Colum. IV, 24, 21. 22. 302. *Semina*, ſurculi, ſarmenta, quae modo *plantae*. 302—314. Nec *inſere*, ſ. interſere oleaſtros inter vites; quia tamquam ſpiſſa et pinguis arbor (v. Theophr. Hiſt. Plant. V, 10 πυκνὸν καὶ λιπαρόν), facile ignem concipit, et incendio late ſparſo totam vineam vaſtat. Male hic de inſitione olearum cogitabat Victor. ad Varron. I, 40, 4. De oleaſtro oleis interpoſito Sabinus, perperam. Mirum ad noſtrarum vinearum rationem videri debet, in vinea talem paſtorum incuriam locum habere potuiſſe; At in Italiae vineis ſeu arbuſtis te verſari cogites. v. Plin. XVII, 23. ſ. 35, 22. Ceterum locus ex ornatiſſimis eſt. 305. *Robora*, h. truncum

Digitized by Google

Ingentem coelo ſonitum dedit, inde ſequutus
Per ramos victor perque alta cacumina regnat,
Et totum inuoluit flammis nemus, et ruit atram
Ad coelum picea craſſus caligine nubem:
Praeſertim ſi tempeſtas a vertice ſiluis
Incubuit, glomeratque ferens incendia ventus.

307 *atque alta* Nonius Marcellus agnoſcit. *victorque alta* Parrhaſ. Non vitauit poeta *altas — alta* bis dicta. 311 *frequens* fragm. Moret. *furens* Moret. ſec. a m. ſec., eleganter quidem, ſed ab emendatore. *ferens*, flammas et incendia longe lateque ſpargens, vt Burm.

oleae, 306. *caelo*, ad caelum, vt 309. *ſequutus*, progreſſus, gliſcens. 308. *ruit*, agit, emittit, eiectat. *nemus* pro vineto. Loci pulcritudinem vnusquisque facile ſentit. Conf. Silius V, 510—514 ex noſtro expreſſus; inf. Aen. X, 495 ſq. Hom. Iliad. λ, 155 ſq. υ, 490 ſqq. loca laudata iam a Cerda. 310. *a vertice* poetica copia et ornatu adiectum, h. deſuper, de caelo, ὑψόθεν, vt εἰ δέ με νηὶ Ὑψόθεν ἐμπλήξῃ δεινὴ ἀνέμοιο θύελλα, Arat. Phaenom. v. 423. Sic fere Aen. I, 118 *ingens a vertice pontus In puppim ferit*, ex Homer. Od. ε, 313 ἔλασεν μέγα κῦμα κατ' ἄκρης. *ab alto*, Ge. I, 324 et al. Et ſic *deſcendunt* venti. Haec ſunt ſimpliciſſima, eaque tenenda. Poteſt etiam ſuperne incumbens ventus propterea commemoratus videri, vt in vites, tamquam humiliores, ex oleaſtris incendium immittat. Ita quidem Cerdam ſequuti interpretanda haec eſſe olim putabamus; ſed ſunt haec argute, non vere dicta. Burmannus malebat *a vertice*, a tergo, h. a campo vacuo et puro, vnde incipit ſilua, qua parte ventus irruens in totum nemus inuoluit flammis: *Vertex* tamen, etiamſi ad tergum referri poſſit, id quod in quaque re ſummum eſt, aut ſuperiores partes, ſignificat. Seruianorum auctor *a vertice*, ab aquilone, interpretabatur (h. a polo arctico), vt Ge. I, 242 *Hic vertex nobis ſemper ſublimis*. Grammatici ſubtilitas! *ſiluis*

Digitized by Google

Hoc vbi; non a ſtirpe valent, caeſaeque reuerti
Poſſunt, atque ima ſimiles reuireſcere terra:
Infelix ſuperat foliis oleaſter amaris.
Nec tibi tam prudens quisquam perſuadeat auctor,
Tellurem Borea rigidam ſpirante moueri.

312 *Haec* fragm. Moret. *Hoc vbi non:* interpunxere alii ap. Philargyr. Wakef. ad Lucret. IV, 662 diſtinguit. *Hoc, vbi* vt ſit propter hoc, hac de cauſſa, — *infelix ſuperat.* Mox malim: *caeſaeue reuerti,* nec, ſi vel maxime ſuperiore parte praeciſus truncus fuerit, reuireſcunt. 313 *ima valent reuiuiſcere* Erf. *terras* Medic. a m. pr. 314 *foliis ſuperat* Moret. pr. 316 *mouere* omnes, praeter Romanum Pierii et Mentel. pr., qui, cum

haud dubie de vinea oleaſtris conſita intelligendum.

312. Quod ſi acciderit, vites quidem reuireſcere nequeunt, dum interea oleaſtri nouas frondes agunt, adeoque ſoli totam tandem vineam obtinent. In verbis copia eſt, nec tamen otioſa: *non valent a ſtirpe;* h. e. aegrotant et corruptae ſunt radicitus et penitus. *caeſae,* praeciſae, ſtipite ſeu trunco combuſto acciſo, reciſo. *ſuperat,* ſupereſt incendii calamitati, reuireſcit. *infelix,* infecundus.

315—345. De tempore ſerendarum vitium v. Colum. III, 14, et XI, 2, 22. 26. 79. Theophr. de Cauſſ. Plant. III, 4. conf. h. l. Martinus. adde Geopon. V, 6. Primo non eſſe ſationem faciendam flante borea. Plin. XVII, 22 ſ. 33, 8 *quieſcere ventos ſationis die vtiliſſimum: plerique auſtros optant, Cato abdicat* add. XVIII, 34 ſ. 77, 1 cf. Voſs. Tum vere, et auctumno vitiſationem faciendam praecipit noſter: et inter haec in locum de vere excurrit. Nova variatione praeceptum orditur: *ne tibi quisquam perſuadeat;* cf. ſup. ad I, 456 *Non illa quisquam me nocte* — quod addit, id orationi vulgaris formae faſtidium abstergit, *auctor tam prudens,* qui enim ſuadet, is eſt auctor; et tellurem borea ſpirante rigidam

Digitized by Google

Rura gelu tum claudit hiems; nec ſemine iacto
Concretam patitur radicem adfigere terrae.

Nonio in *Rigidus*, habent *mouerī*, quod Heinſ. recepit. Scilicet eſt haec forma exquiſitior etiam quam altera. cf. ad Ecl. VI, 85. 317 *dum* Toll. *tunc* Goth. pr. Rom. *nec ſemina tacta Concretam patitur* elegans eſt coniectura Reiskii: ita enim tollitur difficultas vulgaris lectionis, in qua deeſt ſubiectum, quod adfigat radicem terrae: v. Not. nunc eſſet: nec gelu patitur ſemen adfigere radicem terrae. 318 *Concretum* Medic. a m. pr. quod Voſſ. ingenioſe adhibet ad difficultatem loci tollendam, vt *concretum* antiquum vocabulum ſit quale in Lucretio eſt *adhaeſum* pro adhaeſio, et commode laudat Lucret. IV, 1236 de ſemine tenui: *locis quia non potis eſt adfigere adhaeſum.* ſicque inf. 398 *exhauſtum.* Eſſet adeo: *nec patitur*, ſemine iacto, *radicem adfigere concretum terrae;* adfigere concretionem; paullo durius et horridius. Habes nunc trinas rationes conſulendi verſui.

mouere, pro, vt moueas. *Mouetur tellus* aratro, raſtris, ligone, ſarculo; h. l. dum ſcrobes in ſuperficie ſua refodiuntur; nam 258 praeceſſerat: *terram multo ante memento — ſcrobibus concidere.* 318. *Concretam*, poetica copia appoſitum; ita vt cum terra concreſcat, dum adfigitur. Claudian. XXVIII, 77 *Hinc tibi concreta radice tenacius haeſit Et penitus totis inoleuit Roma medullis.* Ex vulgari ratione e Seruio accipitur ſic, vt ad frigus glaciemque referatur, quaſi radix *concreta gelu* eſſet; tum vero *concretae terrae* legendum eſſet. *Semine iacto*, ſurculis poſitis, vt 268. cf. ad v. 267. Sic ſtatim v. 319 *ſatio.* Porro *et ſemine iacto* non *patitur* hiems, h. e. gelu, *radicem adfigere terrae* quaeritur ſubiectum; debebat hoc peti ex *ſemine iacto;* atqui hoc vix latine fieret; dicendum eſſet: *nec hiems ſemen iactum patitur* — ſequor ergo alterum, vt *affigere* pro affigere ſe, dictum ſit, more poetico haud infrequenti. Expeditior res eſt in Prudentii loco in Symm. II, 983 *Nec potis eſt tenuem telluri affigere fibram*, nam ibi praecedit ſubiectum, *herba:* haec recte dicta affigere fibram telluri.

Digitized by Google

Optuma vinetis ſatio, quum vere rubenti
Candida venit auis, longis inuiſa colubris;
Prima vel auctumni ſub frigora, quum rapidus Sol
Nondum hiemem contingit equis, iam praeterit aeſtas.
Ver adeo frondi nemorum, ver vtile ſiluis;
Vere tument terrae, et genitalia ſemina poſcunt.
Tum pater omnipotens fecundis imbribus Aether

319 *eſt* poſt *ſatio* meliorum auctoritate ſuſtulit Heinſ. *vluentis ſatio eſt* Goth. pr. 321 *rapidos* Gud. *rapidis equis* malebat Heinſ., at recte Burm. 322 *aeſtas* ſcil. ſi duas anni partes conſtituas, aeſtatem et hiemem: vt ſaepe fit. Interpoſitum ver et auctumnus. At Wakef. repoſuit *aeſtus*. 323 *frondi eſt* Medic. Parrhaſ. Pro *ſiluis* coniectabat Burm. *ſulcis*, ne idem bis diceretur. At copia orationis ſine ſynonymis nulla eſſe poteſt. 324 Donatus apud Seruium interpunxit: *Vere tument* (ſcil. ſiluae): *terrae et genitalia ſemina poſcunt. genialia* Zulich., perpetua variatione. *paſcunt* Medic. a m. pr. 325 *Tunc* Rom. *omnipudens*

319. *vere rubenti*, vt alias poetis *purpureum*, φοινικόπτερον, pulcrum. cf. Ge. IV, 306. 320. De ciconia intelligendum. 322. Supra Ge. I, 312 *vbi iam breviorque dies et mollior aeſtas. hiemem*, ſigna hiemalia.

323. Ver, non modo vitibus, ſed omnibus omnino arboribus ſerendis idoneum ac commodum tempus. 324. Ἡ ὥρα γονιμωτάτη Theophr. Cauſſ. Plant. III, 4. Pulcerrimus verſus, vt totus locus, quem imitatione expreſſum vide apud Columellam X, 197 ſqq. *Terrae tument*, ὀργῶσι, quod et ipſum a pubertate, cum pectus et mammae turgent, cum ad tellurem, tum ad fruges nouas lacte ac ſucco turgentes transfertur. Loca collegit Cerda. *poſcunt ſemina*, h. ſationis tempus adeſt. *genitalia*, quibus procreantur fruges.

325. Aetheris connubium cum Terra, imbre fecundante agros. Seruatum hoc ex

Digitized by Google

Coniugis in gremium laetae deſcendit, et omnes
Magnus alit, magno conmixtus corpore, fetus.
Auia tum reſonant auibus virgulta canoris,

Voſſ. Ingenioſe Wakef. ad Lucret. I, 231 coni. *Tum Pater*, omniparens *fecundis imbribus*, *Aether* ad exemplum Calpurnii VIII, 35 *Omniparens Aether* et Auieni: — *Iouis omniparentis:* quem confer in pr. Arati Phaenom. 326 *latae*, *late*, aberrant quatuor. 327 *permixtus* apud Lactant. de falſa relig. lib. I, 5. 328 *cum* Cantabr. *tunc* Rom. *Auia* vocem futilem pronuntiat Wakef. et emendat *Laeuia* ad Ge. II, 596 et hoc eſſe idem quod mollia, tenera.

antiquo ſermone, quo poetae phyſicas res exponebant et ornabant, vnde dehinc magna mythices pars fluxit. Aether h. l. cum Terra coniuge memoratur; alias plerumque Iouis nomine inſigniebatur: interdum vt ſuperior, Iuno inferior, regio eſſet, interdum vt Iupiter omnino omnem aerem, adeoque atmoſphaeram deſignaret, vt h. l. Hinc natum antiquiſſimum phantaſma, vt Amor, Coniugium, Concubitus, Naturae, Aetheris et Terrae, Iouis cum Iunone, commemoraretur, quoties de fecundatione terrae, quae fit vere aut imbre agrum recreante, agitur. Nobilis priſcorum poetarum mythus hinc ductus ἱερὸς γάμος Iunonis (vid. inf. T. II, pag. 375). Ipſe Homerus hinc Iunonis ſuae cum Ioue congreſſum effinxit Iliad. ξ, 346 ſqq. Quos verſus praeclare conuertit Petron. cap. 127. Expreſſit vero noſter proxime Lucret. I, 251 ſq. II, 991 ſq. Alia ſimilia ac diſſimilia loca vid. ap. Cerdam, qui et cum Vrſino vidit, Aeſchylum et Euripidem in hoc praeiuiſſe: quorum loca apud Athenaeum XIII, p. 600 ſunt. cf. ſup. Ecl. VII, 60. Horat. Epod. XIII, 1. Nuper hoc idem copioſe illuſtrauit Wernsdorf. in Poet. min. T. III, p. 536 ſq. 327 *magnum corpus* Terrae intelligendum, vt Aen. VI, 727 de hoc vniuerſo. Expreſſi ex h. l. veteris poetae verſus in Peruigilio Veneris: *In ſinum maritus imber fluxit almae coniugis, Vnde fetus mixtus omnes aleret magno corpore.*

Digitized by Google

Et Venerem certis repetunt armenta diebus.
Parturit almus ager; Zephyrique tepentibus auris
Laxant arua ſinus; ſuperat tener omnibus humor;
Inque nouos ſoles audent ſe germina tuto
Credere; nec metuit ſurgentis pampinus Auſtros,

329 *repetent* Moret. fr. 330 *omnis ager* Menag. ſec. pro diu. lect. *Parturit alma Venus* vnus Arundel., mala correctoris manus. *trementibus auris* Romanus, Gud. cum vetuſtis permultis; ſolita variatione. *ſtrepentibus* Leid. pr. *Zephyrisque* Medic., lapſu librarii. 331 *L. a. ſimul* Erf. 332 *germina* Burm., repoſuit poſt Catroeum. Vnius Fabricii pro hac lectione auctoritas laudatur, qui vetuſtos libros ita legere teſtatur; cui adde Regium apud Martinum. Sed iam Celſus pro hac lectione pugnarat apud Philargyrium. Vulgo *gramina* legebatur; reuocauit quoque Wakef. et quis neget ita dici poſſe et ſolere? Itaque exemplis haud indigebamus. Enimuero quoties de frigore agitur aut adurente aut retardante vernum terrae prouentum, non *gramina* memorantur, quae gelu ferre haud poſſint, ſed *gemmae* et *germina*, et *flores*. *gramine* tres apud Burm. *toto* Ven. 333 *timuit* Ven. *pampinos* Gud.

329. Vid. Lucret. I, 10 ſqq., in quos verſus omnis Venus inſuſa eſt.

331. Terra admodum eſt humida. *Superat humor* abundat, cum reſpectu ad lac matris. *laxant arua ſinus*, quae frigore adſtricta erant. Lucret. V, 804 *Multus enim calor atque humor ſuperabat in aruis: Hinc, vbi quaeque loci regio opportuna dabatur, Creſcebant vteri terra radicibus apti.* conf. ſeqq.

332. Germina communi ratione loquendi *ſe credunt ſoli.* Lucret. V, 780 *nouo fetu quid primum in luminis oras Tollere et incertis tentarit credere ventis.* Sed totum locum in animo habuit noſter, ſi vtrumque compares. *Credunt* autem *ſe*, dum *in nouum ſolem prodeunt*, hinc *credunt ſe in ſolem* noue dixit, exemplo tamen Lucretii VI, 1070 *Vitigeni latices in aquai fontibus audent Miſceri, quom*

Digitized by Google

Aut actum coelo magnis Aquilonibus imbrem:
Sed trudit gemmas, et frondis explicat omnis. 335
Non alios prima creſcentis origine mundi
Inluxiſſe dies, aliumue habuiſſe tenorem
Crediderim: ver illud erat; ver magnus agebat
Orbis, et hibernis parcebant flatibus Euri:

335 *tendit* Ven. 339 *hiberni Euri* Medic., minus poetice.

pix nequeat grauis et leue oliuum. Transtulit hanc formam Seneca Herc. fur. 147 de luſcinia exoriente die: *Pennasque nouo tradere ſoli Geſtit.* 334. *magnis Aquilonibus,* vehementibus, procelloſis. v. Burm. Lucretius V, 817 *At nouitas mundi nec frigora dura ciebat, Nec nimios aeſtus, nec magnis viribus auſtros.* Vides, vnde noſter hauſerit.

336. Quanto cum ornatu expoſuit hoc: mundi natales in vernum tempus incidiſſe! An ante Maronem aliquis ita ſtatuerit, neſcio; potuit poeta in illud phantaſma incidere, dum verſus Lucretianos recognoſcebat V, 778 ſeqq. Quod poetae fingere licuit: hoc alii disputationis theologicae caput facere auſi ſunt, num vere an auctumno mundus exordium habuerit. Vide v. c. Simſon. Chronicon pr. Multa Cerda et alii ad h. l. afferunt, quae ad alteram vulgatiorem ſpectant opinionem, etſi cum illa priore coniunctam: prima mundi aetate perpetuum ver affulſiſſe: vnde naſci debuit phantaſma paradiſi, aetatis aureae, vigoris hominum recentium iuvenilis, et quae alia ſunt his ſimilia. *creſcentis mundi,* pro vulgari, naſcentis. 337. *tenorem* pro tempeſtate dixit, cum proprie, ſi ad tempus referatur, ſit continuatio aliqua temporis, eaque aequabilis. Non aliam rerum conditionem, aliud tum anni tempus, fuiſſe putem, cum mundus creabatur. 338. *Orbis agebat ver,* vt *agere feſtum. Magnus* vero *orbis, mundus, magna terra,* perpetua ſunt poetis graecis et latinis; ex antiqua ſcilicet poeſi; vnde et nomen

Digitized by Google

Quum primae lucem pecudes hauſere, virumque
Ferrea progenies duris caput extulit aruis,
Inmiſſaeque ferae ſiluis, et ſidera coelo.
Nec res hunc tenerae poſſent perferre laborem,

340 *Cum primae* Heinſ. recepit, ex Medic. et permultis, etiam Romano ac Mediceo apud Pierium. *Cum primum* vulgo. *Tum primum* Arundel. ed. Ven. 1472, Par. 1494. *Cum primam* Cantabrig., quod et ipſum ferri poſſet. *Cum lucem primum* Zulich. 341 *Terrea progenies* apud Lactantium Inſt. II, 10 legi iam Pierius notauit. Sic Medic. a m. ſec. Probarunt id viri docti ap. Burm., et inter hos Bentlei. ad Horat. Epod. II, 18; receptum adeo eſt in edit. Cuningham. Burmannus eam lectionem impugnat, forte tamen argumentis parum idoneis. Scilicet quod in vulgata, *Ferrea*, reprehendere poſſis, eſt hoc, quod ab h. l., vbi de prima hominum ſtirpe, adeoque de aurea aetate agitur, aliena eſt, et ad aetatem ſeriorem, ferream dictam, ſpectat *gens ferrea*, σιδήρειον γένος Heſiodi, genus hominum ferreum: ad cuius imitationem dictum eſt de Spartis in Boeotia aut in Colchide, qui cum armis ex terra orti ſunt; proprie diceres, fuiſſe eam *ferream progeniem*. Igitur nunc ad eum ſenſum recurrendum, vt *ferreum* omnino ſit durum: cum quoque alterum adiunctum ſit, *duris aruis*. Defendit vulgatam etiam Burm. Secundus ad Antholog. Lat. p. 166. Fateor tamen vel ſic me praelaturum fuiſſe *Terrea*, modo de vſu vocis mihi melius conſtaret; nam, quod *Terrigenas* Lucretio dici ais, nondum ſatisfacit, vt et *terrea progenies* dicatur; nec auctoritas e Columella eſt, *terreum* dici pro terrenum. Porro *durum caput* Moret. qu. Goth. pr.; et ſic vett. edd. ap. Martin. *agris* Franc. *armis* Bodlei. 343 *ſufferre* Medic. a m. pr., quod commendat Heinſ. *proferre* Rottend. ſec.

Magnae matris fluxit. 340. *lucem pecudes hauſere* Lucretiana loquendi forma, vt II, 1038. Virgilius quoque in Aen. X, 898. Reſpondet altera, *luce rigari*. 341. Et cum homines primi e terra nati ſunt: notiſſima veterum opinione: Lucret. V, 803 ſq. II, 1150 ſq. Quanta ornatus varietas hoc et ſequente verſu! duri homines e dura terra nati.

343. Redit ad ſuperiora inde a vſ. 330. *res tenerae*, noua fata, frondes, gemmae etc. *laborem*, ſcil. ex

Digitized by Google

Si non tanta quies iret frigusque caloremque
Inter, et exciperet coeli indulgentia terras. 345
Quod ſupereſt, quaecumque premes virgulta per agros,

344 *Cum tam tanta* Ven. *que* poſt *calorem* omittunt plurimi. Philargyrius primam lectionem fuiſſe ait *calorque*. Scilicet metuebant boni viri verſus menſurae. *Inter* et *iret* permutatis ſedibus habet edit. Norimb. apud Martinum. 345 Burmannus, dum in vſu τοῦ *excipere* haerebat, coniiciebat, *exciperet caeli indulgentia ventos*, aut, *adſpiceret caeli indulgentia terras*. Sed vid. Notas. Vnus Mead. *haec pareret* habet pro *exciperet*; vnde facile aliquid extricari poſſit; ſed eſt ab inepta manu. *exciperent* Rom.

frigore ac calore tamquam moleſtiam, πόνον. *tanta quies*, de tranquilla anni temperie, moderata inter aeſtum et frigus. *iret* pro eſſet, vulgari verbo. Petita autem haec e Lucretii penu V, 1213, *quoad moenia mundi Et taciti motus hunc poſſint ferre laborem*. Alii vſſ. 343—5 cum antecedentibus de orbe terrarum in vere nato iungunt, vt *poſſent, iret, exciperet*, ſint, pro *potuiſſent* et ſic porro dicta; nec hoc male. Poſſis laudare Lucret. V, 778 *Nunc redeo ad mundi novitatem et mollia terrae Arua, nouo fetu quid primum in luminis oras Tollere* — Et ſup. Ecl, VI, 34 *et ipſe tener mundi concreuerit orbis*. — 345. *Excipiunt ſeſe inuicem* res, quae ſibi ſuccedunt: tum etiam res, caſus, qui exiſtunt, emergunt aut ſuccedunt, *excipere nos* dicuntur, vt in illo: *aliud bellum eum excepit*. Ita videtur h. l. dictum. Alioqui ex eo, quod *excipere*, benigne aliquem tractare, fouere, deſignat, petitum videri poſſit, vt Caelum excipere dicatur Terram. Sed hoc argutius, quam par eſt, dictum eſſet; nec apparet, quomodo Caelum Terras vt puerum recens natum excipiat. *indulgentia* pulcrius quam temperatio, clementia. Gratius 295 *Dum tepida indulget terris clementia mundi*.

346. Nunc de cura furculorum poſitorum. Cf. Theophraſt. Cauſſ. Plant. III, 5

Digitized by Google

Sparge ſimo pingui, et multa memor occule terra;
Aut lapidem bibulum, aut ſqualentis infode conchas:
Inter enim labentur aquae, tenuisque ſubibit
Halitus, atque animos tollent ſata. Iamque reperti,

348 *cochleas* Reg. a m. ſec., e gloſſa. 350 *atque homines* ed. Ven. *tollunt* alter Menag. *Namque* Ven.

et 7. Colum. III, 15. Geopon. V, 9, 21. *virgulta*, ſarmenta intelligo, ſeu ſurculos vitium cuiusuis generis, ſiue malleolos, ſiue viuiradices, ſiue propagines. Martinus tantum ad propagines referri poſſe putabat, quia *premes* apponatur, quod proprie de iis dici poſſit. Enimuero *premere* poeta de omni plantatione recte dicere poteſt, cum ſurculus in ſcrobe ponitur, defigitur, infoditur. Tum Columella III, 15, 4, vbi hosce verſus recitat, de transferendis de ſeminario vitium plantis, non de propagine aut traduce loquitur: qui niſi intercederet ſua interpretatione, mallem non modo de vitibus, ſed etiam de arboribus accipere. Porro *per agros* eſt de vineis accipiendum; quod ſermonis poetici ratio ſuadebat, vt vulgares modos vitaret; tum *ſerere*, *ſemina*, *ſegetem*, iam ſaepe de vineis et arbuſtis vidimus.

348. Vid. Colum. l. l. et iam laudatos: Theophr. de Cauſſ. Plant. III, 5 et 7, quem ſine dubio poeta ante oculos habuit, et Geoponic. V, 9. Dixit *lapidem bibulum*, pumicem, aut ſabuloſum, et *ſqualentes conchas*, mucoſa aliqua ſaliua inductas. cf. ad Ge. IV, 91. 349. 350. *tenuis halitus* venti, inter pumicum ac teſtarum fragmenta, tamquam per ſpiramina, penetrare poteſt, atque adeo radices fouere et recreare. Theophr. l. l. ὅπως συῤῥοὴ γίνηται τοῦ ὕδατος, καὶ τοῦ θέρους οὗτοι (οἱ λίθοι) καταψύχωσι τὰς ῥίζας. *animos tollent ſata*, vigorem,

Digitized by Google

Qui ſaxo ſuper, atque ingentis pondere teſtae,
Vrguerent: hoc effuſos munimen ad imbris;
Hoc, vbi hiulca ſiti findit canis aeſtifer arua.
Seminibus poſitis, ſupereſt deducere terram

351 *ſaxa* nonnulli apud Colum. III, 15, 4, vbi hi verſus repetuntur. *ingentis* firmat etiam Rom., at *ingenti pondere* Medic. a m. pr. Mentel. pr. a m. ſec., et Nonius Marcellus in *vrguere. ingenti pondere teſta* apud Colum. l. l. Codex Sangermanenſis ſeu Goeſianus. Mox *Vrguentur* laudat ex eodem Heinſius; at Goeſiana collatio, *reurgetur.* 352 *et ſuſos* idem codex. *hic effuſos* Ven. *effoſſos* Toll. *munimine* vnus Mead. 353 *Atque vbi* Voſſ. pr. et vnus Mead. *Aut vbi* Lutat. ad Stat. Theb. IV, 708. *findit* Erf. *ſcindit* ed. Mediol. 354 *ſuperem* eadem ed. Mediol. *educere* Pierius ex aliquot vett. laudat. *diducere* quatuor apud Burmann. Sic Romanus; et defendi illud poſſit; Vt terra ad malleolum poſitum aequetur.

vires, quam praeclare! pro, vites laetiſſime efflorescent. *Iamque reperti*, h. fuere etiam, qui inſuper etc. 352. *hoc — Hoc;* non eſt h. l. τοῦτο μὲν, τοῦτο δὲ, ſed ad idem referendum; hoc munit ſurculos aduerſus imbres et aduerſus aeſtum. (Eſt etiam tertia ratio, vt a teſta caloris tenaci per noctem intepeſcat vitis.)

354—370. Nunc de iis, quae poſt vitiſationem agenda; et nunc quidem primo loco de *repaſtinatione* Colum. III, 18, 1. Ap. Plinium *foſſio* eſt XVII, 22. ſ. 35, 17 — *Supereſt deducere terram*, foſſione, quae quotannis eſt exercenda, et de qua omnes praecipiunt. v. Geopon. V, 22, 3 et notam. cf. inf. 398. Colum. IV, 3, 2 *Deinde malleolo inter ordines poſito crebris foſſionibus paſtinatum reſoluere atque in puluerem redigere. Sic enim malleoli et viuiradices et reliqua ſemina, quae depoſuerimus, conualeſcent, ſi mollis ac tenera humus, nullis herbis irrepentibus, humorem ſtirpibus praebuerit, nec duritia ſoli novellas adhuc plantas velut areto vinculo compreſſerit.* Ex his poeta ſatis illuſtratus videtur. *Seminibus poſitis*

Digitized by Google

Saepius ad capita, et duros iactare bidentis; 355
Aut preſſo exercere ſolum ſub vomere, et ipſa
Flectere luctantis inter vineta iuuencos.
Tum leuis calamos et raſae haſtilia virgae
Fraxineasque aptare ſudes furcasque bicornis:

356 *cum vomere* Goth. pr.; et ſic edd. vett. 358 *cumulos* Ven. 359 *que* ante *aptare* abeſt in fragm. Moret. et Reg. Martini. *trabes* pro *ſudes* Franc. *furcasque valentes* Medic. Gud. et ad minimum ſex alii apud Heinſ., duo apud Martin., et Romanus cum aliquot aliis ap. Pierium. Mireris inconſtantiam doctorum virorum, qui vetuſtatem ac conſenſum librorum modo omni rationi criticae anteferunt, modo vel leuiori cauſſae poſtponunt. Hic *valentes* haud dubie maxima habet praeſidia, *bicornes* ſolam

pro furculis defixis. Plin. XVII, 22. ſ. 35, 21 *ponito in ſcrobe aut in ſulco, operitoque et bene occultato.* Fodiendo terra *deducitur ad capita,* adducitur, aggeritur, ad radices (cf. Seruius) ſi quidem *terra coaequanda eſt gemmis extantibus:* Colum. IV, 5, 2. 3. *iactare bidentes* foſſionem exprimit adacto ligone. Colum. IV, 14, 1 *Inſequitur deinde foſſor, qui* crebris bidentibus *aequaliter et minutim ſoli terga conuertat.*

356. Colum. III, 13 *Aut ſcrobibus aut ſulcis vineae plerumque conſeruntur, — vel aratro vel bidente inſiſtunt — vt more noualium terra transuerſis adverſisque ſulcis proſcindatur. Id genus vineti non conducit agricolae, niſi vbi laetiſſimo ſolo vitis amplo incremento conſurgit.* cf. Plin. XVII, 22, ſect. 35, 22 *Interuallum iuſtum arborum, ſi aretur ſolum,* XL *pedum* ſqq. — 357. *inter vineta,* vt aretur inter vitium ordines, vt inuerſa aratro terra glebae vtrimque verſus vites inſurgant. Nam olim, vt etiamnum in Italia, (conf. Spence Polymet. p. 253) inter medios vitium aut oliuarum ordines, agri arabantur.

358—361. De *pedatione vitium* et *iugatione* ad vites, non maritatas arboribus,

Digitized by Google

Viribus eniti quarum, et contemnere ventos 360
Adſueſcant, ſummasque ſequi tabulata per vlmos.
Ac, dum prima nouis adoleſcit frondibus aetas,
Parcendum teneris; et, dum ſe laetus ad auras

rationem exquiſitioris vſus. Repoſuit quoque *valentes* Brunck. 361 *Adſueſcunt* Rottend. tert. *Adſueſcat* Goth. pr. 362 *Et dum* Parrhaſ. *Ac cum* Leid. pr. *At* Goth. pr. *adoleſcet* idem cum tribus et Erf. 363 *Parcendum eſt* duo ap. Burm., et vterque Mead.; alter etiam: *dum ſeſe* pro *et dum ſe.*

ſuſtinendas palo aut iugo, aut aliis modis. conf. Colum. IV, 12. Plin. XVII, 22, ſ. 35, 19. 361. *tabulata* ih vineis ſunt ordines ramorum in arboribus, vlmis inprimis, prominentium, quos reciſis aliis, ita in plana tendunt, vt Seruius ait, dilatant ac per gradus deflectunt agricolae, vt robuſtiores palmites vnum poſt alterum ramum attingere iisque ſeſe applicare et ſe eleuare tanquam per gradus poſſint. Locus eſt apud Colum. V, 6, 11. 12. 23. 24.

362 — 370. *Putationem* ſeu *pampinationem* in noua fronde plane nullam, in tenero palmite non ferro ſed vngue tentandam, in adultam vitem ſeuere eſſe exercendam. Praecepti primam partem confirmat Theophr. de Cauſſ. Plant. III, 9. Cato 33, 2, at refellit Columella cum l. c. V, 6, 22 ſq., tum IV, 11, 1 *nam illam veterem opinionem damnauit vſus, non eſſe ferro tangendos anniculos malleolos, quod aciem reformident; quod fruſtra Virgilius — timuerunt.* Conf. Geop. V, 23. 25. *frondibus:* de vite agit. Sic mox 366 et alibi. Itaque putaui etiam *frondatorem* ad vites ſpectare Ecl. I, 57, etſi et alias arbores amputari, et frondem pecori ſubſternendam parari meminerim, et qui hoc facit, proprie *frondatorem* dici. Plin. XVIII, 31, ſ. 74 *Et frondis praeparandae tempus hoc eſt. Vnus frondator quatuor frondarios ſiſcinas complere in die iuſtum habet.* Catull. LXI (LXIV), 41 *Non*

Palmes agit, laxis per purum inmiſſus habenis,
Ipſa acie nondum falcis tentanda; ſed vncis
Carpendae manibus frondes, interque legendae.
Inde, vbi iam validis amplexae ſtirpibus vlmos

364 *quum ſe — agit* Nonius Marcell. in *laxus. aget*, quod in pedeſtri praeferres, Medic. Pierii, et octo apud Heinſ. et Burm. cum Goth. ſec. a m. pr. *lapſis* Parrhaſ. et Reg. Martini. 365 *Ipſa acie nondum falcis tentanda* Burm. recepit, vt plane Medic. et Pierii Romanus, vtpote antiquiſſimi, tum multi alii, etiam Probus Grammat. lib. I, et *Ipſa acie* iam editum erat vsque ad Commelin. et Pulmann., qui intulere in vulgg. *Ipſa acies falcis nondum t.* At Heinſ. ordinem immutarat: *nondum falcis tentanda*, vt eſt in multis. *Ipſa nondum acie falcis* Rottend. tert. Sane *acies falcis*, ſeu ferri, poteſt *tentari*, ſed ſi eam explores, vt in Suetonii illo loco Ner. 49. At hic *acie falcis* (poetica venuſtate pro *falce*) tentantur nouelli palmites, dum putantur. conf. Not. *acie* iam in vulgatis ante Pierium legebatur; in Medic. *acies* a m. ſec. rubro adpicta *s* littera. *ſub vndis* in fine verſus legebat Goth. pr. 367 *validis amplexae viribus* Medic. a m. ſec. Zulich. Moret. quart. pro var. lect. Ed. Mediol. Colot. Vrſini, vnus Meadianus; et arridere poteſt. Sed eſt memoriae lapſus ex frequenti poetarum lectione ortus, ſiue Grammatici nimis acuti interpolatio.

falx attenuat frondatorum arboris vmbram. Seruius tamen et ipſe ad Ecl. I, 57 *frondatorem* de vtroque operae genere frequentari docet. Accedit Ouid. Met. XIV, 649 de Vertumno: *Falce data frondator erat vitisque putator.* — 364. *laxis immiſſus habenis* de celeribus et effuſis incrementis; a Lucretio habet V, 785. *per purum*, per aerem; Lucr. *per auras;* et ſup. v. 287 *in vacuum*, et alias *per inane.* (Aliter dixit Horat. de ſereno caelo Carm. I, 34, 7.) 365. *Ipſa*, ſcil. prima aetas, cui tribuitur tamquam actio id, quod in ea fit. *Virgulta* ex v. 346 repetit Seruius. Expreſſit reliqua Quinctil. Inſt. II, 4, 10. 11. *interlegere:* videtur hoc nouaſſe poeta, pro legere; quoniam per intervalla frondes, aliis omiſſis, carpuntur. Ceterum communia ſunt haec praecepta curae aliarum arborum. Mox

Digitized by Google

Exierint, tum ſtringe comas, tum brachia tonde:
Ante reformidant ferrum: tum denique dura
Exerce imperia, et ramos conpeſce fluentis. 370
Texendae ſaepes etiam, et pecus omne tenendum,
Praecipue dum frons tenera inprudensque laborum:

368 *tunc* ante Burm., quod Romanus tuetur etiam ſequ. v. *tende* Goth. pr. 369 *reformident* duo. 370 *ramos conpeſce valentes* Romanus, quod Pierius Varronis quidem loco de R. R. I, 31 confirmat; at quantum alteri venuſtate cedat, facile apparet. Item ſup. 359 in parte codd. legitur: videturque adeo vagum in margine vetuſti alicuius codicis appictum fuiſſe. 371 Poſt *tenendum* ante Heinſ. erat *eſt;* ſublatum ſecundum libros; abeſt etiam a Mediceo a m. pr. et a multis *et.* Romanus, vetuſtiſſimus liber, et Bodlei. *tuendum.* Arundel. *et tam pecus omne timendum:* interpolatione non mala; vt nunc etiam Reiskium conieciſſe video. At vulgata ratio doctior eſſe videtur. 372 *Praeterea quum frons*

exierint, in altum ſe ſuſtulerint, excreuerint. cf. ſup. v. 81. 369 *dura imperia*, h. ſeuera, a diſciplina militari petitum; ſiue ab equis regendis vel pueris, ex Burmanni ſententia, qui laudat Horat. Carm. IV, 1, 6. 7. Cic. Cat. mai. 15 *vitem — quam ſerpentem multiplici lapſu et erratico* ferro amputans coercet ars agricolarum, *ne ſilueſcat ſarmentis et in omnes partes nimia fundatur.* 370. *ramos fluentis*, diffluentes, luxuriantes. Diuerſae ſunt *fluidae frondes* Lucretii II, 596, h. molles, a vento facile decuſſae.

371—419. Poſt opus ſollenne cultus vineatici memorantur quae adhuc vinitori curanda ſunt: primo loco auertenda ſunt, quae novellis vitibus nocere poſſint: pecudes, frigus, aeſtus: ducit ea res ad immolationem hirci Baccho fieri ſolitam; tum vſ. 397 ſq. repetenda eſt omnis illa cura vinitoria fodiendi, pampinandi, putandi. — *tenendum* pecus, h. continendum, coercendum, quo ipſo efficitur vulgata interpretatio, arcendum, quo vocabulo Plinius in eodem praecepto vtitur XVII, 22, ſ. 35, 17. 372. *frons im-*

Digitized by Google

Cui, ſuper indignas hiemes ſolemque potentem,
Silueſtres vri adſidue capreaeque ſequaces
Inludunt, paſcuntur oues auidaeque iuuencae. 375

tenera Nonius in *frons*. Seruium *fruns* legiſſe credebat Burm. et Wakef. ad Lucret. II, 696. 373 *ſolemque tepentem* Menag. alt. pro diuerſa lectione. Male. Georg. I, 92 *rapidiue potentia ſolis*. Schrader. in ſchedis coni. *Edonas hiemes*. 374 *tauri* vel *vrſi* coni. Cerda. Io. Schrader. *ſilueſtres hirci*: vt III, 314 *Paſcuntur ſiluas*, ſc. hirci, vtque apud Homer. ὀρεσκῷοι αἶγες, et alibi *ſilueſtres capreae*. Idem tentabat: *capreaeque fugaces*. Macrob. VI, 4 f. „*vri* Gallica vox eſt, qua feri boues ſignificantur.“ adeo Virgilium non reſpuiſſe peregrina voce vti. *adſiduo* Ven. *capraeque* multi cum Medic. 375 *Illidunt* Ald. pr. *aues* Gud. a m. pr. *cui illudunt*, non dixit *illudant* et *paſcantur* quae pedeſtris oratio eſſet, pro *cum ei*, vt ei, *illudant*, quam toties a

prudens laborum, h. frondes ignarae et impatientes iniuriae ex dente pecudis. 373—379. *Cui* frondi illudunt, eamque depaſcuntur. *Super*, ſeu plus quam ſeu praeter. Plus quam ſrigoris vis et ſolis potentia, h. aeſtus, nocent vitibus nouellis boues agreſtes et capreae et ceterae pecudes. *indignae hiemes*. Quisquis *indigna*, h. quibus dignus alter non eſt, quae immerito patitur, omninoque dura, ſaeua, iniuſta, iniurioſa, facit, aut talia fert, eum poetae *indignum* appellant. cf. Ecl. X, 10 *indigno cum Gallus amore periret*. Itaque *hiemes indignae* h. l. recte a Seruio explicantur *ſaeuae*. 374. *Vros* proprie dictos in Italia nullos eſſe ſatis conſtat. Hercyniae ſiluae ſolitudines illo tempore eos incoluiſſe e Caeſare conſtat. At enim vel ex lib. III, v. 532 manifeſtum eſt, *vros* poetae improprie dictos eſſe pro feris bubus, quales Italia nunc nomine *Bufalo* frequentat. Eſt autem *bubalus* cornibus compreſſis, ſurſum reſupinatis, fronte criſpa. *capreae ſequaces* poetica elegantia, quae vites inſectantur, perſequuntur, vt Seruius reddit, vnde ap. Horat. II Sat. 4, 43 *Vinea ſummittit capreas non ſemper edulas*. Mox eadem fere vi *auidae iuuencae*. 375. *Illudunt* multo ſignificantius quam lae-

Digitized by Google

Frigora nec tantum cana concreta pruina,
Aut grauis incumbens ſcopulis arentibus aeſtas,
Quantum illi nocuere greges, durique venenum
Dentis, et admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix.
Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris

poetis deſertam videmus, vt oratio ſit a vulgari recedens. 377 *herbis arentibus* Goth. ſec. a m. pr. *ardentibus* Franc. et Cantabrig. cum Erf. *aeſtus* Medic. Pierii et Parrhaſ. Mead. vnus et Reg. Ed. Ven. 379 In *admorſo* magna varietas, quae forte Grammaticis debetur, qui generi τοῦ *ſtirpe* timebant. Sed vid. Aen. XII, 208. *admorſu* Romanus Pierii. Sic et Pierii Mediceus a m. pr. Mediceus Fogginii *a morſo*, mutatum in *a morſu*. Sic et in aliis Pierius ex *admorſo* eraſum eſſe *d* aut factum *a morſu* vidit. Eadem varietas apud Heinſ. et Burm. *admorſo*, *amorſo*, *amorſu*. Librariorum et Grammaticorum ludibria. 380 *ob cauſſam* vnus Arundel. et Schol. Statii Theb. V, 259. *Bacchi* Parrhaſ., vt ſint: omnibus aris Bacchi, de quibus ſane ſolis eſt accipiendum.

dunt, noua tamquam petulantiae et iniuriae notione adiuncta, vt Georg. I, 181 *Tum variae illudunt peſtes*. Et communiter capris tribuitur laſciuia, petulantia. *paſcuntur oues*, etiam, cum depaſcunt, dum frondes carpunt oues.

376. Idem, quod modo dixerat, grauius ac diſertius exponit. *Nec frigora concreta* (tributum *frigori* epitheton, quod rebus proprie conuenit per frigoris tempeſtatem congelatis et adſtrictis). *nocuere tantum pruina cana*, nocent tantum gelu. 377. *grauis aeſtas*, moleſta, exitioſa. *ſcopuli arentes*, quibus aeſtas *incumbit*, h. e. ſol aſſiduus cautes excandefaciens, accommodate hoc loco memorantur, cum de vitibus agitur. Sic *aprica ſaxa* inf. 522. *venenum* pro ſaliua noxia. Sup. v. 196 *vrentes culta capellas*.

380—389. Varro de R. R. I, 2, 18. 19 *Quaedam enim pecudes culturae ſunt inimicae ac veneno, vt iſtae, quas dixi, caprae; eae enim omnia nouella ſata carpendo corrumpunt, non*

Digitized by Google

Caeditur et veteres ineunt proſcenia ludi,
Praemiaque ingeniis pagos et compita circum
Theſidae poſuere; atque inter pocula laeti

382 *ingentes* vel *ingentis* vulgo lectum; ſc. Theſidae, etſi Pierius iam commendauerat alterum: ad quod recipiendum mireris Heinſium hic adeo timidum fuiſſe. *Ingentis* repoſuit Burmannus ex antiquiſſimis Pierii, Philargyrio, cod. Vrſini, et ed. Ven.

minimum vites atque oleas — Sic factum, vt Libero patri, repertori vitis, hirci immolarentur, proinde, vt capite darent poenas. Et notus eſt locus Ouid. Faſt. I, 353 ſqq.; et quoties non in gemmis caper vites aut arbores arrodens occurrit? Recte haec; vnde ſatis apparet primi verſus ſententia, ob hanc vitibus illatam noxam hircum in Bacchi ſacris mactari; at enim eandem etiam ob cauſſam ludi ſcenici facti? eandem ob cauſſam aſcoliaſmus? hincne Liberalia? et reliqua? Haec nemini moleſta fuere. Scilicet poeticus ornatus ſententiae recte accipiendae et interpungendae obfuit, quae ita procedere debet: Ea de cauſſa caper in Bacchi ſacris immolatur, et, cum hircus ſemel Baccho ſacer eſſet, in vetere tragoedia Athenienſium caper poetis praemium erat propoſitum, *carmine qui tragico vilem certauit ob hircum* Horat. Art. 220. cf. Tibull. II, 1, 55 et ibi Not., nec non hircinis pellibus vtres facti, in quos oleo inunctos adſilirent. Tum, quod poetae licebat in ornatum captandum exſpatiari, quomodo ex Graecorum illis ſacris Latina eiusdem dei ſacra fluxerint, commemorat. Illuſtris locus eſt; ſingula videbimus.

381. *veteres ludi ineunt proſcenia*, pro, olim, antiquis temporibus, ludi in ſcenam inducti, facti, exhibiti ſunt. *proſcenium*, proprie ante ſcenam verſus orcheſtram, pulpitum habebat, quo actores prodibant, h. l. omnino pro ſcena poſitum. 382. 383. *Theſidae*, Athenienſes, *poſuere praemia*, pro praemio, hircum, *ingeniis*, h. poetis, *circum pagos et compita*. Nota de prima rei ſcenicae origine fabula. v. Horatii Art. 275 ſq.,

Digitized by Google

Mollibus in pratis vnctos ſaluere per vtres.
Nec non Auſonii, Troia gens miſſa, coloni
Verſibus incomtis ludunt riſuque ſoluto;

384 *ſaluere* vetuſtiſſima ſcriptura; alii, vt pronuntiatum iam olim, *ſaltere*. vide h. l. Heinſ. et Burm. Sec. ad Anthol. Lat. p. 540. 385 *a Troiâ* Leid. *et Troia* Regius Martin. 386 *rituque* Moret. ſec.

quae ad Dionyſia ruralia, τὰ κατ' ἀγρούς, per pagos, vtique pertinet: e quorum genere cum ab initio eſſent τὰ ἐν Λίμναις, ſ. *Lenaea* (diverſa quidem et haec a *Dionyſiis vrbanis*, ſeu *maioribus*), auctis tamen vrbis opibus, ea praecipuam celebritatem conſequuta ſunt, vt diuerſa plane ab ruralibus habenda ſint, vt cum exquiſitae doctrinae copia ad Heſychium ad liquidum perduxit Ruhnkenius, in App.

384. Ἀσκωλιασμὸς, in Dionyſiis paganis, τοῖς κατ' ἀγρούς, ſollennis, luſus notiſſimus, quem etiam in lapide apud Gorium Inſcript. Etruſc. T. II, p. 105, conſpici poſſe iam Burm. notauit, et quem paſſim in gemmis et marmoribus exhibitum videas (v. Gorium Inſcr. Etruſc. l. l. Adde v. c. Gorlaei Dactylioth. T. II, n. 508). *Vtrium* fuit vſus, quia in eosdem et vina e lacubus transfundere, et vuas ad torcular deportare mos erat. v. apud Com. de Caylus *Recueil d'Antiqu.* T. V, pl. 58.

385—389. Liberalia quidem Romae menſe Martio celebrabantur. Et haec reſpexiſſe videri poteſt poeta, ſi v. 390 aduerteris. Sed feſtum Bacchi celeberrimum vindemiam factam excepiſſe videtur. Fiebant, vti in feſto poſt meſſem conditam (vid. Horat. Epiſt. II, 1, 140), per pagos multa ludicra: pubes ruſtica, perſonata et laruis e cortice factis ora habens obducta, non modo iaciebat iocos et dicteria in praetereuntes; quam vindemiae licentiam adhuc in Italia vigere obſeruant, qui ex oris illis ad nos veniunt; et ſua aetate Auſonius narrat in Moſella 161 — 168; verum etiam *verſibus incomtis*, ex

Digitized by Google

Oraque corticibus ſumunt horrenda cauatis;
Et te, Bacche, vocant per carmina laeta, tibique
Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu.

388 *Et te Bacche canunt* a Cerda editum.

tempore effuſis (*Improuiſare* nunc appellant hoc idem Itali); Et haec eſt Feſcennina licentia ap. Horat. II Epp. I, 145; canebant porro hymnos in Bacchi honorem, et *oſcilla*, *αἰώρας* (cf. Valken. ad Theocrit. p. 246), h. laruas e corticibus factas, quales etiamnum in monumentis occurrunt, ex arboribus ſuſpendebant: ea h. l. *mollia*, h. mobilia, pendula. Sunt gemmae haec *oſcilla* referentes: vnam exhibuit Spencius *Polymet.* Pl. XX, fig. 2, plures v. c. Lippertus in Dactylioth. cf. *Pitture d'Ercol.* T. IV, p. 14. Idem elegantiſſimi ingenii vir, Spencius, originem et cauſſam huius ritus in eo reperiebat, quod eos Bacchi vultus appenſos vento impelli quaquauerſus et conuerti volebant agricolae, quoniam, qua ille deus faciem conuerterat, ſumma agri vbertas ſequi credebatur. conf. vſ. 392. Acutius haec coniectata, quam quod Seruius habet ad Aen. VI, 741, qui ad purgationen vento vel aere fieri creditam haec refert. Inter amuleta habita eſſe credunt alii: quod ſaltem de horrendis laruis mihi probabile fit; in Bacchicis haud aeque: ſi inſpexeris anaglypha Bacchica; ſunt pulcra, hilaria. Multa his de rebus cum ab aliis tum ab Caſaubono de Satira tradita ſunt, multa accuratius et vtilius tradi poſſent. cf. Horat. Epiſt. II, 1, 145. Tibull. I, 7, 35 — 40. II, 1, 55 ſq. De *oſcillis* inani opera alii poſt Seruium plurima, et h. l. Cerda. Inprimis commentum fuit vulgare, quo ab Erigones ſuſpendio oſcillorum vſus repeteretur; vid. Hygin. f. 130 et ibi Munck. In verbis *Auſonii, Troia gens miſſa*, paullo licentius ſe iactat poeta. Auſonii, Itali h. l. ſunt, cum proprie tantum Latini, inque his Albani ac Romani, dici poſſint oriundi ab iis, qui cum Aenea,

Digitized by Google

Hinc omnis largo pubeſcit vinea ſetu;
Complentur vallesque cauae ſaltusque profundi,
Et quocumque deus circum caput egit honeſtum.

390 *rubeſcit* Menag. pr. 391 *Complenturque cauae valles* Moret. ſec. 392 Laudat Columella III, 21, 4. *quodcunque* Parrhaſ. *Et quodcunque decus* Schol. Horat. Sat. I, 2, 84. corrupte. *quocunque deos* Gud. Quod vero Guellius et ex eo Cerda ad h. l. laudant carmen in Bacchum, e Mureti Galliambo petitum eſt: ne fallaris, moneo.

Troia *miſſi*, profecti erant. 390. Exoratus & placatus his ſacris ac feſtis deus ſummam vindemiae vbertatem votis reddit. *vinea pubeſcit*, ſatis obuia translatione, vites exuberant, *largo ſetu*, laeto vuarum proventu. *Valles ſaltusque*, ſi vitibus conſita loca, vt probabile videtur, hic expreſſa ſunt, improprie dicuntur de vineis, in plano et in collibus ſatis. *valles* adeo pro planis locis, *cauae*, Graecorum exemplo, vt Pindar. I, 3, 18 κοίλᾳ νάπᾳ. 392. *Et quocunque deus*. Pulcerrimus haud dubie verſus. Nihil imagine hac viuidius, nihil iucundius. Praeiuerant tamen haud dubie Graeci poetae: Compara v. c. Callimach. in Apoll. 50 ſq. in Dian. 124 ſq. Statuam dei per vineam circumferri ſolitam huc aduocant Interpretes; ſaltem oſcilla poterant memorari. Probabilius tamen, vniuerſe poetam de dei adſpectu cogitaſſe. Petitum autem ex antiqua religione, qua praeſentia deorum, inprimis Apollinis et Bacchi, certis locis ac temporibus fieri ſolita ferebatur, et, quoties dii apparerent, omnia ridere, frondeſcere, progerminare, enthuſiaſtica loquendi forma, narrabantur. In quod phantaſma facile incidere potuere homines, quum *numinis nutu* ea fieri dicerent, quae naturae vis et tenor gignit. Locum hunc ad Bacchi natales transtulit Auien. Perieg. 1121 ſq. vbi conf. Wernsd. *caput honeſtum* eſt pulcrum, formoſum, quale Bacchi expreſſum adhuc in monumentis con-

Digitized by Google

Ergo rite ſuum Baccho dicemus honorem
Carminibus patriis, lancesque et liba feremus;
Et ductus cornu ſtabit ſacer hircus ad aram,
Pinguiaque in veribus torrebimus exta colurnis.
Eſt etiam ille labor curandis vitibus alter,
Cui numquam exhauſti ſatis eſt: namque omne quotannis

393 *ſuos honores* codd. aliquot Pierii, quod ipſi rem ſplendidiorem efficere videbatur. *honeſtum — honorem* displicebat Io. Schradero. 394 *laticesque et* Franc., per ſe non male. *ferentes* Zulich. 395 *Et ductis* Gud. a m. pr. *Eductus* Leid. tert. *St ductus* Seru. ad Aen. IX, 627 in edd. quibusdam. *ſtabit cornu* Leid. alter. *ad aras* edd. Macrobii Sat. IV, 2. Seru. ad Aen. IX, 627 in ſcriptis. 396 *torquebimus* Medic. Pierii. *veribus* Rom. 397 *curandus* Franc. *alte* Ven.

ſpicitur. *Carminibus patriis.* Fuere adeo carmina antiqua Romanorum in Bacchi honorem cani ſolita. Alia fuere Feſcennina: de quibus paullo ante. *lances,* et quidem in iis *liba* (cf. ſup. ad v. 192), feruntur ad aras. *cornu ducitur* victima ritu ſacrorum. Sic et *ſtare* verbum ſollenne. vide Seru. Victimae partes, quae non in ara adolebantur, ſacris epulis apponebantur, hinc v. 396 *colurna verua* ex corylo; quam arborem cum dilectu poni aiunt interpretes ex v. 299 *Neue inter vites corulum ſere.*

397 — 407. Reſtat alius labor in cura vitium (*eſt etiam alter ille labor* curandarum vitium), qui numquam finitur, vt vineam iterum iterumque repaſtines (fodias), pampines, vites ablaquees ac putes, *cui numquam ſatis exhauſti* (pro exhauſtionis, Seru.), h. qui numquam ſatis exhauritur. Multa de his videbis monita in Colum. IV, 23 — 28.

398. *namque* pro vulgari, nempe quod. Ad rem Columell. IV, 4, 1 *Numerus autem vertendi ſoli bidentibus, vt verum fatear, definiendus non eſt, cum, quanto crebrior ſit, plus*

Digitized by Google

Terque quaterque ſolum ſcindendum, glebaque verſis
Aeternum frangenda, bidentibus; omnè leuandum
Fronde nemus; redit agricolis labor actus in orbem,
Atque in ſe ſua per veſtigia voluitur annus.
Ac iam olim, ſeras poſuit quum vinea frondis,

401 *laboratus* Reg. a m. pr. 402 *Atque ipſe ſua* Voſſ. *In ſe perque ſua veſtigia* Franc. *annis*, h. per annos ſingulos, *voluitur*, ſc. labor, malebat Reiskius. 403 *Et iam olim* vulgo ante Heinſ. *At* alii.

prodeſſe foſſionem conueniat. Idem IV, 14, 1 *crebros foſſoris bidentes* requirit. cf. Geop. V, 25. Hoc idem, puto, innuit Catull. LXI (LXIV), 39 *Non humilis curuis purgatur vinea raſtris.* 399. *verſis bidentibus:* ligonibus duos dentes habentibus, qui vertuntur ad glebas frangendas, et comminuendas; vt. recte docuit vir doctus. 401. *nemus* pro vinea, *leuandum fronde*, quaſi importuno onere; putandum; etiam arbores amputandae ſunt per vineam. *labor*, qui *actus* erat, *redit in orbem*, et *annus*, h. annua opera, annuus labor, *voluitur in ſe*, reuoluit ſe, redit, *ſua per veſtigia*, eadem, ac ſuperiore anno, ratione, modo, tenore ac progreſſu. *Sua ſe in veſtigia voluere* de mundo Varius, ante Virgilium, et poſt hunc alii poetae dixere; quorum loca vide apud Cerdam.

403 — 407. Auctumno exacto ſtatim in ſequentem annum vinitoris cura et opera extendi debet. *ſeras ponit cum vinea frondes*, cum vites frondes amittunt, quae ad ſeriorem auctumnum durauerant. *ſiluae* ipſae vineae eſſe videntur; niſi ſunt arbuſta iugata vitibus. *honorem* de frondibus arborum frequenter poetae. *Ruſticus* eſt vinitor, ſed vides poetam ſem-

Digitized by Google

Frigidus et ſiluis aquilo decuſſit honorem;
Iam tum acer curas venientem extendit in annum
Ruſticus, et curuo Saturni dente relictam

404 *vt ſiluis* Schol. Horat. Epod. XI, ſed aliter Nonius et Priſcianus. *e ſiluis* Parrhaſ. 405 *extendet* Medic. 406 *Agricola* pro *Ruſticus* Rom.

per recedere a vulgaribus. Tibull. I, 1, 7 *Ipſe ſeram teneras maturo tempore vites Ruſticus. acer*, diligens, labori non parcens. *dens Saturni* eſt falx amputatoria, notum dei inſigne. Iam v. 407 *putationem* vitium exprimi, ſatis patet. Colum. IV, 23, 1 *Placet ergo, ſi mitis ac temperata permittit in ea regione, quam colimus, caeli clementia, facta vindemia, ſecundum Idus Octobris, auſpicari putationem* et rel. Iam Cerda et alii non modo putationem, ſed et ablaqueationem, cum inutiles radiculae ferro reſcinduntur, praecipiendam fuiſſe putant, eamque in verbis *vitem attondens* quaerunt. Et ſane Colum. IV, 8, 1 *Nam poſt Idus Octobris, prius quam frigora inuadant, vitis ablaqueanda eſt;* vbi in ſeqq. diſertius res exponitur. Sed haec optantur potius, vt verbis inſint, quam ineſſe probantur; ſic et paſtinatio memoranda fuiſſet. conf. Geopon. III, 13; et ablaqueationem ſub putatione complecti ipſum Columellam video IV, 24, 4 ſqq. 404. Varronis hunc verſum eſſe Seruius teſtatur. Imitatione expreſſit, ſed infeliciter, Marklando iudice, Statius Silu. I, 2, 154 *Excludunt radios ſilvis* decuſſa *vetuſtis* Frigora: arbores altae ac denſae obumbrare locum declarat per *frigus decuſſum*, veniens, factum a ſiluis. 406. *relictam vitem*, et fructu et frondibus nudatam; quod itaque eius reliquum eſt, iam nunc eſt putandum; quam rationem etiam Martinum ſequi video. Burmannus *neglectam tonderi* interpretatur, praeteritam et cui poſt vindemiam

Digitized by Google

Perſequitur vitem adtondens, ſingitque putando.
Primus humum fodito, primus deuecta cremato
Sarmenta, et vallos primus ſub tecta refertò;
Poſtremus metito: bis vitibus ingruit vmbra;
Bis ſegetem denſis obducunt ſentibus herbae.
Durus vterque labor. Laudato ingentia rura:

407 *Proſequitur* Zulich. et vnus Mead., ſed vid. Burm. *antondens* vetuſta Nonii Marcelli exemplaria, vt *ancidere*. *attundens* ſcribunt alii. *tondens* Franc. *fugitque* Menag. 408 *deiecta* ed. Ven. al. *deſecta*. ſup. v. 207 *ſiluam deuexit aratòr*. 409 *et* deerat Ven. *primum* nonnulli; vt ſemper. *reporto* Voſſ. alter. 410 *poſtremos* Rottend. ſec. *vmbrae* Zulich. 411 *obducans* Leid.

nulla adhuc ſit cura adhibita. Etiam Seruius, *relictam*, ſcilicet a ſe paullo ante deſertam.

408—419. Subiicit nunc tempora operis vinitorii: vt moneat, tempeſtiue omnia eſſe curanda. conf. Colum. IV, 27. 409. *vallos*, h. pedamenta, ne imbribus putreſcant. v. Varro R. R. I, 8, 6. Quantum enim video, poeta promiſcue modo vites altas vlmis aliisque arboribus iugatas, modo ſtatuminibus, iugis, perticisue ac vallis firmatas, memorat. Iam 410. 411 *metere* pro vindemiare, vt ſupra *ſegetem, arua, ſerere, ſemina* ad vineas transferri vidimus. cf. ad v. 267. Porro bis in anno, vere et auctumno, pampinationem et runcationem fieri debere dicit poeta; ſed rem ab antecedente deſignat: bis pampini excreſcunt nimia copia, bis herbae exuberant, adeoque eruendae et euellendae ſunt. *ſentes* poetica copia adiecti; ſunt hic omne id, quod ex iſtis herbis enaſcitur et ſolum implicat.

412. Cum tam aſſiduam ac perpetuam operam requirat vitium cultura: placeant aliis vineae magnae; tibi parua probetur, quae recte et tanto maiore cum fructu a te coli poſſit. Pallad. I, tit. 6, 7 *Ita in arbitrio noſtro eſt, vtrum plus habeamus, an melius — ſecun-*

Digitized by Google

Exiguum colito. Nec non etiam aſpera ruſci
Vimina per ſiluam, et ripis fluuialis arundo
Caeditur, incultique exercet cura ſalicti.
Iam vinctae vites; iam falcem arbuſta reponunt;
Iam canit extremos effetus vinitor antes:

413 *ruſti* nonnulli ſcribunt. vid. Heinſ. *fruſi* Iul. Pompon. Sab. *aſpere fruſci* a m. pr. Medic. in quibus argutandi copia eſſet. 414 *per ſiluas* Moret. quart. et Regius Martini. *et* a Franc. abeſt. 415 *Creditur* Menag. pr. 416 *victae* Medic. a m. pr. et Reg. a m. ſec. *iunctae* Moret. ſec. et duo ap. Martinum. *iunctae vites*, iugata vinea Iul. Sabin. *falcemque* Goth. ſec. 417 *Iam canit effectos extremus vinitor* Romanus; et ſic Medic. Fogginii, niſi quod a m. ſec. *effectus* erat, it. Erf. *effoetos extremus* alii cum edd. vett., vt Argent., et hoc etiam Nonius Marcellus in *antes*

dior eſt culta exiguitas, quam magnitudo neglecta. Sed luculentus huius rei et loci commentarius eſt apud Colum. I, 3, 8 ſqq. IV, 3, 4 ſq. conf. Plin. XVIII, 6, ſ. 7, 3; vtrique verſus hic laudatur. Vidit hoc ſagaciſſimus quisque e noſtris hominibus, latifundia perdidiſſe olim Italiam, nunc plerasque Europae prouincias ac terras. Forma orationis ex Heſiodeo petita Ἔργ. 643 Νῆ' ὀλίγην αἰνεῖν, μεγάλῃ δ' ἐνὶ Φορτία θέσθαι. Sic h. l. *laudato*, valere iube, aliis relinque, habeant illi ſibi, vt *colito* pro praefer, potiori loco habe.

413. *ruſcus* virgulti genus, *oxymyrſine*, *ruſous aculeatus*. cf. Martin. 415. *ſalices* curandae ſunt, h. virgae ex iis parandae. *incultae*, quae ipſae per ſe nulla cura indigent et ſponte proueniunt.

416. *Iam arbuſta*, h. vites iam ſatis putatae ſunt; aut, cum vites iam memoratae ſint, arbores, quibus vites iugatae ſunt; *reponunt falcem*, dum per eas reponere falcem licet; falcem non amplius requirunt. 417—419. Pulcerrime perfectam et abſolutam vinitoris operam putandi ac runcandi deſignat. Peruenit ad extremos *antes*, ordines vitium; *canit* eos, gaudet ſe eo peruenisſe, et quidem *effetus*, viribus exhauſtus, qui iam defunctus eſſe labore ſibi videbatur;

Digitized by Google

Sollicitanda tamen tellus, puluisque mouendus;
Et iam maturis metuendus Iuppiter vuis.
Contra, non vlla eſt oleis cultura: neque illae
Procuruam exſpectant falcem raſtrosque tenaces,
Quum ſemel haeſerunt aruis, aurasque tulerunt.

agnoſcit. Poſſit hoc ferri, ſi nulla eſſet variatio. At alii plerique *effectus extremos*. Hinc alia librariorum ludibria: *effoetus* vel *effectos extremus*, *effectus extremos*, *effectos extremos*, *efſoetus extremos*, *effoetos extremis* in Goth. pr. Scilicet primam lectionem fuiſſe, *effetus extremos*, veriſimile ſit, quam mutarunt Grammatici, qui breuis ſyllabae productionem non ferebant, vt nunc ſit quod per omnes ab Aldd. inde edd. vulgatum: *extremos effetus*. 420 *nonnulla* Leid. vnus et Bodlei., vt iam Seruius notauit legi. Sed mala ac perpetua aberratione. 422 Maior veriſibus vigor ineſſe videtur, ſi poſt *tenaces* interpungas, et nouam ſententiam ordiaris: *Cum ſemel haeſerunt aruis aurasque tulerunt: Ipſa ſ.* Similiter ſubiicitur: *Poma quoque, vt primum—*

itęrum tamen ac denuo vinea fodienda ſeu paſtinanda; quae ipſa foſſio *puluęratio* dicitur. v. Seru. h. l. et Indicem Scriptt. R. R. ὑτοκόνισις Graecis. Et poſt tamen haec omnia nouus labor ex tempeſtate iniqua et aeris iniuriis oriri poteſt, vt aduerſus grandinem, pluvias, rubiginem, reliqua aeris vitia vitis munienda ac defendenda ſit. Ita v. 419 accipiendus eſſe videtur. cf. Colum. IV, 3, 4, vbi de vinea: *Res enim eſt tenera, infirma, iniuriae maxime impatiens* etc.

420. 421. Olearum contra nulla eſt cultura, h. oleae nulla fere cultura indigent. *Leui cultu ſuſtinetur olea* Colum. V, 8, 1, vbi de earum cultu agere incipit. Add. Plin. XVII, 30 ſqq. Porro *neque illae Procurvam — tenaces*, h. nec putatione nec paſtinatione opus eſt, ſcilicet non tam aſſidua ac perpetua. Bene Seruius: *quod tamen ad curam refertur anniuerſariam, nam neceſſe eſt, licet tarde, oliuam putare;* id quod vel ex Columella notum eſt. 422. *Cum ſemel*

Digitized by Google

Ipſa ſatis tellus, quum dente recluditur vnco,
Sufficit humorem, et grauidas cum vomere fruges.
Hoc pinguem et placitam Paci nutritor oliuam. 425

Vi propria nituntur. Moneri poteſt, et monitum eſt, ita 420. 421 nimis magna polliceri poetam, oleas enim in ſeminario haud parum operae requirere; recte vtique; ſed poeta agit de oleis iam e viridario in oliuetum transpoſitis. Nec tamen tam peruicaciter leuem coniecturam teneo, vt minus eam probanti iraſci aut maledicere velim. *tulere* Goth. pr. 424 *grauidas cum foenore fruges* coni. Reiske et Io. Schrader. Vide Notam. 425 *placidam* quinque apud Burm., male.

haeſerunt terrae; ſup. 317 vites *ſemine iacto Concretam — radicem affigere terrae.* Et ad illa *aurasque tulerunt* cf. v. 332 ſq. In illis: 423. 424 poteſt quidem recte dici: *Ipſa tellus ſatis*, h. affatim, *ſufficit* ſcil. oleis *humorem;* iudicio tamen ac delectui Virgiliano conſentaneum, *ſatis* ita accipere, vt oleas *ſata* appellauerit, quemadmodum ſupra vineas. cf. ad v. 267. Sic mox v. 436 *ſaepemque ſatis.* Porro *dens vncus* ligonis ac bidentis eſt; et ſententia ſic conſtituitur, vt, dummodo fodiatur et bidente aut ſarculo ſubigatur humus, iam ipſam tellurem dicat ſuppeditare oleis humorem; ſi vero etiam aretur ſolum et aliquando magis frangantur glebae, tellurem ſubminiſtrare *grauidas fruges*, h. vberem oliuarum prouentum. Colum. V, 9, 15 *Nam veteris prouerbii meminiſſe conuenit: eum, qui aret oliuetum, rogare fructum; qui ſtercoret, exorare; qui caedat* (putet), *cogere;* et §. 12 *Sed id* (oliuetum) *minime bis anno arari debet, et bidentibus alte circumfodiri.* Tandem *cum vomere* poteſt quidem ita accipi, vt ſit, ducto vomere, aratione facta, ſed verius eſt, vt ſuppleatur, *cum recluditur vomere:* Scilicet *et tellus ſufficit fruges grauidas, cum recluditur vomere.* 425. *Hoc:* eſt Homericum Τῷ pro διὰ τοῦτο, propter hoc, propterea, vt Lucret. IV, 1087 et alii. *nutritor* pro vulgari *nutri.*

Digitized by Google

Poma quoque, vt primum truncos ſenſere valentis,
Et vires habuere ſuas, ad ſidera raptim
Vi propria nituntur, opisque haud indiga noſtrae.
Nec minus interea fetu nemus omne graueſcit,
Sanguineisque inculta rubent auiaria baccis.

426 *Pomaque iam* Ven. *calentes* Medic. a m. pr. 428 *que* abeſt a Parrhaſ. et Giſanii libris, etiam a Romano vetuſtiſſimo, qui *opes haut* ſuo more ſcribit. Agnoſcas facile ſulcrum verſus a Grammaticis ſubmiſſum. 429 *grauaſcit* Mentel. Leid. *vireſcit* Rottend. pro var. lect. et Goth. pr. 430 *que* abeſt a Goth. ſec. *aluearia* Gud. a m. pr. Mox in Romano v. 432 ante verſum 431 ponitur, male.

426. Commendat poeta reliquarum quoque arborum cultum. *Poma* videntur omnino pomiferae eſſe arbores. Reliqua ſic vulgo accipi video: *truncos ſenſere,* quibus inſitae ſunt mali, et cum ſuccos eorum in ſe deriuarunt. Verum *ſenſere* vt poeta dixit, pro habuere, habent; vbi ſemel adoleuerunt et robur habent. *vires ſuas,* nos, ſuccos neceſſarios, et *propria vi,* natura ſua. conf. vſſ. 79—82.

429. Pergit in argumentatione vsque ad v. 454; exornauit autem locum arte mirabili. Si oleae et omne pomorum genus non eandem ac vineae operam deſiderant, multo minus reliqua arborum genera multum laboris exigunt, et magnos tamen fructus ferunt.

429. 430. Silueſtres *arbores* fructus et vtilitates plurimas nobis ferunt, nec tamen vllam aliam curam exigunt, quam vt ſeramus. *interea,* dum vitibus tam grauis labor impenditur, oleaeque et poma minore cultu proueniunt. *omne nemus,* omne arborum genus, *graueſcit fetu,* βρίθει, vt *grauida frugibus arbos,* et Eclog. III, 56 *nunc omnis parturit arbos.* Lucret. I, 253. 254 *At nitidae ſurgunt fruges,* ramique vireſcunt Arboribus, *creſcunt ipſae fetuque grauantur.*

Digitized by Google

Tondentur cytiſi, taedas ſilua alta miniſtrat,
Paſcunturque ignes nocturni, et lumina fundunt.
Et dubitant homines ſerere, atque inpendere curam?
Quid maiora ſequar? ſalices humilesque geneſtae,

432 *que* abeſt a Goth. pr. et vno Mead. *ac lumina* vnus Pierii, nimirum Romanus, duo Heinſ. et Goth. ſec. *fundi* Gud. pro diu. lect. 433 Abeſt hic verſus a Mediceo, et aberat ab Vrſini Colotiano. Sed ſententia verſum abſoluens facile excidere potuit. Verſus per ſe eſt praeclarus. *curas* Goth. pr. et ed. Dan., nonnullaeque ap. Martinum. *cura* Rottend. tert. et Goth. ſec. 434 *ſequor* Erf., quod coniectabat Io. Schrader. *geneſtae* in antiquis ſcribi, Pierius notat. vid. ſup. v. 12.

— *auiaria*, „ſecreta nemorum, quae aues frequentant.“ Seruius. A domibus poeta ad ſiluas traduxit. Sup. v. 328 *auia virgulta*. 431. Cytiſus inter arbuſculas apud Theophraſt. et Plin. *Cytiſum Marantae* videri a poetis intelligi, docet Martinus ad h. l. cf. ſup. ad Ecl. II, 64. Mox in pedeſtri oratione ſtructura fuiſſet, *taedas ſilua miniſtrat, quibus, ſeu vnde, ignes paſcuntur*. De *taeda*, proprie dicta, arbore, *ſucco parciore liquidioreque quam in picea, flammis ac lumini ſacrorum etiam grata* v. Plin. XVI, 10 ſ. 19. 433. Quae cum ita ſint, nonne debebant homines ſerere eas arbores, et hoc quidquid operae eſt, iis impendere? Forma orationis vt in illo Aen. VI, 807 *Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?*

434. *Quid maiora ſequar?* vulgari ratione: ne maiora commemorem. Sed *maiora* poſſunt eſſe vtilitates maiores et arbores maiores: hoc Cerda, praeeunte Seruio, ſequitur: Quid inſiſtam in narrandis commodis maiorum arborum (de picea modo egerat), cum ſalices et geneſtae etiam afferant vtilitates ſuas. *geneſtae* vid. ſup. v. 12. Mox

Digitized by Google

Aut illae pecori frondem, aut paſtoribus vmbras
Sufficiunt; ſaepemque ſatis, et pabula melli.
Et iuuat vndantem buxo ſpectare Cytorum,
Naryciaeque picis lucos; iuuat arua videre

435 *Et tiliae pecori* multos legere notatum in Seruianis. *vmbras* poſt Pierium Heinſ., e melioribus. *vmbram* alii. 437 An fuit: *Vt iuuat — ſpectare! Cytoron* tres apud Heinſ. Scribunt et *Citheron, Citherum, Cytheron.* Eſt τὸ Κύτωρον. 438 *Maricae* Daniel. ed. et R. Steph.

435 *illae* ex ſermonis venuſtate abundat, et vulgaris ſtructura ac ratio erat: Ita verbi cauſſa ſalices et geneſtae pabulum, vmbracula, ſaepes, mel praebent. *pecori,* capellis. 436. *ſata* non modo agri arati, verum etiam, vt toties vidimus, modo 423, ſunt arboreta, vineae, oliueta. *pabula apibus,* variata oratione et exquiſitiore, *melli* dixit.

437. Locus ornatus. Primum formulam docte variavit poeta pro vulgari: porro etiam buxus grata arbor eſt et picea. *Cytorus* Paphlagoniae mons in tractu maritimo, buxo nobilis. v. ad Catull. 4, 13 *Cytore buxifer.* Adiacebat vrbs eiusdem nominis (loca veterum ſunt apud Cerdam et Martinum). *vndantem buxo,* fluctuantem; qua imagine ſegetum, fruticum, et arbuſtorum laeta facies frequentiſſime a poetis exhibetur. Docte porro *vndantem buxo Cytorum* pro, buxum vndantem in Cytoro. *Buxi* autem quanta in aliis terris magnitudo ſit, vel ex eo diſcas, quod Bion Idyll. II, 3 paruum Amorem per eius ramos huc illuc inſilientem facit. 438. Pix e plurium arborum reſina fit, maxime ex pinu ac picea. Plin. XIV, 20, ſ. 25. *Naryx,* vel *Narycum,* et *Narycium,* Locrorum Epicnemidiorum vrbs, Aiacis patria. Iam ab his Locris colonia in Italiam deducta Locros condidit. conf. Aen. III, 399. Ad vtram regionem *pix Narycia,* cuius et Columella X, 386 et Plinius XIV, 20, ſ. 25 memi-

Digitized by Google

Non raſtris, hominum non vlli obnoxia curae.
Ipſae Caucaſio ſteriles in vertice ſiluae,
Quas animoſi Euri adſidue franguntque feruntque,
Dant alios aliae fetus; dant vtile lignum
Nauigiis pinos, domibus cedrumque cupreſſosque.

439 *Non ratris* Leid. *Non vllis hominum* ap. Priſcian. lib. XVIII. *non nulli* Rottend. ſec. et Gud. a m. pr. et vnus Mead. At vulgata ap. Gell. VII, 17. *non vilior noxia* Medic. a m. pr. 440 *Caucaſeo* alii. vid. Eclog. VI, 42. 441 *Quos* et *aſſiduae* librariorum ineptiae apud Burmann. *teruntque* malebat Voſſ. 442 *foetos* Gud. 443 *pinus* Gud. a m. pr. et quinque alii, etiam Goth. pr. conf. ad Aen. XI, 135. *cedrumque* Heinſ. e ſuis; vt Pierius in Rom. et antiquioribus aliis, et Martinus in duobus inuenerunt; pro vulgari *cedrosque*. Eidem aſſimilatum in aliis et alterum, *cupreſſumque*. v. ap. Burm., adde Arundel. *que* poſt *cupreſſos* omittunt multi. *cupreſſus* Parrhaſ.

nerunt, referenda ſit, dubitari poſſet, niſi *picis Bruttiae* ſatis frequens inter antiquos mentio fieret. vid. Heinſ. ad Ouid. Remed. 264. Petebatur ea inprimis e monte et ſilua *Sila*, de qua cf. Aen. XII, 715. vid. Strabo VI, p. 400 B. 438. 439. *arva* ſiluis conſita ſ. ſiluas, quae nullo humano cultu indigent. *non obnoxia* nihil labori noſtro debentia, vt Seruius; non egentia cura noſtra.

441—453. Sunt multae aliae arbores, vnde vtilitates accipimus. Caucaſum puta poetice pro quocunque monte ac ſilua nominari. *ſteriles ſiluae — dant fetus;* oxymoron: ſed priore loco *ſteriles* ſunt ſine fructu eduli; *fetus* vero ſunt vſus; vt ſtatim *vtile lignum* ſubiicitur. Similiter *viminibus ſalices fecundae* (vt bene obſeruat Meierotto in Dubiis p. 7). *franguntque feruntque* in animo habuit, *agere ac ferre*, h. vexare. 443. Iuniperi certo generi, Oxycedro, nomen *Cedri* fere veteres tribuiſſe, obſeruat Martinus.

Digitized by Google

Hinc radios triuere rotis, hinc tympana plauſtris
Agricolae, et pandas ratibus poſuere carinas. 445
Viminibus ſalices fecundae, frondibus vlmi:
At myrtus validis haſtilibus, et bona bello

444 *Hic — hic* Moret. pr. 446 Poteſt et hic duplici modo interpungi; aut ſic, vt vulgo fit; aut: *Viminibus ſalices, fecundae frondibus vlmi.* Quod praeferam. *fecundae vitibus vlmi* Zulich. et Medic. a m. pr., vt ap. Burm. commemoratur. At Fogginii fide *frontibus vlmi* legitur, *d* ab recenti manu alteri *t* adſcripta. Eſt hoc quidem etiam in Leid. *frundibus* Ven. *et fr.* Edd. Aldd. et Iunt. cum Goth. pr. 447 *Ad* Medic. a m. pr.,

Conf. inf. ad Aen. VII, 13. IX, 137 *). 444. 445. De arboribus ruſtici conficiunt rotarum radios et plauſtrorum *tympana*, h. rotas ex ſolidis tabulis compactas (vid. Scheff. de Re vehic. I, 6 et h. l. Burm. Male tecta vehiculorum alii interpretantur), et nauium carinas. *Hinc — hinc* iungit Burmannus, vt ſit ex alia — alia arbore, parum commode ad meum quidem ſenſum; ſed *hinc* ex illis arboribus, ex illis fetibus v. 442. *triuere*, h. terere ſolent, atterendo, tornando conficere. *terere* pro tornare: v. de ea voce Bentlei. ad Horat. I Sat. 3, 91. *poſuere*, faciunt: ex τιθέναι, θεῖναι, pro ποιήσασθαι· vt toties Homerus.

446. *frondibus vlmi.* Vlmus — *frondem* iucundiorem bubus praebet, etc. vid. Colum. V, 6, 3 et VII, 3, 21. Varro I, 24, 3. 447. *myr-*

*) Idemque me per litteras docuit Io. Andr. Murray, collega coniunctiſſimus: „Cedrus Libani ex plerorumque ſententia „eſt Pinus Cedrus Linn., quae, „ſi ratio habenda partium fe„cundationis, flores maſculos „ac femineos in eadem planta „gerit et fructum ſtrobilaceum „edit; a congeneribus autem „ſpeciebus per folia faſciculata „aucta diſtinguitur. Cedrum Italiae et Graeciae ex genere Iuniperorum eſſe multa docent, „quae eo inprimis differunt a „Pinis, et conſequenter etiam a „Cedro Libanotica, quod flores „vtriusque ſexus diuerſis arboribus inſident, et fructus bacciferi ſunt. Speciem autem certo „definiri hactenus non ſuppetit. „An Iuniperus Lycia Linn.? an „Iuniperus Oxycedrus Linn.?"

Digitized by Google

Cornus; Ituraeos taxi torquentur in arcus.
Nec tiliae leues aut torno rasile buxum
Non formam adcipiunt, ferroque cauantur acuto.
Nec non et torrentem vndam leuis innatat alnus,

item *bella*. Tum *at bona b.* vnus Mead. *bona telo* coni. Io. Schrader., vt respondeat hastilibus. 448 *Itireos, Tyraeos, Ithyrios, Ithyreos, Ithireos*, inserto *et* ab aliis, librariorum ludibria apud Burm. At *Itureos* aliquot apud Pierium. Graeci scriptores audiendi sunt, in quibus Ἰτουραῖοι. *curuantur* in nonnullis ap. Pierium, Fabric., Goth. pr., sed est hoc interpretamentum τοῦ *torquentur*, quod fere omnes scripti, Burmanno teste, habent. Videtur alterum legisse Auienus Perieg. 931. de arcubus: *Ambitus hos etenim multus trahit, et graue pondus curuis inest taxis.* Mox v. 450 ante v. 449 in Goth. pr. erat positus. 451 *torquentem* Medic. a m. pr. *adnatat* ex Ed. Argent. notarat Reiskius, vnde refingebat: *torrente vnda leuis adnatat alnus.*

tus: conf. Aen. VII, 817. III, 23. *bona bello cornus*, h. sagittis, iaculis, hastis; *tota* enim *ossea* est, Plinii verbo XVI, 38, s. 73. 448. *Ituraea*, vltra Iordanem, vel inde, quod ea Philippi tetrarchia apud Lucam et Iosephum fuisse memoratur, nota. Incolebant eam Arabes latrociniis infames, et sagittandi arte clari: latiore tamen nominis acceptione Ituraei etiam ad Syriam referri solent: conf. ad Vibium Sequ. h. v. p. 400. Lucan. VII, 230. 514. Cicero Philipp. II, 8 et 44. Vide Cellar. Geogr. ant. T. II, p. 529; hinc praestantissimos arcus poeta ab iis designat.

449. 450. *Nec non*, etiam tilia et buxus tornari et scalpi possunt. *buxum* doctius poeta dixit, ea forma vt *malus, malum.*

451. Alnus nauigiis vtilis est. Padi ripae *alnis* consitae; itaque vsus earum in faciendis nauigiis promtus ac procliuis. Georg. I, 136 *Tunc alnos primum fluuii sensere cauatas.* Ex Lucan. IV, 131. 134 colligas, latera coriis fuisse tecta. *torrens* proprie ad Padi natu-

Digitized by Google

Miſſa Pado; nec non et apes examina condunt
Corticibusque cauis vitioſaeque ilicis alueo.
Quid memorandum aeque Baccheia dona tulerunt?
Bacchus et ad culpam cauſſas dedit: ille furentis
Centauros leto domuit, Rhoetumque Pholumque

452 *exagmine* Medic. a m. pr. 453 *aluo* ab Medic. et aliis ſcribitur. vid. Burm. 454 *et quae B.* ab aliis legi, in Seruianis notatur. 455 *cupam* apud Lutat. ad Stat. vno loco, at altero *culpam.* v. Burmann. *culpas* Parrhaſ. Goth. pr. vnus Mead. 456 *Rhoetum* ſcribi ex membranis plerisque notauit Heinſius. *Rhoecum* ex Callimacho (in Dian. 221) reponere volebat Pierius. *Rhoecum* gigantis nomen eſſe, *Rhoetum* Centauri, ſtatuerunt alii;

ram. *Miſſa Pado,* immiſſa in amnem de naualibus. At Burmannus, vt alnus ibi natae transferantur ad alias regiones, vt *India mittit ebur*, Georg. I, 57, quod alienum a loco. Expreſſum eſſe verſum a Claudiano XXXV, 178 *miſſamque Pado qui remigat alnum,* iam alii notarunt. 453. *Corticibus cauis,* intra corticem, et adeo intra truncos cauos arborum.

454. 455. Sationem ſilvarum ſuadere poetam memineris ex v. 433. Tot tantisque vtilitatibus multum cedunt fructus vinearum, quae tamen tam aſſiduam operam exigunt; quin earum cultura multa adeo mala affert. Hoc, vt poetam decebat, a generali ac nuda enuntiatione ad facti exemplum deducit. *ad culpam,* h. ad furores, ad facinora et crimina committenda incendit homines; vt iam bene Burmann. expoſuit. 456. Vid. Ouid. Metam. XII, 210 ſqq. Alia ap. Cerdam. add. Apollod. II, 5, 4 et Notas ad e. l. Habuit noſter ante oculos Odyſſ. Φ, 295 ſqq. Cum ap. Ouid. l. l. *Rhoetus* et *Pholus* non occiſi ſed fugati memorentur, Martinus, alium doctum Britannum ſequutus, copioſe adſtruit, *furentes leto* iungendum eſſe, non *domuit leto.* At enim

Et magno Hylaeum Lapithis cratere minantem.

O fortunatos nimium, ſua ſi bona norint,
Agricolas! quibus ipſa, procul discordibus armis,
Fundit humo facilem victum iuſtiſſima tellus. 460

melius dixeris, nomina aut poni promiſcue aut confundi. In latinis libris *Rhoetum* conſtanter ſcribi, copioſe docuit Bentlei. ad Horat. Carm. II, 19, 23. adde Intpp. ad Hygin. p. 5 Stau. *Centaurus*, graeca flexione, ex aliquot vett. notauit Pierius. 457 *magna* Ed. Iunt. *Hyleum*, *Hileum*, *Ileum*, *Yleum*, *Leum*, ſcribitur, v. Propert. I, 1, 13. Graecum eſt Ὑλαῖος. *minacem* Menag. pr., ſed vid. Burm. 458 *bona ſi ſua* Franc. *norunt* Moret. pr.

furere caede facile dixeris, numquam *furere morte*, *leto*. Sed tota dubitatio illa inanis eſt ac vana, ſi, quanta in his fabulis poetarum variatio ſit, et impune eſſe poſſit, memineris. Quid enim? Ab aliis *Hylaeus* et *Rhoetus* ab Atalanta in Arcadia occiſi memorantur. vid. Apollod. III, 9, 2. Schol. Callimachi in Dian. 221 et ibi Spanhem.

458. Sequuntur laudes vitae ruſticae, locus nobiliſſimus, cuius pulcritudinem qui non ſentiat, is nec dignus ſit, cui enarretur. Qui dulcedine harum voluptatum captus diutius ſuis ſenſibus indulgere vult, is poſt laudatos iam a Cerda et aliis Statium Silu. IV, 5. Xenoph. Oeconom. conferat Culicem v. 57—96. Horat. Epod. II. Carm. III, 1, 21—24. Serm. II, 6, 59 ſqq. Claudian. LV *Felix qui patriis* etc. Tibull. I, 1. I, 5, 19 — 35. I, 10. II, 1. II, 3. Statium Silu. II, 2. Senecam H. fur. 159 ſqq. Ex recentioribus primo loco Thomſonum *Autumn* 1232 ſqq. Nobis quidem in ornatu huius loci accuratius retexendo, feſſum tantarum minutiarum recenſu, animum paulliſper recreare liceat, inprimis cum in multis eius pulcritudinem non aſſequutos eſſe videam interpretes, quos quidem vidi. — *fortunatos nimium*, ſollenni modo loquendi, pro multum, valde.

459. 460. *procul discordibus armis*. Atqui ſaepius quam vellent agricolas in-

Digitized by Google

Si non ingentem foribus domus alta ſuperbis

feſtant arma, copiis agros inſidentibus (Meierotto in Dubiis p. 8)? Scilicet poeta ponit id, quod in hac vita et agrorum longinquitate plerumque contingit; cum vrbes opulentae ſaepius expugnentur et diripiantur. Ita et alii poetae; cf. Culex 80. 81. Alioqui ſic eſſet accipiendum: vt ipſi agreſtes militiam non ſequantur, nec opes et diuitias e praeda. cf. ad Tibull. I, 1 pr. *ipſa tellus, αὐτὴ, αὐτομάτη*, lubens volensque. *facilem victum*, qui facile paratur, vt infra v. 500 *fructus, quos ipſa volentia rura Sponte tulere ſua*, non ſunt tantum ſilueſtres, ſed amplificatione poetica dicuntur etiam ii fructus, qui facili opera parantur. *fundit*, ſufficit, ſuppeditat; cum copiae notione. cf. Ecl. IV, 20. Translatum inde ad partum, inprimis facilem ac felicem. *iuſtiſſima*, quia *creditum reddere* terra, *acceptum referre*, dicitur, eique *fides, fenus, aequitas* tribuitur. Sublectum eſſe hoc Menandro ſtatuebat doctus Britannus; cum in Fragmentis ſit: *δικαιότατον κτῆμ' ἐστιν ἀνθρώποις ἀγρὸς, Ὧν ἡ Φύσις δεῖται γὰρ, ἐπιμελῶς· Φέρει.* Saltem bene conuenit. *γῆ δίκαιον δικαιότατον* etiam Xenophon dixit Cyrop. VIII, pag. 468. At *tellus* fundit *humo*. Vaſſor de vi et vſu voc. pag. 150 obſeruat hoc et ait, eſſe vtrumque vnum idemque. Male vero. Scilicet habet hoc poeticus ſermo praecipui, dum copiam ſectatur, vt ſynonymis ita vtatur, vt alterius latior, alterius anguſtior ipſo poſitu, ſignificatus ſit. *humo*, h. ex ſolo, culta ſua ſuperficie; ſic *riuos praetereuntis aquae* Tibull. I, 1, 28, vbi v. Obſſ. adde ſupra Ecl. V, 47. Liuium V, 44, 6. Sic ſupra v. 411 *ſegetem obducunt ſentibus herbae*. Mox 461 *domus totis* vomit *aedibus*. Sed et *humus* ex ſermonis proprietate numquam pro toto terrarum orbe ponitur, ſed ſiue ad frugum culturam (Auien. Deſcr. Orb. 1193 *Diues humo tellus*), ſiue ad humationem corporum fere referri ſolet.

461. 462. Si faſtus et luxus potentium abeſt. Pri-

Digitized by Google

Mane ſalutantum totis vomit aedibus vndam;
Nec varios inhiant pulcra teſtudine poſtes,
Inluſasque auro veſtis, Ephyreiaque aera;

462 *vomat* Medic. Pierii, Voſſ. et Moret. quart. et Schol. Cruqu. Horat. Carm. III, 18. Epod. II, quod eſſet elegantiae oratoriae; praeter codices tamen, Schol. Statii Theb. I, 146 et Macrob. Sat. VI, 2, vulgatam tuentur. *ſalutate* Ven. *notis* Reg. Martini, ſed vid. Notam noſtram. 464 *Incluſasque* Medic. a m. pr., Romanus et al. ap. Pierium ac Martinum, cum Erſ.; et ſic in Seruianis quosdam male legere notatur; a duobus *que* abeſt. *Ephyraea*, *Ephyrea*, male alii. Eſt ſane Ἔφυρα, Ἐφυραῖος; ſed et Ἐφύρειος, Ἐφυρήϊος. Forte ad eum modum formatum dixeris τὰ Κύθηρα, Κυθηραῖος, Κυθήρειος, Κυθερήϊος.

mo loco Clientium turbam memorat. Certauit, quod iam Macrob. VI, 2 notauit, cum Lucretio II, 24 — 36 pulcerrimo loco; quo etiam exprimendo iam vires expertus erat in Culice 61 ſqq. Aliter ſuauiſſimum phantasma ornauerat Catull. LXIII, 269 ſqq. *Vomere* ſermonis Romani genius in aditu, qui magnam hominum copiam admittit, facile fert, cum et *vomitoria*, vt in theatro, dicantur: Macrob. VI, 4; *totis aedibus vomit*, ad maiorem etiam multitudinis ſignificationem, quae totam domum, h. e. atrium, repleuerit, et vomit *foribus*, per fores. Vix enim placet *domus alta foribus*. Eodem etiam *vnda ſalutantum* facit; ſic et *effuſa* multitudo dicitur. Ceterum haec eadem breuius, nec minus tamen grauiter, expreſſit Horat. *Forumque vitat, et ſuperba ciuium Potentiorum limina.*

463. 464. Si non ſuperba palatia incolunt. Ad verbum: *Si non* habent, at quam ſplendidius pro eo, *inhiant*, habere cupiunt, ſi non habere curant, *poſtes varios pulcra teſtudine*, h. fores opere variegato, teſtudineo. Expreſſos hinc vides verſus Lucani X, 120. 121 *Ebur atria veſtit, Et ſuffixa manu foribus teſtudinis Indae Terga ſedent, crebro maculas diſtincta Zmaragdo. veſtes* ſtragulas, *auro illuſas*, h. pictas (*ludere, luſus, ludibrium* ὕβρις, ſunt artificii naturam imitantis vocabula),

Digitized by Google

Alba neque Aſſyrio fucatur lana veneno,
Nec caſia liquidi conrumpitur vſus oliui:
At ſecura quies, et neſcia fallere vita,

465 *fuſcatur* quatuor ap. Burm. cum Erf. et tres apud Martinum, qui et in textum recepit. Sed vt v. ſeq. *corrumpitur*, ſic h. l. *fucatur*, cum acceſſione odioſae notionis, quaſi vitiatur, contaminatur. *nec* Goth. pr., vt in Seruio aliisque, etiam Romano. *lena* Ven. 466 *liquida* Goth. ſec. *liquidae oliuae* e Leid. laudat Burmann. ad Samonic. de Medic. 961. conf. ad Ecl. V, 68. 467 *Ac* Longob. *Sed* Goth. ſec. *vitam* Romanus, alter Mentel. et Menag., quod ferri poſſet, praeferri alteri non poteſt.

Ephyreiaque aera, ſigna et vaſa ex aere Corinthio.

465. 466. Si porro nec purpurae nec vnguentorum vſum habent. *fucus* de adoptato colore quocunque frequentatum; vt et *venenum* de quouis ſucco, inprimis aut amariore aut acriore. *Aſſyrium* h. l. pro Syrio et Phoenicio, vt plerumque apud poetas ſit: Sic Ἀσσύριον ξεῖνον accipiendum puto de mercatore Phoenicio ap. Theocrit. II, 162. *vſus oliui*, noua periphraſis, quo quis vtitur. Horat. Od. III, 1, 42 *Nec purpurarum ſidere clarior Delinit vſus.* inf. III, 135. *nimio ne luxu obtuſior vſus Sit genitali aruo.* De *caſia* vid. ſup. ad Ecl. II, 49. Georg. II, 212. At h. l. intelligendus eſt frutex ille, de quo Plinius agit XII, 43 et de quo inprimis videndus Haſelquiſt. Huius caſiae ligna miſcebant vnguentis; cum vulgus oleo natiuo vteretur. *Corrumpi* cum dilectu, pro miſceri, temperari, quocunque modo, h. l. tamen cum adiuncta notione: in deterius mutationem fieri: vt vitiatum, contaminatum; ſit.

467. *ſecura quies*, quam quis agit ſecure. Sic in Bucol. *tuta valle*, in qua quis tutus verſatur. Lucan. V, 526 *Securus belli; praedam ciuilibus armis Scit non eſſe caſas.* Hoc expeditum. At *neſcia fallere vita*, nil aliud eſſe poteſt, quam *vita tuta*, ἀσφαλής, certa, nullis caſibus adeoque nec metui obnoxia. Antecelſerat *ſecura quies.*

Digitized by Google

Diues opum variarum; at latis otia fundis,

468 *ac* in libris ap. Pier. et in Reg. Martin. *laetis* in edd. Macrob. Sat. VI. 2, quod Heinſio arridet. At enim *laetos campos, agros; fundos* autem *latos* probandos puto, etiam hoc ſenſu, vt ſint patentes. *et laetis* duo ap. Burm. *lectis* Gud. a m. pr.

Scilicet *vita fallere neſcia* eſt idem ac *vita non fallax*. Iam *ſpes non fallax* eſt certa. *Seges non fallax*, fallere neſcia, eſſet certa, de qua metus nullus eſt; atque hinc *ager non fallax*. Adeoque *vita non fallax*, vita certa, tuta, nullis viciſſitudinibus obnoxia, quam tutus ac ſecurus agas. Hactenus cum viro docto exponas: quae expectationem de ſe ſuſtinet, quae praebet ea, quae de illa expectabas. Iam autem hoc ipſum inter potiores vitae laudes habetur, quod nulla re eius fructus turbatur. *Parca non mendax* apud Horatium eſt, quae vera canit, quatenus fata certa ac fixa ſunt. Et hanc explicationem Seruius altero loco poſuit: *aut quoniam immobilis eſt ſtatus vitae eorum; vrbanorum enim vita aut inſidiis aut proſcriptione variatur*. Ad Heſiod. Ἔργ. 227 ſqq. reſpexiſſe putabat Vrſinus. Ad verba tamen nihil inde lucreris. Per ſe dicta *fallere neſcia vita* pluribus modis accipi poſſit; vt h. l. quoque factum. Vulgo accipiunt ſic, vt ſit innocua (ſcil. vt ſit vita hominum, qui non fallunt, fraudum expertes ſunt; homines ſimplices): Sententia quidem vera, quae et in Culice occurrit 72 *Otiaque invidia degentem et fraude remota*. Et ſane *vita*, *βίος*, pro hominibus. Dura tamen interpretatio. Fuit vir doctus, qui malebat interpretari: vita, quae non fallit, non latet, non effugit ſine fructu. Ita tamen adiectum aliquid deſideres, quod ad illam notionem ducat. Nam Horatii I Ep. 18, 13 *fallentis ſemita vitae* alienum eſt; ibi eſt: quae latet, obſcura eſt. In hunc ſenſum expectares h. l. vitam, quae poteſt fallere, h. quae fallit, latet. 468. *opum variarum*. Reprehenditur epitheton ab ill. Homio Tom. III, c. 21 *Elem. Critic.*, tamquam nimis laxum adeoque ener-

Digitized by Google

Speluncae, viuique lacus; at frigida Tempe,
Mugitusque boum, mollesque ſub arbore ſomni
Non abſunt; illic ſaltus ac luſtra ferarum,
Et patiens operum, exiguoque adſueta, iuuentus;
Sacra deum, ſanctique patres; extrema per illos

469 *ac* tres ap. Burm., duo apud Martin. et vterque Goth. *et* Medic. et Comm. Cruqu. ad Horat. Od. I, 21. 471 In antiquis edd. *illi* et *illis* legitur, et *Non abſint. illis* etiam Cantabrig. *illinc.* Ven. *nec* et *et luſtra* nonnulli. 472 *At* Leid. et Donat. ad Terent. Andr. I. 1, 48, vbi et *paruoque*, quod habent fere omnes ſcripti et editi eodem ſenſu. At *exiguoque* recepit Heinſius. Habent id Romanus, Mediceus, Venetus, ed. Ven. et edd. Macrobii VI, 2. vid. Burm.

vum; debuiſſe enim opes ſigillatim enarrari, aut vnum opum genus poni, non autem incertam et fluctuantem notionem admitti. Arguta haec ſunt, non negem; argutius tamen, videre, poni a poeta primo loco genus, tum ſubiici opes ſingulas: otium, antra, etc. Fefellit viros doctos, quod non viderunt, *At* h. l. eſſe pro formula ſententiae, ſed cum vi aliqua, continuandae, vt in Graecis poetis δὲ, αὐτὰρ, et ſimilia. *latis otia fundis:* non de latifundiis cogitandum; ſed ſunt campi et colles aperti, vnde proſpectus patet late: quae res ad animum et frontem explicandam magnam vim habet (Meicrotto p. 9). 469. *viui lacus*, aqua perenni. *frigida Tempe*, vmbroſae valles. 470. *molles ſomni*, lenes, tranquilli et dulces. Ecl. VII, 45. 471. *Saltus* proprie de paſcuis. *luſtra ferarum*, ſilvae, venationem deſignant. 472. *operum*, int. opus ruſticum; laborioſa iuuentus, vitae pars melior. *exiguo aſſueta*, vt *paruo*. Tibull. I, 1, 25 *contentus viuere paruo*. 473. Illic *ſacra deum;* ſcil. ſancta ſunt et habentur, vt Seruius: hoc vult, ſacra ibi caſte coli; illic pietatem et metum deorum eſſe. *ſancti* ſunt *patres*, venerabiles, qui ſancte ac pie coluntur. Niſi argutius haec dicta malis: Illic

Digitized by Google

Iuſtitia excedens terris veſtigia fecit.
Me vero primum dulces ante omnia Muſae, 475
Quarum ſacra fero ingenti percuſſus amore,

474 *veſtigia figit* Cantabrig., vt Aen. VI, 159. 475 *Me vero priuum* malebat Reiskius, h. e. οἰκεῖον καὶ ἴδιον ἑαυταῖς, ſibi addictum et proprium. *Dulces Muſae* ex h. l. memorat Dialog. de Orat. 13. 476 *percuſſus* omnes optimi et antiquiſſimi. Ante Heinſ. *perculſus* quod nimis graue; nam perculſus proſternitur; praua paucorum librorum lectio obtinebat. vid. Heinſ. et Bentl. ad Horat. Epod. XI, 2.

demum ſacra vere ſacra (pro ſacris vere habita) ſunt, illic ſenum ſanctitas viſitur. 474. *extrema per illos veſtigia fecit*, cum ſcilicet iam multo ante aulas et palatia beatorum reliquiſſet. Vid. Arat. Phaen. 100 ſqq. Superſunt inter agreſtes veſtigia priſcae iuſtitiae et innocentiae.

475—489. Primum, ante omnia, ſtudiis philoſophiae ac naturae conſecratam vitam agere ſe velle ait, quod ſi non licuerit, at certe ruſticam. Vtraque enim vita beata et exoptabilis; 490 ſqq. alterius tamen deliciis ac bonis deſcribendis immoratur. Expreſſit haec auctor Dialogi de Orator. cap. 13, digno, qui comparetur, loco. Semina ſententiarum iacta iam videas in Axiocho Platoni vel Aeſchini tribui ſolito. Comparandus *Thomſon* in *Hyeme* 572 ſqq.

475. 476. *primum ante omnia accipiant me:* ita enim latine dicitur, primo loco: vt cum verbo iunctum ſit *ante omnia:* vt Ecl. II. *nobis placeant ante omnia ſiluae. Ante omnia primum mihi dicendum eſt.* An *Muſae dulces ante omnia* bene dicantur, dubito; ſaltem in poeta nondum legere memini *ante omnia* iunctum cum adiectiuo; ſed *pulcer ante omnes*, non *pulcer ante omnia* vt *ſupra omnes* pulcra puella eſt, non: pulcra eſt *ſupra omnia. felix vna ante alias Priameia virgo.* non, *ante omnia.* In ſerioribus occurrit, vt in Plinio *ante om-*

Digitized by Google

Adcipiant; coelique vias et ſidera monſtrent;

nia efficax. ante cuncta mirabilis. dulces Muſae, μειλίχιαι Arato Phaen. 16. 17, quem locum in animo habuit. *Muſae accipiunt* eum, qui ſe iis tradit, conſecrat. *Sacra ferre* proprie eſt ſacrificantis, v. c. Aen. III, 19, tum omnino ſacerdotis. Iam autem poetae *Muſarum ſacerdotes* frequenter appellantur. vid. Cerda. Notum Horat. Carm. III, 1, 3 et Propert. III, 1, 2 *Primus ego ingredior puro de fonte* ſacerdos *Itala per Graios* orgia ferre *choros.* Manil. I, 6 *Ad viridi nutantes vertice ſiluas Hoſpita ſacra ferens.* Porro *magno percuſſus amore* (πληγείς, v. ad Aen. IX, 197) expreſſum ex Lucret. I, 922. 923 *ſed acri Peroulſit thyrſo laudis ſpes magna meum cor, Et ſimul incuſſit ſuauem mi in pectus amorem Muſarum: quo nunc inſtinctus, mente vigenti, Auia Pieridum peragro loca* etc. Ex quo loco ſatis patet, poetam duxiſſe phantaſma ab orgiis deorum, quos qui colebant, ἐνθουσιῶντες ſacra celebrabant; vt Bacchi, Cybeles.

477. *caelique vias et ſidera*, quod in vulgari oratione, ſiderum curſum in caelo. Iam Orpheus Argonaut. 205 ὅς ῥα πορείας Οὐρανίας ἄστρων ἐδάη κύκλους τε πλάνητας. *viae caeli* non vno modo dictae: v. ſup. I, 416. 417, ad Propert. IV, 1, 103. Quod vero poeta phyſicas quaeſtiones commemorat tamquam ſtudii ſui praecipuam partem, facit propterea, quia antiquiorum vatum, vt Orphei, Lini, Muſaei, proprium id ſtudium fuiſſe traditum erat; porro quia Empedoclis, poſt Xenophanem et Parmenidem, περὶ Φύσεως carmina inprimis magnam auctoritatem habebant, a Lucretio maxime commendatam, cuius ſtudioſus admodum fuiſſe videtur Virgilius. Habent etiam phyſices capita haec et argumenta hoc praecipui, quod poeticum vel maxime ornatum admittunt. Expreſſerunt eundem locum communem multi poetae, ab Intpp. laudati, inprimis Manil. I,

Digitized by Google

Defectus ſolis varios, lunaeque labores;
Vnde tremor terris; qua vi maria alta tumeſcant
Obiicibus ruptis, rurſusque in ſe ipſa reſidant; 480
Quid tantum Oceano properent ſe tinguere ſoles
Hiberni, vel quae tardis mora noctibus obſtet.
Sin, has ne poſſim naturae adcedere partes,
Frigidus obſtiterit circum praecordia ſanguis:

478 *laboris* Mentel. a m. pr. Laudat verſum Macrob. de Somn. Scip. I, 15. 479 *tuſcemcunt* Longob. et Voſſ. pr. 480 *Obicibus* ſcribunt alii; et ſic iam apud Gellium N. A. IV, 17. *reſidunt* ed. Dan. et ant. edd. *reſident* Moreti pr. 481 *properant* ed. Iunt. *intingere* Goth. ſec. 483 *non* quatuor ap. Burm. *non poſſum* Goth. ſec.

99 ſqq. Propert. III, 5, 25 ſqq. 478. *lunae labores*, defectus. Lucretius V, 750 dixerat: *Solis item quoque defectus Lunaeque latebras* (vel hoc vno verſu, Virgiliani carminis quanta ſuauitas ſit, intelliges) *Pluribus e cauſſis* (hi ſunt *defectus varii*) *fieri tibi poſſe putandum eſt*. 479. *qua vi m.*, h. cauſſas acceſſus ac receſſus maris aeſtuantis. Argumentum ſane philoſophicae contemplationis ſollennius, quam alterum, tempeſtatum maris cauſſae; quod quidem et ipſum verba ferrent. *Obiices* ſunt littora inprimis in aeſtuariis. 481. Cauſſas varietatis in dierum noctiumque menſura intellige. Etiam hoc Lucretius expoſuerat V, 679 ſqq. *Quid tantum properent ſoles hiberni*, ſol in hieme, hiemali tempore, *tinguere ſe Oceano*, occidere etc.

483—489. Si philoſophus eſſe nequit, agricola ſaltem eſſe vult.

484. Stuporem animi a *frigore ſanguinis* ducere recte poteſt poeta, qui tantum probabilia ſequitur; inprimis cum e philoſophis nonnulli ita ſenſiſſe videantur. *Empedocles animum eſſe cenſet cordi ſuffuſum ſanguinem* Cic. Tuſc. Qu. I, 9, vbi vid. Dauies. Quod vero ſanguinem *circa prae-*

Digitized by Google

Rura mihi et rigui placeant in vallibus amnes; 485
Flumina amem ſiluasque inglorius. O, vbi campi,
Spercheosque, et virginibus bacchata Lacaenis

485 *rigidi* Rom. Pierii. 486 *O vbi Tempe* coniectura plurium doctorum virorum apud Burm., at ea v. 469 iam memorata, et vid. Notas. 487 *Spercheosque* dictum vt Ἀλφειὸς, Alpheus, Πηνειὸς, Peneus, ſic Σπερχειὸς, Spercheus. Heinſius repoſuit, e

cordia memorat, ex antiqua Italorum philoſophia petitum videri poterat, in qua *praecordia*, Φρένας, πραπίδας, ſedem non modo motuum animi, ſed et mentis, faciebant. vid. Cicero ibid. Sed et hoc ipſum Empedocleum eſt, cuius verſus laudatur in Etymologo Magno in αἷμα et alibi: Αἷμα γὰρ ἀνθρώποις περικάρδιόν ἐστι νόημα. Notabilis locus Schol. Cruqu. ad Horat. Art. 465 Empedocles — *qui dicebat, tarda ingenia frigido circa praecordia ſanguine impediri.* At quomodo ad haec ſomnia homines delabi potuere? Scilicet, quod primis rerum aetatibus nullus erat ſapiens, qui non eſſet poeta, nullus poeta, qui non maiore animi motu atque aeſtu raperetur, aut, vt loquebantur, diuino ſpiritu (ἐνθουσιῶν) ageretur. *Calor* itaque *ſanguinis* cum animi vi, ingenii ſubtilitate, poetica facultate, naturae aliquam coniunctionem habere videri poterat. Imitatus eſt verſum Lucan. II, 557 *Feruidus haec iterum circa praecordia ſanguis Incaluit.*

485. *amnes rigui*, h. l. qui rigant. *amem*, colam. Exemplis illuſtrat Burm. 486—489. O quam vellem ruri vitam agere! Tamquam poeta nobiliora rura memorat, in Theſſaliae, Laconicae, ac Thraciae campis. cf. Culicem v. 93, in quo quaſi ſemina aut rudimenta huius pulcerrimi loci videas. *O vbi* non itaque eſt, vt ſitum locorum quaerat, ſed vt ibi degat. Habet tamen locus maiorem δεινότητα, ſi ita iungis: *O* vtinam ſit, *qui me ſiſtat* ibi, *vbi* campi etc., enthuſiaſmo abreptus ſententiarum ordinem turbauit. *Campi Spercheosque* poetica ſtructura enthuſiaſmo et ipſa conſentanea dixit, pro

Digitized by Google

Taygeta! o, qui me gelidis in vallibus Haemi
Siſtat, et ingenti ramorum protegat vmbra!
Felix, qui potuit rerum cognoſcere cauſſas; 490

Mediceo; in quatuor *Spercheus*. Alii *Sperchiosque*, *Sperchios et*, *Sperchiusque*, hoc qnidem in vulgg. edd. v. Heinſ. h. l. et ad Ouid. Met. I, 579. 488 *gelidis conuallibus* Medic. et vnus Mead., forte, *gelidi*, inquit Heinſ.

campis ad Sperchium, campis Theſſaliae, in cuius confiniis ſubter Oetam montem fluuius ille in ſinum Maliacum exit. *Taygeta* ſc. iuga, ὄρη, vt τὸ Ταΰγετον, montes ex Arcadia per totam Laconicam procurrentes; ſubiecta iis Sparta et Eurotas amnis. *bacchata*, paſſiue, quae bacchando frequentantur, in quibus virgines Lacaenae bacchari, orgia Bacchi celebrare, ſolent. Sic *bacchata Naxos* Aen. III, 125. Erat autem ſub Taygeto Bacchi templum, quod adhuc Pauſaniae aetate viſebatur; ad id ſolis mulieribus aditus patebat, et mulieres ſolae ſacra in operto faciebant. vid. Pauſan. III, 20. Ita explicatus locus placere poteſt. *Haemus* autem inprimis ſiluis abundabat: hinc vſſ. 488. 489.

490—493. Beata eſt, inquit, vita philoſophi, at nec minus beata vita ruſtici. cf. ad vſ. 477. Columella in praef. iam a Cerda laudatus: *Res ruſtica — quae ſine dubitatione proxima et quaſi conſanguinea ſapientiae eſt.* Cicero in Cat. mai. 15 *Venio nunc ad voluptates agricolarum, quibus ego incredibiliter delector, quae nec vlla impediuntur ſenectute, et mihi ad ſapientis vitam proxime videntur accedere.* Philoſophiae autem Lucretianae capita hic proferri ex primis ſtatim Lucretii paginis manifeſtum fit. v. Lucret. I, 49 ſqq. ad 150, qui verſus optimi huius loci commentarii ſunt. Forte et Graecus poeta vtrique ante oculos erat. Laudatur ex Empedocle: Ὄλβιος, ὃς θείων πραπίδων ἐκτήσατο πλοῦτον ap. Clement. Alex. Stromat. V extr. Veris autem de natura rerum, deorum et animae, rationibus ab Epicuro propoſitis, metus, terrores, ac cupiditates

Digitized by Google

Atque metus omnis et inexorabile fatum
Subiecit pedibus, ſtrepitumque Acherontis auari!

491 *ineluctabile ſatum* Romanus Pierii, ex Aen. VIII, 334 ſcilicet. 492 *ſtrepitusque* Reg. et vnus Mead. *Acherontis auerni* Erf. a m. pr.

hominibus detractas et ad veram felicitatem viam patefactam eſſe, ſaepe a Lucretio praedicatur. Conf. Cic. Fin. I, 13 (vid. Bentleii *Remarks upon a late diſcourſe of Freethinking in a Letter by Phileleutherus Lipſienſis* ſegm. 20). Ipſum Lucretium his laudibus praedicari putabat Spencius Polymet. Dial. II, p. 14, quod non placet; non quidem propterea, quod nimis magnificas, quam pro Lucretii meritis, laudes eſſe dicam; nam quae ſecta non ſuum principem ita extollit? Fecit hoc idem in Epicuro ſuo Lucretius. Verum non hic locum habebat vnius cuiusquam certi hominis laus et praedicatio. Non male expreſſit locum Seneca Agam. 604—608. Colorem orationis mutuatus eſt hinc graviſſimo loco Lucan. IV, 394 *Felix qui potuit mundi nutante ruina, Quo iaceat iam ſcire loco!* h. e. nouit, in tenui hac fortuna, humili hoc loco, ſecuram ſibi fore vitam; ex magna fortuna ſe deiici non poſſe; contra potentes et diuites metus hic agitat continuus, ne opibus ſuis excidant. 490. *qui potuit*, ad formam aoriſti, qui poteſt. — 492. *metus* ex ſuperſtitionibus falſisque opinionibus natos, inprimis de fato et de inferis. Lucret. I, 79 *Quare Religio* (ſuperſtitio) *pedibus ſubiecta viciſſim Obteritur. Metus ſubiectos* vide ibid. 67 ſqq. 103 ſqq. V, 1193 ſqq. III, 14 *Nam ſimul ac Ratio tua coepit vociferari, Naturam rerum haud diuina mente coortam*, Diffugiunt animi terrores, *moenia mundi Diſcedunt, totum video per Inane geri res, Apparet Diuum numen ſedesque* quietae — *At contra* nusquam *apparent* Acheruſia *templa. ſtrepitum Acheruntis* ex Lucret. III, 37 *Et metus ille foras praeceps Acheruntis agendus Funditus, humanam qui vitam*

Digitized by Google

Fortunatus et ille, deos qui nouit agreſtis,
Panaque Siluanumque ſenem Nymphasque ſorores!
Illum non populi faſces, non purpura regum,
Flexit, et inſidos agitans discordia fratres;

494 *Siluarumque ſenem* ed. Ven. 496 *iuuidia fratres* Moret. ſec., e gloſſemate *τοῦ discordia.*

turbat ab imo, Omnia ſuffundens mortis nigrore, neque vllam Eſſe voluptatem puram liquidamque relinquit. Quomodo illum metum expellat v. eod. libro III, 842—907 ad fin. cf. Seneca de Benef. VII, 1. Nam in rationibus, argumentisque, a quibus illa perſuaſio ducitur, discrimen inter ſanam et inſanam philoſophiam cernitur. Quam ornate haec dicta ſint intelliges, ſi reputes nihil aliud haec eſſe, quam: natura rerum rite cognita nec fatum nec mortem a te timeri.

493. 494. Vitae ruſticae amoenitatem a ſplendidis et ſanctis rerum imaginibus petit, ex primorum hominum, aureae aetatis, vita ſumtis; nempe cum innocuis et puris caſtisque illis hominibus dii verſabantur, eos frequentabant et in medio eorum conſpiciebantur: vide vel Catull. LXIII, 384. Itaque is, qui ſiluas, valles, fontes et antra frequentat, praeclare deos agreſtes noſſe dicitur. Cul. 76 *Illi ſunt gratae rorantes lucte capellae Et nemus et fecunda Pales.* —

495—499. Viuit animo imperturbato, atque, vt ab omni cupiditate, ita ab omni cura ac ſollicitudine vacuo, et vere vitam beatam ex Epicuri formula agere videri poteſt. *Illum non populi faſces* (v. Lucret. III, 1009) *non purpura regum flexit:* flectit; et ſic in ſeq. *doluit, inuidit, vidit.* nil curat honores ac magiſtratus, in quem transferantur, aut quibus regna ſiue reddantur ſiue eripiantur; quae fortunarum conuerſiones annis proximis a profligatis Antonianis partibus ſatis frequentes haud dubie inciderant. *et inſidos agitans discordia fratres* illum non flexit, nil

Digitized by Google

Aut coniurato deſcendens Dacus ab Hiſtro;

497 *Et* Acron ad Horat. Od. I, 35. III, 6. *discedens* multi, vide Burm. *Daci montibus inhaerent* Florus IV, 12, 18.

mouet; nil curat bella ciuilia; vt nec bella externa; *Aut coniurato deſcendens Dacus ab Iſtro.* Credere par eſt, poetam etiam in priore membro, de fratrum discordia, certam aliquam perſonam ac nomen ex illo tempore memorare debuiſſe ac voluiſſe, vt in altero *Dacum.* Reſpexit vtique Arſacidarum diſſidia, quae in illos annos incidunt, quibus Georgica perſcripta eſſe et feruntur et videntur, inter conſanguineos, Phraatem et Tiridatem, quos per fratres declarat, agitata. In hoc, puto, acquieſcendum eſt. Sane etiam in Armenia maiore, cum Artaxiae Artabazes filius ſucceſſiſſet, bellum ei ciuile a Tigrane fratre, Roma ab Armenis arceſſito, motum eſt; verum haec in annum 734, decimum a pugna Actiaca, proximum ante Virgilii obitum, incidunt. vid. Dio LIV, 9. Catroeus quidem ſecundam aliquam Georgicorum recenſionem comminiſcitur, ſed nullo plane aut leui argumento. *Daci* autem, (cum Getis ad Slavicos populos referendi: quod docuit Gatterer noſter Comment. Soc. R. Gotting. Vol. XI vbi pag. 186) qui montium iuga trans Iſtrum incolebant, vnde *deſcendens Dacus,* vt fere ſemper, *quoties concretus gelu Danubius iunxerat ripas, decurrere ſolebant* et *vicinia populari*, Florus IV, 12, 18: ita illo tempore Myſiam et mox Thraciam vaſtabant. Iam 724 Statilius Taurus Dacorum agmina palantia reiecit. Miſſus aduerſus eos et Baſtarnas M. Craſſus, C. Caeſare V, et Sex. Apuleio Coſſ. V. C. 725. Dio LI, c. 23 ſqq. de iis triumphauit a 727. *Iſter coniuratus,* h. populi ad Iſtrum, qui arma cum iis ſociabant. Ex noſtro Statius I Theb. 20 *Et coniurato deiectos vertice Dacos.* Iidem Daci cum Getis aliisque barbaris non ceſſarunt Iſtro glacie concreto Romanos fines vaſtare, donec Q. Tuberone et Paullo Fabio Coſſ. V. C. 743, et anno ſequenti per-

Digitized by Google

Non res Romanae, perituraque regna; neque ille,
Aut doluit miſerans inopem, aut inuidit habenti.
Quos rami fructus, quos ipſa volentia rura, 500

498 *res Comanae* Reiskius emendabat, id eſt, Armenae vel Parthicae; cum indignum poeta, et quidem Romano, ſit, rempublicam Romanam *peritura regna* appellare. conf. Notam. Simile fere acumen argutantis Grammatici eſt apud Rufinian. de ſchem. Dian. pag. 267, qui locum inter eas figuras refert, cum dicere manifeſte parum tutum eſt; noluiſſe adeo Virgilium dicere: *Non res Romanae perituraе.* 499 *miſerans aut non inuidit* Zulich., ex interpolatione. 500 *valentia* Ven.

domiti ſunt, littusque caſtellis et vallo munitum eſt. cf. Sueton. Octau. c. 21. Ceterum Epicuream ſapientiam ab omni republica homines auocaſſe, res eſt ſatis nota vel ex Ciceronis disputationibus.

498. *peritura regna*, quae pereunt, afflicta; in proſa: regnorum ruinas, euerſiones, interitus nil curat; quot enim regna non fuere ſublata a Romanis! *res Romanae* intelligendae viciſſitudines et fortuna imperii Romani. Sunt autem haec accommodate ad hypotheſin Epicuri, et intra eius placita accipienda. Alioqui enim, in ciue Romano, impium hoc et ſceleratum foret, reipublicae ſortem nil curare.

499. *neque ille Aut doluit* (dolet) *miſerans inopem, aut inuidit habenti*, non duritie et ferocia animi, aut Stoica aliqua apathia, quae male, a Seruio inde, huc aduocatur, ſed nec dolet nec inuidet, quod in agro remotus ab omni pauperum miſeria et diuitum luxu ac faſtu animum ab omni perturbatione vacuum habere poteſt. Copioſe illuſtrat locum Burm. Docent hoc antecedentia: *non populi faſces* etc., quos, in agro qui degit, non videt, ideoque nec curat, quis illa opibus ſuis et artibus conſequatur.

500 — 503. Praeiuerat Lucret. V, 935 (notante Macrob. VI, 1 extr.) *Quod ſol atque imbres dederant,*

Digitized by Google

Sponte tulere ſua, carpſit: nec ferrea iura,
Inſanumque forum, aut populi tabularia vidit.

501 *carpit* Macrob. Sat. VI, 1. *rura* Romanus. 502 *Inſanumue* Rom. *trudit* Vratisl.

quod terra crearat Sponte ſua, ſatis id placabat pectora donum. Non autem ſunt pro tautologis habenda, *ipſa, volentia, ſponte ſua;* ſed facere putanda ad notionem primariam viuide et fortiter declarandam. Expreſſit ſequentia Seneca Herc. fur. 159 ſq. *volentia rura* ex graeciſmo exponit Toupius in Suid. T. II, p. 49, vbi ex Xenoph. laudat: ἡ γῆ θέλουσα — διδάσκει et hinc θέλεμος γῆ T. I, pag. 285. Praebebat tamen ipſa res poetae hoc, vel ſine Xenophonte, ſi *ipſa, ſponte ſua,* ſane etiam lubentia ac *volentia,* h. e. lubenter, ferunt fructus rura. Inf. IV, 561 *victorque volentes Per populos dat iura.* Graeca ratione poeta vti tum dicendus eſt, non, quoties vterque ſermo in aliquam formam naturali ſententiarum modo et ordine conſentit, verum quoties aut a ſermonis patrii genio et vſu ſollenni recedit, adoptatque formas Graecas, ſeu vulgares ſeu poeticas, ita vt, niſi ex lectione Graecorum ſcriptorum eas memineris, expediri locus nequeat; aut vbi manifeſta ſtudii et aemulationis ſigna et indicia prodit ſcriptor. Semel haec dicta ſint, cum toties graeciſmos perperam memorari viderim.— 501. *Sponte ſua,* v. ad v. 459. Adumbrata eſſe haec ex Lucret. V, 935. 936, iam notatum Macrob. Sat. VI, 1 extr. — *ferrea iura,* rigida, quae nec gratia nec metu vllius flectuntur, nec miſeratione. — 502. *Inſanum forum,* inſano clamore, litibus, perſtrepens. Sic *rabies, furor,* foro et cauſſidicis tribuitur. *nec populi tabularia vidit,* h. nullum nec vectigal, nec portorium, nec paſcua a populo tamquam publicanus conduxit, quarum redemtionum tabulae, publica inſtrumenta, in tabulario ſeruabantur; quod Romae erat in atrio Libertatis. vid. Liu. XLIII, 16.

Digitized by Google

Sollicitant alii remis freta caeca; ruuntque
In ferrum; penetrant aulas et limina regum;
Hic petit excidiis vrbem miſerosque Penatis,
Vt gemma bibat, et Sarrano dormiat oſtro;

503 *freta rauca* Leid. 504 *penetrantque* Menag. a m. ſec. 505 *patriosque Penates* Parrhaſ. 506 *indormiat* Heinſ., ex vno Mediceo, in quo tamen et ipſo a ſec. manu *in* notatum punctis.

503. *freta caeca*, ignota, inexplorata eſſe videntur. Si eſſem paullo arrogantior, dicerem pro imperio „et in hunc ſenſum verbum accipiendum eſt.“ Nunc bene noui, vocem habere plures notiones, quas alius aliam non minus bene pro arbitrio ſuo ſubſtituere poſſit; itaque moneo, poſſe freta *caeca* quoque dici et accipi, ſi quis malit, obſcura, nigra; vt Aen. III, 200 licet accipere, *caecis erramus in vndis* propter ſeqq. At inf. III, 260 non ſunt *freta caeca*, ſed *nox caeca: Nocte natat caeca ſerus freta.* Seruio ſunt noſtro loco *freta caeca* ſubito in tempeſtatem ſurgentia, quorum motus caeci, incerti ſunt. Ad pericula et diſcrimina nauigationis reſpici patet. Scilicet, cauere poetae interdum vix poſſunt, quin, quod ad impellendam mentem ac feriendum ſenſum adiunctum eſt, propter diuerſos vocum ſignificatus, ambiguum adeoque obſcurum maneat. Sunt haec inter ea, quae ſentiri debent, non ſubtiliter dilui.

505—507. Hic, militiae adſcriptus, exſcindit (exſcindere parat) *vrbem*, int. Romam, *Penates*, h. patriam ſuam (bella autem ciuilia reſpicit; vt luxu diffluat. Militia omnino illo tempore inter modos opum ac diuitiarum quaerendarum expeditiores, ſcilicet e praeda et agris aſſignandis. vide v. c. Propert. Eleg. III, 5. Tibull. I, 1, 1—4, vbi v. notata, multo magis in ciuilibus bellis, per praemia militiae. *gemma*, poculum gemmeum, ex gemma factum. cf. Propert. III, 5, 4. *Oſtrum Sarranum*, Tyrium, ab antiquo vrbis nomine, Sarra ſeu *Tſor*; de quo ſatis

Digitized by Google

Condit opes alius, defoſſoque incubat auro.
Hic ſtupet adtonitus Roſtris; hunc plauſus hiantem
Per cuneos geminatus enim plebisque patrumque

dormiat vulgo omnes: et nunc reuocatui. Porro *Serano, Sarano, Serrano*, vitioſe ſcribitur. 508 *hic plauſus* Medic. a m. pr. 509 *geminatus* ex omnibus ſcriptis Heinſius repoſuit. Sic et Pierii et Martini libri cum antiquis edd. Vulgatae tamen edd. praeter vnam Egnatianam *geminatur* aut *geminantur* habebant. Illa *geminatus enim*, in parentheſi poſita inde ab Elzeuirianis, illuſtrare ſibi videtur Heinſius ad Aen. X, 874, mihi tamen nondum ſatisfacit, nec ipſe mihi ſatisfacio. Minus tamen putidus verſus ad meum ſenſum eſt, ſi intra parentheſin aut totum, vt Aldd. pr. et ſec., vt ſit: *hunc plauſus hiantem (Per cuneos — patrumque) Corripuit;* aut verba *geminatus enim plebisque patrumque*, cum Ald. ſec. et hinc ceteris, recipias. Friget tamen vtrumque, multoque magis, ſi *geminatus* ad *plebem* et *patres* referas. Immo vero eſt, repetitus, iteratus. Seruius *enim* retraxit; vt ſit: *Corripuit enim hunc geminatus.* Atqui hoc repugnat ſermonis genio. Melius eſſet dicere, *enim* eſſe pro δή, γάρ, aſſeueratiue poſitum: vt Aen. II, 100 *Nec requieuit enim.* VIII, 84 *Quam pius Aeneas tibi enim, tibi, maxima Iuno, Mactat.* Potuiſſet poeta facile aſperitatem hanc emollire: *geminante manu.*

multa disputauit Bochartus. 507. Sic et Aen. VI, 610 *Aut qui diuitiis ſoli incubuere repertis.* Ex Vario: *Incubet et Tyriis, atque ex ſolido bibat auro:* adumbratum eſſe verſum, notarat Macrob. Sat. VII, 1, p. 374 (576). conf. Tibull. III, 3, 3 ſqq.

508—510. Alius eloquentiae forenſis laudem, dum pro roſtris dicentem audit; alius populi ſtudia miratur et cupit gratioſus apud populum haberi; *nimium gaudens popularibus auris* dixit Aen. VI, 817. *hiantem* prae admiratione ac ſtupore, *conripuit*, percuſſit, animum commouit, *plauſus per cuneos*, in theatrorum ordines ac ſedilia, quo excipiebantur, qui gratioſi eſſent apud populum, vt de Pompeio, Cicerone, Maecenate (vid. vel Horat. I Carm. 20. II, 17, 25) res nota.

Digitized by Google

Conripuit. Gaudent perfuſi ſanguine fratrum,
Exſilioque domos et dulcia limina mutant,
Atque alio patriam quaerunt ſub ſole iacentem.
Agricola incuruo terram dimouit aratro:
Hinc anni labor; hinc patriam paruosque nepotes

510 *Corripit: hi gaudent* emendat Marklandus ad Statii Silu. III, 2, 61, non quod in praeterito tempore offendebatur, vt Burmannus putabat, ſed quod non ſunt, ad quos referas τὸ *gaudent*. Nec tamen *alii* ſubiicere poſt ſuperiora a verſu inde 503 adeo durum eſt. Ipſe Burmannus *Corrupit* coniectabat; minus feliciter. *ſanguine patrum* ed. Norimb. 511 *domus* duo apud Burm. et vterque Goth., *lumina* Zulich. 513 *terram molitus aratro* Mediceus et Colot. Vrſini; forte ex Georg. I, 494. *demouit* Leid. et Rottend. 514 *paruosque penates* Mediceus, quod impenſe placebat Heinſio; dummodo non v. 505 *miſerosque penates* anteceſſiſſet. Malim alioqui et ipſe: *patriam* (adeoque publicum) *paruosque Penates;* ſatis recte dici poteſt agricola, tueri et alere domum ac familiam. Et inf IV, 155 *Et patriam ſolae et certos nouere penates.* Add. Ciris 418 et alii. Sane permutantur fere *penates*

510—512. *Gaudent perfuſi ſanguine fratrum.* h. e. gaudent alii perfundi, ex graeco more. Ad veteranos autem et ceteros refero, quibus promiſſi per bella ciuilia (hinc *perfuſi ſanguine fratrum*) agri aſſignabantur; ita cum ſequente verſu ſententias arte coniunctas eſſe videas: relictis agris patriis et ſolo natali in aliena praedia, alio ſub caelo ſita, immigrant. Lucretii verſus ſunt III, 70 Dum homines paupertatem fugiunt, *Sanguine ciuili rem conflant — Crudeles gaudent in triſti funere fratrum;* quem hic expreſſum eſſe, iam a Macrobio monitum Sat. VI, 2. 511. *Exſilio,* dum in colonias deducuntur. 512. Fere vt Horat. illud II, 16, 18 *Quid terras alio calentes ſole mutamus?* Sol pro caelo, plus minusve ex ſole, propiore ſeu remotiore, calente.

513—531. Suauiſſima bonorum, quae vita ruſtica habet, deſcriptio. 514. *labor anni,* per annum, annuum opus ruſtici; nunc tamen

Digitized by Google

Suſtinet; hinc armenta boum, meritosque iuuencos; 515

Nec requies, quin aut pomis exuberet annus,
Aut fetu pecorum, aut Cerealis mergite culmi;

et *nepotes* in libris: vid. Markland. ad Statii Silu. I, 2, 145. qui etiam *penates* praefert: ſed parum graui de cauſſa: „quare enim poeta *nepotes* potius quam *liberos* memoraret?“ Atqui memorat tamquam poeta, cui liberum eſt et eſſe debet, ita permutare; alioqui concidit tota poetica. Burmannus praefert *nepotes*, ne bis idem dicat poeta, *patriam* et *penates*; qui metus vtique vanus eſſet; nam *patria* nequaquam ad tugurium ipſum reuocari poteſt, ſed totum rus, vicum et agros, complecti debet, vt Ecloga I, 3. 4. 68. Equidem fateor me ad hoc haerere, quod *patriam* ex annuo labore ſuſtinere dicitur agricola; vix enim hoc aliter fieri poteſt quam conferendo in publicum et militia ex delectu. Atqui hoc alterum non ex agro petitur, prius non eſt Romanum, illo ſaltem tempore; (*vectigalia* ap. Horat. III, 16, 40 ſunt reditus agelli, quos *porrigere* aliquis poteſt, amplificare, augere, *cupidine contracto*) malim vtique *patrem paruosque nepotes* ſcriptum eſſe; et poteſt *patriam* ex verſu ſuperiore 512 repetitum videri. Enimuero non agitur de eo, quid in votis habeamus, ſed quid ſcriptum eſſe a Marone probabile ſit: et hic fateor nihil poſſe ad liquidum perduci. *patrem* tamen repoſuit Wakef. Idem Marklandus malebat: *Hic anni labor*; et ſic Gud. pro var. lect. nec male. — 516 *quin et* Menag. alter. *exuberat* Menag. quart. 517 *et Cerealis* Me-

ſubeſt ſimul notio prouentus annui ex hoc labore; nam ſubiicitur: *hinc ſuſtinet*, alit et educat inde, *nepotes*, liberos, et *patriam*: de quo v. Var. Lect. Romano ſenſu et ſermone amat, tuetur, patriam aliquis, pro ea moritur; haec et alia ſunt, quae Horatius innuit in his: *Qui didicit, patriae quid debeat, et quid amicis.* At patriam Romanus non alit; aleret ciues, ſuſtineret opibus ſuis amicos. Horat. Serm II, 2, 104 *cur, improbe, carae Non aliquid patriae tanto emetiris acervo.* atqui praeceſſerat: *quare templa ruunt antiqua deûm?*

516—518. Nullum anni tempus eſt, quo ceſſet ager afferre aliquid fructus. *pomis exuberet annus*, poetica ratione, ſed ſollenni, pro,

Digitized by Google

Prouentuque oneret ſulcos, atque horrea vincat.
Venit hiems: teritur Sicyonia bacca trapetis;
Glande ſues laeti redeunt; dant arbuta ſilvae;
Et varios ponit fetus auctumnus; et alte
Mitis in apricis coquitur vindemia ſaxis.
Interea dulces pendent circum oſcula nati;

nag. alter. 518 *Prouentumque* Goth. pr.; ferrem, ſi *Prouentus* eſſet. *aut horrea* Medic. a m. pr. et Zulich. *oneret cellas* coni. Io. Schrader. Fatendum tamen, ſi ſeuerius cum poeta agas, totum verſum otioſum eſſe poſt antecedentia. 520 *redeunt laeti* Ruſinian. de Schem. Lex. p. 30. *ardua* Gud. pro var. lect. 521 *ponit fructus* Erf. 523 *pendent dulces* ante Heinſ. ſed *dulces pendent* omnes fere ſcripti, etiam Pierii.

poma exuberant in anno, h. auctumno. 518. *Annus onerat ſulcos prouentu*, ante meſſem, *horrea vincit prouentu*, meſſe facta. Sunt Tibulli. IV, 1, 185 *Horrea fecundas in deficientia meſſes*, et ſup. Georg. I, 49 *Illius immenſae ruperunt horrea meſſes.*

519. Cum hieme, h. e. cum extremo auctumno, oliuitatis tempus ingruit. Oliuae, vt poetarum mos, a praeſtante aliquo genere adiectum nomen habent. *Sicyonem oliuiferam* etiam Ouid. memorat in Ibin 319, ex P. IV, 15, 10. Stat. Theb. IV, 50. *trapetum*, quo oleae teruntur; mola olearia. v. Ind. ad Scriptt. R. R.; egregie illuſtrata in doctiſſimo libello Alb. Lud. Frid. Meiſieri noſtri *de torcularia Catonis.* 520. *arbuta* vid. ſupra ad Eclog. III, 82. 521. *ponit fetus auctumnus*, dum poma matura decidunt. Ita *poni frondes* ſupra dixerat v. 403. Poteſt tamen, ſi ita placuerit, a partu petitum dici, qui *poni*, edi, dicitur; vt oua ponuntur.

523. Pergit ad gaudia domeſtica agricolae; *pendent circum oſcula* iucundius, quam ſi, circum ora; ſunt enim ad oſculandum por-

Digitized by Google

Caſta pudicitiam ſeruat domus; vbera vaccae
Lactea demittunt; pinguesque in gramine laeto
Inter ſe aduerſis luctantur cornibus haedi.
Ipſe dies agitat feſtos; fuſusque per herbam,
Ignis vbi in medio, et ſocii cratera coronant,
Te, libans, Lenaee, vocat; pecorisque magiſtris
Velocis iaculi certamina ponit in vlmo;

525 *dimittunt* nonnulli: duo omittunt *que* cum vno Mead. 527 *faſtos* Ven. *fuſosque* Gud. et Goth. ſec. 528 *ingenio* pro *in medio* Mediceus; forte *Ignis vbi Genio*, inquit Burmannus, id eſt, ara ipſi poſita. Malim *Ignis vbi, Genio et ſocii c. c.*, h. in honorem Genii: in quod et Schraderum incidiſſe, in ſchedis video. Sed ludibrium librarii eſſe puto. 529 *Leneaeque* Voſſ. Erat ſcilicet in alio *Leneae*, vt in Medic. a pr. m.

recta. 524. *pudicam mulierem* (Horat. Epod. II, 39), deſignat. Adſcripſeram olim αἰδοίην παρέχοιτιν. ſed recte monitus, eam in Homero eſſe αἰδοῦς ἀξίαν, hoc ſuſtuli. 525. 526. Ex Arat. Dioſem. 369. 370. cf. Odyſſ. κ, 412. χορύπτειν Theocr. III, 5.

527 — 531. Quicquid in vita ruſtica iucunditatis eſſe ſolet, memorat poeta; itaque et feſtorum ſollennia diis ruſticis habita; inque his vnum, in Bacchi honorem. 528. *Ignis vbi in medio*, ſcil. ara, in qua ſacrum fit, ex quo epulae parantur. Tibullus de ſacris, meſſis tempore factis, II, 1, 21 *Tunc nitidus plenis conſiſus ruſticus agris Ingeret* ardenti *grandia* ligna foco, *Turbaque vernarum, ſaturi bona ſigna coloni Ludet. Socii.* Horat. Epiſt. II, 1, 142 *Agricolae priſci — Condita poſt frumenta leuantes Tempore feſto Corpus* — Cum ſociis operum pueris *et coniuge fida.* Adumbratus e noſtro locus Gratii Cyneg. 486 ſqq. Nec aliter, quam de ſacro Genio vel Lari facto, accipiendum carmen Horat. III, 17, 13 ſq. *crater*, vnde libatio fit, corollis ornatur. vid. ad Aen. I, 724. 530. *certamina ponit*, ἄθλα τίθησι, certaminis praemia. conf. Aen.

Digitized by Google

Corporaque agreſti nudant praedura palaeſtra.
Hanc olim veteres vitam coluere Sabini;
Hanc Remus et frater; ſic fortis Etruria creuit;
Scilicet et rerum facta eſt pulcerrima Roma,

531 *nudant* Burm. recepit, et ſic ſane Romanus, aliique veteres Pierii, et praeſtantiores Heinſii ac Burm. *nudat* tamen, quod vulgo editur, excepta Egnatiana recenſione, Mediceus cum fragm. Moret. et parte librorum Martini exhibet; et videtur haec ratio exquiſitior eſſe, ſi paterfamilias *nudat membra*, dum proponit certamen et auctor eſt nudandi membra. Sed in his librorum auctoritati non refragor. *perdura* Medic. a m. pr. *nudat palaeſtrae* idem cum fragm. Moret., quod Heinſio placebat, et Wakefield qui recepit, quia Lucret. V, 969 de hominibus feris: *membra nudabant terrae*, pro quo editum erat, *nuda dabant*. Idem hinc tuebatur Aen. V, 586 lectionem, *Et nunc terga fugae nudant;* in quo tamen loco caſus tertius minus conueniret, quam in noſtro loco. Eſt enim caſus tertius cui, cuius cauſſa nudamur: Lucan. VIII, 425 *Dacis Rhenique caeruis Imperii nudare latus*. Male itaque et in Silio XVII, 444 *Quos vbi nudantes conſpexit Hamilcare cretus Terga fugae* reposuerant pro, *fuga*. Verba, vt nunc edita ſunt, diſerte recitat Lutat. ad Stat. Theb. VI, 827. 532 Tangit locum Schol. Perſii Sat. I, 87, quamquam mendoſe. *vitam veteres* Moret. et Parrhaſ. *voluere* Ven. 534 Malim iungere: *Sic fortis Etruria creuit Scilicet, et rerum*. Eodem modo I, 281. 282.

V, 66. *agreſti palaeſtra*, lucta.

532—535. Ornate: haec vita fuit priſcae Italiae. 533. *Etruria creuit*, h. Etruſci potentes facti ſunt; ad magnas opes agricultura peruenerunt. Burmannus intempeſtiue Etruriae mentionem, et non niſi in Maecenatis gratiam, fieri aiebat; ſed quid potiſſimum vir doctiſſimus in hac ſuſpicione ſequutus ſit, videtur enim aliquid ſequutus eſſe, non apoſuit. Fuere vtique magnae Etruſcorum opes et terrarum cultus egregius. 534. *rerum facta eſt pulcerrima*, nota forma, quam Burm. ad h. l. illuſtrat, omnium imperiorum praeſtantiſſimum ac beatiſſimum factum eſt. Iisdem fere verbis Cicero pro Roſc. Amer. c. 18, §. 50. Formam tamen et rationem loquendi non expediuit Burmannus. Eſt ſcilicet Grae-

Digitized by Google

Septemque vna ſibi muro circumdedit arces. 535
Ante etiam ſceptrum Dictaei regis, et ante
Inpia quam caeſis gens eſt epulata iuuencis,
Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.
Necdum etiam audierant inflari claſſica, necdum
Inpoſitos duris crepitare incudibus enſes. 540
Sed nos inmenſum ſpatiis confecimus aequor;
Et iam tempus equum fumantia ſoluere colla.

535 Idem verſus Aen. VI, 786. *ſeptem quae vna* Ed. Iunt. et aliae. 536 *Antea* Gud. 540 *Impoſitis duros* Medic. a m. pr. 542 *ſpumantia* Rom. et aliquot alii Pierii, item Parrhaſ. Eadem varietas ap. Quinctil. VIII, 6, vbi verſus laudatur. At *fumantia* melius hoc quidem loco; et exhibent Chariſius et Beda de tropis S. S.

cum χρῆμα κάλλιστον, *res pulcerrima*, et doctius *pulcerrima rerum*. Tum *ſcilicet* eſt δή, ἄρα, vtique, ſane. Vt Graeca ſint: καὶ δὴ καὶ Ῥώμη ἤκμασε διὰ τοῦτο, κάλλιστόν τι πρᾶγμα. 535. *arces* pro montibus.

536. Ante Iouem, ſub rege Saturno, aurea aetate (vnde poeta ipſum dixit *aureum*), ſic viuebant homines. *Impia gens*, h. hominum genus, *impium*, quod naturae legem violat, bouem mactando. cf. Arat. Phaenom. 132. Cic. N. D. II, 63, §. 159. 539. *claſſica inflari*, cani inflato cornu, tuba, buccina. vid. Propert. III, 3, 41. 42. (2, 11. 12) conf. ad Tibull. I, 1, 4. — 540. Ornate pro, procudi enſes.

541. 542. Sed finis faciendus eſt libro. Eodem tropo Tryphiod. 664 Μουσάων ὅδε μόχθος. ἐγὼ δ' ἅπερ ἵππον ἐλάσσω Τέρματος ἀμφιέλισσαν ἐπιψαύουσαν ἀοιδήν. *aequor inmen-*

Digitized by Google

ſum ſpatiis, immenſa ſpatia, h. decurſus, habens, immenſorum ſpatiorum campus. De *ſpatiis* vid. ad Ge. I, 512. *Colla equorum ſoluere*, dum iugum ſoluitur, demitur. Sic ὄφ' ἅρματος αὐχένας ἵππων λυσαμένη Callimachus a Cerda laudatus H. in Pall. Lau. 10. λύειν ἵππους, *ſoluere equos*, ſollenne.

Digitized by Google

Te quoque, magna - Pales - Gg. III. 1.

P. VIRGILII MARONIS
GEORGICON
LIBER TERTIVS

ARGVMENTVM

Orditur poeta librum ab expositione argumenti 1. 2: tractare se argumentum ab aliis intactum, vnde novam laudem Mantuae suae sit paraturus — 39. Inde fauorem ac studium Maecenatis sibi expetit — 48.

Procedit praeceptio a fetura armentorum. Legendae primo loco bonae matres; notae bonarum vaccarum — 62; admissura ita curanda, vt et bos et

Digitized by Google

taurus in iuuenta conſtituti ſint — 71. *Notae equi generoſi et ad admiſſuram idonei* — 122. *Tum ea, quae ante admiſſuram ſunt curanda* — 137. *Cura matrum grauidarum* — 156. *Cura vitulorum* — 178. *Cura pullorum equinorum* — 208; *inprimis arcendi illi a nimia Venere: inter quae locum de Veneris ſtimulantis furore perſequitur* — 282. *Poſt curam armentorum progreditur ad curam pecudum: cum praefatione ſuper difficultate argumenti cum dignitate pertractandi* — 294. *Primo de ea cura, quae ad pecudes in ſtabulis habendas ſpectat* — 321; *tum de paſtione vere orto: cum excurſione in narrationem de Nomadibus Afris et Scythis* — 383; *praecepta de ſtudio lanarum* — 393, *et lactis* — 403. *Cura canum* — 412. *Monita de cauendis animantibus noxiis* — 439, *et de auertendis morbis* — 473. *Ita aditum ſibi parat ad locum de peſte auctumnali armentorum ac gregum nobiliſſimum* — *ad fin.*

Digitized by Google

Pascitur in magna sylva formosa invenca
Gr. M. 219.

Te quoque, magna Pales, et te memorande canemus
Pastor ab Amphryso; vos, siluae amnesque Lycaei.

2 *Amphreso* Medic. *Amphrysso* Romanus; at *Amphryso* fragm. Vatic. Variant eodem modo codd. in Callimacho et al. Tuetur simplicem litteram Brunck. ad Apollon. et recte: add.

1. 2. Nunc rem pecuariam aggrediar. Pro ea Palem, deam pastoritiam, et Apollinem Nomium, et Lycaeum, Arcadiae montem Pani sacrum, memorat. *Amphrysus* Thessaliae, et quidem Phthiotidis, notum flumen; ad quod Apollo boues pauisse dicitur, cum Admeto, Pheraeorum regi, seruiret, ἐθήτευσε. vid. Eurip. Alcest. pr. et Callimach. in Apoll. 47 sqq. Tibull. II, 3, 11. III, 4, 67. Nota fabula. Expressit locum Lucan. VI, 368. *Pastor ab Amphryso* pro Amphrysius, more loquendi paullo doctiore. Graece diceres: Νομεὺς

Digitized by Google

Cetera, quae vacuas tenuiſſent carmine mentis,
Omnia iam volgata; quis aut Euryſthea durum,

Steph. Byz. in Ἀμφρυσος. Alii *Amphriſo*, *Amphriſio*, vt Goth. Mox *Lycaei* recte omnes ſcribunt: vt ap. Pauſaniam aliosque Graecos ſcriptores; vbique occurrit: τὸ Λύκαιον. Male confunditur alibi τὸ Λύκειον Athenarum: vt ſup. I, 16. 3 *carmine* Burmannus repoſuit, vt erat in nonnullis Pierii; in fragm. Vatic. Medic. et aliis *carmina*, quod vulgo editur. Procliuior lapſus in hoc ex illo, quam vice verſa; *mentis* idem ſcripſit ex Rottend. tert. pro *mentes*. 4 *volgata* idem ex Gud. et Mentel. tert. *ſunt vulgata* Parrhaſ. Bodlei. et vnus Mead.

Ἀμφρύσηθεν. cf. Toup. Ep. crit. pag. 165. Mox *ſiluas amnesque Lycaei* memorat pro deo Lycaeum tenente, Pane; et hunc pro re paſtoritia. 3. Pindarum Olymp. Ode II pr. ante oculos habuiſſe, Cerda putabat; debebat ſaltem Iſthm. VII, pr. comparare; etſi et hoc nimis ſedulo fieret. Communis enim illa eſt ratio multorum poetarum, vt alia ſibi praerepta eſſe, alia vulgaria a ſe omitti dicant. Magis certum eſt, noſtrum multos imitatos eſſe, inprimis Manilium lib. III pr. cf. Aetna pr., vbi v. Wernsdorf. Oppian. Cyneg. pr. Nemeſian. Cyneg. 15 ſq., vbi conf. Titium. *Tenent mentes* ea, quae delectant, et exprimit hoc ipſum delectationis naturam. *vacuae* autem *mentes*, a curis, rebus ac ſtudiis ſeueris, vacantes, ſollenne de iis, qui poetarum carmina audiunt. Monenda haec propter Burmanni ſubtilitates fuere.

4—7. Dum *Euryſtheum* memorat, Herculis labores intelligit. Eodem referendi Buſiris et Hylas. Commemorat autem fabulas, quas a ſatis multis poetis tractatas eſſe conſtabat; hinc v. 6 *Cui non dictus?* *Dicere* enim de poetis ſollenne. Fuiſſe quoque neceſſe eſt carmina de Delo, et de Pelope eiusque curſu curuli, quo Hippodamiam Oenomai f. obtinuit: at ea omnia poetarum opera interciderunt, praeter Apollonii et Theocriti loca de Hyla, Herculis amaſio, et Deli laudes apud Callimachum. Quae autem

Digitized by Google

Aut inlaudati neſcit Buſiridis aras? 5
Cui non dictus Hylas puer? et Latonia Delos?
Hippodameque, humeroque Pelops inſignis eburno,
Acer equis? Tentanda via eſt, qua me quoque poſſim
Tollere humo, victorque virum volitare per ora.

5 *Buſiridis arces* Medic. a m. pr. *illaudari* Goth. pr. 6 *Quot* in Pierianis: vt Ecl. IV, 62. Et ſic fragm. Vatic. 8 *eſt* abeſt a Toll. *tum danda via eſt* Ed. Ven.

ex deperditis excitari hic poſſent, notae modum exceſſura eſſent. 5. De *illaudato*, h. deteſtando, Buſiride inprimis multa interpretes cumularunt. Iſocratea oratio plane hic commemorari non debebat. Sed videndi inprimis Gell. II, 6, vbi cf. Iac. Gronou. Macrob. Sat. VI, 7. Omni disputatione potiora ſunt illa Gellii verba: illaudatus *eſt quaſi* illaudabilis *et* innominabilis, *qui neque mentione aut memoria vlla dignus, neque vmquam memorandus eſt.* Expreſſit autem Homeri οὐκ ὀνομαστὸν Od. τ, 260. 597. Sic ἀπόϑητος. v. Toup. Ep. crit. pag. 82; nec ad notam formam λιτότητος confugere neceſſe eſt. Etſi autem in iis, quae nunc extant, carminibus Buſiridis vix mentio facta occurrit: potuit tamen ac debuit (vid. Apollodor. II, 5, 11) in Ἡρακλείαις (quo nomine plura olim extitere carmina, inprimis Piſandri Camirenſis (v. T. II, p. 285 ſq.) Nymphios Heracleotae, Panyaſios: v. ad Apollod. Notae pag. 324 ſqq.) Buſiris ab Hercule caeſus memorari. 8. *Acer equis*, h. arte equeſtri, *quadrigis* ducendis, ſtrenuus, excellens, δεινός.

9. Circumſpiciendum mihi argumentum, cuius tractatione nomen conſequar. *victor* poetico ornatu adiectum, vti ſolent, ſi de magno aliquo opere peracto, magna re, quam aſſequutus ſis, agitur. Non male Seruius: *victor, effector propoſiti et voti.* Lucret. I, 76 *Omne*

Digitized by Google

Primus ego in patriam mecum, modo vita ſuperſit,
Aonio rediens deducam vertice Muſas;
Primus Idumaeas referam tibi, Mantua, palmas;

10 *ſuperſtes* eadem Ed. Ven. Gell. I, 22 verſum laudat, et putat dictum eſſe ἀνεφώτερον, parum proprie, pro, *longinquius diutiusque adſit.* 11 *veniens* Menag. pr. *reſidens* Rottend. alter, perpetua permutatione cum *rediens.* 12 *Idimeas, Idymeas, Hydimeas,* vt mox *Mintius* ſcribitur. *Primus* et *Idumeas* Reg. Martin. Eſt Ἰδούμη, Ἰδουμαῖος.

immenſum peragrauit Epicurus, — Vnde refert nobis victor, *quid poſſit oriri etc. virorum per ora volitare,* ornatius quam, ferri per ora, in ore omnium eſſe. Notum autem Ennii illud: *volito viuus per ora virum.* Sollenne porro famam nominisque celebritatem per volatum declarari; ornauit notionem Horat. II. Carm. 20.

10—13. Primus ego inter Mantuanos nomen poetae conſequar. At hoc ſplendide elocutus eſt. *Primus.* Bene Seruiana: *Ideo* primus, *quod ante illum nullus Mantuanus poeta fuit.* Argute magis quam vere modo Graecis poetis carminis palmam eripere, modo, quod Catroeus commentus eſt, iter in Graeciam ſuſcipere velle putatur. Qui primus inter aliquem populum poeta clareſcit, is *Muſas ſecum in patriam ducere* dici poteſt, et ornatius *ab Helicone,* Boeotiae, *Aonibus* olim habitatae, monte; idem *referre* laudem, gloriam, praemia, victoriae inſignia, *palmam* dici poteſt, reſpecta *certaminum muſicorum,* quae inter Graecos haberi ſolebant. *Idumaeas* autem *palmas* poetico plane epitheto appellauit, a nobili aliquo genere. *Idumen* poetae pro Idumaea ac tota Iudaea dicunt; quam quidem palmis frequentem fuiſſe notum eſt. vid. ll. apud Cerdam et al. *arbuſto palmarum diues Idume* Lucan. III, 216, et praeclare Stat. V Silu. 2, 138. 139. *An Solymum ci-*

Digitized by Google

Et viridi in campo templum de marmore ponam

nerem palmetaque capta ſubibis Non ſibi felices ſiluas ponentis Idumes? Debet autem huius verſus ſuauitatem, vt vnicuique obvium eſt, qui vtrumque poetam legit, noſter Lucretio ſuo I, 118 *Ennius vt noſter cecinit, qui primus amoena Detulit ex Helicone perenni fronte coronam, Per gentes Italas hominum quae clara clueret.*

13. Haec et quae ſequuntur, et templi huius aedificatio, quam rationem ac coniunctionem cum ceteris habeant, omiſerunt monere Interpretes. Scilicet in eo ſubſtiterat poeta, vt laudem poeticam, quam in patriam ſuam redux referret, cum victoria compararet, quam aliquis inter Graecos ex ſollenni certamine victor reportaret. Notum autem eſt, nullum ſollennium ludorum in Graecia genus fuiſſe, in quo non eo tempore ingenii certamina, ἀγῶνες μουσικοί, eloquentiae, poetices inprimis, inſtituerentur. De Olympiis et ceteris ſollennibus aeque certum eſt, ac de Dionyſiis, Panathenaeis etc. Victores autem ex Olympicis ac ceteris ludis non modo ſollenni pompa vrbem ſuam ingreſſos eſſe, verum etiam victoriae praemia diis conſecraſſe, interdum etiam ſiue templum ſiue aram aliudue monumentum in victoriae memoriam condidiſſe, multis ex antiquitate exemplis ac titulis adhuc ſuperſtitibus declarari poteſt. Vnum commemoraſſe nunc quidem ſatis ſit, quod Athenis ſupereſt, monumentum choragicum, vulgo *Demoſthenis Laterna* dictum, quod poſt Sponium *Le Roy* et *Stuart* c. IV exhibent. Quae quidem a nobis dicta ſi memineris, nihil quidem abhorrens aut inſolens in toto poetae carmine occurret. Laudis ac victoriae ſuae poeticae monumentum exſtruet templum, in quo praemia reportata tamquam donaria conſecret; templum autem ingenioſe ſatis ita ornat, vt Auguſto non modo dedicatum, ſed et omnibus iis inſtructum et excultum eſſe iubeat, quae ad Auguſti laudes praedicandas viam parare poterant. Cum au-

Digitized by Google

Propter aquam, tardis ingens vbi flexibus errat
Mincius et tenera praetexit arundine ripas. 15
In medio mihi Caesar erit, templumque tenebit.
Illi victor ego, et Tyrio conspectus in ostro,

17 *Illi*, quod vbique editur, tuetur Medic. cum aliis, h. in Caesaris honorem. At *Illic* Romanus, Medic. cum aliis antiquissimis Pierii. Sic in Franc. in Cantabrig. et Arundel., h. e. ad templum. Porro *et* abest a Franc.

tem inter diuinos honores etiam ludorum sollennia sint, etiam haec in Augusti honorem se editurum esse promittit. Si autem ingenii in poeta copiam et incrementa cognoscere volupe est, conf. extr. partem Aeneid. VIII, et eum, qui locum ante oculos habuit, Statium Theb. II, 728 — 740. Ceterum multa ad h. l. disputantem vide sagacissimum ac doctissimum Virum Hurdium, nunc Ven. Vigornienſem (Worcestriae) Episcopum, ad Horat. Epist. ad Aug. Vol. II, pag. 43.

13. Victoriae monumentum exstruam templum, Caesaris titulo ornandum. *ponere templum*, τιθέναι, satis notum. *Propter*, prope Mincium, de cuius inundantis vicina aquis stagnantibus supra vidimus ad Eclog. I, 52. VII, 12. 13. Georg. II, 198. inf. Aen. X, 206. — 16. Statua dei in medio templo, ἐν τῷ ναῷ, sacrario: vt saepe in numis visitur.

17. *victor ego*, qui carminis palmam ac gloriam in patriam retulerim; id quod absolutis Georgicis, quae Neapoli scribebat, futurum erat; etsi hoc adiectum nimis angustum videri potest. Loquitur poeta omnino de gloria ac laude carminis. *Purpura conspicuum* dixit se, tamquam eum, qui ludos ederet, magistratuum exemplo, qui ludos curabant, praetexta induti; purpura in togae ora praetexta. At purpurea vestis non fuit nisi triumphantium eaque picta, auro distincta. Nisi in Graecis ciuitatibus alium morem fuisse contendas. Sacerdotum purpuram huc advocabat Seruius. conf. Plin.

Digitized by Google

Centum quadriiugos agitabo ad flumina currus.
Cuncta mihi, Alpheum linquens lucosque Molorchi,
Curſibus et crudo decernet Graecia ceſtu.
Ipſe, caput tonſae foliis ornatus oliuae,
Dona feram. Iam nunc ſollemnis ducere pompas

20 *duro — ceſtu* Romanus Pierii. Sed *crudo* melius, e crudo corio. Aen. V, 69. *decernet* firmauit Heinſ. vetuſtiorum librorum auctoritate; inter quos fragm. Vatic. Sic quoque pars Pierianorum cum edd. inde ab Aldd. At Medic. Longob. et alii *decertet;* quomodo nonnulli ap. Heinſ., quatuor Martini, Goth. ſec. Erf. cum vett. edd.; et ſic Medic. a m. ſec., quam prima ſcriptura in eo et Mentel. pr. ac Franc. et ed. Fabric. *decernit.* cf. ad Aen. VII, 525. Tandem *Graecia ludo* Zulich. 22 *deducere* Ven. alter Manag. Ed. Iunt.

IX, 36, ſ. 60. 18. *agitabo currus,* non aliter accipiendum, quam poetam edicturum ludos, in quibus quadrigae mittantur, agitentur. *Centum* autem *quadrigas* tamquam poeta ponit; et recte hic memores locum Tibulli I, 7, 49, *centum ludis Geniumque choreis concelebra,* nec non Gratii Cyneget. 520; nam ſubtilius quam verius eſſe videtur, quod iam Seruius monuit, ad XXV miſſus ludorum Circenſium hoc referendum eſſe. *ad flumina,* ad Mincium. Nugas Seruianas audire non debebant Interpretes.

19. Suos ludos, propter maieſtatem numinis, cui fiant, Graecorum Olympia et Nemaea celebritate ſuperaturos eſſe dicit. *Alpheum* Olympiam praeterlabi, et *Molorchum* (vid. Tibull. IV, 1, 13) excepiſſe hoſpitio Herculem, cum leone Nemaeo interemto ludos Nemaeos reſtitueret, ſatis notum eſt. v. Apollod. II, 5, 1, et Probus ad h. l. *crudus* ceſtus, e corio crudo.

21. 22. Iam, quod ad ſe pertineat, ſe *ferre* velle *dona*, h. ſe ſacrificia ad templum (paullo poſt, *ad delubra*), eſſe facturum dicit, capite corona oleagina redimito. *tonſam oliuam* ap-

Digitized by Google

Ad delubra iuuat, caeſosque videre iuuencos;
Vel ſcena vt verſis discedat frontibus, vtque
Purpurea intexti tollant aulaea Britanni.
In foribus pugnam ex auro ſolidoque elephanto
Gangaridum faciam, victorisque arma Quirini;

24 *atque* Argent. Ed., notante Reiskio. 25 *tollent* Menag. alt. *intexta* Menag. pr. 27 *Gargaridum* Rottend., ſed Graecis Γανδαρίδαι, quod alii flexiſſe videntur, dum a Gange ductum putabant: Salmaſ. ad Solin. p. 698. *victoris et arma* Parrhaſ.

pellat, quae et Aen. V, 774 et 556 *tonſa corona* occurrit, attonſam vulgo eſſe volunt, ornatus cauſſa; malim dicere ſimpliciter, quia decerptae ſunt frondes ex arbore. Neque aliud eſt Horatianum illud: *decerptam fronti praeponere oliuam.* Ex edicto tamen aut ſub ferulae minis edicere quicquam nolim.

22. *Iam nunc iuuat;* tamquam poeta, id, quod facere geſtit animus, ad praeſens tempus reuocat, quaſi actutum in eo occupatus ſit. Rapitur animus aeſtuans in medias res, tamquam ſi coram gerantur.

24. 25. Priora, ad ſacra pertinebant, in quibus pompa ad templum ducta, et victima caeſa, haec iterum ad ludos, inter quos etiam *ſcenicos* editurus eſt. *Scena,* vtpote verſatilis, circumagitur. Velum autem ſiue *aulaeum,* prodeuntibus iamiam actoribus, non, vt nunc, demiſſum, ſed in altum ſublatum fuiſſe, adeoque intextas ſeu pictas imagines, h. l. Britannos, procero corpore, et forte eo habitu pictos, tamquam qui ipſi vela tollerent, quaſi ex terra ſurgere viſas eſſe, vix opus eſt multis docere. Locus claſſicus Ouid. Met. III, 111—114. Hurdius l. c. de aulaeo delubri accipiebat.

26—30. Ad ornamenta templi in Auguſti honorem condendi transit: anaglypha in foribus, conf. Aen. VI, 20 ſqq., (de iis v. Exc. XV. ad lib. I. Aen.) et quidem ex ebore et auro: vt ap. Cic. Verr. IV, 56; tum v. 34 ſigna ac ſtatuas. *Pugnam Gangaridarum* (Indorum

Digitized by Google

Atque hic vndantem bello magnumque fluentem
Nilum, ac nauali ſurgentis aere columnas.

28 *Atque hinc* Goth. ſec. et Brunckii liber; quod ille recepit: erit ergo pro, inde, poſtea.

ad Gangis oſtia ab occidentali parte) memorat, quia communis ille laudum locus in Auguſto, vt Indos cum Parthis victos ei aut promitterent aut darent. cf. ſupr. Georg. II, 171. 172. Aen. I, 289. Curabit itaque a ſculptore effingi Indos victos, Aegyptum ſubactam, poſt Actiacam victoriam, tum Aſiam, Armeniam et Parthiam ad obſequium redactam. Memorat autem res, per quas ars ſymbolice ea reddere poſſit: pugnam et victorem Auguſtum, Nilum et tropaeum columnae roſtratae. Quaeras, quomodo vrbes et reliqua? Scilicet, vt in numis videmus prouincias muliebri forma ſupplices, Armeniam maeſtam ſedentem inter arma, Parthum vnum vel duo ad tropaeum ſedentes manibus poſt tergum reuinctis. Auguſtum autem per *Quirinum* deſignatum videri, obuium eſt. Melius hoc, quam *Quirinum* pro populo Quirini, Romanis, a poeta dici. *arma Quirini* poetica conſuetudine pro Quirino in armis, armato. Niſi *arma* pro bello, pugna aut victoria, dicta accipias, quod et ipſum bene fieret.

28. 29. Aegyptum, victis Antonio et Cleopatra pugna Actiaca nauali, in poteſtatem ab Auguſto redactam memorat. *vndantem bello* et *magnum*, copioſe, *fluentem* (nam *fluit magnus*, *multus*, fluuius, πολὺς ῥέει: cf. Bentl. ad Horat. I Serm. 7, 28), Nilum magno ſpiritu amnem appellat, propter magnos apparatus bellicos ab Antonio in Aegypto factos; vt populos aut prouincias *bello tumentes* dicunt, cum animoſe bellum parant; vt omnino ſuperbia, faſtu, *tumere* dicuntur homines. Quod cum ad fluuium transfertur, praeclare ille fluctus voluere, aquas augere et incitare, bello vndare dici poteſt. Fert idem patrius ſermo. Hoc melius, quam

Digitized by Google

Addam vrbis Aſiae domitas, pulſumque Niphaten,
Fidentemque fuga Parthum verſisque ſagittis,
Et duo rapta manu diuerſo ex hoſte tropaea,
Bisque triumphatas vtroque ab litore gentis.

30 *At tum vrbes* Ed. Ven. *Niphaten* Medic. a m. ſec. cum multis aliis. *Niphatem* ante Heinſ. *Niphate* Goth. ſec. a m. pr., quaſi Parthus ab eo monte pulſus eſſet. Sed virgulae omiſſione factum puto. *Niphates pulſus* audacter dictum. Si *victus, domitus*, eſſet, nihil offenderet. Iac. Bryant ſuiſſe coniectabat *pulſumque Phraatem.* 33 *a littore* duo et vett. edd. *caroque ab l.* Leid. vnus. *diuerſo a littore* Schol. Horat. Cruqu. Od. I, 35. *ab* abeſt a Goth. pr.

ſi *vndantem bello*, h. caede et ſanguine, intelligeres; quid? quod nec armis quicquam in Aegypto actum, nullum praelium commiſſum fuit. *Columnam roſtratam* altero verſu deſcribit, tanquam tropaeum. Occurrit illa quoque in Auguſti numis. *Surgunt* autem columnae, vt aedificia, moenia; vulgari ſermone, ſtant.

30. 31. Victoriam de Armeniis, quos a monte Niphate deſignat, ad quem adcolunt, et de Parthis promittit. conf. Vita Virgilii ad a. 734 et 724. De Niphate Horat. Carm. II, 9, 19 ſqq. et Comment. ad e. l., et Lucan. III, 245, cui Niphates fluvius eſt.

32. 33. Exprimet porro in iis foribus duo tropaea, alterum de Oriente extremo victo, alterum de Occidente. Ad meum ſenſum, non haec ſunt hiſtorice explicanda; nam non ea, quae iam facta ſunt, ſed *quae ita fore auguratur*, memorat; ſi tamen populum bello iam tum deſtinatum intelligere velles, de Cantabris, non de Britannis, vt Interpp. faciunt, haec eſſent accipienda. Ad bellum Cantabricum etiam ipſe tandem Auguſtus profectus eſt V. C. 728, quarto a Georgicis, vt vulgo creditur, ad finem perductis anno. Ei, qui omnia in vſſ. 33, 4. 5. ad certa tempora reuocare mauult, ſta-

Digitized by Google

Stabunt et Parii lapides, ſpirantia ſigna,
Aſſaraci proles, demiſſaeque ab Ioue gentis
Nomina, Trosque parens, et Troiae Cynthius auctor.
Inuidia infelix Furias amnemque ſeuerum

34 *Et ſtabunt* Acron ad Horat. Od. I, 19, ſed Cruqu. vulgatum. *tapidis* quatuor, et ſic edd. nonnullae. Sed alterum poeta dignius. 35 *dimiſſae* aliquot: item alii *a Ioue*. *gentes* Menag. alt. 37 — 39 Aberant ab vno Mead.

tuendum eſt alterum, Georgicis nonnulla ſerius inſerta eſſe. Neque hoc abſurdum eſſe dicam. *tropaea rapta manu*, poetica ratione de victoria reportata; ſi tamen in *rapta* argutandum ſit, celeritatem victoriae exprimi dicas cum Philargyrio. *diverſo ex hoſte*, in diuerſis terrarum partibus. Sic *diverſos Celtas* appellat Gratius Cyneg. 156, cum Medum modo nominaſſet. Alter verſus eiusdem ſententiae noua eſt exornatio: *gentes vtroque ab littore*, h. extremi Orientis et Occidentis, *bis triumphatas*, de quibus bini triumphi habiti ſunt (non vulgari vſu, vt bis eaedem gentes victae ſint); h. totum terrarum orbem victum ab Auguſto.

34. *ſpirantia aera, viuos vultus*, Aen. VI, 848. 849.

35. Gentis Iuliae progenitores, vt vulgo ferebantur, ducta ab Iulo, ſiue Aſcanio, Aeneae filio, origine. A Iouis et Electrae filio Dardano Erichthonius, cuius filius *Tros* Ilum, Ganymeden et *Aſſaracum* genuit, vid. Homer. Iliad. *υ*, 215 ſq. Ex Ilo Laomedon, ex hoc Priamus. *Ex Aſſaraco Capys*, ex hoc *Anchiſes*, ex hoc *Aeneas*. Porro *Apollo*, Troiae conditor, adiungitur, quia is, tamquam deus tutelaris, inprimis magna religione ab Auguſto colebatur, quem adeo Apollinis filium vulgus ferebat. v. Sueton. Aug. c. 94.

37. Altera ex parte in hoc templo ſignum ponetur Invidiae, ſed debellatae et ad Tartarum proturbatae. Splendide autem omnia exornauit. Scilicet bella ciui-

Digitized by Google

Cocyti metuet, tortosque Ixionis anguis
Inmanemque rotam, et non exſuperabile ſaxum.
Interea Dryadum ſiluas ſaltusque ſequamur 40

38 *Cocytum* Moret. ſec.; ab eodem mox *que* abeſt. *Ixionis orbes* Romanus; quod perpetuum hac in re; itaque Spencius Polymetis Dial. XVI, 189 et alius Vir doctus, de quo iam Burm. monuit, in Miſc. Obſſ. Vol. I, p. 269 et 390. Vol. III, p. 309 vulgatae praeferebat, inprimis propterea, quod nullus anguibus in Ixionis ſupplicio locus eſt. At vid. Not. et ibi Seru. conf. Schrader. ad Muſaeum p. 286. In iisdem Obſſ. cum Marklandi coniectura, *Ixionis axes*, tum Bataui Editoris, *Ixionis artus* vel *vngues* propoſita. Omnia perperam. *axes* etiam Dauiſius ad Cic. de N. D. II, 42 coniectabat. 40 *ſequemur* Erf.

lia omninoque discordiam ciuium iam plane coercitam eſſe, ſymbolice innuit; vt in ſimili imagine *Claudentur belli portae, Furor impius intus Saeua ſedens ſuper arma* etc. Aen. I, 293 ſq. *metuere* Cocytum, Ixionis et Siſyphi ſupplicium, Inuidia dicitur ornate, quae in Tartaro verſatur, ac ſi iſtarum rerum aſpectu terreatur; vt alias *horrere* ac *terreri* dicitur pro ſimplici *videre*. *ſeuerus*, perpetuum rerum infernarum epitheton, vt triſtis, ſaeuus. 38. *tortos Ixionis angues*, quibus, pro vinculis, religatus eſt ad rotam, poſtquam illicitos Iunonis petivit amplexus. Ita et Seruius. Siue poeta hoc ipſe excogitauit, ſiue, quod probabilius ſit, ex poeta Graeco acceptum habuit: ingenioſe pro vinculis angues innexuit Ixioni. Vulgo ſimpliciter vincula et nexus memorantur: vid. Apollon. Rhod. III, 62. Alia loca vid. in Miſc. Obſſ. Vol. I, pag. 269. Vol. III, p. 312 ſqq. Indulſiſſe ſibi poetas in Ixionis rota voluenda, videbimus inf. Ge. IV, 484. *Saxum* Siſyphi notari, obuium eſt; quod *exſuperari* non poteſt hactenus, quoniam ad ſummum montis verticem emoveri et adduci nequit. λᾶας ἀναιδὴς Odyſſ. λ, 597, improbus, ingens, qui pondere ſuo vrget, nec ſubmoueri poteſt, adeoque grauis.

40. Interea argumentum ſe ſuum de armentorum cura proſequuturum eſſe ait.

Digitized by Google

Intactos, tua, Maecenas, haud mollia iussa.
Te sine nil altum mens inchoat. En, age, segnis
Rumpe moras; vocat ingenti clamore Cithaeron,

42 *actum* Zulich. *Eia age segnes* Valer. Probus Art. Gramm. I, ap. Heins. *segnis* Heins. e potioribus. 43 *vacat* Medic. a m. pr. Mirum a viris doctis *Cythaeron* edi et scribi; quod male fit; Κιθαιρών.

saltus intactos, argumentum carminis, quod nullus adhuc inter Romanos poeta attigerat. *haud mollia* iussa h. dura, rem non leuem, difficilem, imponentia. Itaque *Te sine*, nisi eo auctore, seu suaserit, seu iusserit.

42. 43. Praeclare illud: Ades, o Maecenas! ex eo ornat, quasi rerum, quas dicturus sit, turba instet, nec, vt multis eum exoret, patiatur. Vidit Cerda. *Nunc nostra serenus Orsa iuues* Valer. Fl. I pr. ad Caesarem Vespasianum. Vulgo ita accipitur, vt poeta se ipsum alloquatur et excitet. Accipe saltem dicta pro vulgari: Verum ad ipsam rem accedendum est sine mora. 43. *vocat ingenti clamore Cithaeron.* Haerebam in adiuncto: *ingenti clamore.* Ad sacros Bacchantium vlulatus, v. c. Ouid. Met. III, 702. 703, referre hoc non licet. Ad armenta vulgo referunt, eumque pascuis nobilem esse edunt interpretes. De altero hoc equidem dubitabam; multo magis, quomodo *ingens clamor* ad armenta reuocari posset; qui contra de venatione passim a poetis frequentatur: conf. inf. 413; et sequuntur *Taygeti* (v. supr. Georg. II, 488) *canes*, quod et ipsum ad venationem spectat. Tradet autem et canum curam v. 404. Ouwens in Noct. Hag. p. 583. 584 multis exemplis docuit, armenta et greges in Cithaerone errasse: qua de re equidem non dubitabam; occurrit enim res in fabulis Amphionis ac Zethi et Oedipi; sed nobilitatem pascuorum exemplorum vsu declaratam desiderabam, vt ab ea Cithaeron poetae memorari posset pro quibuscunque pascuis. Clamorem boum et vaccarum occurrere,

Digitized by Google

Taygetique canes, domitrixque Epidaurus equorum;
Et vox adſenſu nemorum ingeminata remugit.
Mox tamen ardentis adcingar dicere pugnas
Caeſaris, et nomen fama tot ferre per annos,
Tithoni prima quot abeſt ab origine Caeſar.

44 *domitorque* Zulich. *equarum* Leid.; vulgatam agnoſcit Lutat. ad Stat. Theb. IV, 123. vid. ad Georg. I, 59 Burmann. 46. 47. 48 qui abeſſe ſorte poterant, pro ſpuriis habebat Hurdius l. l. ad Horat. Ep. ad Aug. 16. 46 *Mox etiam* Regius Martini. 47 *tot fama* Zulich. *Caeſaris et famam et nomen tot* Rufinian. de Schem. Lexeos p. 32. vid. Burm. Sane non male interpungas: *accingar dicere pugnas, Caeſaris et nomen fama.* 48 *quod* Medic. a m. pr. Romanus, Reg. et Goth. pr. *quotus eſt* Ven.

non magis inficiabar: at *ingenti clamore* quis boues deſignet? Decedam tamen de opinione mea ea de cauſſa, quia argumentum, quod verſat poeta, non tam ad venationem, quam ad armenta ſpectat, adeoque boues in Cithaerone requiruntur, vt mox equi. Alterum vero *ingenti clamore* ſic tuebor, vt non ad Cithaeronem ſolum referam, verum ad omnia, quae ſequuntur: ingenti clamore vocant me Cithaeron, Taygetus et Epidaurus. Ita de vaccarum, canum et equarum vocibus communiter *ingens clamor* commode praedicari potuit. Ita tandem rem expeditam puto. *Epidaurus* cum tota Argolide *equorum* cura nobilis: niſi ex Homero tenueris, vide vel Intpp. Horat. Carm. I, 7, 9 *Aptum dicit equis Argos.* cf. inf. 121 et Strabo VIII, p. 595. 48. Sollenni poetarum huius aeui more et artificio Auguſti laudes ampliores ad annos ſeriores maiorique rerum et artis vſu firmatos ſeponit. *Tithonus* et ipſe ad gentis Iuliae origines pertinet. Erat enim Trois abnepos, Laomedontis filius. Tempus, quod ab hoc progenitore (nam *a prima Tithoni origine* eſt, a Tithono) efluxit ad Caeſarem, pro in-

Digitized by Google

Seu quis, Olympiacae miratus praemia palmae,
Paſcit equos; ſeu quis fortis ad aratra iuuencos:
Corpora praecipue matrum legat. Optuma toruae
Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix,
Et crurum tenus a mento palearia pendent;
Tum longo nullus lateri modus; omnia magna,

49 *miratur* Menag. alt. *praemia pugnae* Nonius Marcell. in *mirari*, errore ſolito. 50 *ſeu quis fortis ad aratra iuuencos.* Aut iungi poteſt *paſcit iuuencos ad aratra*, aut *fortes ad aratra.* 51 *Optuma* ſcripſit Heinſ. ex Mentel. et Nonio Marcello, quod cum ſemel ille induxiſſet, ſequandum fuit per totum Virgilium. 53 *armento* Ven. *ammento palearea* Goth. pr.

finito tempore ponitur. Argutantur et in his Intpp., inprimis Martinus. *Ardentes pugnas* vſ. 46 Auguſteo ſaeculo indignas cenſet Warton. at *ſtudium, virtus, ardens; ardent pugnantes, pugna calet, feruet;* quidni et, *ardet?*

49—51. De fetura armentorum acturus, vaccarum optimarum, quae tauro ſubmitti poſſint, notas enarrare incipit. conf. Varro R. R. II, 5. Colum. VI, 1 et 21. Pallad. Mart. tit. XI, 5. Plin. VIII, 45, ſ. 70. Geopon. XVII, 2. *Olympiacae miratus praemia palmae*, ſplendide pro, ſtudio certaminum curulium. 52. *turpe caput*, fronte lata; vt omnes ſcriptores laudati monent; vnde et *βοῦς εὐρυμέτωπος* et *πλατυμέτωπος*. *Nec ab adſpectu decoros* Columella Apenninum alere dixerat VI, 1, 2, et Plin. VIII, 45, ſ. 70 *Non degeneres exiſtimandi etiam minus laudato adſpectu.* Nec tamen *turpis* et *magnus* propterea pro ſynonymis habenda. *cui plurima ceruix*, h. ceruice longa et, quod notes, ſimul firma et craſſa; nam in ceruice robur tauri inprimis ſpectatur. 54. Lateribus porrectis, *βαθυπλεύρους*, eſſe vult eas vaccas.

Digitized by Google

Pes etiam; et camuris hirtae ſub cornibus aures. 55

Nec mihi displiceat maculis inſignis et albo,
Aut iuga detrectans; interdumque aſpera cornu,

55 *camuris* Rom. Medic. a m. pr. et alii. *cameris* apud Nonium et in libris nonnullis ap. Heinſ. ſcribitur; conf. Macrob. VI, 4 extr. • *camyris* Medic. a m. ſec. et Mentel. alt. *camiris* Gud. Moret. Goth. ſec. *curuis* Voſſ. alt. *cum cornibus* Medic. a m. pr. 56 *Nec tibi* Medic. a m. pr. Parrhaſ., nec hoc male. *et auro* Zulich. 57 *detractans* Rom. cum vetuſtiſſ. Pierianis: et ſic edd. vett., in his Ald. pr., et nonnulli apud Burm., tres apud Martin. *que* abeſt a Leid. *cornum* Gudian. a m. pr.

Latus autem pro toto corpore, perpetuo vſu. 55. *Pes etiam* ſcilicet magnus eſt. Hoc naturalis orationis ordo offert. Cerda cum aliis ex Varronis loco II, 5, 8, quem ſequutus eſſe videtur poeta, *pedibus non latis*, etc., hanc interpretationem refellit et iungit: Pes etiam et aures hirtae eſſe debent. *Aures hirtas, ſetoſas, piloſas*, in laude eſſe, dubitari nequit; et eas inter notas bonae vaccae omnes referunt: at *pedes hirtos* memorari non vidi. Varronis autem locus fruſtra huc vocatus, et *pes* nimis anguſte ex vulgari ratione acceptus. Poeta totum crus eo nomine deſignare potuit. Crura autem etiam Varro l. l. *breuiora potius, quam longa* eſſe voluit, vt ex libris ibi legendum; ſed dum breuia ſunt, craſſa, *compacta* (vt Colum. VI, 1, 3), eoque magna eſſe poſſunt. σκέλη παχύτερα μᾶλλον ἢ μακρότερα Geop. XVII, 2. Numquamne nos in poeta verſari, memores erimus? *camura cornua* ſunt incurua, introrſum conuerſa. vid. Macrob. Sat. VI, 4. ἕλικας βόας εὐρυμετώπους Homeri (vt Od. λ, 288) non male comparat Vrſinus.

56. *Nec mihi displiceat.* Litotes figura eſt, inquit Seruius, id eſt, valde placeat, vt Aen. VII, 261 *Munera nec ſperno. maculis inſignis et albo:* definire non auſim, vtrum ſint maculae nigrae in albo corpore, an albae in nigro ru-

Digitized by Google

Et faciem tauro propior; quaeque ardua tota,
Et gradiens ima verrit veſtigia cauda.
Aetas Lucinam iuſtosque pati hymenaeos
Deſinit ante decem, poſt quatuor incipit annos:
Cetera nec feturae habilis, nec fortis aratris.
Interea, ſuperat gregibus dum laeta iuuentas,
Solue mares; mitte in Venerem pecuaria primus,
Atque aliam ex alia generando ſuffice prolem.
Optuma quaeque dies miſeris mortalibus aeui

58 *facie* Rottend. alt. et Voſſ. pr. 59 *vna* Menag. alt. *vertis* Franc. Goth. 60 *Aeſtas* Medic. a m. pr. *Lucina* Romanus et Medic. a m. pr. *Lucinamque pati iuſtosque hymenaeos* Zulich. 63 *iuuentas* Heinſ., vt Roman. Medic. a m. ſec. et ceteri vetuſtiſſimi. *iuuentus* vulgo, vt eſt in Goth. pr. 65 *confice* vnus Arundel.

foue; praeſtat hoc iunctura, maculis et albo.

60. Aetas iuſta admittendi taurum et pariendi. Colum. VI, 24, 1 *Ex his, qui quadrimis minores ſunt, maioresque quam duodecim* (noſter decem) *annorum, prohibentur admiſſura* etc. conf. Varro R. R. II, 1, 13 et II, 5, 13. Plin. VIII, 45, ſ. 70; at vide, quam caſte et decore poeta hanc rem expreſſerit; vt et in ſeqq. *Iuſti hymenaei*, iuſta et matura aetate initi. vid. Burmann. 63 ſq. *Interea*, in ſpatio hoc quinquennii, dum inuenili vigore vtuntur boues ac tauri, hos *ſolue*, admitte. De tauris nunc non laborat; cum de iis alio loco mox dicturus ſit vſſ. 212 ſqq. 64. *pecuaria* non loca h. l., ſed ipſa pecora, boues, ſunt. conf. inf. 471 *aeſtiua*. *primus*, h. quamprimum mitte, dum iuuenilis aetas ſupereſt, durat. Sic mox *Prima fugit*, vulgo, cito. Vt ſint *aetatis mediae, magis quae iuuentute minor eſt, quam quae declinet in ſenium* Pallad. IV, 11, 4.

66. *Optima dies*, vt *optima, melior, bona aetas*, de iuuentute. conf. Cerda. Ab armentis ad homines re-

Digitized by Google

Prima fugit; ſubeunt morbi, triſtisque ſenectus;
Et labor et durae rapit inclementia mortis.
Semper erunt, quarum mutari corpora malis:
Semper enim refice; ac, ne poſt amiſſa requiras,
Anteueni, et ſubolem armento ſortire quotannis.

67 *fuit* Moret. pr. a m. pr. *morbus* Franc. Interpungunt quoque *fenectus Et labor; et d.* at *labor* eſt aerumna, quae conficit vires. Auferunt nos aerumnae et mors fatalis. 69 *Semper erit* Menag. pr., noto graecismo, quem expulſum a librariis putabat Broukh. *Semper enim* vnus Mead. *mauis* Medic. cum Voſſ. pr. Parrhaſ. et Ed. Ven. tres apud Martin. cum edd. vett. *matris* Rottend. alter. *nauis* Goth. pr. 70 *an ne* Rottend. ſec. *admiſſa* Medic. *commiſſa* Ven. 71 *et* abeſt a Longob. et Medic. Pierii.

tulit breuem ac fluxam vitae conditionem. Dicas, non ſatis cum ceteris vinctam et iunctam eſſe ſententiam; id quidem fateor; fatendum tamen et hoc, ſententiae plus dignitatis ex hac ad mortales translatione acceſſiſſe.

69. Varro R. R. II, 5, 17 *Item* (de bobus agebat) *vt in reliquis gregibus pecuariis delectus quotannis habendus, reiiculae reiiciundae, quod locum occupant earum, quae ferre poſſunt fructus.* Colum. VI, 22, 1 *Sed curandum eſt omnibus annis in hoc aeque atque in reliquis gregibus pecoris, vt delectus habeatur; nam et enixae et vetuſtae, quae gignere deſierunt, ſummouendae ſunt* etc. cf. eundem de ouibus VII, 3, 13. 14. *quarum corpora*, h. quas cum aliis permutari velis; alias iis ſubmittere, ſubſtituere, ſufficere. *Semper* enim *refice*, h. igitur, vt γὰρ pro ἄρα, δή. *amiſſa* ſcil. corpora. 71. Totum locum, et hanc inprimis verſum vide ad canes translatum et imitatione expreſſum a Nemeſiano Cyneg. 200—205. *Sortiri* etiam ſine ſortis notione eſt eligere et ſubſtituere.

Digitized by Google

Nec non et pecori eſt idem dilectus equino.
Tu modo, quos in ſpem ſtatues ſubmittere gentis,
Praecipuum iam inde a teneris inpende laborem.
Continuo pecoris generoſi pullus in aruis

72 *dilectus* e Medic. et vet. Heinſ., vt ante *ſubolem*. Vulgo *delectus*. *vt pecori* Ven. *eſto idem* coni. Heinſii. 73 *ſtatues* ab Heinſ. ex Medic. et antiquiſſimis aliis; ſic et Macrob. Sat. VI, 6, et Probus in Arte Grammat.; ſic tamen iam ediderant Egnatius et Naugerius. *ſtatuis* vulgo. *gentes* Roman. 75 *generoſus* Cerda edidit, ſine auctoritate.

72—137. Sequitur locus de equorum cura, et quidem de admiſſura vsque ad 208. In equo admiſſario ſeligendo quae ſint ſpectanda 75. ſigna e forma, inceſſu, animo, colore, aetate, tum et vſ. 100 parentes ac ſtirpem, alacritatem et impatientiam in curriculo, ad 122 et victum reliquamque curam ſubiungit, ſub ipſum admiſſurae tempus etiam in equabus — 137. 73. Exquiſita varietate, vt Seruius notauit, cum de taurino genere ageret, matrem nunc, cum de equino, patrem admiſſarium deſcribit. *Submittere* dicitur vniverſe de iis, qui ſubſtituuntur in aliorum locum, aut ad ſupplendum gregem aluntur; v. ſup. ad Ecl. I, 46; nunc proprie de equis, qui ad admiſſuram aluntur, h. vt in locum aliorum, ſeturae inutilium, ipſi ſuccedant. Satis definita res et expedita adiecto, *in ſpem gregis;* praecipuam curam iis impende, quos, vt noua proles inde naſcatur, voles ſubſtituere admiſſariis propter vires fractas remouendis. Ita discernere licet plura temere confuſa. Vt poeta, permutat voces *gregem* et *armenta*, vt *grex* nunc equorum ſit, ita et *pecus*.

75. *Continuo*, primo. De forma hac cf. Georg. I, 169. *pecus*, h. l. equinum v. 72. Notas has generoſioris pulli illuſtrant loca a Cerda congeſta: vide Xenoph. de re equeſtri pr. Varro R. R. II, 7. Colum. VI, 29. Geopon. XVI, 1 et 2. Inter poetas, praeter Oppianum, qui Ma-

Digitized by Google

Altius ingreditur, et mollia crura reponit.
Primus et ire viam, et fluuios tentare minaces
Audet, et ignoto sese committere ponti;
Nec vanos horret strepitus. Illi ardua ceruix,
Argutumque caput, breuis aluus, obesaque terga;

76 *reflectit* Cantabrig. 77 *Primus inire viam* ap. Senec. ep. 95. 78 *ponto* Medic. a m. pr. Gud. cum plerisque scriptis et edd., etiam Seneca ep. 95. Sic et vterque Goth. et Erf. Ita *pontus* quaeuis aqua esset, vide tamen Heins., qui defendit *ponti*; quod habet Rom. Longob. Pierii cum aliis, etiam Edit. Mediol. Colum. VI, 29, 1 *si fossam sine cunctatione transibit, pontem flumenque transcendit.* 79 *varios* Edd. Ald. (pr. puta) et Iunt. et aliae, Goth. pr., duo Martini. Interiecta haec et parenthesi esse includenda: *Illi ardua ceruix — Et giluo* dixit Quinctil. Inst. Or. VIII, 2, 15, quod tamen facere necesse non est.

ronem ante oculos habuisse videtur, Cyneg. I, 173, cf. Nemesian. Cyneg. 240 sqq. ex nostro illustrandus, et Calpurn. Ecl. VI, 51 sqq. Omnino ad antiquitatem rei equestris videndus Bochart. Hierozoic. II, 6 sq. 76. *Altius ingreditur*, Varro l. l. *Cruribus rectis et aequalibus.* Columell. l. l. *aequalibus atque altis rectisque cruribus;* nec ad spiritum et superbiam nunc referendum. Monuit etiam Martinus. *mollia crura reponit*, poetica ratione pro molliter; fit autem hoc, dum crura et ipsa sunt mollia, h. quae facile flecti et incuruari possint. Quod si ars accesserit, tum *sinuat alterna volumina crurum* v. 192. Ab Ennio sumtum hemistichium, *et mollia crura reponit*, notauit Seruius. πῶλον ὑγρῶς κάμπτειν τὰ γόνατα dixit Xenoph. ibid. c. 1, 6. Imitatum esse Silium XVI, 444 obseruat Burmann. *tum mollia crura superbi Attollens gressus.* Versum etiam in animo habuit Gratius Cyneg. 503 *ardua fundet in auras Crura.*

80. *Argutum caput. Si caput habet non magnum* Varro l. l. §. 5. *exiguum caput* Colum. VI, 29, 2. *breue* Horat. Sat. I, 2, 89.

Digitized by Google

Luxuriatque toris animoſum pectus. Honeſti
Spadices, glaucique; color deterrimus albis,
Et giluo. Tum, ſi qua ſonum procul arma dedere,

82 *glaucoque* Mentel. tert. a m. pr. *albo* Parrhaſ. *albis et giluo* iunctim, vt ſint *albogilui*, iam in Seruianis pannis legitur; ita tamen *albo et giluo* expectares, aut *albis e giluo*.

Ergo notio ſubeſt venuſtatis alicuius cum breuitate et alacritate; ſi ad animum transfertur, ingenioſae ſubtilitatis et acuminis. *breuis aluus*, h. venter ſubſtrictus. Varro ibid. *ventre modico, lumbis deorſum verſum preſſis.* Et Nemeſian. 244 *Immodicumque latus, parvaeque ingentibus alui.* 81. *Luxuriat toris animoſum pectus*, ornate pro, pectus eſt toroſum et eminens pulpis, vt Seru. ait, h. *latum ac plenum*, vt Varroni ibid. Colum. autem: *lato et muſculorum toris numeroſo pectore.* Pallad. *pectus late patens. Luxuriari* vero ex more de laetioribus incrementis.

82. Inter pulcros equorum colores refert *ſpadicem glaucumque.* Quamquam de colorum apud veteres nominibus difficilis eſt disputatio, ex loco tamen claſſico Gellii II, 26 (poſt virorum doctorum disputationes hic et ad Grat. Cyneg. 532. Salm. Exerc. Plin. pag. 935) ſatis apparet, eſſe ſpadicem, a ſpadice palma dictum, ex rufo genere, et conuenire cum noſtro fuſco colore a caſtanea appellato: in equis color *badius, bai, baio.* (a βαΐς, βάϊον, ramus palmae) *Nam phoeniceus, quem tu graece Φοίνικα dixiſti,* (ap. Hom. Il. ψ, 454) *et rutilus et ſpadix, phoenicei συνώνυμος, qui factus graece noſter eſt, exuberantiam ſplendoremque ſignificant ruboris; quales ſunt fructus palmae arboris, non admodum ſole incocti, vnde ſpadici et phoeniceo nomen eſt. Spadica enim Dorici vocant anulſum e palma termitem cum fructu.* add. Schneideri doctam notam ad Palladium p. 135. Iam *glaucus* in noſtrum *grau*, quod proxime ad

Stare loco neſcit; micat auribus, et tremit artus;
Conlectumque fremens voluit ſub naribus ignem. 85

84 *tremet* Mentel. pr. 85 *fremens* Medic. cum quinque Heinſ. Cantabrig. Erf. Edd. Ven. et Mediol. et Medic. Pierii a m. ſec. *tremens* Franc. a m. pr. At *premens* etiam Seneca epiſt. 95. quod, noto poetarum more, notionem primariam roborat, *voluit premendo ſub naribus*, vt cum impetu illum exſpiret; ſpiritu cum fremitu, ac ſi intercluſus eſſet, ſubinde ducto, diductis naribus. *εὐρύνει τοὺς μυκτῆρας* ap. Xenoph. l. c. Hactenus exquiſita eſt lectio; altera vſitatior et ad interpolationem non tam procliuis.

caeruleum accedit, incidere, ex iis, quae ab Intpp., inprimis Martino, dicta ſunt, apparet. *Album* colorem hic pallidum, et a *candido*, nitente, quem ipſe alibi commendat: Aen. XII, 84, diuerſum ponere potuit, etſi alias vtrumque nomen promiſcue adhibere ſoleat; quod Martinus docere volebat. Poteſt tamen et illa ratio probari, vt *candor* in equis quidem aliis laudari potuerit, at in aliis, vt in admiſſario, de quo hic agitur, improbari. *Giluus* tandem flauus color is eſſe videtur, qui ad mellis colorem proxime accedat. v. Salmaſ. ad Solin. pag. 181. Pro cineritio haberi video ab auctoribus Picturar. Herculan. Tom. I, p. 131, Nota 2 et 138. De coloribus equorum omnino v. Bochart. Hieroz. II, 7, inprimisque de albo p. 104 ſq., de giluo p. 109.

83—85. Equus animoſus et pugnandi ardore incenſus: locus a multis tractatus; nonnulla collegit Cerda; add. Statius Theb. VI, 389 ſq. VIII, 382 ſq. et primo loco Aeſchyl. VII ad Theb. 394 ſq. iam comparatus cum Marone a Schutzio. *micat auribus*, in ſoluta oratione, aures micant in capite, celeriter mouentur, arriguntur. *agiles aures* Nemeſian. Cyneg. 245. Et pro, tremit artubus, ſeu artus tremunt, magis poetice dictum, *tremit artus*. 85. *ignem* praeclare dixit ardentes anhelitus; vt et alii poetae. Loca collegit Cerda. Hinc *Diomedis equi ſpirantes naribus ignem* ap. Lucret. V, 29. *Fumant humentes calida*

Digitized by Google

Denſa iuba; et dextro iactata recumbit in armo.
At duplex agitur per lumbos ſpina; cauatque
Tellurem, et ſolido grauiter ſonat vngula cornu.
Talis Amyclaei domitus Pollucis habenis
Cyllarus, et, quorum Graii meminere poetae,

Pro altera tamen lectione grauior eſt auctoritas, quod manifeſte eſt expreſſa ex verſu Lucretiano V, 1076 *Et fremitum patulis ſub naribus edit ad arma.* Receperat iam Wakef. et Voſſ. etſi vereor vel ſic, fore qui factum improbent. 87 *Aut* tres Burm. *Et* Parrhaſ. *Ac* Erf. 88 *quatit vngula* Rom. Pierii; ex Aen. XI, 875. VIII, 596 et Ennio ap. Macrob. Sat. VI, 1. vid. Heinſ. Cum *ſolido cornu* melius conſentit *ſonat. grauiter ſolido* Menag. pr. 89 *Amyclaeis habenis* Mentel. et Menag. pr. fragm. Moret. Rottend. alter, Reg. *Amycla et* Rom. 90 *Grai* ſcribunt multi codd. antiquiores, vt et alibi. v. Pierium.

de nare vapores Nemeſ. Cyneg. 248. cf. Stat. Theb. VI, 471. 472. Multo magis res in Graecis obuia: πῦρ πνείοντες.

87. *Duplex ſpina* ab omnibus veteribus in bono equo laudatur. vid. Varro II, 7, 5. Colum. VI, 29, 2. Geopon. XVI, 1. v. alios ap. Cerdam. Innuere videntur ſpinam latam, craſſam, vt maxime verſus clunes tamquam cauum ſulcum faciat, nec tamen ipſa ſpina appareat. Nemeſian. Cyneg. 243 *Illis ampla ſatis laeui ſunt aequora dorſo.* Idem Calpurn. Ecl. VI, 54 expreſſit, *Terga ſedent;* et forte hinc Ouidii Met. XII, 401 *Sic tergum ſeſſile, ſic ſtant Pectora celſu toris.* Contrarium vitium, *extans* ſpina apud Varronem, et Grat. Cyneg. 526 *ſi tenuis dorſo curuatur ſpina.* 88. *ſolido cornu;* vult vngulas duras eſſe; vt monent Varro, Colum. l. l., vt ſollenne epitheton μώνυχες, κρατερώνυχες ἵπποι. *Sonat*, et hoc proprie; *et vrbem Eques ſonante verberabit vngula* Horat. Epod. 16, 12. vid. Xenoph. de re equ. cap. 1, §. 3.

90. *Cyllarus* equus communiter Caſtori ſoli tribuitur, qui ἱππόδαμος iam Homero Odyſſ. λ, 299 dictus. Nec minus tamen interdum

Digitized by Google

Martis equi biiuges, et magni currus Achilli.
Talis et ipſe iubam ceruice effudit equina
Coniugis aduentu pernix Saturnus, et altum
Pelion hinnitu fugiens inpleuit acuto.
Hunc quoque, vbi aut morbo grauis, aut iam ſegnior annis
Deficit, abde domo; nec turpi ignoſce ſenectae.

91 *Achilli* Heinſ. e Mentel. pr. Gud. et duobus aliis. Adde Goth. ſec. *Achilles* Medic. a m. pr. pro *Achillei*. At *Achillis* Rom. cum al. v. ad Aen. I, 30. 92 *effundit* Heinſ. repoſuit, motus auctoritate Romani, Medicei et aliorum vetuſtiſſ. codd. Sic et tres ap. Martin.; ratio tamen tuetur vulgatam alteram multorum lectionem: *effudit*. Sic et vterque Goth. *fudit* aliquot Pieriani, et Leid. a m. pr. *ipſe comam* Moret. alt. et Rottend. tert. *iubam in ceruice* Goth. ſec. *equinam* Menag. pr. et Zulich. cum Erf. *equinae* Rottend. alter. 95 *Hinc* Medic. *grauis* a Goth. pr., et *iam* abeſt a Regio Martin. *ſegnior aetas* Romanus. *annus* ed. Norimb. 96 *et turpi* aut *turpique* emendare voluere viri docti apud Burm., ſed vid. Not. *ſenecta* Gud. a m. pr.

vterque frater equis inſidet. Sunt tandem et loca ab Intpp. excitata, in quibus Cyllarus Polluci tribuitur, v. Cerda et Martinus. *Amyclae*, Laconicae vrbs, Tyndarei regia, in qua educati Caſtor et Pollux. Res nota. 91. *Martis equi* ex Homero Iliad. o, 119 noti. Male Seruius Δείμου et Φόβου, qui Martis ſunt comites ac filii, eos appellatos tradit. *currus Achillis*, h. equi ap. Homer. Iliad. π, 148 ſq. 92. Talem formam habebat (at quam ornate hoc poeta extulit!) Saturnus, cum equi ſpeciem aſſumſiſſet, vt furta ſua cum Philyra, Oceani filia (vnde Chiron natus) in Pelio Opem celaret. v. Apollon. II, 1236 ſq. Apollod. I, 2, 4. Hygin. f. 138. Probus ad h. l.

96. Parum diuturnus eſt vigor equi admiſſarii: hinc neceſſitas impoſita, ſubinde ſubmittendi alium (vſ. 73). *abde domo, nec turpi ignoſce ſenectae*. Varie tentatus ab Intpp. locus. Etſi non video, quid impe-

Digitized by Google

diat, quo minus equus admiſſarius, qui ab armentis remouetur et in ſtabulo ad opus faciendum habetur, *domo abdi* dici poſſit (perſiſtit quoque in hoc tuendo Ouwens N. Hag. p. 585, et laudat Horat. I Epiſt. I, 5 de emerito gladiatore: *latet abditus agro*). Litem tamen dirimere videri debet Nemeſiani imitatio Cyneg. 141, vbi de catulis recenti partu editis: *Sin vero haec cura eſt, melior ne forte necetur,* Abdaturue domo; *catulosque probare voluntas:* vbi apparet eſſe, abdatur *a domo,* amoueatur, remoueatur. Aduocarunt eo et expoſuerunt locum noſtrum Intpp., vt tamen perperam ad ſolum *τὸ vendere,* quod nimis anguſtum eſt, reuocent. Copioſe quoque de h. l. egit Gronou. de Pec. Vet. IV, 8. *Abdere* eſt proprie dare abs ſe, amouere, reiicere. Iam autem poteſt aliquid *abdi* vel *a* loco, vel in alium locum, vt *in eo* ſeruetur, abscondatur, ergo in loco. Vnde duplex vſus verbi abdere cum caſu ſexto: *abdi domo,* i. e. a domo, et vero etiam in domo. Res ſic ſatis obvia. Itaque ap. Tibull. II, 1, 82 *hinc procul abde faces,* ab hoc loco remoue, at idem II, 3, 65 *formoſus triſtibus agris abdere* abducendo eas et ſeruando in agris. Vides et hoc exemplo, per edictum grammatica conſtitui non poſſe; ſed cauſſas eſſe perſpiciendas et eruendas. Iubet itaque poeta diligentem patremfamilias amouere, ablegare, a praedio, quocunque modo, adeoque vel vendere, effetum et inutilem ad admiſſuram (quamquam ille aliis adhuc laboribus ſufficere poteſt) equum, quamuis ſenectae miſeratio ſubeat; eſſe enim eam *turpem,* vel, communi ſenectutis epitheto, reſpectu *iuuentae, pulcrae, ſpecioſae, nitidae;* vel ex ſqq., quā ille ſe turpiter det, nec in Venerem ſatis animi ac virium habeat. Ouidius hoc Triſt. IV, 8, 19 *Ne cadat et multas palmas inhoneſtet adeptas;* ſi quidem verſus eſt Ouidii. *turpi finem donate ſenectae* ad noſtri ductum Silius XV, 654, vt iam Cerda vidit. Ouwens l. l. *nec turpi* iungebat: *et ignoſce ſenectae non turpi.*

Digitized by Google

Frigidus in Venerem senior, frustraque laborem
Ingratum trahit; et, si quando ad proelia ventum est,
Vt quondam in stipulis magnus sine viribus ignis,
Incassum furit. Ergo animos aeuumque notabis
Praecipue; hinc alias artis, prolemque parentum,

97 *in Venerem est senior* Reg. Martin. *in Venere segnior* Medic. a m. pr. 99 *in* abest a Medic. a m. pr. et Gud. et Schol. Iuuenal. VI, 366, qui tamen male *magnus nam viribus*, at idem ad Sat. X, 205 vulgatum exhibet. *in stipula* Romanus, 100 *ruit* Erf. *animum* quart. Moret. Forte malis *annos aeuumque*. De annis enim agitur. Verum declarauit vigorem iuuentae *animos aeuumque*. 101 *moremque parentum* emendabat Markland. ad Stat. Silu. V, 3, 138, sed vid. Burm. et Notam. *prolisque parentem* coni. Io. Schrader. Malim: *prolemque, parentesque, Et quis*.

97. Quanto cum dilectu voluptatem *laborem* (quamquam hoc proprium hac in re. v. inf. ad v. 127) et *ingratum* et *trahere* pro perficere dixit! et 98 *praelia*: quae perperam ad veram pugnam ac bellum retulit Cerda; etsi ad veram pugnam haec transtulit Silius V, 571—573 in loco hinc imitatione expresso. *praelia* Veneris frequenter. cf. Aen. XI, 736.

100. Procedit nunc Maro post illa, quae in equo admissario eligendo obseruanda sunt inde a v. 72, ad alia in eo obseruanda, quo *animo* ac spiritu, qua *aetate* sit; tum demum altero loco, *hinc*, etiam alias *artes*, virtutes, *prolemque parentum*, h. si quos alios iam pullos iidem parentes ediderint, qua ii sint indole, quo vigore, v. Burm. Nam eo sensu, vt pullos, quos olim ipse iam procreauerit, respicias, quemadmodum Varro de ariete praecipit II, 2, 4, accipi nequit, quia de nouo admissario hic agitur; nisi dicas, non de nouo, nec de vno, nunc agere poetam, sed de toto admissariorum

Digitized by Google

Et quis cuique dolor victo, quae gloria palmae.
Nonne vides, quum praecipiti certamine campum
Conripuere, ruuntque effuſi carcere currus;
Quum ſpes adrectae iuuenum, exſultantiaque haurit 105

102 *color* vnus Arundel. 103 *conamine* veteres aliquot ap. Pierium. Redeunt hi verſus Aen. V, 144. 145. 104 *que* abeſt a Menag. pr. 105. 106 lidem fere verſus inf. Aen. V, 137. 138, vbi vide.

genere. At idem II, 5, 9 de bubus: „*neque non praeterea, vt mares ſeminis boni ſint, quorum et forma eſt ſpectanda, et qui ex his orti ſunt, vt reſpondeant ad parentum ſpeciem.*“ 102. Tandem hoc obſerua, quem ſenſum victoriae aut ignominiae habeat.

103—112. Praeclare haec exemplo ſplendidiſſimo exornat. Nota et modum illud efferendi: *Nonne vides.* Deeſt tamen *vt.* Scilicet pergere volebat: *quantus amor laudum* ſit. Cum vero tot alia interpoſita eſſent, vſ. 112 nouam exorſus eſt ſententiam. Expreſſus autem locus ex Homero Iliad. ψ, 362 ſqq., quem comparent harum rerum ſtudioſi; nam ſingula enotare longum eſſet; et cf. Aen. V, 144 ſqq. 104. *corripuere campum*, proprie, ſpatia per campum, campi (cf. inf. 142. noto vſu poetarum) *certamine*, pro *curſu*, quo certant. *effuſi carcere* v. Georg. I, 512. 105. *ſpes arrectae iuuenum*, h. aurigarum; in ſoluta oratione: *animi ſunt arrecti ſpe.* Ita et exponenda Aen. XI, 452 *arrectae ſtimulis haud mollibus irae.* V, 138 *laudum arrecta cupido. exſultantia corda*, h. micantia, trepidantia, non modo metu ignominiae, vt dixit Lucret. III, 142 *Hic* (in pectore) *exſultat enim Pauor ac Metus;* verum etiam omnino toto illo animi motu, quo in tali tempore animus agitari ſolet. Arbitror enim, omnem illum animi tumultum et aeſtum ſpe, metu, expectatione, laudis ſtudio, pu-

Digitized by Google

Corda pauor pulſans: illi inſtant verbere torto,
Et proni dant lora: volat vi ſeruidus axis;
Iamque humiles, iamque elati ſublime videntur
Aera per vacuum ferri, atque adſurgere in auras;
Nec mora, nec requies; at fuluae nimbus arenae
Tollitur; humeſcunt ſpumis flatuque ſequentum:
Tantus amor laudum, tantae eſt victoria curae.
Primus Erichthonius currus et quatuor auſus

107 *vocat* Medic. a m. pr., perpetuo lapſu. 108 *elatis* Medic. *alatis* Gud. 109 *Aera per tenerum* Macrob. Sat. VI, 13, vt alias poeta Aen. IX, 699, vbi vid. Heinſ. *exſurgere* Romanus, cum quatuor apud Burm. Goth. ſec. *inſurgere* Longob. et Oblongus Pierii. *in auras* iidem cum aliis. 110 *vt* Zulich., vt ſitr *vt tollitur! humeſcunt ſpumis.* Wakef. *vueſcunt* malit quia Lucret. I, 307 *veſtes vueſcunt* occurrit. 112 *tanta eſt* Medic. cum nonnullis. *eſt* etiam ab aliis abeſt. 113 *quattuor* fere ſcribitur

dore ſubinde pectus vexante, a poeta per *pauorem* ſignificari. *Pauor* autem *haurit corda*, exhaurit, dum ſanguinis liberum meatum intercludit et impedit, quod ſenſus et experientia docet. Hinc pallor. Male Seruium ſequuti interpretabantur: *ferit*, vt Aen. X, 314 *latus hauritur*, de enſe; idem pauor *pulſans:* nam cor palpitat pauore. 106. *verbere torto*, torti flagelli; aut *verber* pro flagello; vt ſaepiſſime. 107. *volat vi*, cum impetu; niſi iungas: *vi feruidus*. 108. 109. *Iamque humiles*, — plane ex Hom. l. l. 368. 369. Quam magnifica autem illa, *per aera* (nam *vacuum* ornat, vt ſaepe) et *adſurgere in auras!* 110. *fuluae nimbus arenae Tollitur:* certauit cum Homer. l. l. 365 ὑπὸ δὲ στέρνοισι κονίη Ἴστατ' ἀειρομένη, ὥςτε νέφος ἠὲ θύελλα. 111. cf. Homer. l. l. Iliad. ψ, 380. 112. *amor laudum*, cupiditas, vt ſemper poetae.

113. *Erichthonium*, Athenarum regem poſt Amphi-

Digitized by Google

Iungere equos, rapidusque rotis insistere victor.
Frena Pelethronii Lapithae gyrosque dedere
Inposiți dorso, atque equitem docuere sub armis
Insultare solo, et gressus glomerare superbos.

ex more: sed iudicio parum explorato. cf. V. L. ad Aen. I, 223. 114 *rapidusque* Heins. e Romano, Medic. a m. pr. et aliis, etiam Seruio. Vulgo, *rapidisque*, vt nostri, et omnes Martini, praeter vnum Arundel. *victor*, ἐπιβάτης, emendabat Meursius Exerc. Crit. P. II, lib. IV, c. 27; nec dubito, hoc idem aliis in mentem venisse. Sed ποιητικώτερον *victor*; de cursus certamine agitur. 116 *Inposito* Goth. pr. *Inpositum dorsoque equitem* legendum putabat Reiskius.

ctyonem, quadrigas inuenisse, tradunt quoque alii. Nouum est, quod, Lapithas (quos a saltu *Pelethronio* in Pelio monte Thessaliae designat) non Centauros, equorum primos domitores fuisse, narrat Maro. Apud Plinium VII, 56 *Equo vehi Bellerophontem; frenos et strata equorum Pelethronium; pugnare ex equo Thessalos, qui Centauri appellati sunt, habitantes secundum Pelium montem* (inuenisse dicunt). *Bigas prima iunxit Phrygum natio, quadrigas Erichthonius.* Est adeo Pelethronius vir Lapitha ap. Plin. add. Hygin. f. 274, vbi vid. Not. aut igitur fabulam variauit, aut, quod verius arbitror, Centauros inter Lapithas retulit; videri enim possunt tribus Lapitharum siluestris fuisse montium iuga inhabitans. Frenorum inventum Bellerophonti Pindar. Ol. XIII, 90 sq. tribuit loco praeclaro. Scilicet non historica fide, sed aut fama obscura aut poetae figmento talia nituntur. 114. *rotis insistere*, quadrigarum cursu certare. *rapidus* (epitheto a cursu petito) et *victor* certamine: omnia ornate! 115. *gyros dedere*, h. inuenere, docuere, equum in gyrum flectere. cf. ad Tibull. IV, 1, 94. 116. *equitem* veteres Grammatici pro equo dictum volebant. v. Gell. XVIII, 5. Macrob. Sat. VII, 9. Perperam; cur *eques* non *insultare* dicatur, qui et incedere, decurrere? v. h. l. Burm. *Insul-*

Aequus vterque labor; aeque iuuenemque magiſtri
Exquirunt, calidumque animis, et curſibus acrem;
Quamuis ſaepe fuga verſos ille egerit hoſtis,
Et patriam Epirum referat, fortisque Mycenas,

118 *Durus vterque labor* Philargyr., forte ex interpretatione. *iuuenumque* Goth. pr. 119 *que* abeſt a Goth. ſec. *in curſibus* Parrhaſ. *caltdis* vnus Arundel. 121 *Cyprum referat* vnus Mead. *fortisque* ſubtilius eſſet *ve*.

tare docet campis iam Varius ante Virgilium dixerat apud Macrob. VI, 2 in praeclaris verſibus: *Quem non ille ſinit lentae moderator habenae, Qua velit, ire; ſed, anguſto prius ore* (leg. orbe) *coercens, Inſultare docet campis fingitque docendo.* Tum *eques ſub armis,* armatus; idem eques *inſultat ſolo* et *glomerat greſſum,* quatenus equum id facere cogit. *Lapithae* itaque inſidentes equis *docuere,* exemplo ſuo, *equitem inſultare ſolo,* h. primi fuere huius artis auctores.

118. In vtroque equorum vſu, nimirum et equeſtri hoc, curſus quadrigarumque, et admiſſionis illo, iuuentus omnium maxime et vigor iuuenilis ſpectatur; nec refert, eum iam multis praeliis interfuiſſe et praeclaro genere aut ſtirpe eſſe ortum; niſi ſcilicet iuuenilis aetas adſit. Reſpexi in hac ſtructura verborum ſententiarum ordinem, v. 95. 100. Alii, quod ſane primo adſpectu obuium eſt, referunt ad proxime antecedentia, vſum equi et ad curſum et ad currum; ita vero episodium languere videtur. *magiſtri,* vt bene monet Ouwens p. 588, h. l. ſunt alendorum equorum ſtudioſi, non fingendorum. Sic inf. 445 ouium, et IV, 283 qui apes colit, apiarius. 120. *fuga verſos* pro vulgari, in fugam. 121. *Epirus* (v. ſup. Georg. I, 59. conf. Bochart. Hieroz. II, 6) et *Mycenae* cum tota Argolide (v. ſup. v. 44) equos praeſtantiſſi-

Digitized by Google

Neptunique ipſa deducat origine gentem.
His animaduerſis inſtant ſub tempus, et omnis
Inpendunt curas denſo distendere pingui,
Quem legere ducem, et pecori dixere maritum;
Pubentesque ſecant herbas, fluuiosque miniſtrant,

122 *ipſam* vterque Arundel. *origine nomen* Romanus, quod ſaepe pro gente, genere, familia. vid. Heinſ. et Burm. h. l. *mentem* ed. Ven. 1475. 123 *His anima aduerſis* Medic. *inſtat* Menag. ſec. *omnem — curam* Erf. 124 *Impendent* quart. Moret. *diſtinguere* Leid. vnus. 125 *duxere* in Romano fuiſſe, notatum inuenit Burm., ſed a Bartolo nil annotatum. At ſic leg. in Cantabrig. et ed. Ven. 1482 et β Paullo Manutio. *dixiſſe* Franc. *Quem legere virum* Seru. ad Ecl. VII, 7. 126 Exemplum loci, in quo ratio critica codd. conſenſum eleuat. Antiquiſſimi omnes *Florentisque*. Sic et Gell. I, 22. At *Pubentesque* Ven. Voſſ. Moret. quart. et pr. a m. ſec. Rottend. tert. pro var. lect. et Reg., item

mos alebant. 122. Quamvis genus ducat ab ipſo Neptuno, a quo et Cerere, in equum conuerſis, *Arion* ille notiſſimus in fabulis equus natus fuit. Variat tamen fabula.

123—134. De admiſſura ipſa praecipit. Equus et taurus (nam v. 49 de vtroque praecipere incipiebat. conf. Martin.) ea ingruente ſaginandi, equae ac vaccae ſunt macerandae. Commune praeceptum Varronis II, 5, 12 et II, 1, 17. Columellae VI, 27, 8, Palladii et omnium, qui hac de re praeceperunt. *pingue* pro pinguedine; ſagina, vt in Lucretii verſu I, 258 agnoſcebat Philargyrius: *Hinc feſſae pecudes pingui per pabula laeta Corpora deponunt;* vbi vulgatum eſt: *hinc feſſae pecudes pingues:* vt iungantur *pingues per pabula*, etſi duo epitheta ſic iuncta offendunt. *denſo*, non laxo, quod quibusdam potionibus per fraudem agaſones facere conſueuerunt, vt bene Seruius. Idem *dixere*, h. deſignauere. Horat. Od. II, 7, 27 *Quem Venus arbitrum* dicit *bibendi? fluuios*, aquam. 126. *pubentes herbas*, la-

Digitized by Google

Farraque; ne blando nequeat ſupereſſe labori;
Inualidique patrum referant ieiunia nati.
Ipſa autem macie tenuant armenta volentes;
Atque, vbi concubitus primos iam nota voluptas

vnus Arundel. et aliquot Pleriani, et ſic Seruius. Primus induxit in editos Ge. Fabric. Commelin. Steph. Niſi dicendum, hanc lectionem ex Aen. IV, 514 translatam eſſe: *Falcibus et meſſae ad lanam quaeruntur aenis Pubentes herbae.* et XII, 413 *puberibus caulem foliis.* Brunck. *Florentis* reuocauit. 127 *nequeat* e vetuſtioribus poſt Pierium Heinſ. Ita tamen iam Nauger. correxerat Ald. tert. *nequeant* vulgo. Sic quoque editur ap. Gell. I, 22 vbi ille *ſupereſſe* interpretatur *ſupra laborem eſſe neque opprimi a labore. nec — nequeant* Goth. pr. 128 *nati.* Per Pulmann. edd. irrepſerat *gnati.* 129 *Ipſi* Leid. a m. ſec. recepit Wakef. *nocte* pro *macie* ed. Argent., notante Reiskio. 130 *nam nata voluptas* coniectabat Burm., et ſic Cantabrig., ſed vide Not. Id. Schrader. tentabat: *vbi concubitus primi iam mota voluptas,* vel *c. primos innata voluptas* (vt IV Georg. 177 *innatus amor,* Quid. VI Met. 458 et ſaepe) vel *ignota v.*

nuginoſas. *pubes* χνοῦς, vnde ἄνθη χνοώδη. 127. Vt poſſint ſufficere — et ne pulli prodant patrum maciem et infirmitatem. Columella VI, 27, 8 *eoque tempore, quo vocatur a feminis, robarandus eſt largo cibo; et, appropinquante vere, ordeo eruoque ſaginandus* (hoc eſt γραστίζειν. v. ad Geopon. XVI, I, p. 1106), *vt Veneri ſuperſit; quantoque fortior inierit, firmiora ſemina praebeat futurae ſtirpi.* conf. eund. VI, 24. Varr. II, 5, qui et II, 2, 13 *ordeum ſi eſt datum, firmiores fiunt ad laborem ſuſtinendum.* cf. ſupra ad v. 97.

129. Ipſas autem feminas, equas et vaccas, ante admiſſuram de inſtituto extenuare ſolent. *Voluptatem* hic ſtimulos, deſiderium voluptatis, eſſe, conf. Ecl. II, 65, Aen. X, 846, recte vidit Martinus; reliqua non aeque. Ea voluptas *ſollicitat concubitus,* magis poetice, quam ſollicitat, ſtimulat, eas ad concubitus. *nota voluptas,* cuius iam ſenſum

Digitized by Google

Sollicitat, frondisque negant, et fontibus arcent.
Saepe etiam curſu quatiunt, et ſole fatigant,
Quum grauiter tunſis gemit area frugibus, et quum
Surgentem ad Zephyrum paleae iactantur inanes.
Hoc faciunt, nimio ne luxu obtuſior vſus
Sit genitali aruo, et ſulcos oblimet inertis;

131 *et frondibus arcent* nonnulli ap. Pierium. Sic Philargyr. habebat, et Goth. ſec. 133 *Tum* in ed. Cerd. *tonſis*, *tuſis*, alii, vt ſemper. 135 *obtunſior* ſcribunt antiquiſſimi. 136 *Sint* vnus Mead. *auro* ed. Ven. 1475 et Goth. ſec. cum Erf. a m. pr. *ſulcosque* ed. Baſ. 1586. *et* abeſt ap. Bedam. *ſuccos* Zulich. *inermes* Serv. ad Aen. XII, 370. Piget conuerrere tales quisquilias.

habent, quam ſentire incipiunt. *Notum* enim latiſſime patet poetis ad ea non modo, quibus adſueuimus, verum etiam, in quibus cum maxime verſamur, quae ſentimus, quorum conſcii ſumus, et quae quocumque alio modo nos attingunt.

132. *quatiunt*, agitant, conficiunt, vt vires relaxentur. Nam, quae quatiuntur, laxantur. Verſum 132 expreſſit Val. Flacc. III, 21 *Dindyma — dum volucri quatit aſper equo*. Ad v. 133 cf. Ge. I, 192 et 298, h. medio aeſtu. Menſe Iulio admittuntur tauri; at equi iam inde ab aequinoctio verno. cf. Martin. ad h. l. 134. paleae a frumentis ſeparatae flante Fauonio Colum. II, 21, 5.

135. 136. Ne partes genitales ſint obtuſiores, nimia obeſitate, ad vſum, quem habent in concipiendo fetu. Inde *vſus* pro ipſa re, qua quis vtitur, adeoque pro natura et habitudine rei, quatenus ea ad certum vſum idonea eſt, dicitur. Sic ſupra II, 466 *vſus oliui* pro oleo. Et apud Horat. Od. III, 1, 42 *purpurarum vſus* pro purpura, qua quis vtitur. Hoc idem exprimitur altero membro: *ne luxus*, luxurians pinguedo, *oblimet ſulcos inertes*, h. ne eae partes (*ſulcos* eadem metaphora appellat, qua, ſecundum Graecos (αὔλακας. conf. ad Eurip. Phoen. 18), iam Lu-

Digitized by Google

Sed rapiat ſitiens Venerem, interiusque recondat.
Rurſus cura patrum cadere, et ſuccedere matrum
Incipit. Exactis grauidae quum menſibus errant:
Non illas grauibus quisquam iuga ducere plauſtris,
Non ſaltu ſuperare viam ſit paſſus, et acri
Carpere prata fuga, fluuiosque innare rapaces.
Saltibus in vacuis paſcant, et plena ſecundum

137 *ſitiens rapiat* Parrhaſ. 138 *turba patrum* Goth. ſec. *eadem* pro *cadere* Ven. Poſſis quoque interpungere: *Incipit, exactis — errant. Non illas grauibus.* Porro poeta non animaduertit *grauidae grauibus* ſibi ſuccedere. 140 *grauidis* vnus Mead. 141 *ſaltus* Medic. Menag. alter. 142 *fluuios — minaces* Zulich. ex v. 77. 143 *paſcuntur vero ſiluas* Nonius Mar-

eretius erat vſus, vt *aruum* et alia dicuntur) oblimatae ſint, h. obductae, pinguedine intercluſae; ſed vt celeriter concipiant genitalem auram. Haec vltima v. 137 ex Lucret. IV, 1203. 1204 expreſſit, at et caſtius et venuſtius. Praeiuit iam Hippocrates de aere et locis c. 10 extr. de Scytharum mulieribus. Alio ſenſu *Venerem rapere* ap. Horat. Sat. I, 3, 109.

138—156. Admiſſura facta admiſſarii negliguntur, et tota cura in matres grauidas conuertitur.

139. Cum vicinae partui ſunt, *exactis grauidae menſibus errant.* v. Varro II, 7, 10. 14. et reliqui de R. R. ſcriptores. 140. Proprie plauſtra ducuntur a bobus iugo iunctis. Sed poetica ratio vulgarem inuertit. Quamquam vero idem praeceptum ad equam, quadrigis ſeu bigis iungendam, pertinet, orationem tamen poeta, vt variet, ad genus bouillum magis deflectit. *acri fuga*, celeri curſu. *Carpere prata fuga*, ductum ab eo, quod *carpere viam, ſpatia*, dicimur, dum ſingulis greſſibus aliquid de ſpatio decerpitur, carpitur. Res alioqui nota. 143. *Saltus*

Digitized by Google

Flumina: muſcus vbi, et viridiſſima gramine ripa,
Speluncaeque tegant, et ſaxea procubet vmbra.
Eſt lucos Silari circa ilicibusque virentem
Plurimus Alburnum volitans, quoi nomen aſilo

cellus in v. *ſecundum;* forte ex 314. *paſcant* equae: non enim haec eſt corruptae latinitatis ſordidiſſima macula, vt Wakef. ad Lucret. II, 995 paullo inclementius pronuntiat, contendens, agricolas et armentarios paſcere greges, et armenta paſci. Non meminerat Ecl. III, 96 *paſcentes capellas* IV, 45 *paſcentes agnos* V, 12 *paſcentes haedos*, et ſic porro inf. 467 Aen. VI, 199. Dicitur adeo non vno modo *paſcere gregem, paſcere ſe* et *paſcere herbas*, quod vſitatius, depaſcere. *Paſtibus in* expreſſum a Cerda. *paſcunt* Medic. a m. pr. Moret. pr. vnus Arundel. 144 *viridiſſima gramina ripae* Medic. *gramina ripa* quart. Moret. *germine* vnus Mead. 145 *procubat* Moret. ſec. *protegat* Medic. a m. pr. Poteſt autem vel iungi et repeti: *vbi ſpeluncae tegant;* vel ſeiungi: *Flumina, muſcus vbi et ripa. Speluncaeque tegunt et ſ. p. v.* 146 *lucus* fragm. Vatic. Medic. a m. ſec. et Leid., male. *Siteri* Medic. a. m. pr., quod firmat Heinſ. *circum* Ven. *circa* Parrhaſ. *Eſt lucum Silari iuxta* Seneca epiſt. 58. 147 *Pluribus* Seneca ibid. et tres ap. Burm., male; v. Georg. I, 187. *quoi*

vacui, in quibus ſolae, quietae, otioſae paſcantur; ſine maritis, Philargyrius exponit. *plena flumina*, ne, dum aquam ex alto hauriunt, fetum elidant.

146—156. Arcendum eſſe a grauido pecore *aſilum* ait, qui cum in omnibus paſcuis, inprimis in pratis aquoſis, obuius ſit, maxime tamen in ſiluis montis Alburni, iuxta Silarum, Lucaniae fluuium, qui Tanagrum recipit, frequens eſſe ſolet; vnde ab his locis a poeta declaratur. Etiamnum eas terras ab aſilis infeſtari docent, qui de iis locis agunt aut narrant. Eſt autem *aſilus*, noto inter Romanos nomine, Graeco οἶστρος dictus (v. Odyſſ. χ, 300, et praeter Apollon. I, 1265 ſqq. Oppian. Hal. II, 521 ſqq. cf. loca poetico ornatu tumentia ap. Quinct. Smyrn. XI, 207 ſqq. Tryphiod. 348 ſqq.), *volitans*, h. e. infectum, e veſparum genere (nec multum ab eo

Digitized by Google

Romanum eſt, oeſtrum Graii vertere vocantes;
Aſper, acerba ſonans; quo tota exterrita ſiluis
Diffugiunt armenta; furit mugitibus aether
Concuſſus, ſiluaeque et ſicci ripa Tanagri.

poſt Pierium ex antiquis aliquot. At *cui* Heinſiani et alii omnes. *aſylo, aſillo,* alii, male, et mox *oeſtron.* 148 *eſt* abeſt a Goth. ſec. et tribus Martin. *Grai* fragm. Vatic. et alii, vt v. 90. *vocando* Longob. Pierii. *Graii venere vocantes* coniiciebat Reiskius; ἐληλύθασι (pro κατελήφθησαν) καλοῦντες. 149 *Aſpera* Goth. pr. 150 *Diffigunt* pro var. lect. Gud. *fugit mugitibus* fragm. Vatic. 151 *Tanacri* fragm. Vatic.

diuerſus μύωψ, ſorte et *tabanus* apud Varronem R. R. II, 5, 14, quem eundem vulgo cum aſilo putant), ſine proboſcide, at aculeo ſeu ſpiculo in cauda acutiſſimo, quo oua intra cutem armentorum demittit. Martinus laudat *Ant. Vallisneri Eſperienze ed Oſſervazioni intorno all' origine, ſviluppi e coſtumi di varj Inſetti* (in Opp. Tom. I, pag. 225). Adde *Reaumur des Inſectes* Vol. IV, pag. 504 ſq. 148. *vertere vocantes,* poetica periphraſi, vocant, reddunt, in eorum ſermonem verſum. Monendum erat; nam argutantur in hoc iam veteres Grammatici. 149. *Aſper,* iracundus, qui facile exacerbatur. τραχὺς, τετρηχὼς οἶστρος Apollon. III, 276. *acerba ſonans,* pro acerbe; edens alarum membranis ſonitum et ſuſurrum grauiſſimum. Ex Lucret. V, 34. vbi Heſperidum mala ſeruans, *Aſper, acerba tuens, immani corpore ſerpens.* et Aen. IX, 794 *at territus ille, Aſper, acerba tuens, retro redit.* 150. *Diffugiunt* cf. Valer. Flacc. III, 581 — 585. Ingenioſe ſuſpicabatur Böttticher V. C. (in *Kurt Sprengel Beyträgen zur Geſchichte d. Medic.* II. St. p. 28) e loco Longi et Valerii Flacci III, 56. conſternata per aſilos armenta locum dediſſe opinioni de terrore Panico et de Panis terriculis medio die. *furit aether,* reſonat repercuſſus furentum mugitu. Alias: furit mugitus per aetherem. 151. *ſiccus Tanager,* aeſtu

Digitized by Google

Hoc quondam monſtro horribilis exercuit iras
Inachiae Iuno peſtem meditata iuuencae.
Hunc quoque, nam mediis feruoribus acrior inſiat,
Arcebis grauido pecori, armentaque paſces
Sole recens orto, aut noctem ducentibus aſtris.
Poſt partum cura in vitulos traducitur omnis;
Continuoque notas et nomina gentis inurunt,

152. 153 aberant Moret. quart. 153 *peſtes* fragm. Moret. 154 *Hoc* Leid. tert. *Hanc* Zulich. *inſtant* Leid. pr. a m. pr. 155 *que* poſt *pecori* inſerit Medic. a m. ſec. Menag. pr., vterque Mead., male. *paſcis* fragm. Vatic. 156 *auſtris* Cantabrig. et edd. vett. 157 *in vitulos cura* ante Pierium legitur. *deducitur* Oblong. Pierii.

ſolis exſiccatus, in eundem Silarum defluens torrens. Sic ἠρὸς Κρίσις, verius Κρᾶθις, ap. Herod. V, 45, vbi cf. Weſſel. Habuit autem poeta ante oculos Homer. Odyſſ. χ, 300 ſq. Apollon. I, 1265 ſqq.

152. *Hoc monſtro*, hoc aſilo, quem immiſit, *Inachiam iuuencam*, Io, Inachi filiam, in vaccam mutatam, in furorem coniecit Iuno. 153. *peſtem meditata*, graue malum excogitauit. 154. *mediis feruoribus*, medio die; at illud ornatius. Sic inf. v. 331 *mediis aeſtibus*. de hoc enim vſu dubitari nequit conf. ſup. ad I, 297. 298. *acrior inſtat*, ſaeuius vexat.

155. *arcebis pecori* exquiſitius, quam arce *a pecore*. docet Burman. 156. *aſtra ducunt noctem*, quae iis in conſpectum venientibus ſuccedit. Alias noctem, *Noctis currum ſequi* dicuntur *ſidera*. v. Tibull. II, 1, 87.

157—178. A grauidis et enixis matribus cura ad pullos et vitulos transfertur. Orationem vt definite inſtituat: primo tantum de vitulis memorat. 158. *notas et nomina gentis inurunt, Et quos*. Priora nullam habent offenſionem. *inurere notas* ſollenne eſt; et poſſunt eſſe *notae et nomina gentis* dicta eſſe explicatiue, vt ſint *nomina* ipſa *notae*. Etiam Aen. III, 444

Digitized by Google

Et, quos aut pecori malint ſubmittere habendo,
Aut aris ſeruare ſacros, aut ſcindere terram
Et campum horrentem fractis inuertere glebis.
Cetera paſcuntur viridis armenta per herbas.

159 Turbata oratio in copula: *Et* non habet alterum, quod ei reſpondeat; Non enim ſatis eſt dicere, eſſe ordinem: notas inurunt: *et* nomina gentis, *et* quos aut. aut. aut. Difficultas verſatur in hoc, quod ita eſſet ſupplendum *et inurunt* eos, vitulos, *quos*. Atqui ruſtici *inurunt notas vitulis*, non autem inurunt *vitulos*. Aut igitur dicendum eſt, quod in nota poſui, aut accuratius de loco eſt quaerendum. Ex coniecturis, quas olim attuleram, nulla nunc placet. *malunt* Moret. pr. vnus Mead. *malit* Ven. et alter Mead. 160 *ſacros* omnes vetuſti. *ſacris* vulgg. edd. ante Heinſ. cum nonnullis codd. 162 *paſcantur* Voſſ. pr. Leid. pr. Iungebantur in edd. ſententiae: — *inuertere glebis; Cetera paſcuntur viridis armenta per herbas.* Hic autem quaeritur, quinam illi ſint aut eſſe poſſint vituli, praeter tria genera iam memorata. Nam vituli aut ſeturae, aut lanio ad cultrum vel ad aram, aut arationi deſtinantur: non apparet, quae ſint *cetera*. Difficultatem iam ſenſerat Cerda, tum Martyn, qui ita ſuſtulit, vt verſum 162 *Cetera paſcuntur* — cum ſeqq. coniungeret; vt locus ita ſe habeat: — inuertere glebis.

foliisque notas et nomina mandat. Et Calpurn. V, 84 *impreſſurus oui tua nomina*. Liceret alias poetae quoque dicere, *inurere ouem nota*. At quaeritur de altero, quod ſequitur et de eius iunctura *inurunt notas et quos*. Non enim poeta dicere potuit: *inurunt notas* vitulis, et *inurunt vitulos, quos*. Ergo altero loco ſupplendum eſt: et inurunt notas, quibus deſignent eos, quos malint. 159. *ſubmittere* in locum eorum, quos ad ſeturam torpere vident. vid. ad v. 73. *habendo:* ornat, quod habetur, alitur. vt Ge. I, 3. Ad ſententiam conf. Colum. VII, 9, 12 de ſuibus. *aris ſeruare* decentius erat, quam lanio tradere. 161. *campum horrentem*, ſimpliciter noualem, pro quocunque agro glebas duras et aſperas habente. 162. *Cetera armenta*, reliqui quidem omnes vituli in communi grege paſcuntur, praeter eos, qui

Digitized by Google

Tu quos ad ſtudium atque vſum formabis agreſtem,
Iam vitulos hortare, viamque inſiſte domandi,
Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis aetas. 165
Ac primum laxos tenui de vimine circlos
Ceruici ſubnecte; dehinc, vbi libera colla
Seruitio adſuerint, ipſis e torquibus aptos

Cetera paſcuntur viridis armenta per herbas: Tu quos ad ſtudium — pro vulgari dicta, praeter eos, *quos ad ſtudium atque vſum formabis agreſtem*, hos *iam vitulos hortare*. Martyno parueram in priore editione; deſerueram poſtea, quia durior mihi videbatur iunctura, nam expectabam: *At quos*. Nunc tamen ad prius illud redeundum eſſe video, Voſſio quoque monente, qui etiam *paſcantur* adoptauit. Vides me haec ſaltem non ſub ferula dictare, nec cum cuiuspiam contumelia. Expunxi autem comma poſt *tu;* nam iungere praeſtat: *quos tu formabis*. 163 *ad ſtudia* Romanus, Gudian. pro var. lect. Parrhaſ. a m. ſec. *ſeruabis* fragm. Moret. 166 *At primum* edd. vett. *Et* Nonius. *lapſos* Reg. Martini. *ciclos* aliquot codd. et ed. Ven. *circos* Gud. pro diu. lect. Parrhaſ. Goth. ſec. et fragm. Vatic. a m. pr. cum Iulio Sabino; hanc vocem e Lucretio reſtitutam eſſe vellet Wakef. ad Lucret. VI, 954. 167 *Cerulce* Medic., ſed idem *ſub nocte* et *criclos* a m. pr. *deinde* vnus Mead. 168 *ipſos tunc* Zulich. Goth.

operi deſtinantur ruſtico. 163. Transit ad aliud praeceptum, quod formula orditur: *Tu quos;* vt et alibi fecit: quos tu autem ad ſtudium agreſte, h. opus ruſticum, educare paras, iam vitulos adſuefacere debes labori. Rationem domandi boues a Varrone petiit de R. R. I, 20. et diligentius Colum. VI, 2, 1. Pallad. IV, 12. — 164. *viamque inſiſte domandi*, artem et rationem ingredere, curam ſuſcipe domandi, h. e. iam tum mature doma. 165. *faciles animi*, molles, dociles, v. ad Tibull. I, 1, 40. *mobilis aetas*, in qua corpus mobile, *εὐκίνητον*, flexile, agile, vegetum.

166. 167. Expreſſit verſum Nemeſian. Cyneg. 184 *Libera tunc primum conſueſcant colla ligari:* de catulis. 168. *aptos*, vinctos, nexos et illigatos inuicem ex vimineis illis vinculis; non

Digitized by Google

Iunge pares, et coge gradum conferre iuuencos;
Atque illis iam ſaepe rotae ducantur inanes
Per terram, et ſummo veſtigia puluere ſignent:
Poſt valido nitens ſub pondere ſaginus axis
Inſtrepat, et iunctos temo trahat aereus orbis.
Interea pubi indomitae non gramina tantum,
Nec veſcas ſalicum frondes, vluamque paluſtrem,
Sed frumenta manu carpes ſata. Nec tibi ſetae,

ſec. *ipſos et* Moret. quart. *ipſis de* Oblong. *ipſis et* Longob. Pierii. *ipſis ex* Reg. *ipſis cum* vnus Mead. *aptis* Zulich. *actos* duo. 169 *gradus* Goth. ſec. *tuuencis* Medic. a m. pr. 170 *Atque illos* Medic. a m. pr. *ducuntur* Rottend. pr. et vnus Mead. Mentel. pr. *ductentur* Ven. 171 *ſumma* Rottend. alter. *ſignant* Rottend. tert. et Mentel. pr. 172 *validoque* alt. Menag. 173 *Inſtrepet* Goth. ſec. *terat* Erf. *vinctos* et *orbis* nonnulli ap. Pierium. 175 *Non* alt. Rottend. *veſcae* Mentel. tert. *ſiluamque* Rom. Pierii, Parrhaſ. in marg. *vluasque* fragm. Vatic. a m. pr. 176 *Nec vbi*

ex cornibus, vt iam tum ſtupor hominum multorum ferebat. 170. *rotae inanes*, vacua plauſtra, quorum mox veſtigia intellige leuiter expreſſa in puluere, quia levia ſunt. 172. Tandem plauſtro ponderoſo et onuſto iungantur. At quam ornate hoc extulit! Pars ex Homeri illo Iliad. ε, 838 μέγα δ' ἔβραχε Φήγινος ἄξων, verſa. *temo aereus*, aere, nunc ferro, firmatus. *iuncti orbes*, rotae, h. currus, cui temo iunctus eſt.

174. *pubi indomitae*, vitulis nondum domitis, donec domentur. 175. *veſcas ſalicum frondes*, exiles, tenues, parum ſuccoſas. *veſcum papauer* Ge. IV, 131, parua grana habens, vt ſatis docuere viri docti, et iam Philargyr. h. l. *vlua*, herbae ac calami paluſtris genus, eadem cum *typha* noſtra habetur. cf. Martin. 176. *Sed* etiam *frumenta ſata*, herbas nouellae ſegetis. vid. Varro R. R. II, 5, 17.

Digitized by Google

More patrum, niuea inplebunt mulctraria vaccae,
Sed tota in dulcis conſument vbera natos.
Sin ad bella magis ſtudium turmasque feroces,
Aut Alphea rotis praelabi flumina Piſae,
Et Iouis in luco currus agitare volantis:

Moret. pr., quod Heinſio placebat, vt eſſet *necubi*, pro ne alicubi. Lucan. IX, 1058 *Necubi ſuppreſſus pereat gener.* At ſequitur, *implebunt.* 177 *mulgaria* nonnulli Pieriani, item apud Philargyr. et Nonium, qua forma et Valgium olim vſum fuiſſe notant Grammatici. Ad communem lectionem accedit aliorum ſcriptura: *mulctralla, multralia, multraria*, vt in fragm. Vatic. a m. pr., *mulcraria, mulctaria*, vt in Medic. a pr. m., *multaria.* 178 *Et* fragm. Vatic. *conſumant* Medic. a m. pr. *conſumunt* Rottend. tert. *conſumment* Gud. 179 *in turmasque* Ven. 181 *Si Iouis* vnus Mead. *volentis* fragm. Vatic.

176—178. Praeceptum a multis veteribus et recentioribus, cum de bouillo, tum de ouillo genere repetitum, cf. Varro R. R. II, 2, 17. Colum. VII, 4, 3. Geopon. XVIII, 3 extr. Et pulcri verſus Calpurnii Ecl. V, 36 iam ab aliis laudati: *Paroe tamen ſetis; neo ſint compendia tanti, Deſtruat vt niueos venalis caſeus agnos; Nam tibi praecipuo ſetura colatur amore.* Addit *more patrum*, quod ſolebant maiores facere, priſci patresfamilias et agricolae. Ambiguum quidem per verba eſt, vtrum fecerint; ex Varrone tamen apparet probabilius eſſe alterum, matribus olim mulgendo fuiſſe lac ſubductum.

179—208. Transit nunc ad curam pullorum: Varro II, 7, 6. 15. Colum. VI, 29, 1. etiam horum dilectum mature eſſe faciendum primo loco praecipit. Sin magis eſt ſtudium, *formare* (ex vſ. 163) pullos *ad bella turmasque*, h. vſum bellicum, *aut praelabi*, ſ. praeterlabi, pro, aut vt illi praelabantur, currant, curſu certent ad ripas Alphei *rotis*, quadrigarum certamine, et *agitare*, vt agitent, *currus*. De certamine Olympico eum loqui, ſatis patet, quod habebatur iuxta Alpheum. vid. v. 19. In luco Iouis erat

Digitized by Google

Primus equi labor eſt, animos atque arma videre
Bellantum, lituosque pati; tractuque gementem
Ferre rotam, et ſtabulo frenos audire ſonantis;
Tum magis atque magis blandis gaudere magiſtri
Laudibus, et plauſae ſonitum ceruicis amare.
Atque haec iam primo depulſus ab vbere matris
Audeat, inque vicem det mollibus ora capiſtris

182 *equis* Medic. *animosque ad bella* alter Rottend. Io. Schrader. poſt alia tentata legebat: *Primus equis labor eſt animoſis, arma videre;* quomodo enim equus *animos* videre poſſit? Scilicet *animi*, vt irae, θυμὸς, pro pugna, quae animoſe fit; et h. l. *animi et arma bellantum* ſunt poetae ipſi bellantes. 184 *ſtabulis* apud Nonium in *frenos*, et vnus Mead. *audere* Medic. a m. pr. conf. ad v. 188. 186 *Plauſibus et plauſae* Zulich. pr. Moret. Goth. ſec. *amarae* fragm. Vatic. a m. ſec. 188 *Audeat* Heinſ. recepit ex Medic. ac Gud. a m. pr., Mentelianis, Reg.; et ſic Romanus videtur legiſſe. Ita et fragm. Vatic. *Audiat* vulgo, minus bene. vid. Not. *inque diem, inque viam, inque fidem* tentabat Io. Schrader.

ſtadium, vt ex Strabone et Pauſania apparet.

182—184. Ante omnia equus adſuefaciendus eſt (hoc eſt: *primus equi labor eſt*) *videre*, vt videat, videre toleret bellantes, ſeu pugnas, et lituos tubasque audire, aut ſtrepitum curruum frenorumque *ferre*, perferre auribus; *rotam*, currum, *gementem tractu*, ſtridentem, dum trahitur; et in *ſtabulo frenos audire ſonantes:* de hoc v. Varro R. R. II, 7, 12. Geopon. XVI, 1; res nota. 186. Expreſſit verba Nemeſ. Cyneg. 295. 296 *Cura ſit, atque toros manibus percurrere equorum, Gaudeat vt plauſu ſonipes, laetumque relaxet Corpus.* Eſt hoc *palpare*, ποππύζειν.

187. *iam primo depulſus ab vbere*, pro, quam primum, ſtatim ac. *Audeat*, pro faciat, praeclare; quatenus pullus non expaueſcit ad plauſus. *inuicem*, vi-

Digitized by Google

Inualidus, etiamque tremens, etiam inſcius aeui.
At, tribus exactis, vbi quarta adceſſerit aeſtas,
Carpere mox gyrum incipiat, gradibusque ſonare
Conpoſitis, ſinuetque alterna volumina crurum;

189 *et iamque — et iam* Heinſ. diſiunxerat Chariſii auctoritate. Et ſic libri nonnulli; cf. Pierium; et edd. vett. Enimuero *iam — iamque* aut *iamque — iamque* dici obuium eſt; at, *et iamque — et iam*, vt in primo membro altera copulatiua ſit otioſa, poni poſſe valde dubito. Magis itaque vulgatior ratio, *etiam — etiam*, placet; vt in priore parte adiuncta copula iungat reliqua cum antecedente: *Inualidus et etiamnum tremens, etiamnum inſcius aeui.* conf. Aen. VI, 485. Atque ita plane fragm. Vatic. Medic. interpolatus *iamiamque tremens, iamiam inſcius*, cum a pr. m. *etiamque* ſcriptum bis fuiſſet. *iamiamque* etiam in Moret. fragm. *Inualidusque* Regius Martini. *etiamque* Parrhaſ. 190 *Ac* Menag. pr. et Reg. Martini. *aeſtas* Heinſ. repoſuit, vt habebat Romanus, Gudian. Mentel. pr. a m. pr. et Zulichem., vterque Arundel. Mead., et vett. edd., vt Ven. et Mediol., etiam fragm. Vatic., ſicque edidit Naugerius, et qui eum ſeqq. Ceteri *aetas*, quod an pro anno abſolute dixerit vllus poeta, mihi quidem nondum liquet; vbicunque enim legitur, varietatem lectionis inuenias. conf. Pier. et Burm. conf. inf. Georg. IV, 207. Agnoſcit tamen hoc Seruius et Nonius Marcellus in *Exigere*. Porro idem Romanus *acceperit*; ſic et Regius ap. Burmann., exquiſitiore, puto, ratione. conf. Ecl. VIII, 39, at fragm. Vatic. a pr. m. *occeperit*. 192 *currum* Medic. a m. pr. Rottend. tert.

ciſſim, quod his adſueſcit opera tua. 189. Equus ferox, indomitus, poteſt videri *conſcius* eſſe *aetatis*, iuuentae, vigoris, virium; itaque *inſcius aeui*, virium, quas nondum nec habet nec expertus eſt. Valer. Fl. I, 771 *aeui rudis altera proles*, h. aeuo, aetate rudi. Recte Seruius: nondum habens ab annis fiduciam.

190. Vid. Varro R. R. II, 7, 13. Colum. VI, 29, 4. 191. 192. *Carpere gyrum*, vt viam, campum, ſup. 142. h. in gyrum ſeu orbem ire. *ſonare gradibus compoſitis*, incedere, vngula ſonante, greſſibus numeroſis. *ſinuet alterna volumina crurum*, h. alte tollat, iactet, crura alternis; at quam ornate!

Digitized by Google

Sitque laboranti ſimilis; tum curſibus auras,
Tum vocet, ac per aperta volans, ceu liber habenis,
Aequora, vix ſumma veſtigia ponat arena:
Qualis Hyperboreis Aquilo, quum denſus ab oris
Incubuit, Scythiaeque hiemis atque arida differt

193 *cum curſibus* Reg. et Parrhaſ. in marg., fragm. Vatic. a m. ſec. cum Goth. ſec. *cruribus* Edit. Norimb. 194 *Tum vocet* Heinſ. repoſuit ex Medic. et optimo quoque; etiam Romanus ſic habet: *Pronocet*, quod vulgare, editur vulgo. *Tum monet* vel *vocet* Zulich. *Cum vocet* alter Menag. *Aduocet* vnus Arundel. *petat* tert. Rottend., ex interpret. 196 *ponit* alter Moret. *verrat* Moret. quartus, qui a m. pr. *reſonat veſtigiat. ſignat* apud Seru. ad Aen. V, 317. 196 *condenſus* Menag. alter. *horis* duo. 197 *Incumbit* Goth. ſec. *horrida* Toll. *arrida* Franc. conf. inf.

193. 194. *tum, tum curſibus auras vocet;* h. provocet, vt recte interpretati ſunt viri docti ex ſollenni poetarum vſu, etiam Graecorum. Paullo diuerſa ratione *ventos velis vocare* dicitur, qui extendit vela ad recipiendum ventum; et *alis ventos vocat,* aduocat, auis, quae eas expandit ad volatum. In exemplis apud Heinſ. et Burmann. vtraque notio confunditur; ad poſteriorem ſpectant Aen. III, 253. IV, 417. 223. V, 211. VIII, 707. At in noſtro loco ad currendum non opus eſt vento.

196—201. Curſus celeritatem cum vento comparat ſpirare incipiente: *volans — qualis* aquilo, quum incubuit atque differt, (tum ſegetes — fluctus) *volat;* et quia tot ornamentis ſententia erat intercepta, interponit vſ. 201 *Ille* volat. Porro *Hyperboreas oras* ſimpliciter pro borealibus et ſeptemtrionalibus, vt infra v. 381, et IV, 517 dixit. *Aquilo denſus,* non, vt volunt, qui denſat nubila: ſed qui magna cum vi et impetu late fertur; *denſus* praeterea pro denſe. Ouwens N. H. p. 589 *denſum* perpetuo aequalique tenore ſpirantem, non per interualla, accipere vult. *dif-*

Digitized by Google

Nubila: tum ſegetes altae campique natantes
Lenibus horreſcunt flabris, ſummaeque ſonorem
Dant ſiluae, longique vrguent ad litora fluctus:

v. 458. *defert* alter Rottend. Gudian. a m. pr. Ed. Ven. 198 *dum ſegetes* octo boni codd. cum vno Arundel. et Mead. Martini. *cum* Regius. *natantis* fragm. Vatic. Vrget Io. Schrader. *campos natantes* dici aqua ſubmerſos: vt ſup. I, 371 *Omnia plenis Rura natant foſſis.* Lucret. ſaepe, v. c. VI, 1140 de Aegypto, et 266. Silius IV, 162, vbi Drak. Itaque coniicit *campique nitentes:* quod frequens de ſegete dici quis dubitet? Verum cogitandum, *campos* pro ſegete dictos; nihil autem magis conſentaneum, quam *ſegetem natare, fluctuare* dici, vento impulſam. Paullo diuerſum eſt, quod ſup. *vndantem buxo Cytorum* dixit II, 437, et II, 281 *ac late fluctuat omnis Aere renidenti tellus;* etſi ſimili modo dici potuiſſent: campi ſegete natantes. Sed proxime ad Maronem Auſonius Moſella 194 *Tota natant criſpis iugu motibus, et tremit abſens Pampinus:* de vmbra in ammem proiecta. Vti ap. Statium II Silu. 2, 49 *vitreoque natant praetoria ponto;* et *natat vmbra profundo* II Theb. 42. Imitationem loci notatam video ex Maximiano (perſonato Gallo) *Arua ſub aeſtiuis vndant horrentia flabris.* 199 *ſonoris* fragm. Voſſ. *Eteſia flabra aquilonum* Lucretii V, 741 poetae ante oculos fuiſſe cenſebat Wakef. 200 *longeque* praeſcriptum eſt notae Heinſianae; neſcio vnde; nam vbique legitur editum *longique,* vt etiam Medic. Rom. et alii; et laudat Heinſ. πύματα μακρὰ θαλάσσης. *longeque* Medic. Pierii cum aliis. pro quo poſſis laudare inf. 238

fert hiemes ſeu procellas, h. diſſipat, ex Lucret. I, 273. *arida nubila,* nubes ſine pluuiis. *campi natantes,* ſegetes vndantes ac fluctuantes; illuſtratum dudum a viris doctis: vid. ad Val. Fl. III, 525, vbi *tenui vagus innatat vnda Crinis. Lenia flabra* videntur ab aquilone, qui denſus incumbit, aliquantum eſſe aliena; enimvero ſegetes, vtpote humiliores et cedentes, lenius, leniore cum ſtrepitu, agitantur; arbores contra, maiorem venti impetum ſuſtinentes, ſonorem edunt ac fragorem. Mox *longi fluctus vrguent,* pro longe, at multo exquiſitius fluctus *longi,* qui e longinquo veniunt; *vrguent,* protrudunt ſe, volvuntur. *Ille,* aquilo, volat.

Digitized by Google

Ille volat, ſimul arua fuga, ſimul aequora verrens.
Hic vel ad Elei metas et maxuma campi
Sudabit ſpatia, et ſpumas aget ore cruentas;
Belgica vel molli melius feret eſſeda collo.

Longius ex altoque ſinum trahit. 201 abeſt verſus a fragm. Moret. *verrit* citat Seru. ad Aen. IV, 72. *ipſe* vnus Arundel. *arma* Reg. 202 *Hinc* Medic. a m. ſec. Gud. et alii; et ſic fragm. Vatic. et Roman.; et recte; ab hoc tempore: quod deſignatum erat v. 190 et 206. *Hic et ad* Comment. Cruq. ad Horat. Od. IV, 2. *et* etiam Rom. et Oblong. Pierii. *maxima Circi Sudabit ſpatia* coniiciebat Markland. ad Stat. Silu. V, 1, 21, nimis calide; ita *Eleus Circus* a poeta dictus eſſet. Iungenda ſunt: *ad metas et ſpatia campi Elei.* 203 *et* abeſt a Rottend. terr. et Parrhaſ. *agit* Leid. a m. pr. et fragm. Vatic. 204 *Bellica* Medic. a m. pr. Moret. pr. vnus Mead. Goth. ſec., quod placebat Martino; recte tamen reiecit Heinſ. Eadem varietas alibi. v. Heinſ. *Belgia* Menag. pr. *ferat* fragm. Voſſ. *heſeda* Parrhaſ.

De equo hunc verſum parum commode accipias: cum ſit *aequora verrens;* (Ita dicendum eſſet, poetam paullo audacius haec dixiſſe de equi celeritate.) *fuga,* de celeri curſu ac motu, vt ſaepe poetae. *Verrere* de ventis, ex more poetarum, pro perflare.

202—204. Hic vel bonus erit in certaminibus, e quibus Olympica, tamquam praeſtantius genus, memorat; vel agitandis curribus. At quam ornate ſingula! *maxima ſpatia,* pro magnis. De *ſpatiis* Georg. II extr. *Sudabit,* plus quam, decurret. E curribus *eſſeda Belgica* ponit. Cum de generoſioris equi munere agatur, deſiderari videtur nomen currus bellici, inprimis cum v. 179 *Sin ad bella magis* etc. dixiſſet. Iam Romani eſſedis vulgo vſi ſunt iter facientes: id quod poeta vix pro dignitate carminis memorare potuit; petierant autem vſum a Britannis, qui ex eſſedis pugnabant. conf. Cerda et Martin. Aut itaque dicendum: poetam eſſeda pro nobiliore genere, bi-

Digitized by Google

Tum demum craſſa magnum farragine corpus
Creſcere iam domitis ſinito; namque ante domandum
Ingentis tollent animos, prenſique negabunt
Verbera lenta pati et duris parere lupatis.
Sed non vlla magis vires induſtria firmat,
Quam Venerem et caeci ſtimulos auertere amoris,

205 *Tu* Reg. *ferragine* Medic. a m. pr. Sic et alii ſcribunt, aut *feragine*. *ſartagine* Heinſ. coni. Cauſſam non video, 206 *domiti* tres ap. Burm. 207 *tollunt* duo, et Seru. ad v. 174 in nonnullis MSS. *animos preſſique* Zulichem. 208 *Verbera dira* fragm. Moret. *dura* Reg. 209 *nonnulla* fragm. Vatic. a pr. m. *induſtria ſeruat* vett. aliquot apud Pierium cum Ed. Ven.; alterum magis poeticum.

gis quadrigisque lautorum hominum, quibus generoſiores equi iungi ſolent, poſſuiſſe; vt paſſim Caeſarum, curribus triumphalibus, thenſis, vt apud Horat. Ep. II, 1, 192 de pompa triumphali in theatro exhibita etc., aut, quod praeferam, pro curribus bellicis eſſeda dixit, a nobiliore genere ſiue etiam ab origine, *Belgica;* apud Belgas enim, vt apud Britannos, vſus eorum erat; et quidem bellicus, vt ex Caeſare de B. Gall. conſtat. *feret,* vt v. 184, pro, patietur, dici, monet Burman.; nam pro *trahet* poni poſſe dubitat. Recte ſane; ſed poteſt equus etiam *ferre currum,* h. rapere, raptim auferre. *molli collo,* domito. Seru. 206. *ante domandum,* ante quam domentur, πρὸ τοῦ πωλοδαμνεῖσθαι. 207. 208. *prenſi* proprie. v. Ge. I, 285 *Et prenſos domitare boues. verbera lenta,* lenti flagelli. *lupatum,* frenum, lupis ſeu aculeis ferreis munitum.

209—283. Exſpatiatur in locum praeclarum de armentorum furore ex Veneris ſtimulis. Parat autem transitum commode commemoratione virium nimia Venere exhauſtarum. *caeci amoris,*

Digitized by Google

Siue boum, ſiue eſt cui gratior vſus equorum.
Atque ideo tauros procul atque in ſola relegant
Paſcua, poſt montem oppoſitum, et trans flumina lata;
Aut intus clauſos ſatura ad praeſepia ſeruant.
Carpit enim vires paullatim vritque videndo
Femina; nec nemorum patitur meminiſſe, nec herbae.
Dulcibus illa quidem inlecebris et ſaepe ſuperbos
Cornibus inter ſe ſubigit decernere amantis.

211 *quos* fragm. Vatic., vt v. 6. 212 *Atque adeo* Moret. quart., ſed v. Heinſ. *procul atque infuſa refurgunt* Ven. *relegat* Franc. 213 *appoſitum* Leid., quod Heinſ. probabat; recte reiecit Burm. conſ. Not. *natà* Medic. a m. pr. 214 *Atque* Zulich. 216 *neque herbae* Pierii Oblongus. 218 *ſubicit* Mentel. a pr. m.

non, oculis capti, ſed, occulti, clam per venas et oſſa ſaeuientis.

212. Habuit locum ante oculos Columella VI, 27, 8, et verſum ſequentem Gratius Cyneg. 377 *trans altas ducere valles Admoneo; latumque ſuga ſuperabitis amnem.* Ouid. Art. II, 487 *ſpatio remota per loca diuiduos amne equos* dixit. 213. Dum *mons* eſt *interpoſitus* inter duo, vtrique eſt *oppoſitus*, obiectus. *lata* non otioſum eſt. 214. *ſaturae praeſepia* ſunt plena, vti is qui ſaturatus eſt. 215. *vritque videndo*, paſſiue, macerat, conſumit, dum cernitur.

217. Illa quidem ſaepe amantes etiam pugnare cogit inter ſe. Loca alia poetarum de pugna taurorum congeſſit Cerda. Plura in Statio et Flacco paſſim reperias. Add. Oppian. Cyneg. II, 43 ſeq. Iactant ſe in hoc argumento poetae. 218. Totus verſus vnum illud Apollonii II, 89 exprimit, ταύρω Φορβάδος ἀμφὶ βοὸς κεκοτηότε θηριάασθον.

Digitized by Google

Paſcitur in magna Sila formoſa iuuenca:
Illi alternantes multa vi proelia miſcent
Volneribus crebris; lauit ater corpora ſanguis;
Verſaque in obnixos vrguentur cornua vaſto
Cum gemitu; reboant ſiluaeque et longus Olympus.

219 *Sila* olim alios legiſſe, Seruius memorat, quod vt ſiat, nullam hic neceſſitatem cogere, vt in Aen. XII, 715 *Ac velut ingenti Sila, ſummoue Taburno;* itaque vulgo ab Intpp. neglectum. Fateor tamen, mihi verſum ante Seruium inſpectum iam dudum nimis tenuem viſum fuiſſe, etiam ſono minus gratum; ita vt expunctum eſſe mallem; tum poſt *ſilua* redeunt v. 223 *ſiluae*. Nunc video in altero Aen. XII loco eandem comparationem inſtitui, et taurorum pugnam narrari. *Sila* autem, mons ſiluoſus, Apennini huc procurrentis iugi pars extrema, in extremis Bruttiorum oris, vnde laudata illa *pix Bruttia*. conf. ſup. ad Georg. II, 438. Dubitabam olim, an et *ſilua Sila* occurreret, cum non recordarer Cic. Brut. 20 *Nam cum in ſilua Sila caedes facta eſſet*, aut Plinii III, 10 *Inde Apennini ſilua Sila*. et eſſe quoque montes feminino genere, vt Rhodopen inf. 351. Repoſui itaque nunc confidenter *in magna Sila*, quod poſt iſta Brunck. iam admiſerat, et nunc quoque Voſſ. 220 Iidem fere verſus Aen. XII, 720—723. *inter ſe cornua miſcent* Zulich. *praelia tollunt* vnus Mead. 221 *lauit ater vulnera ſanguis* ter apud Nonium occurrit; ſed male, cum eodem iam verſu *vulneribus crebris* praeceſſerit. Heinſ. *lauat* tres Burmann. Medic. a m. ſec. 222 *vergentur* Franc. 223 *Tum* Moret. pr. *reſonant ſiluae que* Medic., ſed *reboant* et Nonius et Macrob. Sat. VI, 4 agnoſcit, qui et a Lucretio (II, 28) acceptum affirmat. *que* poſt *ſiluae* abeſt a Parrhaſ. *longus Olympus* pro vulgato *magnus Olympus* iam Heinſio probatum recepit Burm. ex vno Mediceo et Macrob. VI, 4 extr., vt ſit mons longo iugo excurrens. Verum h. l. *Olympus* non mons, ſed cae-

in magna Sila, ſilua et monte Bruttii in extrema Italia, v. V. L. 220. *alternantes*, ἀμειβόμενοι, pro viciſſim, inuicem inter ſe, cf. Aen. XII, 720 — 723. 221. *lauit*, poeticum verbum pro tingit, perfundit, defluit de corpore. Mox *obnixos* cum dilectu et vi. Nec omiſit huius vocis vſum Statius, cum imitatione hunc

Nec mos bellantis vna ſtabulare: ſed alter
Victus abit, longeque ignotis exſulat oris;
Multa gemens ignominiam plagasque ſuperbi
Victoris, tum, quos amiſit inultus, amores;
Et ſtabula adſpectans regnis exceſſit auitis.
Ergo omni cura vires exercet, et inter
Dura iacet pernox inſtrato ſaxa cubili,

lum; vt: *it clamor caelo.* 225 *excubat* Ven. 226 *ignominia* Leid. et Menag. ſec. 227 Ad finem verſus caſu exciderat interpunctio. 228 *ſtabuli* in Medic. a m. pr. Fogginius tamen non expreſſit. *excedit* Zulich. 229 *et intus* Ven. 230 *pernix* conſtanter libri et Grammatici, qui a *pernitendo* ductum eſſe *perſeuerantem* contendunt. Quod ſi a Virgilio eſt, noue dixit. Nondum enim locum vidi, vbi *pernix* ita dictum eſſet; ſed ſemper eſt celer, acer, ſtrenuus, etiam in loco, quem male laudant, Horat. Epod. II, 42 *Pernicis vxor Appuli. Pernox* iam ab Ald. ed. alt. et tert. editum, male iterum relictum ab aliis, qui primam Aldinam expreſſere, multis doctis viris, etiam Scaligero, Heinſio, probatum reuocauit Burm. Ex gloſſa Regii et Mentel. pr. Schol. Iuuenal. VIII, 10, Philargyr. (in edit. Commelin. e cod. Palat. expreſſa) ſuſpicio erat, hoc iam olim in libris fuiſſe; et exhibent ſane vterque Mead. Cantabrig. Bodlei. et alter Arundel. Variat ſimiliter lectio ap. Auien. deſcr. Orb. terr. 946. vbi cf. Wernsd. Porro *inſtrato cubili*, non ſtrato; quis dubitet! nuda humo, nudo ſilice;

locum exprimeret Theb. IV, 399 *Ardua collatis obnixi cornua miſcent Frontibus.* 227. Valerius Flaccus, iam Cerda monente, hinc accepit: taurus victor vbi — *reuiſit Et patrium nemus, et bello quos vltus amores.* L. II, 548. 549. 228. *ſtabula adſpectans*, reſpiciens, retorquens oculos; vt facimus in re, quam inuiti relinquimus. *exceſſit* docte mutato tempore, pro excedit.

229 ſqq. Praeſtantiſſimum hunc locum, vt iamdudum viderunt cum Scalig. Poet. c. 14 Interpretes, imitati ſunt Lucan. II, 601 — 607 praeclaro loco, Statius Theb. II, 323 — 330, Silius Ital. XVI, 4 — 10. 230. *inſtrato*, h. l. non ſtrato *cu-*

Digitized by Google

Frondibus hirſutis et carice paſtus acuta;
Et tentat ſeſe, atque iraſci in cornua diſcit
Arboris obnixus trunco, ventosque laceſſit
Ictibus, et ſparſa ad pugnam proludit arena.
Poſt, vbi conlectum robur viresque refectae, 235

inde adiectum, *inter dura ſaxa.* Wakefieldio hoc facetum viſum, et putat ille ſubſternendas eſſe tauro ſaltem frondes, ne latus atterat; itaque iungit: *inſtrato ſaxa cubili frondibus hirſutis; et carice paſtus acuta.* Ceterum Lucretianum eſt: *Atque intempeſta cedebant nocte pauentes Hoſpitibus ſaeuis inſtrata cubilia fronde:* lib. V, 984. 985 vbi de *parato hominum* cubili agitur. 232 Hos verſus iterum appoſuit poeta Aen. XII, 104—106. 233 *innixus* Schol. Iuuenal. XII, ſed et ibi Voſſ. *obnixus. adnixus* Toll. *obnixos* Gud. *truncos* alter Menag. 234 f. *in pugnam,* vt Maronis mos fert. *praeludit* Franc. conf. ad Aen. XII, 106. *aut ſparſa* Roman. 235 *Aſt vbi* Medic. Colot. *Poſtquam c.* Goth. ſec. *robor* ſcribit Romanus et Gud. *viresque refectae* Heinſ. repoſuit e Mediceo, Gud. a m. pr. Rottend. tert. pro var. lect. Colot. Vrſini. *receptae* ceteri omnes, quod aegre dimittam. Etiam apud Lucan. l. c. II, 604 *Nec redit in paſtus, niſi cum ceruice recepta* (vbi nunc Burmann. *repleta* repoſuit)

bili, in nudo ſolo. Mox *carex,* iunci genus. cf. Martin. h. l. et ad Ecl. III, 20. 232. *iraſci in cornua diſcit.* Iterum hoc Aen. XII, 104 *iraſci in cornua tentat.* Cum ſententia obuia ſit, in ratione grammatica aliquis haerere poſſit. *Iraſci in aliquem* nemo, puto, pro *alicui* dixerit; ſic tamen accipi video. Quid ergo eſt: *iraſci in cornua?* Nemo *iraſcitur in enſem, haſtam.* Sed in poetico ſermone duo modos confundere licet: iraſcens exercet ſe in cornua, ſeu ad cornuum vſum; iam pro *iratus exercet ſe* ſimpliciter *iraſcitur* dixit. Eadem forma iam Euripides vſus erat Bacch. 742 Ταῦροι — κ' εἰς κέρας θυμούμενοι. Inf. Aen. X, 725. *ſurgentem in cornua ceruum:* qui inſurgit in obuios cornibus, dictum eſt, et expeditiore ratione: *Armenti modo dux vires in cornua ſumo,* Ouid. Met. VIII, 882. Iam vide mihi doctrinam et humanitatem Voſſii.

Digitized by Google

Signa mouet, praecepsque oblitum fertur in hoſtem:
Fluctus vti, medio coepit quum albeſcere ponto,
Longius ex altoque ſinum trahit; vtque, volutus

Excuſſi placuere tori. Et Statius II Theb. 326 *Cum profugo placuere tori, ceruixque recepto Sanguine magna redit.* Vnde Io. Schrader. et h. l. tentabat *ceruice recepta. viresque recepit* Zulich. 236 *oblicum* (pro obliquum) Medic. Colotianus, Leid. vnus. Sed hoc inſidiantis potius, quam ferocis et cum impetu ruentis. *et fertur* Mentel. alter pro *effertur*, vt Heinſ. putat. 237 *vti medio* Romanus cum aliis Pierii, decem apud Heinſ. et Burm. tres Martin. Goth. ſec.; et ita ſcribi debebat: repoſuique nunc cum Brunckio pro *vt in medio. vti in medio* duo Burm. Oblongus Pierii, et Regius Martin. *vbi in* ed. Ven. *in primo — ponto* Medic. a m. ſec., forte ex Aen. VII, 528 *Fluctus vti primo coepit quum albeſcere vento*, vbi idem Medic. *ponto* habet. Sed vid. ad eum locum Var. Lect. De interpunctione vid. Not. h. l. 238 *ſinus* Menag. pr. *atque volutus* Ven. Parrhaſ. Erf.

236. Pulcre ex re militari, cum ſigna, aquilae, inferuntur. Ge. IV, 108 de apibus, *non — Ire iter aut caſtris audebit vellere ſigna. oblitum*, qui omnem iam aduerſarii ſui memoriam animo dimiſerat, adeoque ſecurum. Nil hic eſt, cur aeſtues. 237—241. Laudata a multis comparatio, ex Homer. Iliad. δ, 422—426 expreſſa, notante iam Macrob. V, 13, repetita eadem Aen. VII, 528—530 minore cum ornatu. *albeſcere*, quod de ſpumantibus maris fluctibus dictum illuſtrat Cerda, praeclare pro exiſtere, oriri, ſurgere. 238. Poteſt duplici modo interpungi, vel ſic vt feci, vt ſit: *vti fluctus longius ex altoque ſinum trahit, quum coepit albeſcere ponto medio.* Solent poetae notionem principem, vt ἐνάργειαν habeat, bis, ter, reddere; non itaque displicere poteſt *longius ex altoque ſinum trahit:* nam in hoc comparationis cardo verſatur. Martyn interpunxit cum aliis: *Fluctus vti medio coepit cum albeſcere ponto Longius, ex altoque ſinum trahit; vtque volutus — ſonat.* explendum erit ex

Digitized by Google

Ad terras, inmane ſonat per ſaxa, neque ipſo
Monte minor procumbit; at ima exaeſtuat vnda
Verticibus, nigramque alte ſubiectat arenam.
Omne adeo genus in terris hominumque ferarumque,
Et genus aequoreum, pecudes, pictaeque volucres,
In furias ignemque ruunt: Amor omnibus idem.
Tempore non alio catulorum oblita leaena

239 *nec ipſo* ante Heinſ., vt alii. *neque ipſe* Goth. ſec., ſelici lapſu. 240 *at vna* tres. *et iam* Gud. a m. pr. 241 *ſubuectat* Medic. Romanus, optimi cum Menag. pr. Moret. quart. fragm. Moret. Ed. Mediol. Goth. ſec. Sic et variatur Georg. IV, 385. *Vorticibus* et hic Medic. cum al.; et id conſtanter ſequi debebat Heinſ. 242 *que* poſt *ferarum* abeſt a tribus. 243 *pecudis* Ven. *et pecudes* Leid. ſec. Interpungit Wakef. *Et genus aequoreum pecudes.* vt forte conueniat cum Lucretianis II, 342. 344.

antec. vti fluctus *ſigna mouet et fertur in hoſtem:* cum coepit albeſcere, ex altoque ſinum trahit. Atqui *fluctus ſigna mouere* et *in hoſtem ferri* miro modo dicerentur; ex ſeqq. vero nihil video quod ſuppleam; nec iungi poteſt: *fluctus vti*, medio — longius, *ex altoque ſinum* trahit: quorſum enim copula ſpectet? Cur igitur ſupercilioſo magiſterio ſpernenda ſit altera ratio, nondum perſpicio. Accipitur porro *ex alto*, ex profundo: atqui hoc demum ſequitur vſ. 240, 1 *at ima exaeſtuat vnda Verticibus, nigramque alte ſubiectat arenam. ſinum trahit fluctus*, facit, ſinuatur, ex alto verſus littus.

242 ſq. Locum de furiis Venerei ardoris in animantibus multi poetae varie tractarunt. Sed proxime noſter Lucretii veſtigia preſſit, inprimis I, 12 ſq., vna cum Ariſtot. loco Hiſtor.

Digitized by Google

Saeuior errauit campis; nec funera volgo
Tam multa informes vrſi ſtragemque dedere
Per ſiluas; tum ſaeuus aper, tum peſſima tigris.
Heu, male tum Libyae ſolis erratur in agris.
Nonne vides, vt tota tremor pertentet equorum
Corpora, ſi tantum notas odor adtulit auras?

246 *Saeuior occurrit campis* Moret. ſec., quod arriſit Heinſio et Burmanno. 247 *infames vrſi* Zulich. *tum multa* Rottend. alter. 248 *Per ſiluas* Heinſ. e Medic. et aliis compluribus, non reſtituit, ſed reuocaſſe videri debet, nam ſic iam Nauger. ediderat; irrepſerat iterum in vulgg. *Per ſiluam*, quod alii habent. *tunc* hic et paullo poſt Goth. pr., vt forte plures, v. c. Romanus. 249 *verſatur in agris* ex antiquiſſimo codice laudat Pierius, ex Medic. autem *errauit*. Porro *in aruis* maior codd. pars, teſte Heinſio et Martino; male tamen, cum arua culta ſint. Burmannus optabat, vt codex aliquis haberet, *erratur arenis*. 250 *pertentat* Moret. ſec. et duo Rottend., quod poſt *vides vt* ferri poteſt. v. Burm. cf. Ge. I, 56. Vox *pertentare* iterum occurrit Aen. I, 502 *Latonae tacitum pertentant gaudia pectus*.

Anim. VI, 18. 246. *erravit*, pro eſt, eſſe ſolet. Poeticam orationem conſidera: dicta haec pro: tum ferae, e quibus leaenas et vrſas primo loco nominat, efferatiſſimae ſunt. 247. *informes vrſi*, deformes, turpes. cf. Cerda; an aliunde nota ſit rabies aliqua inſignior, vt celebrata eſt vrſarum rabies ex partu, vrſorum ex Veneris ſtimulis, videndum erit; ap. Ariſtotelem l. c. eſt tantum hoc, χαλεπουὺς αὐτοὺς γίνεσθαι τοῖς πλησιάζουσι. 249. Conf. loc. ap. Calabrum Paralip. V, 373. 374. 377. 378. Formam orationis vidimus iam ſup. I, 447 *Heu male tum mitis defendet pampinus vias*. 250. Verba grauiſſima in ſqq. *ſi notas odor attulit auras*, exquiſitiore ratione dictum, quam, *ſi odor allatus eſt*, aut, *ſi aurae odorem attulere;* modo teneas, *odorem* ſic eſſe rem, quae olfactus ſenſum excitet, emittendo corpuſcula, quibus aurae ingraueſcunt.

Digitized by Google

Ac neque eos iam frena virum, neque verbera ſaeua,
Non ſcopuli rupesque cauae, atque obiecta retardant
Flumina, conreptos vnda torquentia montis.
Ipſe ruit dentisque Sabellicus exacuit ſus,

252 *At* Franc. Goth. pr. Ed. Norimb. 253 *Nec ſc.* Reg. *retardent* pr. et quart. Moret., quod Heinſ. ad *vides vt* referebat; malim nullo cum iſtis nexu, per ſe, dictum pro *retardare poſſunt.* 254 Editum erat *correptosque;* quam corruptelam dudum eiecerant Aldd. ſec. et tert., cum his Iunt. Fabric. et al., iterum intulere Commel. Pulmann. et ceterae Batauae. Itaque *que* iterum eiecimus: quod reſtituunt Wakef. et Voſſ. tam varia ſunt hominum iudicia. *ſubiectosque* Goth. ſec., forte quod librarii animo inſidebat adhuc *obiecta* ex verſ. ſup. Markland. Ep. crit. ad Franc. Hare pag. 52 emendat *correptos ſundo;* nam aliter, inquit, ſenſum vix efficias. Tu vero iunge: *retardant Flumina obiecta, torquentia montes,* ſaxa, *correptos vnda,* fluctu et impetu ſuo. Io. Schrader. tentabat *pontes:* quod cupide arreptum repoſuit Wakefield, quia ſimilis verſus Lucret. I, 286 *Nec validi poſſunt pontes venientis aquai Vim ſubitam tolerare.* 255 *dentemque* Schol. Horat. Cruqu. Od. I, 1, at idem ad Od. III, 6 *dentes,* vt et Donat. ad Terent. excitat.

Conuenit Horatianum II Carm. 8 extr. *tua ne retardet Aura maritos.* 253. Varii verſum poetae noſtro propoſitum fuiſſe, notant Interpp. *Non amnes illum medii, non ardua tardant;* apud Macrob. Sat. VI, 2, p. 381. Mox *montes* ſunt fragmina, ſaxa ruentium montium. 255. Loca alia poetarum congeſſere Guellius, Cerda, et Beckman. ad Antigon. p. 161. Praeluit poetarum parens Iliad. λ, 416. ν, 475. Heſiod. Sc. 386 ſq. 257. *durat,* indurat. Plinius VIII, 52, ſ. 78 *Sues ferae ſemel anno gignunt. Maribus in coitu plurima aſperitas. Tum inter ſe dimicant, indurantes attritu arborum coſtas lutoque ſe tergorantes.* cf. Ariſtot. Hiſt. Anim. VI, 17. Res ſatis nota. *Sabellicus ſus,* ex montibus Sabinis. Iam II, 167 *pu-*

Digitized by Google

Et pede proſubigit terram, fricat arbore coſtas
Atque hinc atque illinc, humerosque ad volnera durat.
Quid iuuenis, magnum cui verſat in oſſibus ignem
Durus amor? Nempe abruptis turbata procellis
Nocte natat caeca ſerus freta; quem ſuper ingens
Porta tonat coeli, et ſcopulis inliſa reclamant

256 *pedibus ſubigit* Zulich., et in ora Edit. Iunt. notatum a Pierio, ſicque ed. Pariſ. 1494. 257 *humerosque* multi ap. Heinſ., Romanus cum aliis Pierii, tres Martini cum vett. edd., quod et Martinus recepit, et hoc recepto recte diſtinguas poſt *illinc*, vt iungantur: *fricat arbore coſtas Atque hinc atque illinc; humerosque ad volnera durat.* atque hoc nunc recepi. Antea legebatur: *fricat arbore coſtas, Atque hinc atque illinc humeros ad vulnera durat.* non video, cur ita interpunxerit Heinſ. 258 *cum verſat* Regius Martin. *durum cui* Nonius in *Durus*; ſed in *verſat* habet *magnum*, vt et Donat. ad Terent. Andr. I, 5, 44. 259 *adruptis, obruptis, abruptis, a brutis*, ſollennes aberrationes hic vide ap. Burm. Defendi poteſt *obruptis*, ante eius oculos et ora. Defendit quoque Wakef. ad Lucret. V, 505. *Nempo obruerit* Rottend. alt. 260 Hoc ordine omnes ſcripti Burm. et Heinſ. et vetuſtiſſimi Pierii. At ex eo apparet, lectum quoque eſſe: *Caeca nocte natat;* et in Oblongo: *Nocte natat caeca freta ſerus*, Venetus porro: *Nocte natat tota*, et Goth. pr. *ſeetus freta.* 261 *et* abeſt tert. Rottend.

bem Sabellam vidimus, *ligones Sabellos*, h. e. Sabinos, ap. Horat.

258 — 263. Ad Leandri Hellespontum tranantis, vt Hero potiretur, audaciam reſpici, obuium eſt. Praeter Muſaeum et Ouidii Epiſtolam v. Statii VI Theb. 542 ſq. *ſerus*, ſero tempore? *nocte caeca*, qua caecutimus, nihil cernimus, tenebricoſa, *νύχιαν πλωτῆρα* dixit Muſaeus. *procellae abruptae*, h. abrumpentes ſe, vt *proruptus, praeruptus*, adeoque praecipites, cum impetu ruentes. cf. ad Aen. III, 199. 261. Dum ſuper eum tonat. *Porta caeli*, pro caelo, ab

Digitized by Google

Aequora; nec miſeri poſſunt reuocare parentes,
Nec moritura ſuper crudeli funere virgo.
Quid lynces Bacchi variae, et genus acre luporum
Atque canum? quid, quae inbelles dant prœlia cerui? 265
Scilicet ante omnis furor eſt inſignis equarum;
Et mentem Venus ipſa dedit, quo tempore Glauci
Potniades malis membra abſumſere quadrigae.

263 *funera* Rottend. alt. *vulnere* Ven. Sed vid. Aen. IV, 308. 264 *pecus acre* Gud. pro diu. lect. Eandem diuerſitatem notat Burm. ex Aen. III, 221. 265 *canes* Erf. *quisque, quidque, quaeque, quique*, aberrationes apud Burm. aſſentiendum tamen Voſſio, qui *quique* tanquam mollius eligit. *in bellis* Rom. 268 *adſumſere, aſſumſere* ibidem, et in Goth.

Ennio et Homero petitum eſſe, iam in Seneca Epiſt. 108 extr. legitur. Ratio inter plures inanes, quas afferunt Intpp., vera eſt illa, quod caelo, Olympo, poetae tribuunt regiam, adeoque etiam fores, limina, *portas*. conf. Homer. Iliad. ε, 749. Ϟ, 393 ſq. Argutantur quoque in hac porta ac deſcenſu alii, vt Apollon. III, 159 ſqq; add. Macrob. I, 17, pag. 306. Nolim autem de Ioue cogitari, qui intra portam caeli ſtet, et per oſtium fulmina iaciat. — 262. 263. Nec cogitatio de luctu parentum, et quod amata puella eius morti ſuperſtes eſſe nolet, eum retinet. 264. *maculoſa lynx* Aen. I, 323.

266. Quid haec ſingula commemorem, cum omnium praeſentiſſimum exemplum in equis ipſis ſit, hinc τὸ *Scilicet*, vtique. 267. *mentem* pro indole dixit, vt tam furioſo amore rapiantur. Fabula de *Glauco* vel ex Palaephato et Ouidio nota; ad h. l. Probus eam affert. Alebat ille equos *Potniis*, qui Boeotiae vicus erat, non longe a Thebis, quibus Venus furorem immiſit, vt ipſius domini membra dilaniarent, quoniam ab eo ab admiſſione arcebantur. Di-

Digitized by Google

Illas ducit amor trans Gargara, transque ſonantem
Aſcanium; ſuperant montis, et flumina tranant.
Continuoque, auidis vbi ſubdita flamma medullis,
Vere magis, quia vere calor redit oſſibus, illae
Ore omnes verſae in Zephyrum ſtant rupibus altis,
Exceptantque leuis auras; et ſaepe ſine vllis
Coniugiis vento grauidae (mirabile dictu)
Saxa per et ſcopulos et depreſſas conuallis

269 *Illam* Commentator vetus Horat. Od. I, 35. 271 *vbi* exſtat in Gud., male. 272 *redit omnibus* quatuor ap. Colum. VI, 27, 5, vbi excitantur hi verſus. *redit calor oſſibus illis* Romanus. 273 *Ore — verſo* Ven. et fragm. Moret., proſaica forma. *Ora* Zulich. pro diu. lect., exquiſitius: ſed ſine auctoritate idonea; *ad Zephyrum* Romanus Pierii; et Mediceus ad verticem vocis, item antiquiſſ. Goeſ. liber apud Columellam l. l. 274 *Exſpectantque* Medic. a m. pr. et Goth. ſec. 276 *depreſſos* Plotius de metris p. 2630.

verſas cauſſas alii memorant. Ποντιάδες πῶλοι Eurip. Phoeniſſ. 1130. 269. Solito more poeta pro quouis monte ac fluuio certum montem ac fluuium ponit. *Gargara*, vertex quidam montis Idae iuxta Troiam, memoratus iam ſup. I, 103. *Aſcanius* lacus Bithyniae ſub Olympo monte, ſatis quidem notus, at hic fluuius ex eo exiens intelligendus; nam *ſonantem* et equis transmittendum memorat. Meminerat autem eius fluuii *Euphorion* (v. Strabo XIV, pag. 999 C. D), e quo non pauca mutuatum eſſe Virgilium ſuſpicor. 273. Res vulgata, veteres credidiſſe, ἐξανεμοῦσθαι, vento grauidas reddi poſſe equas. Praeter Cretam (v. Ariſtotel. Hiſt. Anim. VI, 18) in Luſitania circa Olyſſiponem (cf. Varro R. R. II, 1, 19) Fauonio ſeu Zephyro flante id potiſſimum contingere, exiſtimatum eſt (loca v. ap. Cerdam),

Digitized by Google

Diffugiunt; non, Eure, tuos, neque Solis ad ortus;
In Borean Caurumque, aut vnde nigerrimus Auſter
Naſcitur, et pluuio contriſtat frigore coelum.

278 *In Boream* ante Heinſ. vulg. *Chaurumque* ſcribit Romanus, Medic. cum plurimis. *Corumque* Toll. *Chorumque* duo cum Longob. Pierii. 279 *pluuio c. ſidere* Romanus Pierii, non improbantibus Heinſ. et Burm. Ab hoc tamen loco alienum videtur, cum de auſtri effectu ac vi agatur, is contriſtat *frigore, hieme, pluuia;* non vero, *ſidere.* Sed eſt ſollennis ea permutatio, conf. ad Ouid. Met. V, 281; *et ſidus pluuium* vulgarius. In *frigore* conſentiunt omnes libri Columellae l. l. *pluuio — puluere* Goth. pr., perperam. *conſtringit* Ven.

quoniam aeſtuantes amore equas verſus Oceanum currentes Zephyrum hiante ore excipere videbant. Vide inprimis Colum. VI, 27, 3 ſqq., vbi totus hic locus adſcribitur. Res iam Homeri aetate nota. v. Iliad. π, 150. 151, vbi Harpyia Podarge ad Oceanum paſcens Zephyro peperit equos Achillis. Apud eundem ex Borea ſuſcepti equi Iliad. υ, 222 ſqq. 277—279. *non Eure tuos* — Cum ita conceperunt, vti dixerat, ad Zephyrum verſae, diffugiunt ac discurrunt, non ad ortum, *ſed* in Boream Caurumque et Auſtrum, h. e. ſeptemtrionem et meridiem verſus. Illuſtrantur haec Ariſtotelis l. l. verbis iam ab aliis laudatis: θέουσι δὲ οὔτε πρὸς ἕω, οὔτε πρὸς δυσμὰς, ἀλλὰ πρὸς ἄρκτον ἢ νότον· (quibus ſimillima ſunt in Aelian. H. A. IV, 6) differt tantum philoſophus a poeta in hoc, quod occidentem ſimul excludit. *Caurus* ſeu *corus* hic ſeptemtrionalibus ventis adnumeratur; *flat ab occaſu ſolſtitiali et occidentali latere ſeptemtrionis a Graecis dictus Argeſtes, ex frigidiſſimis et ipſe* — Plin. XVIII, 34, ſ. 77. conf. Martin. — 279. *pluuium frigus,* quod *auſtro* tribuitur, moleſtias creat Intpp., inprimis Martino. Enimuero notum ſatis eſt, poetico ſermone *hiemem* et *frigus* ſimpliciter de pluuio tempore dici. Itaque et *frigidus auſter* Ge.

Digitized by Google

Hic demum, hippomanes vero quod nomine dicunt
Paſtores, lentum deſtillat ab inguine virus;
Hippomanes, quod ſaepe malae legere nouercae,
Miſcueruntque herbas et non innoxia verba.

280 *Hic* Heinſ. e melioribus. Antea *Hinc*. 281 *deſtillat* omnes ſcribunt meliores; et recte ita Heinſ. *diſtillat* alii. 283 *que* abeſt a Menag. pr. *Miſcuerantque* duo. *Miſcuerintque* Romanus et Mead. Verſus hic bis in hoc carmine occurrit, hic et Georg. IV, 261, qui *humidus auſter* Ge. II, 462. Ductum autem ex Homero, qui ſuum caelum reſpiciebat. Hinc et Hippocr. II de diaeta c. 5, t. 6 ἀνάγκη δὲ τὸν νότον θερμόν τε εἶναι καὶ ὑγρὸν, ὄκου μὴ τῶν χωρίων αἱ θέσεις αἴτιαί εἰσιν. conf. c. 6, t. 9.

280. *Hippomanes*, humor, non venenum, vt male *virus* accipitur, ex equae, vbi Veneris ſtimulis incaluit, locis eliquatus, quo pro philtro vſae eſſe videntur veneficae; vt etiam Probus obſeruat; addit poeta: *vero quod nomine dicunt*, proprie, quia ſcilicet eo nomine etiam appellatur caruncula, fronti (et linguae) pulli recens editi innaſci, et ab equa enixa ſtatim deuorari credita. v. Plin. VIII, 42, ſ. 66. Aelian. H. A. XIV, 18 Antig. Caryſt. 24. c. nota Beckmanni. conf. Aen. IV, 515, 516; porro etiam herba aliqua: Theocr. II, 48. 49. Eſt de *hippomane* disputatio Baelii in Dictionario, nec tamen quicquam reconditi habens. Praeſtat Aubentonum et Buffonum (*Hiſt. nat.* T. IV, pag. 214, et p. 329) audire, qui docuere, fronti pulli talem carunculam raro admodum adhaerere, ſed inter amnium et alantoidem membranam eam fere reperiri, et eſſe pro liquoris interfuſi faecibus habendam. Verum in noſtro hippomanes prioris generis memoratur: conf. Tibull. II, 4, 58. Propert. IV, 5, 18. Reſpicit ad eum Plin. XXVIII, ſect. 80. 282. *malae*, impiae, iniuſtae; ſupra Georg. II, 128 *ſaeuae;* vbi hic idem cum ſequente ver-

Digitized by Google

Sed fugit interea, fugit inreparabile tempus,
Singula dum capti circumuectamur amore. 285
Hoc ſatis armentis. Superat pars altera curae,
Lanigeros agitare greges hirtasque capellas.
Hic labor; hinc laudem fortes ſperate coloni.
Nec ſum animi dubius, verbis ea vincere maguum

II, 129. Vix probabile ſit in carmine tam elaborato poetam hoc admiſiſſe. Reſtat, vt iudicandum ſit, vtro loco inſertus eſſe videri poſſit ab alia manu. Iam in praeſenti loco vix bene eo careas. Altero loco, Georg. II, 129, melius abeſt, cum ibi de veneficio proprie dicto agatur, cum quo carmina, *verba non innoxia*, non neceſſario coniuncta ſunt: vid. ad e. l. Brunck. 284 *irremeabile tempus* Zulich., vt et vnus Aen. X, 467 exhibet. conf. Burm. ad Anthol. Lat. p. 131. 285 *cum* Rottend. alt. *rapti* Ven. *rapti circum ſectamur* Erf. 286 *Hic* Ven. *Supereſt* Medic. a m. ſec. 287 *Lanigeras* alt. Menag. 288 *Hinc labor* Medic. Pierii cum aliis pluribus; et ſic edd. vulg. ante Heinſium, qui bene reuocauit *Hic*, quod iam Nauger. repoſuerat. Sic Medic. Rom. et fragm. Vatic. *laudes* Parrhaſ. Regius et vnus Mead. *ſperare* Ven. Goth. vterque et edd. Ven. 1475. 1476. 289 *Non ſum* Rottend. Leid. alter. *verbis euincere* Gudianus, vt Lucret. V, 100 *peruincere dictis*. *me vincere* Ven. Lucret. V, 734 *Difficile eſt ratione docere et vincere verbis*.

ſus legitur. Videtur cogitandum de amore Phaedrae in Hippolytum aut ſimili alio nouercae in priuignum. 283. *non innoxia verba*, incantationum, carmina magica.

284—403. Transitus a cura armentorum ad curam ouium et caprarum. Dum omnia haec de armentorum cura ſigillatim pertractamus, ſingula perluſtramus, capti harum rerum ſtudio. *agitare greges* proprie agere, paſcere, hinc omnino curare. 288. In hoc opera veſtra poſita eſto; cura pecudum vobis inprimis cordi ſit. *fortes* h. l. ornat. *laudem*, qualis boni ac prudentis patriſfamilias eſſe poteſt.

289—293. Satis quidem noui, quam difficile ſit, haec poetica oratione commode exprimere, et res tam tenues pro dignitate carminis ſatis ornate commemorare. Sed

Digitized by Google

Quam ſit, et anguſtis hunc addere rebus honorem.

Sed me Parnaſi deſerta per ardua dulcis
Raptat amor. Iuuat ire iugis, qua nulla priorum
Caſtaliam molli deuertitur orbita cliuo.

Nunc, veneranda Pales, magno nunc ore ſonandum.

290 *hinc addere* malebat Burm., ex verbis ſcilicet honorem addere. Et ſic plane Goth. pr. Enimuero *hunc honorem*, ornatum hunc, cui cum maxime operam impendit. 293 *deuertitur* optimus quisque ſcribit. *diuertitur* alii. v. Burm. adde Pierium. 294 *ore canendum* vnus Mead.

ſtudium huius rei abripit me ad hoc carmen pertexendum, et inflammat me haec ipſa cogitatio, quod in materia verſor, a nullo adhuc e Romanis poeta tractata. Vt pulcritudo carminis ſimul eluceſcat, ad vulgarem orationem ſingula reuocauimus. Ita enim demum intelligere poetam videri poſſumus. Ceterum, quod iam Macrob. VI, 2 monuit, manifeſtum eſt, poetam hic veſtigia preſſiſſe Lucretii I, 921 — 929, et V, 98 ſqq., hoc quidem loco inter alia: *Et quam difficile id mihi ſit peruincere dictis, Vt ſit, vbi inſolitam rem adportes auribus ante* etc. Noſtro autem haec eadem ſublegit Manil. III, 25 — 30 ſqq., et locum reſpexit Plin. XIX, 4, ſ. 19 extr. *honorem* h. l. pro ornatu, dignitate. *molli cliuo*, vt facilis adſcenſus et deſcenſus ſit. Reſpicit autem hic *auia Pieridum loca nullius ante Trita ſolo. deuertitur*, deuertit ſe, deflectit, ducit ad *Caſtaliam κρήνην* nullus trames, quo prior alius inceſſerit.

294. *veneranda Pales*, vt *ſancta dea*. Videtur tamen ad religiones pertinere. Nam *cana Pales* ap. Statium Theb. VI, 111. *grandaeua Pales* Nemeſ. Ecl. I, 68. *magno ore* reſpectu vſſ. 289. 290 quod rebus tenuibus dignitatem addere conſtituit.

Digitized by Google

Incipiens ſtabulis edico in mollibus herbam
Carpere ouis, dum mox frondoſa reducitur aeſtas;
Et multa duram ſtipula filicumque maniplis
Sternere ſubter humum, glacies ne frigida laedat
Molle pecus, ſcabiemque ferat turpisque podagras.

295 *tabulis* Gud. 296 *educitur* Menag. pr. *inducitur* Parrhaſ. *Edico carpere — ſternere — ſufficere et praebere:* haec ad paſtores, primo quod loco ponitur, ad oues ſpectat; *edico* oues *carpere*, *et* paſtores *ſternere*. Sed ferenda haec in omni oratione. 297 *Et multam duram* Goth. ſec. *Et multum dura* Ven. *dura* fragm. Vatic., et a m. ſec. *in ſtipula*. *durum* Rom. *felicum* Mentel. pr.

295 ſqq. Primo loco per hiemem in ſtabulis tenendas et alendas eſſe oues et (v. 300) capras praecipit. *Incipiens*, ἀρχόμενος, vt paſſim Graeci, h. et primum quidem; aliis locis, *Principio*, *Continuo*, et v. 300 *Poſt hinc digreſſus*, h. deinde vero. Obſerues et haec eo facere, vt tenuitas carminis vitetur. *ſtabula mollia* in quibus molliter habentur, explicat vſſ. 297. 298. De ſubſternendae autem frondis diligenti cura videantur Cato de R. R. c. 7, 7. Varro II, 2, 7. 8. Colum. VII, 3, 8. Adde Calpurn. Ecl. V, 116 ſq. locum e noſtro adumbratum. *carpere herbam*, in praeſepi appoſitam, h. ali (quae autem eae herbae ſeu pabula ſint, v. apud Colum. VII, 3, 21. 22 et 4, 2. cf. Calpurn. Ecl. V, 98 — 103), *dum mox frondoſa reducitur aeſtas*, non vernum tempus, quo educi poſſunt in prata tantum vicina et campos, ſed aeſtatem memorat, cum caeli conſtantia ea eſt, vt in ſiluis et ſaltibus ſub dio agere poſſint. v. Calpurn. V, 44—52. 297. De *filice* v. ad Georg. II, 189. Subſternere iubet in humo ſtramina, vt aduerſus gelu tueatur: eloquitur altera exquiſitiore forma: *ſubſternere humum ſtipula*, ſtramine, (I, 289) 299. *turpes podagras*. Videtur *clauum* innuere, morbi genus, cum tubercula in vngulae diſcrimine naſcuntur. v. Columell. VII, 5, 11.

Digitized by Google

Poſt hinc digreſſus iubeo frondentia capris
Arbuta ſufficere, et fluuios praebere recentis;
Et ſtabula a ventis hiberno opponere ſoli
Ad medium conuerſa diem: quum frigidus olim
Iam cadit, extremoque inrorat Aquarius anno.
Hae quoque non cura nobis leuiore tuendae;

300 *degreſſus* vnus Leid. *digrediens* Seruius ad Aen. VIII, 546. 303 *At* Menag. pr. *tum f. o. Iam redit* Ven. *dum f.* vnus Arundel. quod pedeſtri verbo propius, vsque dum. 304 *extremo nudatque* Parrhaſ. 305 *Haec quoque — tuendae* Romanus antiquiſſimus cum fragm. Vaticano; vnde apparet, a lapſu librarii primum ortum habere alteram lectionem Mſ. Medic. *Haec —*

Sic et Martinus coniectabat; reddit autem pedes *turpes*, deformes tuberibus et nodis.

300. Etiam caprarum cura eſt habenda; primo quidem per hiemem. 301. *Arbuta* (v. Ecl. III, 82) *frondentia* pro *frondibus arbuti*. 302—304. Colum. VII, 3, 8 de ouibus: *humilia facere ſtabula — vt ſimul hieme calida ſint* — ea poni debent contra medium diem: *namque id pecus, quamuis ex omnibus animalibus veſtitiſſimum, frigoris tamen impatientiſſimum eſt;* et de capris VII, 6, 5 *huic pecudi nocet aeſtus, ſed magis frigus.* Varro quidem de R. R. II, 2, 7 *ſtabula* (ouium) *loco idoneo vt ſint; ne ventoſa; quae ſpectent magis ad orientem, quam ad meridianum tempus:* et de capris c. 3, 6 *ſtabulatur pecus melius, ad hibernos exortus ſi ſpectat, quod eſt alſioſum.* cf. Geopon. XVIII, 9. Sed malim affirmare, Virgilium in hoc a Varrone diſceſſiſſe, quam huius concordem cum Varrone ſententiam poetae, tamquam quaeſtione admota, exprimi, *a ventis*, h. auerſa a ventis, inprimis aquilone. conf. inf. v. 318. *hiberno ſoli opponuntur* eo ipſo, quod *ſunt ad meridiem conuerſa.* Tandem *cum — anno*, h. hiberno tempore. Aquarius occidit medio Februario. *extremo* autem *anno*, ſ. anni parte, ſi is a vere initium habet:

Digitized by Google

Nec minor vſus erit: quamuis Mileſia magno
Vellera mutentur Tyrios incocta rubores.
Denſior hinc ſuboles; hinc largi copia lactis.
Quam magis exhauſto ſpumauerit vbere mulctra:

tuenda. Et hoc interpretantur Seruius, Philargyrius, Grammatici, tamquam exquiſitam generis enallagen, et ſic plerique libri cum edd. Ven. et Mediol. et Aldd. pr. et ſec. At Nauger. in Ald. tert. *Hae — tuendae*, quod ab iis, qui Aldd. priores exprimebant, neglectum Heinſ. recte reuocauit, Philargyrius habebat, et Gud. cum Moret. et omnes Martini libri. *Nec* vnus Mead. *Haec — tuendum* Heinſ. adſcripſerat in marg., quae Lucretiana forma foret. Quorſum tamen eam inferas? Calpurn. V, 9 *quos ecce greges a monte remotos Cernis in aprico decerpere gramina campo: Hos tibi do ſenior iuueni pater; ipſe tuendos Accipe. cura breuiore* Ven. *vobis* Moret. qu. pro var. lect. 306 Non deterius foret diſtinguere: *Nec minor vſus erit. Quamuis Mileſia magno — rubores: Denſior hinc* (a capris) *ſoboles.* 307 *incocta colores* Goth. ſec., vt et Romanus cum aliis Pierii, male. *rubores* etiam fragm. Vatic. 308 *hic largi* fragm. Vatic. 309 *Quam magis* Heinſ. confirmauit e Mediceo et quos habebat omnibus, excepto tert. Rottend., quod idem ille copioſe illuſtrat, et pluribus e Lucretio illuſtrare aliquis poſſit. Vulgarem formam habet alterum, *Quo magis*, in Romano, et aliis Pierii, Ed. Ven. et quod mireris Nauger. Ald. tert. cum ſeqq. Mox *multra* fere ſcri-

cum huius enim ortu, operis ruſtici nouus ordo procedit. 307. Caprini generis curam non eſſe negligendam ait, etſi ditiorem prouentum ex ouibus eſſe non neget. *Mileſiam lanam* memorat poetico more, dum genus aliquod, et quidem praeſtantius fere, pro communi nomine ponendum eſt. *magno mutentur*, permutentur, magno pretio emantur, *vellera incocta Tyrios rubores*, pro incocta ruboribus, lanae coquendo tinctae purpureo colore.

308. Nam διδυμοτοκεῖ δὲ ὡς ἐπὶ πολὺ, καὶ τρέφει τὰ γεννώμενα, καὶ προϊόδους δίδωσιν οὐκ ὀλίγας, τὰς ἀπὸ γάλακτος, καὶ τυροῦ, καὶ ἐρέας (aut potius κρέως, vt bene Niclas), πρὸς δὲ τούτοις τὰς ἀπὸ τῆς τριχός: Geopon. XVIII, 9. cf. Colum. VII, 6, 7. 309. Quo magis — eo magis. *Quam magis* —

Digitized by Google

Laeta magis preſſis manabunt flumina mammis. 310
Nec minus interea barbas incanaque mentá
Cinyphii tondent hirci, ſaetasque comantis,
Vſum in caſtrorum, et miſeris velamina nautis.

hunt, etiam *mulcra*. vid. ad v. 177. *exhauſta* alter Rottend. *vbera* et hic Rom. *vbere exhauſto*, eſt, expreſſo. 310 *manabunt flumina mammis* vbique editur; ſic Mediceus cum bonis aliis; etiam fragm. Vatic. *vbera* Romanus cum aliis Pierii, Parrhaſ. et pars libror. Heinſ. Goth. pr., omnes Martini, vno excepto Cantabr., edd. Ven. et Medic. Praeferebat hoc Pierius, Giſan., Cerda, Oudendorp. et alii viri docti. *vbera* cum *mammis* iuncta non magis offendant ac *nemorum ſiluae*, *riuorum aquae* et ſimilia. Sed vt pulcrius, ne *vbera*, *vbere*, ſuccedant in binis verſibus, ita veriſimilius *flumina*. Obuerſari poterat librario *vbere* e verſu ſup. Vtramque lectionem Parrhaſ. memorat. 312 *Ciniphei*, *Cyniphii*, *Cinyphei*, *Cynifei*, male ſcribunt alii. Eſt Κίνυψ. vid. Herod. IV, 198. *hircis* Romanus, et in aliis Pierii *hirquis*; ex interpolatione interpretis. vid. Not. Reiskius modo *tradent* pro *tondent*, vt *hirci* nominatiuus ſit, modo *hircis*, vt *Cinyphii* ſint ipſi Afri incolae, modo *Cinyphiis hircis* coniiciebat, vt ſubaudiatur: paſtores tondent. 313 verſus ap. Colum. VII, 6, 2.

tam magis. vt Aen. VII, 787. 788, v. h. l. Heinſ. Mox *flumina* de magna copia, res in poetis obuia.

311—313. E Varrone R. R. II, 11, 11. conf. Geopon. XVIII, 9. 313. *Vſum in caſtrorum*. cf. Calpurn. V, 67. 68. locum expreſſit Silius III, 274—276. *tondent*, ſcil. homines, paſtores, vt iam aliquoties vidimus, ſicque iam Philargyr. *Cinyphii hirci*; *Cinyps* fl. Libyae, in ora nunc Tripolitana, exit in ſinum Syrticum. Eodem nomine regio nota; conf. Intpp. Ouidii V. Met. 124. *hircus* h. l. ab eo dictus, dum e poetica ratione a praeſtantiore aliquo genere epitheton ducitur, vt toties iam notatum, et vt mox *Lycaeus* pro quocumque monte, et v. 332 *quercus Iouis*. cf. v. 345. Ciliciorum autem ex hircinis villis vſum reſpici obuium eſt. Iul. Sab. „centones et

Digitized by Google

Paſcuntur vero ſiluas, et ſumma Lycaei,
Horrentisque rubos, et amantis ardua dumos; 315
Atque ipſae memores redeunt in tecta, ſuosque
Ducunt, et grauido ſuperant vix vbere limen.
Ergo omni ſtudio glaciem ventosque niualis,
Quo minor eſt illis curae mortalis egeſtas,
Auertes; victumque feres et virgea laetus 320
Pabula; nec tota claudes foenilia bruma.

314 *vere* Parrhaſ. 316 *ſuasque* Ven. *immemores* Medic. 317 *Deducunt* Donat. ad Terent. Hecyr. IV, 4, 27. 318 *ventos glaciemque* Parrhaſ. et quart. Moret. *ventosque minaces* Vratisl. *niuoſis* Venetus. 319 *Quo minor* antiquiſſimus et optimus quisque Rom. Medic. et alii, et ſic cum Seru. ac Philarg. maior pars librorum Heinſ. et Martini, etiam Goth. vterque cum Erf.; adde edit. Egnatii et alias nonnullas antiquiores; eodem ſenſu ac vulgatum *Quo minus;* poetica ratione aduerbium in epitheton aut adiectiuum mutari quoties iam vidimus! Sed a ſenſu verſus plane aberrabant critici. v. Not.; hinc erat, quod alterum praeferebant. 320 *Auertas* Menag. alter. *Auertis* Ven. *largus* malebat Io. Schrader. 321 *claudis* Medic. *claudas* Erf. *feralia* Parrhaſ. a m. pr.

coopertoria lectorum. Anacliteria dicuntur Mataratia.“

314—321. Addit hoc: facilem eſſe rationem alendi capras. *Paſcuntur* ſeu depaſcuntur *ſiluas*, vt alibi prata, herbas, (cf. ad 143.) etſi et accipi poteſt, per ſiluas; ſc. *caprae* e v. 300, et 316 *ipſae*. Mox *rubi* nobis *Brombeerſtaude*. 316. ſponte redeunt, *ſuosque ducunt*, de fetibus cum Seruio accipio, quos matres educunt ac reducunt. 318. Eo magis frigus, cuius impatientiſſimum eſt hoc pecus, ab eo arcere ſtude, et hanc ei operam impende tanto magis, quo minus illud in ceteris omnibus rebus cura humana indiget; *eſt egeſtas* (h. egent) *curae mortalis*. 320. Conf. Calpurn. V, 96 ſqq. 110—115. *laetus* refer ad ſtudium, ſi quis facit promte, lubenter. 321. Et interdum etiam per

Digitized by Google

At vero, Zephyris quum laeta vocantibus aeſtas
In ſaltus vtrumque gregem atque in paſcua mittet:
Luciferi primo cum ſidere frigida rura
Carpamus, dum mane nouum, dum gramina canent,

322 Legebatur: *At vero Zephyris cum laeta vocantibus aeſtas: In ſaltus vtrumque gregem atque in paſcua mittes.* Ita vero dura erat verborum iunctura, cum ſupplendum eſſet: *quum laeta aeſtas*, ſcil. erit. Obuium tamen eſt, duo verſus 322. 323 eſſe protaſin; et *mittet* et leniorem et elegantiorem orationem efficere; *aeſtas mittit*, qua incipiente mittuntur. Et ſic Mediceus a pr. m. et libri apud Vrſinum habere memorantur. Ceteri omnes, etiam fragm. Vatic. cum editis, *mittes*, prono lapſu. *mittas* Franc. Obtemperauit iam monenti Brunck. *in* ante *paſcua* abeſt Rottend. alt. 324 *Lucifero* tres ap. Burm. 325 *Carpamus* omnes libri etiam apud Colum. VII, 3, 23, vbi hi verſus exhibentur, nec non fragm. Vatic. Proprie ſi loquimur, aliter dicimus,

hibernum tempus foenum iis appone.

322. Haec quidem per hiemem; nunc — 384 gregum cura per aeſtiuum tempus; locus ornatus digreſſione, primo 339 de Nomadibus Libyae et 349 de terris borealibus. Refer ad 295. 296. vid. Var. Lect. Aeſtate itaque redeunte oues et caprae in paſcua educuntor. Conf. Calpurn. Ecloga elegantiſſima V, 16—23, vbi: *At quum longa dies ſitientes adferet aeſtas, Nec fuerit variante deo mutabile caelum: Iam ſiluis committe greges; iam lon-gius herbas Quaere; ſed ante diem pecus exeat.* 324. Sequentia e Varrone R. R. II, 2, 10—12. Repetit verſus 322—337 Columella VII, 3, 23; ſententiam vero cum verbis Pallad. XII, 13, 4 ſqq. imitatione expreſſit Calpurn. Ecl. V, 51—65. Vt *Lucifer* perſonam dei induat et pro die memoretur, a poetis maxime Alexandrinis videtur profectum. Etiam in pompa Alexandrina Philadelphi ille exhibitus ap. Athen. V, pag. 197 D. *Carpamus rura*, ipſi carpamus viam, iter, ad vel per rura. Alii, educa-

Digitized by Google

Et ros in tenera pecori gratiſſimus herba.
Inde, vbi quarta ſitim coeli conlegerit hora,
Et cantu querulae rumpent arbuſta cicadae:

carpere frigida rura, aliter, *carpere viam*, *iter*; hoc hominibus, illud pecori herbas depaſcenti, tribuitur: etſi et hoc, ſed alio contexto, vidimus de inceſſu dictum *carpere campum*, *prata*, vt ſup. 142. Procliue eſt, *carpantur* coniicere. Zulich. a m. ſec. *carpentur*. Io. Schrader. *Quaeramus* tentat: vt in Calpurn. V, 51 *iam longius herbas Quaere*. Vt tamen nunc legitur, int. cum grege pererremus rura. *Sed ante diem pecus exeat*, ait Calpurn. V, 52. Varro, quem ante oculos habuit noſter, R. R. II, 2, 10 *aeſtate — cum prima luce exeunt paſtum*. Porro in fine verſus: *dum flumina creſcunt* Donatus laudat, memoriae vitio, in Terent. Adelph. III, 2, 52. *dum gramina coment* Goth. pr. 326 *Quum ros* Nonius Marcellus in *tenera*, vbi et *eſt* in fine verſus tollitur, quod ſuſtulit Heinſ. omnium fere librorum auctoritate. 328 Verſum repetit Copa 27. cf. Cul. 151.

mus greges ad carpenda rura, h. e. gramina, herbas: praeeunte Seruio: „carpere cogamus capras.“ Imitari auſus eſt Seneca Herc. fur. 139 *Paſtor gelida cana pruina Grege diniſſo pabula carpit*. 326. Idem verſus Ecl. VIII, 15. Imitatur Nemeſ. Ecl. I, 7. 8.

327. Palladius loco laudato §. 4 Quarta hora caleſcente *potus puri fluminis aut putei praebeatur, aut fontis*. In verbis autem, vbi *quarta hora caeli*, cuius menſuram e ſolis in caelo decurſu cognoſcimus (ſic *caeli menſes* Ge. I, 335; *caeli tempore* Ge. IV, 100), *collegerit ſitim*, aeſtu tum ſuccedente, contraxerit, fecerit, animantibus ſitim. Horatius noto loco Carm. IV, 12, 13 *Adduxere ſitim tempora, Virgili*. *Hora quarta* autem, nobis fere nona. Nam *in Italia quindecim* horas habet longiſſimus dies ſecundum Plin. II, 75, f. 77. vid. h. l. Martin. 328. Praeiuit Heſiod. Ἔργ. 582. 583. Scut. Herc. 393—397. Similia alia v. ap. Cerdam. *rumpent arbuſta*, ſollenne de magno clamore aut ſtrepitu. cf. ad Ge. I, 49. Graeu. Lect. Heſiod. c. 18. Scilicet proprie rumpitur aer clamore per ſiluam; tum

Ad puteos aut alta greges ad ſtagna iubeto
Currentem ilignis potare canalibus vndam;
Aeſtibus at mediis vmbroſam exquirere vallem,
Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus
Ingentis tendat ramos; aut ſicubi nigrum
Ilicibus crebris ſacra nemus adcubet vmbra;
Tum tenuis dare rurſus aquas, et paſcere rurſus

329 *At* vtroque loco Rom. et fragm. Vatic., vetere more. *adque alta* Rom. *Aut puteos* fragm. Moret. *ad* vel *et ad alta* codd. ap. Columellam l. c. *aut leta* Erf. Qui talia captat, poteſt tentare *iubebo*, vt v. 300 *iubeo*, 295 *edico*, IV, 264 *ſuadebo*. et recepit *iubebo* Wakef. 330 *ilignis*. Ita fere plurimi et fragm. Vatic. In aliis aberratur: *illignis*, *illignis*, *ilignis*, *ilineis*, *in lignis*, *lignis*, vid. Pier. Heinſ. Martin. et Burmannus ad Antholog. Lat. lib. I, epigr. 110, 3. *ligneis* Goth. ſec. 331 *aſt mediis* Parrhaſ. *aut* fragm. Vatic. Regius Martin. Longob. et tert. Rottend. *ac* nonnulli ap. Pier. et edd. vett. *et* vnus Mead. *vt* ed. Ven. 1482. *in* Nonius Marcell. in *aeſtus*. *adquirere* Longob. 333 *tendet* Leid. alt. *In patulos tendat* Moret. ſec., per ſe non male. *nigra* Gud. *nigram* Mentel. pr. 334 *ſacrum nemus* pr. Moret. Parrhaſ. Leid. a m. ſec., et ſic Gud. Sed in tali politu epithetorum perpetua permutatio. *atra* et *arta* pro *ſacra* codd. apud Columell. l. c. *incubet* Rottend. tert. et Erf. *greſſus* pro *crebris* Medic. a m. pr. In vulgata nil mutat Columella. 335 *Tunc* Rom.

ipſa ſilua. *arbuſta* h. l. inter vites iugatas, vt bene monet vir doctus, ſecundum Plinium, qui eas *nec in campis nec in frigidis aut vmbroſis nemoribus eſſe* ait, in loco de *cicadis* lib. XI, 27 ſ. 32. 334. *nemus adcubet*, adſtet, in propinquo ſitum ſit, inprimis ſi in cliuo ſit; vt ſup. v. 145 *ſaxea* procubet *vmbra*. Niſi *accubat* ſimpliciter accipis pro cubat, ſita eſt; vt apud Horat. IV Carm. 12, 18.

335—338. Tum poti greges iterum educendi et paſcendi vsque ad ſerum veſperem. cf. Calpurn. V, 60 ſq. et ſupra laudatos. *tenues* ſimpliciter ornat, a natura

Digitized by Google

Solis ad occaſum: quum frigidus aera veſper
Temperat, et ſaltus reficit iam roſcida luna,
Litoraque alcyonen reſonant, acalanthida dumi.
Quid tibi paſtores Libyae, quid paſcua verſu

336 *aere* Goth. pr. Ceterum maiorem interpunctionem e medio verſu ſuſtulimus. 337 *roſida* ſcribunt nonnulli, vt et apud Columellam l. c. et alias. 338 *alcyonem* Reg. *reſonent* alter Rottend. *acalanthida* tuetur librorum apud Pierium, Heinſ., Martin., conſtantia, quamquam diuerſis modis *achalantida, athalantida, acalenthida*, tandem *achantida*, ſine *et*, ſcribitur. *acalantida* fragm. Vatic. *et acanthida* edd. ante Heinſ., etiam veteres, inſederat; pro quo laudari poteſt Calpurn. VI, 7 *vt vincat acanthida cornix*. Contra Paullinus: *Nec niſi vere nouo reſonant acalanthida dumi*. Similiter non modo ἀκανθὶς, verum et ἀκαλανθὶς occurrit. vid. hic Heinſ. 339 *paſtoris* Leid. *verſa* Goth. pr., quaſi ſubinde mutari ſolita. Sed verius librarii eſt ludibrium.

aquarum petitum. *reficit roſcida luna*, h. ros cadens, dum luna lucet, noctu; adſcriptus vulgari opinioni lunae, tamquam cauſſae. Hinc illud, quod ab Alcmane de rore dictum laudatur ab Intpp. (ap. Plutarch. Sympoſ. libr. III extr.) οἷα Διὸς θυγάτηρ μέγα τρέφει καὶ Σελάνας ἴδιας· felici commento facit rorem, τὴν Δρόσον, Iouis et Lunae filiam. *roriſluam Lunam* in Catalectis inuenias p. 239. Contra ſideribus tribuitur ab aliis *Humor ille, quem ſerenis aſtra rorant noctibus* Peruigil. Ven. 20. Ea ipſa de rore et nocturno humore obſeruatio fecit haud dubie, vt Lunam deam γόνιμον, almam rerum matrem, crederent. *Littora reſonant alcyonen*, h. alcyones cantum: memoratae iam Ge. I, 398. 399. *Acalanthis* pro eadem habetur cum *acanthide*, ſeu *carduelli, Goldfink*.

339 ſq. — 383. In ſaltus et paſcua educendos eſſe greges dixerat a v. 322. Dum poeta vndique ornatum carmini et gratiam ex varietate quaerit, vt ad hanc paſcendarum ouium curam exemplo inuitet, Afrorum nomadum morem memorat, qui per totam aeſtatem pecus in ſaltibus habent; at

Digitized by Google

Prosequar, et raris habitata mapalia tectis? 340
Saepe diem noctemque, et totum ex ordine menſem,
Paſcitur itque pecus longa in deſerta ſine vllis
Hoſpitiis: tantum campi iacet. Omnia ſecum
Armentarius Afer agit, tectumque, Laremque,
Armaque, Amyclaeumque canem, Creſſamque pharetram. 345

340 *Perſequar* Zulich. *mappalia* male alibi ſcribitur. vid. Burm. 343 *campis* vnus Arundel. et vnus Mead. 344 *Armentarnus* fragm. Vatic. a m ſec. *laboremque* Romanus, librarii ſtupore. 345 *Craſſamque* Menag. alt. *pharetramque* ed. Iunt.

contra 349. in ſeptemtrionalibus plagis ſemper in ſtabulis pecus continetur. Ceterum locus eſt ex nobiliſſimis.

339. *Libyae paſcua* iam ab Homero nobilitata Odyſſ. δ, 85. 340. *mapalia*, caſae ſeu tuguria cannis ferulisue confecta in coni aut furni, aut in carinae ſpeciem, vt apud Salluſt. Iug. 21, ſeu ſparſim ſolo fixa ſeu plauſtris circumferri ſolita, vt ap. Plin. V, 3. At h. l. prius locum habet; nam ſunt *mapalia raris tectis*, h. mapalia rara, ſparſa paſſim per agros, non in vicos collecta. Silius *diſperſa mapalia* dixit ex hoc ipſo loco lib. XVII, 90. cf. inf. ad Aen. I, 420. Apud Lucan. IV, 684 ſunt *vacua*, h. vacuo et deſerto in loco fixa. 343. *Hoſpitia* pulcre certae ſedes ac domus, quo ſe recipiant. 344. Locum hunc imitatus Silius II, 441 — 445. Habuit etiam ante oculos Valer. Flacc. VI, 324—339, vt iam notatum apud Burm. 345. *Amyclaeum* (ſup. v. 89) *canem*, et *Creſſam*, ſ. Creticam, *pharetram*, a praeſtantiore genere (vid. ad v. 312) nominat. Licet poetis eiusmodi ornamenta captare. Horat. *Non eget Mauris iaculis.* conf. eundem III, 19, 8. III, 26, 10. Niſi hoc eſſet, de Nomade Afro talia memorari non poſſent.

Digitized by Google

Non ſecus ac patriis acer Romanus in armis
Iniuſto ſub faſce viam quum carpit, et hoſti
Ante exſpectatum poſitis ſtat in agmine caſtris.
At non, qua Scythiae gentes, Maeotiaque vnda,
Turbidus et torquens flauentis Hiſter arenas,

346 *Haud ſecus* Quinctil. IX, 3. *Nec ſecus* Goth. ſec. 347 *Inulto ſub faſce* fragm. Vatic. *quom* Rom. et fragm. Vatic. *dum* Nonius Marcellus in *faſces* et Donat. in Terent. Andr. I, 1, 9. Porro *et hoſtem* Medic. a m. pr. cum aliis nonnullis Heinſii, Regius, Goth. ſec. Erf., item cod. Fabricii Chemnic. et Vegetii vett. edd. I, 19, duo vett. libri apud Pierium: ſed perperam. In Vegetii codd. porro eſt *hoſtis exſpectatus*, et *hoſtes* vid. Miſc. Obſſ. Vol. VII, p. 139. *hoſti* etiam Rom. et fragm. Vatic. tuentur. 348 *ſtat agmine* ſine *in* Romanus. *ſtat in ordine* recitat Aruſianus Meſſius Grammaticus. Et ſic Leid. et margo Peris. ap. Vegetium, quod placebat Viro docto in Miſc. Obſſ. l. l. 349 *Maeotia* Heinſ. cum melioribus, quem vide. *Maeotica* vulgo. 350 *fluentes* Franc. *Hiſter* ſcribunt praecipui codd. hic et alibi;

346. Non ſecus ac Romanus omnia ſecum agit, cum armatus incedit. *patriis — armis*, pulcro epitheto; quod *patriam virtutem, diſciplinam*, in animum reuocat. 347. *Iniuſto ſub faſce*, magno onere, vt Seru. iam explicuit, conf. ad Ge. I, 145. vbi *labor improbus*. Res eſt nota de Romano milite vel ex Cic. Tuſc. Qu. II, 16, et laudatur Veget. I, 19 *Pondus quoque baiulare vsque ad LX libras, et iter facere gradu militari* etc. conf. Intpp. ad Taciti German. 30.

348. *Ante expectatum hoſti*, antequam hoſtis expectaret (v. Burm.), h. ſubito, repente, ἀπροσδοκήτως. *ſtat in agmine*, adſtat agmine, vt *incedere, ire, ſequi, agmine*. Vſitatiore modo diceres: *agmen ſtat*. Scilicet *agmen* ipſe exercitus, dum incedit. *poſitis caſtris*, dum interea celeriter caſtra ponuntur. Nam, cum agmen hoſti ſe oſtendit, a tergo vallum fit.

349. *At non* ita paſcitur itque pecus etc. Debet itaque maior diſtinctio poni in fine verſus 351. 350. Et

Digitized by Google

Quaque redit medium Rhodope porrecta ſub axem.

Illic clauſa tenent ſtabulis armenta; neque vllae
Aut herbae campo adparent, aut arbore frondes:
Sed iacet aggeribus niueis informis et alto
Terra gelu late, ſeptemque adſurgit in vlnas.
Semper hiems, ſemper ſpirantes frigora Cauri.

an recte, dubito. Eſt enim prava ſequiorum ſaeculorum aſpiratio. 351 *Quamque iacet* Schol. Horat. Epod. 10, ſed aliter idem Od. III, 10. *radit* video a Pierio excitari, male. *Rhodope medium* Franc. *ſub axe* Gudian. *gelidum — ſub axem* ſcribendum eſſe contendebat Io. Schrader. Verum *medium* ornatus cauſſa adiectum, non geographica ſubtilitate. 352 *nec vllae* Rom. 354 *arboribus* Ven. *aggregibus* Goth. pr. 355 *ſurgit* Franc. 356 *ſpirantis* Comm. Cruqu. ad Horat. Od. I, 22, ſed ad Od. 25 *ſpirantes*. *ſpirantes frigore venti* Lutat. ad Stat. Theb. IV, 653. *Chauri* ſcribunt fere et hic, ut v. 278.

Iſter *turbidus* torquendo, dum torquet. 351. *redit porrecta* ſimpliciter pro, it, procedit, eſt porrecta, dictum accipies. Vulgaris ratio erat, *iacet;* ſed vt, *flectit ſe*, de montibus dicimus, ſic *redit* pro hoc ipſo ponere potuit. Similiter *vergit*, *tendit*, mons ad ſeptemtrionem. *ſub axem*, polum, non geographica ratione poni, patet per ſe. Ceterum poeta latius ſeptemtrionem declarat per Thraciam, quae a meridie eius fines conſtituere videri poteſt.

354. *Sed iacet terra, late informis aggeribus niueis et alto gelu, ſeptemque in vlnas adſurgit*, ſcil. his ipſis aggeribus novis et alto gelu ſeu glacie. Poetica ratione extulit, quod communi erat: *nix*, qua obducta eſt terra, *adſurgit in ſeptem vlnas*. 356. *Semper hiems* et *Caurus:* quem paullo ante vidimus vſ. 278 et quae ſequuntur, de remotioribus verſus ſeptemtrionem plagis, etſi ad miraculum aucta, vera ſunt, non de iis, quas vſſ. 349. 350 poſuerat. Sed poetae haec adnumerant, non appendunt;

Digitized by Google

Tum Sol pallentis haud vmquam discutit vmbras:
Nec quum inuectus equis altum petit aethera;
nec quum
Praecipitem Oceani rubro lauit aequore currum.
Concreſcunt ſubitae currenti in flumine cruſtae,
Vndaque iam tergo ferratos ſuſtinet orbis,
Puppibus illa prius, patulis nunc hoſpita plauſtris.

358 *Nec dum* tres vtroque loco et Goth. ſec. *Nec cum vectus* Parrhaſ. et fragm. Moret. *altus* Ed. Ven. 359 *latet aequore* Venetus. *curſum* Goth. ſec. 360 *in* abeſt Reg. Martini. 362 Diſtinctio huius verſus ambigua, vt ſemper in tali poſitu. Poſueram antea poſt *puppibus illa prius patulis*, ſane *pandas*

hoc eſt paullo craſſius id, quod volunt, declarant, *vt maior ornamentorum copia inde ſuppetat*, quoties rationem ac delectationem affert rei dignitas, nouitas vel magnitudo. Nec eo deſcendere neceſſe eſt, vt dicas, Thracicas oras olim graviore hieme laboraſſe; quod ſane verum eſſe et ipſe arbitror; verum in poeta tali ſubtilitate melius caremus.

357. Cf. illa Horat. Carm. I, 22, 17 ſq. *Pone me pigris* etc. *vmbrae* ſunt nebulae et caliginoſum caelum interdiu. Tres hi verſus ex Homero verſi Odyſſ. λ, 15—19. conf. Tibull. IV, 1, 65 ſq. Valer. Flacc. III, 399. Ouid. Met. XI, 592. — 358. *nec quum inuectus equis*, curru, ἵπποις pro ἅρματι et ἱππεύειν curru vehi. *per Siculas equitauit vndas Eurus.* ap. Horat. 359. *rubro — aequore* non proprio vocabulo, ſed ornante, pro rutilo, rubeſcente, igneo. Neque hoc loco euincere poteſt Cerda, etiam occidentale mare rubrum a Virgilio vocari.

360. Ornatiſſimi verſus de glacie: et quidem ex repentino gelu. *Mollesque luti concreſcere cruſtas* dixiſſe antea Lucretium notant Intpp. VI, 626. Idem *ferratos rotarum orbes* VI,

Digitized by Google

Poſt hinc digreſſus iubeo frondentia capris
Arbuta ſufficere, et fluuios praebere recentis;
Et ſtabula a ventis hiberno opponere ſoli
Ad medium conuerſa diem: quum frigidus olim
Iam cadit, extremoque inrorat Aquarius anno.
Hae quoque non cura nobis leuiore tuendae;

300 *degreſſus* vnus Leid. *digredientes* Seruius ad Aen. VIII, 546. 303 *At* Menag. pr. *tum f. o. Iam redit* Ven. *dum f.* vnus Arundel. quod pedeſtri verbo propius, vsque dum. 304 *extremo nudatque* Parrhaſ. 305 *Haec quoque — tuendae* Romanus antiquiſſimus cum fragm. Vaticano; vnde apparet, a lapſu librarii primum ortum habere alteram lectionem Mſ. Medic. *Haec —*

Sic et Martinus coniectabat; reddit autem pedes *turpes*, deformes tuberibus et nodis.

300. Etiam caprarum cura eſt habenda; primo quidem per hiemem. 301. *Arbuta* (v. Ecl. III, 82) *frondentia* pro *frondibus arbuti*. 302—304. Colum. VII, 3, 8 de ouibus: *humilia facere ſtabula — vt ſimul hieme calida ſint* — ea poni debent contra medium diem: *namque id pecus, quamuis ex omnibus animalibus veſtitiſſimum, frigoris tamen impatientiſſimum eſt;* et de capris VII, 6, 5 *huic pecudi nocet aeſtus, ſed magis frigus.* Varro quidem de R. R. II, 2, 7 *ſtabula* (ouium) *loco idoneo vt ſint; ne ventoſa; quae ſpectent magis ad orientem, quam ad meridianum tempus:* et de capris c. 3, 6 *ſtabulatur pecus melius, ad hibernos exortus ſi ſpectat, quod eſt alſioſum.* cf. Geopon. XVIII, 9. Sed malim affirmare, Virgilium in hoc a Varrone diſceſſiſſe, quam huius concordem cum Varrone ſententiam poetae, tamquam quaeſtione admota, exprimi, *a ventis*, h. auerſa a ventis, inprimis aquilone. conf. inf. v. 318. *hiberno ſoli opponuntur* eo ipſo, quod *ſunt ad meridiem conuerſa.* Tandem *cum — anno*, h. hiberno tempore. Aquarius occidit medio Februario. *extremo* autem *anno*, ſ. anni parte, ſi is a vere initium habet:

Digitized by Google

Nec minor vſus erit: quamuis Mileſia magno
Vellera mutentur Tyrios incocta rubores.
Denſior hinc ſuboles; hinc largi copia lactis.
Quam magis exhauſto ſpumauerit vbere mulctra:

tuenda. Et hoc interpretantur Seruius, Philargyrius, Grammatici, tamquam exquiſitam generis enallagen, et ſic plerique libri cum edd. Ven. et Mediol. et Aldd. pr. et ſec. At Nauger. in Ald. tert. *Hae — tuendae*, quod ab iis, qui Aldd. priores exprimebant, neglectum Heinſ. recte reuocauit, Philargyrius habebat, et Gud. cum Moret. et omnes Martini libri. *Nec* vnus Mead. *Haec — tuendum* Heinſ. adſcripſerat in marg., quae Lucretiana forma foret. Quorſum tamen eam inferas? Calpurn. V, 9 *quos ecce greges a monte remotos Cernis in aprico decerpere gramina campo: Hos tibi do ſenior iuueni pater; ipſe tuendos Accipe. cura breuiore* Ven. *vobis* Moret. qu. pro var. lect. 306 Non deterius foret diſtinguere: *Nec minor vſus erit. Quamuis Mileſia magno — rubores: Denſior hinc* (a capris) *ſuboles.* 307 *incocta colores* Goth. ſec., vt et Romanus cum aliis Pierii, male. *rubores* etiam fragm. Vatic. 308 *hic largi* fragm. Vatic. 309 *Quam magis* Heinſ. confirmauit e Mediceo et quos habebat omnibus, excepto tert. Rottend., quod idem ille copioſe illuſtrat, et pluribus e Lucretio illuſtrare aliquis poſſit. Vulgarem formam habet alterum, *Quo magis*, in Romano, et aliis Pierii, Ed. Ven. et quod mireris Nauger. Ald. tert. cum ſeqq. Mox *multra* fere ſcri-

cum huius enim ortu, operis ruſtici nouus ordo procedit. 307. Caprini generis curam non eſſe negligendam ait, etſi ditiorem prouentum ex ouibus eſſe non neget. *Mileſiam lanam* memorat poetico more, dum genus aliquod, et quidem praeſtantius fere, pro communi nomine ponendum eſt. *magno mutentur*, permutentur, magno pretio emantur, *vellera incocta Tyrios rubores*, pro incocta ruboribus, lanae coquendo tinctae purpureo colore.

308. Nam διδυμοτοκεῖ δὲ ὡς ἐπὶ πολὺ, καὶ τρέφει τὰ γεννώμενα, καὶ προϊόδους δίδωσιν οὐκ ὀλίγας, τὰς ἀπὸ γάλακτος, καὶ τυροῦ, καὶ ἐρέας (aut potius κρέως, vt bene Niclas), πρὸς δὲ τούτοις τὰς ἀπὸ τῆς τριχός: Geopon. XVIII, 9. cf. Colum. VII, 6, 7. 309. Quo magis — eo magis. *Quam magis* —

Digitized by Google

Laeta magis preſſis manabunt flumina mammis. 310
Nec minus interea barbas incanaque mentá
Cinyphii tondent hirci, ſaetasque comantis,
Vſum in caſtrorum, et miſeris velamina nautis.

hunt, etiam *mulcra*. vid. ad v. 177. *exhauſta* alter Rottend. *vbera* et hic Rom. *vbere exhauſto*, eſt, expreſſo. 310 *manabunt flumina mammis* vbique editur; ſic Mediceus cum bonis aliis; etiam fragm. Vatic. *vbera* Romanus cum aliis Pierii, Parrhaſ. et pars libror. Heinſ. Goth. pr., omnes Martini, vno excepto Cantabr., edd. Ven. et Medic. Praeferebat hoc Pierius, Giſan., Cerda, Oudendorp. et alii viri docti. *vbera* cum *mammis* iuncta non magis offendant ac *nemorum ſiluae, riuorum aquae* et ſimilia. Sed vt pulcrius, ne *vbera*, *vbere*, ſuccedant in binis verſibus, ita veriſimilius *flumina*. Obuerſari poterat librario *vbere* e verſu ſup. Vtramque lectionem Parrhaſ. memorat. 312 *Ciniphei, Cyniphii, Cinyphei, Cynifei*, male ſcribunt alii. Eſt Κίνυψ. vid. Herod. IV, 198. *hircis* Romanus, et in aliis Pierii *hirquis*; ex interpolatione interpretis. vid. Not. Reiskius modo *tradent* pro *tondent*, vt *hirci* nominatiuus ſit, modo *hircis*, vt *Cinyphii* ſint ipſi Afri incolae, modo *Cinyphiis hircis* coniiciebat, vt ſubaudiatur: paſtores tondent. 313 verſus ap. Colum. VII, 6, 2.

tam magis. vt Aen. VII, 787. 788, v. h. l. Heinſ. Mox *flumina* de magna copia, res in poetis obuia.

311—313. E Varrone R. R. II, 11, 11. conf. Geopon. XVIII, 9. 313. *Vſum in caſtrorum*. cf. Calpurn. V, 67. 68. locum expreſſit Silius III, 274—276. *tondent*, ſcil. homines, paſtores, vt iam aliquoties vidimus, ſicque iam Philargyr. *Cinyphii hirci; Cinyps* fl. Libyae, in ora nunc Tripolitana, exit in ſinum Syrticum. Eodem nomine regio nota; conf. Intpp. Ouidii V Met. 124. *hircus* h. l. ab eo dictus, dum e poetica ratione a praeſtantiore aliquo genere epitheton ducitur, vt toties iam notatum, et vt mox *Lycaeus* pro quocumque monte, et v. 332 *quercus Iouis*. cf. v. 345. Ciliciorum autem ex hircinis villis vſum reſpici obuium eſt. Iul. Sab. „centones et

Digitized by Google

Paſcuntur vero ſiluas, et ſumma Lycaei,
Horrentisque rubos, et amantis ardua dumos; 315
Atque ipſae memores redeunt in tecta, ſuosque
Ducunt, et grauido ſuperant vix vbere limen.
Ergo omni ſtudio glaciem ventosque niualis,
Quo minor eſt illis curae mortalis egeſtas,
Auertes; victumque feres: et virgea laetus 320
Pabula; nec tota claudes foenilia bruma.

314 *vere* Parrhaſ. 316 *ſuasque* Ven. *immemores* Medic. 317 *Deducunt* Donat. ad Terent. Hecyr. IV, 4, 27. 318 *ventos glaciemque* Parrhaſ. et quart. Moret. *ventosque minaces* Vratisl. *niuoſis* Venetus. 319 *Quo minor* antiquiſſimus et optimus quisque Rom. Medic. et alii, et ſic cum Seru. ac Philarg. maior pars librorum Heinſ. et Martini, etiam Goth. vterque cum Erf.; adde edit. Egnatii et alias nonnullas antiquiores; eodem ſenſu ac vulgatum *Quo minus;* poetica ratione aduerbium in epitheton aut adiectiuum mutari quoties iam vidimus! Sed a ſenſu verſus plane aberrabant critici. v. Not.; hinc erat, quod alterum praeferebant. 320 *Auertas* Menag. alter. *Auertis* Ven. *largus* malebat Io. Schrader. 321 *claudis* Medic. *claudas* Erf. *feralia* Parrhaſ. a m. pr.

coopertoria lectorum. Anacliteria dicuntur Mataratia.“

314—321. Addit hoc: facilem eſſe rationem alendi capras. *Paſcuntur* ſeu depaſcuntur *ſiluas*, vt alibi prata, herbas, (cf. ad 143.) etſi et accipi poteſt, per ſiluas; ſc. *caprae* e v. 300, et 316 *ipſae*. Mox *rubi* nobis *Brombeerſtaude*. 316. ſponte redeunt, *ſuosque ducunt*, de fetibus cum Seruio accipio, quos matres educunt ac reducunt. 318. Eo magis frigus, cuius impatientiſſimum eſt hoc pecus, ab eo arcere ſtude, et hanc ei operam impende tanto magis, quo minus illud in ceteris omnibus rebus cura humana indiget; *eſt egeſtas* (h. egent) *curae mortalis*. 320. Conf. Calpurn. V, 96 ſqq. 110—115. *laetus* refer ad ſtudium, ſi quis facit promte, lubenter. 321. Et interdum etiam per

Digitized by Google

At vero, Zephyris quum laeta vocantibus aeſtas
In ſaltus vtrumque gregem atque in paſcua mittet:
Luciferi primo cum ſidere frigida rura
Carpamus, dum mane nouum, dum gramina canent, 325

322 Legebatur: *At vero Zephyris cum laeta vocantibus aeſtas: In ſaltus vtrumque gregem atque in paſcua mittes.* Ita vero dura erat verborum iunctura, cum ſupplendum eſſet: *quum laeta aeſtas*, ſcil. erit. Obuium tamen eſt, duo verſus 322. 323 eſſe protaſin; et *mittet* et leniorem et elegantiorem orationem efficere; *aeſtas mittit*, qua incipiente mittuntur. Et ſic Mediceus a pr. m. et libri apud Vrſinum habere memorantur. Ceteri omnes, etiam fragm. Vatic. cum editis, *mittes*, prono lapſu. *mittas* Franc. Obtemperauit iam monenti Brunck. *in* ante *paſcua* abeſt Rottend. alt. 324 *Lucifero* tres ap. Burm. 325 *Carpamus* omnes libri etiam apud Colum. VII, 3, 23, vbi hi verſus exhibentur, nec non fragm. Vatic. Proprie ſi loquimur, aliter dicimus,

hibernum tempus foenum iis appone.

322. Haec quidem per hiemem; nunc — 384 gregum cura per aeſtiuum tempus; locus ornatus digreſſione, primo 339 de Nomadibus Libyae et 349 de terris borealibus. Refer ad 295. 296. vid. Var. Lect. Aeſtate itaque redeunte oues et caprae in paſcua educuntor. Conf. Calpurn. Ecloga elegantiſſima V, 16 — 23, vbi: *At quum longa dies ſitientes adferet aeſtas, Nec fuerit variante deo mutabile caelum: Iam ſiluis committe greges; iam longius herbas Quaere; ſed ante diem pecus exeat.* 324. Sequentia e Varrone R. R. II, 2, 10—12. Repetit verſus 322 — 337 Columella VII, 3, 23; ſententiam vero cum verbis Pallad. XII, 13, 4 ſqq. imitatione expreſſit Calpurn. Ecl. V, 51 — 65. Vt *Lucifer* perſonam dei induat et pro die memoretur, a poetis maxime Alexandrinis videtur profectum. Etiam in pompa Alexandrina Philadelphi ille exhibitus ap. Athen. V, pag. 197 D. *Carpamus rura*, ipſi carpamus viam, iter, ad vel per rura. Alii, educa-

Digitized by Google

Et ros in tenera pecori gratiſſimus herba.
Inde, vbi quarta ſitim coeli conlegerit hora,
Et cantu querulae rumpent arbuſta cicadae:

carpere frigida rura, aliter, *carpere viam*, *iter*; hoc hominibus, illud pecori herbas depaſcenti, tribuitur: etſi et hoc, ſed alio contexto, vidimus de inceſſu dictum *carpere campum*, *prata*, vt ſup. 142. Procliue eſt, *carpantur* cohiicere. Zulich. a m. ſec. *carpentur*. Io. Schrader. *Quaeramus* tentat: vt in Calpurn. V, 51 *iam longius herbas Quaere*. Vt tamen nunc legitur, int. cum grege pererremus rura. *Sed ante diem pecus exeat*, ait Calpurn. V, 52. Varro, quem ante oculos habuit noſter, R. R. II, 2, 10 *aeſtate — cum prima luce exeunt paſtum*. Porro in fine verſus: *dum flumina creſcunt* Donatus laudat, memoriae vitio, in Terent. Adelph. III, 2, 52. *dum gramina coment* Goth. pr. 326 *Quum ros* Nonius Marcellus in *tenera*, vbi et *eſt* in fine verſus tollitur, quod ſuſtulit Heinſ. omnium fere librorum auctoritate. 328 Verſum repetit Copa 27. cf. Cul. 151.

mus greges ad carpenda rura, h. e. gramina, herbas: praeeunte Seruio: „carpere cogamus capras.“ Imitari auſus eſt Seneca Herc. fur. 139 *Paſtor gelida cana pruina Grege dimiſſo pabula carpit*. 326. Idem verſus Ecl. VIII, 15. Imitatur Nemeſ. Ecl. I, 7. 8.

327. Palladius loco laudato §. 4 Quarta hora caleſcente *potus puri fluminis aut putei praebeatur, aut fontis*. In verbis autem, vbi *quarta hora caeli*, cuius menſuram e ſolis in caelo decurſu cognoſcimus (ſic *caeli menſes* Ge. I, 335; *caeli tempore* Ge. IV, 100), *collegerit ſitim*, aeſtu tum ſuccedente, contraxerit, fecerit, animantibus ſitim. Horatius noto loco Carm. IV, 12, 13 *Adduxere ſitim tempora, Virgili*. *Hora quarta* autem, nobis fere nona. Nam *in Italia quindecim* horas habet longiſſimus dies ſecundum Plin. II, 75, f. 77. vid. h. l. Martin. 328. Praeiuit Heſiod. Ἔργ. 582. 583. Scut. Herc. 393—397. Similia alia v. ap. Cerdam. *rumpent arbuſta*, ſollenne de magno clamore aut ſtrepitu. cf. ad Ge. I, 49. Graeu. Lect. Heſiod. c. 18. Scilicet proprie rumpitur aer clamore per ſiluam; tum

Digitized by Google

Ad puteos aut alta greges ad ſtagna iubeto
Currentem ilignis potare canalibus vndam;
Aeſtibus at mediis vmbroſam exquirere vallem,
Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus
Ingentis tendat ramos; aut ſicubi nigrum
Ilicibus crebris ſacra nemus adcubet vmbra;
Tum tenuis dare rurſus aquas, et paſcere rurſus

329 *At* vtroque loco Rom. et fragm. Vatic., vetere more. *adque alta* Rom. *Aut puteos* fragm. Moret. *ad* vel *et ad alta* codd. ap. Columellam l. c. *aut leta* Erf. Qui talia captat, poteſt tentare *iubebo*, vt v. 300 *iubeo*, 295 *edico*, IV, 264 *ſuadebo*. et recepit *iubebo* Wakef. 330 *ilignis*. Ita fere plurimi et fragm. Vatic. In aliis aberratur: *illignels*, *illignis*, *ilignels*, *ilineis*, *in lignis*, *lignis*, vid. Pier. Heinſ. Martin. et Burmannus ad Antholog. Lat. lib. I, epigr. 110, 3. *ligneis* Goth. ſec. 331 *aſt mediis* Parrhaſ. *aut* fragm. Vatic. Regius Martin. Longob. et tert. Rottend. *ac* nonnulli ap. Pier. et edd. vett. *et* vnus Mead. *vt* ed. Ven. 1482. *in* Nonius Marcell. in *aeſtus*. *adquirere* Longob. 333 *tendet* Leid. alt. *In patulos tendat* Moret. ſec., per ſe non male. *nigra* Gud. *nigram* Mentel. pr. 334 *ſacrum nemus* pr. Moret. Parrhaſ. Leid. a m. ſec., et ſic Gud. Sed in tali politu epithetorum perpetua permutatio. *atra* et *arta* pro *ſacra* codd. apud Columell. l. c. *incubet* Rottend. tert. et Erf. *greſſus* pro *crebris* Medic. a m. pr. In vulgata nil mutat Columella. 335 *Tunc* Rom.

ipſa ſilua. *arbuſta* h. l. inter vites ingatas, vt bene monet vir doctus, ſecundum Plinium, qui eas *nec in campis nec in frigidis aut vmbroſis nemoribus eſſe* ait, in loco de *cicadis* lib. XI, 27 ſ. 32. 334. *nemus adcubet*, adſtet, in propinquo ſitum ſit, inprimis ſi in cliuo ſit; vt ſup. v. 145 *ſaxea* procubet *vmbra*. Niſi *accubat* ſimpliciter accipis pro cubat, ſita eſt; vt apud Horat. IV Carm. 12, 18.

335—338. Tum poti greges iterum educendi et paſcendi vsque ad ſerum veſperem. cf. Calpurn. V, 60 ſq. et ſupra laudatos. *tenues* ſimpliciter ornat, a natura

Digitized by Google

Solis ad occaſum: quum frigidus aera veſper
Temperat, et ſaltus reficit iam roſcida luna,
Litoraque alcyonen reſonant, acalanthida dumi.
Quid tibi paſtores Libyae, quid paſcua verſu

336 *aere* Goth. pr. Ceterum maiorem interpunctionem e medio verſu ſuſtulimus. 337 *roſida* ſcribunt nonnulli, vt et apud Columellam l. c. et alias. 338 *alcyonem* Reg. *reſonent* alter Rottend. *acalanthida* tuetur librorum apud Pierium, Heinſ., Martin., conſtantia, quamquam diuerſis modis *achalantida, athalantida, acalenthida*, tandem *achantida*, ſine *et*, ſcribitur. *acalantida* fragm. Vatic. *et acanthida* edd. ante Heinſ., etiam veteres, inſederat; pro quo laudari poteſt Calpurn. VI, 7 *vt vincat acanthida cornix*. Contra Paullinus: *Nec niſi vere nouo reſonant acalanthida dumi*. Similiter non modo ἀχανθὶς, verum et ἀχαλανθὶς occurrit. vid. hic Heinſ. 339 *paſtoris* Leid. *verſa* Goth. pr., quaſi ſubinde mutari ſolita. Sed verius librarii eſt ludibrium.

aquarum petitum. *reficit roſcida luna*, h. ros cadens, dum luna lucet, noctu; adſcriptus vulgari opinioni lunae, tamquam cauſſae. Hinc illud, quod ab Alcmane de rore dictum laudatur ab Intpp. (ap. Plutarch. Sympoſ. libr. III extr.) οἷα Διὸς θυγάτηρ μέγα τρέφει καὶ Σελάνας δίας· felici commento facit rorem, τὴν Δρόσον, Iouis et Lunae filiam. *roriſluam Lunam* in Catalectis inuenias p. 239. Contra ſideribus tribuitur ab aliis *Humor ille, quem ſerenis aſtra rorant noctibus* Peruigil. Ven. 20. Ea ipſa de rore et nocturno humore obſeruatio fecit haud dubie, vt Lunam deam γόνιμον, almam rerum matrem, crederent. *Littora reſonant alcyonen*, h. alcyones cantum: memoratae iam Ge. I, 398. 399. *Acalanthis* pro eadem habetur cum *acanthide*, ſeu *cardueli, Goldfink*.

339 ſq. — 383. In ſaltus et paſcua educendos eſſe greges dixerat a v. 322. Dum poeta vndique ornatum carmini et gratiam ex varietate quaerit, vt ad hanc paſcendarum ouium curam exemplo inuitet, Afrorum nomadum morem memorat, qui per totam aeſtatem pecus in ſaltibus habent; at

Digitized by Google

Profequar, et raris habitata mapalia tectis? 340
Saepe diem noctemque, et totum ex ordine menſem,
Paſcitur itque pecus longa in deſerta ſine vllis
Hoſpitiis: tantum campi iacet. Omnia ſecum
Armentarius Afer agit, tectumque, Laremque,
Armaque, Amyclaeumque canem, Creſſamque pharetram. 345

340 *Perſequar* Zulich. *mappalia* male alibi ſcribitur. vid. Burm. 343 *campis* vnus Arundel. et vnus Mead. 344 *Armentarnus* fragm. Vatic. a m ſec. *laboremque* Romanus, librarii ſtupore. 345 *Craſſamque* Menag. alt. *pharetramque* ed. Iunt.

contra 349. in ſeptemtrionalibus plagis ſemper in ſtabulis pecus continetur. Ceterum locus eſt ex nobiliſſimis.

339. *Libyae paſcua* iam ab Homero nobilitata Odyſſ. δ, 85. 340. *mapalia*, caſae ſeu tuguria cannis ferulisue confecta in coni aut furni, aut in carinae ſpeciem, vt apud Salluſt. Iug. 21, ſeu ſparſim ſolo fixa ſeu plauſtris circumferri ſolita, vt ap. Plin. V, 3. At h. l. prius locum habet; nam ſunt *mapalia raris tectis*, h. mapalia rara, ſparſa paſſim per agros, non in vicos collecta. Silius *diſperſa mapalia* dixit ex hoc ipſo loco lib. XVII, 90. cf. inf. ad Aen. I, 420. Apud Lucan. IV, 684 ſunt *vacua*, h. vacuo et deſerto in loco fixa. 343. *Hoſpitia* pulcre certae ſedes ac domus, quo ſe recipiant. 344. Locum hunc imitatus Silius II, 441 — 445. Habuit etiam ante oculos Valer. Flacc. VI, 324—339, vt iam notatum apud Burm. 345. *Amyclaeum* (ſup. v. 89) *canem*, et *Creſſam*, ſ. Creticam, *pharetram*, a praeſtantiore genere (vid. ad v. 312) nominat. Licet poetis eiusmodi ornamenta captare. Horat. *Non eget Mauris iaculis*. conf. eundem III, 19, 8. III, 26, 10. Niſi hoc eſſet, de Nomade Afro talia memorari non poſſent.

Digitized by Google

Non ſecus ac patriis acer Romanus in armis
Iniuſto ſub faſce viam quum carpit, et hoſti
Ante exſpectatum poſitis ſtat in agmine caſtris.
At non, qua Scythiae gentes, Maeotiaque vnda,
Turbidus et torquens flauentis Hiſter arenas,

346 *Haud ſecus* Quinctil. IX, 3. *Nec ſecus* Goth. ſec, 347 *Inulto ſub faſce* fragm. Vatic. *quom* Rom. et fragm. Vatic. *dum* Nonius Marcellus in *faſces* et Donat. in Terent. Andr. I, 1, 9. Porro *et hoſtem* Medic. a m. pr. cum aliis nonnullis Heinſii, Regius, Goth. ſec. Erf., item cod. Fabricii Chemnic. et Vegetii vett. edd. I, 19, duo vett. libri apud Pierium: ſed perperam. In Vegetii codd. porro eſt *hoſtis exſpectatus*, et *hoſtes* vid. Miſc. Obſſ. Vol. VII, p. 139. *hoſti* etiam Rom. et fragm. Vatic. tuentur. 348 *ſtat agmine* ſine *in* Romanus. *ſtat in ordine* recitat Aruſianus Meſſius Grammaticus. Et ſic Leid. et margo Periz. ap. Vegetium, quod placebat Viro docto in Miſc. Obſſ. l. l. 349 *Maeotia* Heinſ. cum melioribus, quem vide. *Maeotica* vulgo. 350 *fluentes* Franc. *Hiſter* ſcribunt praecipui codd. hic et alibi;

346. Non ſecus ac Romanus omnia ſecum agit, cum armatus incedit. *patriis — armis*, pulcro epitheto; quod *patriam virtutem, diſciplinam*, in animum revocat. 347. *Iniuſto ſub faſce*, magno onere, vt Seru. iam explicuit, conf. ad Ge. I, 145. vbi *labor improbus*. Res eſt nota de Romano milite vel ex Cic. Tuſc. Qu. II, 16, et laudatur Veget. I, 19 *Pondus quoque baiulare vsque ad LX libras, et iter facere gradu militari* etc. conf. Intpp. ad Taciti German. 30.

348. *Ante expectatum hoſti*, antequam hoſtis expectaret (v. Burm.), h. ſubito, repente, ἀπροσδοκήτως. *ſtat in agmine*, adſtat agmine, vt *incedere, ire, ſequi, agmine*. Vſitatiore modo diceres: *agmen ſtat*. Scilicet *agmen* ipſe exercitus, dum incedit. *poſitis caſtris*, dum interea celeriter caſtra ponuntur. Nam, cum agmen hoſti ſe oſtendit, a tergo vallum fit.

349. *At non* ita paſcitur itque pecus etc. Debet itaque maior diſtinctio poni in fine verſus 351. 350. Et

Digitized by Google

Quaque redit medium Rhodope porrecta ſub axem.
Illic clauſa tenent ſtabulis armenta; neque vllae
Aut herbae campo adparent, aut arbore frondes:
Sed iacet aggeribus niueis informis et alto
Terra gelu late, ſeptemque adſurgit in vlnas. 355
Semper hiems, ſemper ſpirantes frigora Cauri.

an recte, dubito. Eſt enim praua ſequiorum ſaeculorum aſpiratio. 351 *Quamque iacet* Schol. Horat. Epod. 10, ſed aliter idem Od. III, 10. *radit* video a Pierio excitari, male. *Rhodope medium* Franc. *ſub axe* Gudian. *gelidum — ſub axem* ſcribendum eſſe contendebat Io. Schrader. Verum *medium* ornatus cauſſa adiectum, non geographica ſubtilitate. 352 *nec vllae* Rom. 354 *arboribus* Ven. *aggregibus* Goth. pr. 355 *ſurgit* Franc. 356 *ſpirantis* Comm. Cruqu. ad Horat. Od. I, 22, ſed ad Od. 25 *ſpirantes*. *ſpirantes frigore venti* Lutat. ad Stat. Theb. IV, 653. *Chauri* ſcribunt fere et hic, ut v. 278.

Iſter *turbidus* torquendo, dum torquet. 351. *redit porrecta* ſimpliciter pro, it, procedit, eſt porrecta, dictum accipies. Vulgaris ratio erat, *iacet;* ſed vt, *flectit ſe*, de montibus dicimus, ſic *redit* pro hoc ipſo ponere potuit. Similiter *vergit*, *tendit*, mons ad ſeptemtrionem. *ſub axem*, polum, non geographica ratione poni, patet per ſe. Ceterum poeta latius ſeptemtrionem declarat per Thraciam, quae a meridie eius fines conſtituere videri poteſt.

354. *Sed iacet terra, late informis aggeribus niueis et alto gelu, ſeptemque in vlnas adſurgit*, ſcil. his ipſis aggeribus nouis et alto gelu ſeu glacie. Poetica ratione extulit, quod communi erat: *nix*, qua obducta eſt terra, *adſurgit in ſeptem vlnas*. 356. *Semper hiems* et *Caurus:* quem paullo ante vidimus vſ. 278 et quae ſequuntur, de remotioribus verſus ſeptemtrionem plagis, etſi ad miraculum aucta, vera ſunt, non de iis, quas vſſ. 349. 350 poſuerat. Sed poetae haec adnumerant, non appendunt;

Digitized by Google

Tum Sol pallentis haud vmquam discutit vmbras:
Nec quum inuectus equis altum petit aethera;
nec quum
Praecipitem Oceani rubro lauit aequore currum.
Concreſcunt ſubitae currenti in flumine cruſtae,
Vndaque iam tergo ferratos ſuſtinet orbis,
Puppibus illa prius, patulis nunc hoſpita plauſtris.

358 *Nec dum* tres vtroque loco et Goth. ſec. *Nec cum vectus* Parrhaſ. et fragm. Moret. *altus* Ed. Ven. 359 *latet aequore* Venetus. *curſum* Goth. ſec. 360 *in* abeſt Reg. Martini. 362 Diſtinctio huius verſus ambigua, vt ſemper in tali poſitu. Poſueram antea poſt *puppibus illa prius patulis*, ſane *pandas*

hoc eſt paullo craſſius id, quod volunt, declarant, *vt maior ornamentorum copia inde ſuppetat*, quoties rationem ac delectationem affert rei dignitas, nouitas vel magnitudo. Nec eo deſcendere neceſſe eſt, vt dicas, Thracicas oras olim graviore hieme laboraſſe; quod ſane verum eſſe et ipſe arbitror; verum in poeta tali ſubtilitate melius caremus.

357. Cf. illa Horat. Carm. I, 22, 17 ſq. *Pone me pigris* etc. *vmbrae* ſunt nebulae et caliginoſum caelum interdiu. Tres hi verſus ex Homero verſi Odyſſ. λ, 15—19. conf. Tibull. IV, 1, 65 ſq. Valer. Flacc. III, 399. Ouid. Met. XI, 592. — 358. *nec quum inuectus equis*, curru, ἵπποις pro ἅρματι et ἱππεύειν curru vehi. *per Siculas equitauit vndas Eurus.* ap. Horat. 359. *rubro — aequore* non proprio vocabulo, ſed ornante, pro rutilo, rubeſcente, igneo. Neque hoc loco euincere poteſt Cerda, etiam occidentale mare rubrum a Virgilio vocari.

360. Ornatiſſimi verſus de glacie: et quidem ex repentino gelu. *Mollesque luti concreſcere cruſtas* dixiſſe antea Lucretium notant Intpp. VI, 626. Idem *ferratos rotarum orbes* VI,

Digitized by Google

Aeraque disiliunt volgo, vestesque rigescunt
Indutae, caeduntque securibus humida vina,
Et totae solidam in glaciem vertere lacunae, 365
Stiriaque inpexis induruit horrida barbis.
Interea toto non secius aere ninguit:

carinas dixerat II, 445. Burm. *patulis* ad *plaustris* referri malit, et hoc recte, ex canone aliquoties memorato, alterum potius ornandum esse epitheto, quam nomen prius; inde enim maior orationis vis exiitit: quamuis Wakef. male id fieri pronuntiet ad Lucret. VI, 550. Vir doctus lac. Bryant totum versum pro suppositicio habet; displicebat scilicet acumen a Maronis more et persona alienum. Si tamen sententiam prioris versus reputes: sustinet vnda rotas, adeoque currus, quae prius nauigiis peruia erat: acumen perit; et *hospita* est simpl, quae admittit, qua incedunt plaustra. 363 *disoluunt* Ven. 364 *Indutī* Gud. in rasura, vt Heinsio coniectura sit, fuisse *Indutis*. 365 *Et totae in soli-dam* Romanus. 366 Versus abest Romano. 367 *non setius* Rom. et plurimi. *non segnius* Vratisl., vt Seru.; et sic alibi. vid. ad Ge. II, 277. *aequore* vnus Arundel.; et sic apud Priscianum lib. X, sed aliter Charisius. *aequore ninguit* ex vet. libro Giphan. Ind. Lucret. in *ninguere*. *mingit* Franc.

555 — 363. Ge. IV, 135. 136 *Et cum tristis hiems etiamnum frigore saxa Rumperet.* At d[illegible]ere laudatur Strabo II, p. 126 (74) cum Epigrammate, quod est quoque in Analectis To. III, p. 234. 364. *humida vina*, h. alias fluida. Non itaque otiosum epitheton, vt apud Quinctil. Inst. VIII, 6, 40. Locum expressisse videtur Ouid. Trist. III, 10, 23. 24. Laudat Burmann. Statii Intpp. Theb. IV, 1. Macrob. Sat. VII, 12. At inf. 379 cereuisia homines vti narrat poeta? Non esse haec in poeta vrgenda, recte monet Ouwens pag. 596. 365. *vertere* se, verti solent. *lacunas*, fossas inter agros intelligit Seruius, nimis anguste. Dixit poeta pro lacubus ac stagnis.

367. *non secius*, non minus, atque ante. conf. ad Ge. II, 277. Mox *pruinis* pro niuibus. Videtur poeta h. l. certasse cum Homero Iliad. μ, 278—286, prae-

Digitized by Google

Intereunt pecudes, ſtant circumfuſa pruinis
Corpora magna boum; confertoque agmine cerui
Torpent mole noua, et ſummis vix cornibus exſtant. 370
Hos non inmiſſis canibus, non caſſibus vllis,
Puniceaeue agitant pauidos formidine pinnae:
Sed fruſtra oppoſitum trudentes pectore montem
Comminus obtruncant ferro, grauiterque rudentes

369 *Corpora nigra* Toll., forte *pigra;* ſed vid. Burm. *conferto* Zulich. et Reg. Martini. *confecto* poſt Romanum Franc. Ven. et Goth. pr., ſed vulgata ap. Lutat. ad Stat. Theb. VI, 601. 370 *et* deeſt Mediceo. 371 *Quos non* Parrhaſ. *immenſis* Zulich. Eadem varietas Aneid. I, 125. *nec caſſibus* fragm. Moret. et vnus Arundel. 372 *Puniceaque* vnus Mead. *agitant pecudes* Regius. *pinnae* e melioribus Heinſ. *pennae* vulgares. 373 *Et fruſtra* Romanus. *oppoſitos* Goth. pr. putes fuiſſe *oppoſito*. *pectora* Gud.

claro loco. — 368. Si armenta ſtabulis tenentur v. 352, quid de his vſſ. fiet? Difficultatem vidit Iul. Sabinus. Scilicet cogitandum nunc de repentinis niuibus per eos quoque dies, quibus in paſcua aguntur. Succurrere voluit Ouwens p. 594 dum *pecudes* et *boues* de feris minoribus et bubus agreſtibus ſeu vris accipiebat. Durum id eſſet. Verum non nimis vrgenda quae poeta ad miraculum effert cumulata ex iis, quae de borealibus plagis remotioribus narrantur. Interualla eſſe debent hiemis remiſſioris et ſaeuioris, etſi 356 *ſemper hiems.* Nam 360 *Concreſcunt ſubitae — cruſtae:* ergo non ſemper durant. Itaque ſunt quoque tempora, quibus greges extra ſtabulum in agro habiti *repentino* gelu oppreſſi laborant. Neque in *ceruis* haerendum; poſuit, vt poeta, pro feris quibuscunque. 370. *mole noua,* inſolenti, n. niuis. 372. *formidinem* hic funiculum illum venatorum plumis intextum eſſe, quo cerui territi in retia aguntur, obuium eſt. v. Cer-

Digitized by Google

Caedunt, et magno laeti clamore reportant.
Ipſi in defoſſis ſpecubus ſecura ſub alta
Otia agunt terra, congeſtaque robora totasque
Aduoluere focis vlmos, ignique dedere.
Hic noctem ludo ducunt, et pocula laeti
Fermento atque acidis imitantur vitea ſorbis.
Talis Hyperboreo Septem ſubiecta trioni

376 *defoſſa* Venet. *ſpeciebus* Rom. *ſpecibus* Gudian. *ſcrobibus* Vratisl. 377 *que* in fine verſus abeſt a multis; minus bene. *totis* Leid. a m. ſec. 378 *vlmosque* Ven. 379 *Hinc* Voſſ. pr. et Franc. *ludo noctem* Rottend. alt. *ſpolia* Goth. pr. 380 *Firmento* Medic. *fromento que* Franciannus; notabilis lectio, vtpote de cereuiſia e frumento cocta. Tacit. Germ. 23 *Potui humor ex hordeo aut frumento, in quandam ſimilitudinem vini corruptus.* cf. Geopon. VII, 34. *fermento que* Gud. 381 *Quin*

da. cf. Aen. XII, 750 *Cervum puniceae ſeptum formidine pennae.*

376. Vita populorum borealium adumbrata ex iis, quae de Thracibus et Sarmatis narrari ſolebant, partim quoque de Germanis. *defoſſos ſpecus* pro foſſis dixit; vt in Cul. 273 *defoſſas domos* pro ſubterraneis. *defodere* eſt proprie alte fodere, mox et fodiendo aliquid condere. 378. *advoluerunt,* pro, aduoluunt, ἀορίστως. 379. *noctem* appellat noctes longas hiemis. cf. vſſ. 357. 358. 380. *pocula vitea,* vinum, *imitantur fermento,* ζύμῃ, hordeo ſeu frumento fermentato, h. cereuiſia, *atque ſorbis.* Hoc quidem vinum nullo Romanis vſu frequentatum; nam eius ne mentionem quidem faciunt R. R. antiqui auctores, et Pallad. II, 15, 4 *Item ex ſorbis maturis, ſicut ex piris, vinum fieri* traditur, *et acetum.* Memorat tamen Plinius inter reliqua vini fictitii genera XIV, 16, ſ. 19, 3. Eſt autem *ſorbus* nobis *Sperberbaum, Arlesbeer.* cf. Plin. XV, 21, ſ. 23.

381. *Septemtrio* ſeu *ſeptem triones,* h. boues, quaſi *teriones* a terendo dicti (v. Varro L. L. VI, 4, et

Digitized by Google

Gens effrena virum Rhipaeo tunditur Euro,
Et pecudum fuluis velatur corpora ſaetis.
Si tibi lanitium curae: primum aſpera ſilua,

et H. Schol. Horat. Od. II extr., ſed vulgata apud Donat. Priſcian. Bedam. *Hyperboreis* Toll. 382 Ῥιπαῖα ὄρη ſcribitur. 383 *velatur* recte Heinſ. repoſuit, tamquam elegantius per graecismum, e Romano, et alio Pieriano a m. pr., item Gudiano. *vellatur* Ven. Wakef. ad Lucret. IV, 691. vbi *Pinea ſomiferi capitis vallamina quaſſans* pro *velamina* intulerant viri docti, recordatus huius loci *vallatur* reponendo egregie locum ſanaſſe ſe pronuntiat. At Naugerius dudum hoc idem expreſſerat Ald. tert.; redierant tamen editores, vt innumeris aliis in locis, ad vulgarem lectionem *velantur*, quae inſidet reliquis codd.; etiam Medic. *fluuiis* (a pr. m.) *velantur*. Verſum languere facile ſentias, ſi ſententiam excuſſeris. Tamquam inutilem reſcindere quoque volebat Iac. Bryant modo a me laudatus. Pedem fixerat poeta in loco lubrico. Narrationi finiendae ſententiam ſubiicere volebat hanc: Ita viuunt populi ſeptemtrionalium terrarum. Hoc, vt poeta, ornare debuit. Pro, ita viuunt, hac vita vtuntur, ſubiecit ornatiora: *tunditur Euro gens et velatur ſaetis pecudum:* frigoris vim experitur, et aduerſus illam vellcribus ferarum corpus munit. 384 *la-*

Gell. II, 21), ſidus, antiquis Graecis ἅμαξα appellatum, quoniam ſub plauſtri ſpecie ſeptem verſus polum arcticum ſtellas repraeſentabant; vt forte *ſeptemtrio* ſit *ſeptem* ſtellarum *terio* ſeu currus; in plauſtri locum mox Vrſa maior et minor, aut altera certe (Homer. Odyſſ. ε, 273) ſucceſſit. vid. Arat. Phaenom. 27. conf. ad Aen. I, 744. 382. *Gens effrenorum virorum*, vulgari ratione; h. immanium, ferorum. *Eurum* iterum pro quocunque vento dixit; itaque *Rhipaeo* adiecit, vt borealem ac frigidum declararet; etſi, ſi arguteris, Rhipaei montes ab Oriente Scythiae poſiti videri poſſunt: de quibus vt de omni Septemtrione pro diuerſis temporibus et opinionum viciſſitudine multa ac varia fabulatos eſſe veteres, ſaepe et a multis viris doctis monitum ac disputatum eſt, ariolationibus quoque de iisdem rebus interpoſitis.

384—393. Praecepta ſuper lanarum ſtudio. vid. Colum. VII, 3, 9. 4, 4. De

Digitized by Google

Lappaeque tribulique abſint; fuge pabula laeta;
Continuoque greges villis lege mollibus albos.
Illum autem, quamuis aries ſit candidus ipſe,
Nigra ſubeſt vdo tantum cui lingua palato,
Reiice, ne maculis infuſcet vellera pullis
Naſcentum; plenoque alium circumſpice campo.
Munere ſic niueo lanae, ſi credere dignum eſt,

nictum Parrhaſ. ſcribit cum aliis. Aliter meliores. *Sit tibi* quidam codd. ap. Seru. Aen. II, 140 et Ed. Norimb. 385 *tribolique* Romanus, Medic Gud., vt Ge. I, 153. *fuge pabula tetra* em. Schrader. At v. Notam. 388 *cui tantum* Donat. in Phorm. Terentii II, 56, Moret. quart. Franc. et Erf. *palatu* Mentel. tert. 389 *Reice* ſcribebat Romanus, ſed et v. 422 *Deice. nam maculis* Gud. *inficiet* Menag. a m. ſec. 390 *Naſcuntur* Medic. a m. pr. *Poſcentum* Ven.; pro *Paſcentum* credebat Burm. *Naſcentis* Mead. *pleno* Reg. Martini. *plenumque* Rottend. alt. *campum* Reg. 391 Io. Schrader. malebat *Vellere. ſic credere* codex Seruii ad Georg. I, 16, facili lapſu.

lappis et *tribulis* Ge. I, 153. 385 *fuge pabula laeta.* Hoc poeta a conterraneis ſuis habet. Columella VII, 2, 3 *pretioſiores lanae habentur — quae circa Parmam et Mutinam* macris *ſtabulantur campis;* quamquam ibi nomen locorum proprium eſſe volunt. Philargyr. „quia laeta paſcua ſolocem lanam faciunt, hoc eſt, minutam, duram atque hirſutam" 386—389. Ita omnes auctores R. R. poſt Democritum Geop. XVIII, 6. v. Varro R. R. II, 2, 4. Colum. VII, 2, 6. 3, 1. Pallad. VIII, 4, 2. Plin. VIII, 47, f. 72. Ariſtot. Hiſt. Anim. VI, 13. Cf. Calpurn. Eclog. II, 36 ſqq. 390. Alium circumſpice e grege. Nobilitauit rem tenuem: *pleno campo.*

391. Fabula e Nicandro ſumta, qui Georgica et ipſe ſcripſerat. v. Macrob. Saturn. V, 22. Pan in arietem mutatus niuei velleris pulcritu-

Digitized by Google

Pan deus Arcadiae captam te, Luna, feſellit,
In nemora alta vocans; nec tu adſpernata vocantem.
At, cui lactis amor, cytiſum lotosque frequentis
Ipſe manu ſalſasque ferat praeſepibus herbas. 395
Hinc et amant fluuios magis, ac magis vbera tendunt,

392 *capta* Rottend. alt. In vtroque Meadiano vſſ. 391. 392 inuerſo ordine erant ſcripti. 393 *tu* abeſt Parrhaſ. *nec es aſpernata* pr. Moret. *ne es adſpernata* Gud., male. 395 *Ille manu* Romanus et Medic. Pierii, cum pluribus Heinſii, tribus Martini, Goth. pr. Erf. et vett. edd., quod equidem praeferrem. *Ipſe* Medic. Gud. Moret. pr. cum aliis tuentur; bene vtique et ipſum, quis dubitet? 396 *magis et magis* ante Heinſ., vt in aliis.

dine Lunam in nemorum receſſus pellexerat. Probus niuei arietis vellere ſe circumdediſſe Panem, etiam ex Nicandro, memorat. Plures Arcadum fabulae fuerunt de Luna dea e caelo vocata; placuit inprimis poetis narratio de Endymionis amoribus: quibus adducta Luna de caelo deſcendit. Viſum aliquod, opinatum, populare, (philoſophema appello, quoniam aliud vocabulum magis aptum haud ſuppetit) in fabula hac antiqua latere probabile fit; forte Lunae deliquium. Pan Arcadum deus domeſticus, quo Naturam rerum declaraſſe videntur. De Luna autem multa erant fabulati, qua ſe etiam antiquiores eſſe iactabant, προσελήνους. v. Opuſc. T. II, p. 334 ſqq. *Munere* lanae niueae, h. pretio; *munus* appellare potuit poeta ſimpliciter id, quo inducimus et fallimus alterum.

394—403. Nunc de lactis ſtudio. E Varrone II, 2, 19. cf. Pallad. XII, 13, 8. Geopon. XVIII, 12 et 19. De *loto*, herba, quae et *melilotus*, v. ad Georg. II, 84. 396. *tendunt* (f. distendunt, distentant, vt alibi, v. c. Ecl. IX, 31) *vbera* lacte. Nam pingueſcunt oues potiſſimum ex potu. Notauit iam Ariſtoteles Hiſtor. Anim. VIII, 10.

Digitized by Google

Et ſalis occultum referunt in lacte ſaporem.
Multi iam excretos prohibent a matribus haedos,
Primaque ferratis praefigunt ora capiſtris.
Quod ſurgente die mulſere horisque diurnis,
Nocte premunt; quod iam tenebris et ſole cadente,

397 *occultam* Gud. *referant* Ven. *referont* Rottend. tert. 398 *Multi etiam* Leid. et Moret. quart. cum Goth. ſec. et tribus Martini. 399 *Simaque* Heinſ. coni. *praefingunt* Leid. a m. pr., vnde Io. Schrader. *praeſtringunt*. 401 *a tenebris* cod. Leid. Seruii ad Ecl. III, 5. *cadenti* Rottend. tert. *cadentes* Rom.

398. Vt lactis maiorem copiam habeant, multi haedos non ſubmittunt capellae, ſed ſtatim a matre depellunt ſobolem (et v. c. vendunt, mactant etc.). *iam* accipio pro porro. *Multi* (eadem orationis forma Ge. I, 225 *Multi ante occaſum Maiae coepere* et 193 *Semina vidi equidem multos medicare) prohibent haedos a matribus* et *excernunt*, ſeu ſecernunt, amouent, hinc ornatius dictum *prohibent excretos*. Seruius *excretos*, validiores, reddit. Duxit adeo ab *excreſcere:* idque ſequuntur alii, de auctoritate vſus ſecuri, cum aliud exemplum haud adduxerint. Poteſt tamen res analogia confici; vſitatum enim eſt, *cretus* natus, a creſcere, quod et fuit pro naſci. *concretus*, a concreſcere, itaque et *excretus;* dictum, vt *adultus* ab adoleſcere. Aut verba haec vim quoque transitiuam habuere, aut fuit quoque *olere*, *adolere*, pro augere: de quo disputatum eſt ad Aen. I, 704 et iam ſup. Ecl. VIII, 65. *Capiſtra* autem int. περιστομίον genus aculeis inſertis, quod non quidem os obturet, ſed ſi vberibus os admoueant, matrem pungat, eamque recalcitrare faciat.

401. *Nocte premunt* in caſeum; *Mulgent vere ad caſeum faciendum mane:* Varro II, 11, 4, quod autem lac veſperi mulſere, aut mane in vrbem vendendum mittunt, aut caſeum inde

Digitized by Google

Sub lucem exportans calathis adit oppida paſtor;
Aut parco ſale contingunt, hiemique reponunt.
Nec tibi cura canum fuerit poſtrema: ſed vna
Velocis Spartae catulos acremque Moloſſum

402 *Sub luce* Rottend. tert. *exportant* Romanus, Medic. Gud. cum multis ſcriptis et editis; etiam vtroque Goth., item vett. Grammat.; atque ita illa: *adit oppida paſtor*, ſecernenda ſunt ab antecedentibus. Alios video diſtinguere: *quod — cadente, Sub lucem* (ſc. premunt): *exportans calathis adit oppida paſtor.* Ita totam noctem caſeis premendis exigerent. 403 *Vt parco* Rottend. ſec. *Ac parce* qu. Moret. *contingunt* vbique legitur, nusquam *continguunt*. cf. Not.; vt nec inf. 448 *Aut tonſum triſti contingunt corpus amurca.* 405 *actumque Mol.* alter Rottend. *Moloſum* ſcribunt plurimi.

faciunt, et quidem compactum et durabilem; vt contra priore loco v. 401 de caſeo, qui recens conſumitur, loqui videtur. Sic ſatis expedita res videtur. 403. *parco ſale*, quia *et nimio ſale imbui* poteſt. conf. Colum. VII, 8, 5. Ibid. §. 4 *caſeus rurſus torrido ſale contingitur*; vt adeo *contingunt* eſſe videatur pro *continguunt*, a *tingunt*, aut, vt veteres ſcribebant, *tinguunt*. Calpurn. V, 34 *rurſusque premetur Mane, quod occiduae mul. ſum redegerit horae.* Quae ibi antecedunt: *At ſi forte vaces, dum matutina relaxat Frigora ſol, tumidis ſpument tibi mulctra pa-pillis: Implebis, quod meſſe ſtuat;* Mane, inquit, mulge oues; *implebis quod meſſe ſtuat*, lac habebis in meſſorum vſum interdiu: vt ap. Maronem in vrbem exportatur. Ita nulla emendatione indiget locus. *calathis* vimineis, vt Copa 16. vitilibus.

404 ſqq. — 413. Procedit ad curam canum. Praeiuerat iam Heſiodus Ἔργ. 604. 605. proximo loco Varro II, 9. add. Columell. VII, 12. Plin. VIII, 11, ſ. 61 ſq.

405. *Spartani canes* (qui v. 345 *Amyclaei*), *veloces*, inprimis ſagacitate et odoratu praeſtantes, venationi; *Moloſſi* autem ex Epiro cum

Digitized by Google

Paſce fero pingui. Numquam cuſtodibus illis
Nocturnum ſtabulis furem, incurſusque luporum,
Aut inpacatos a tergo horrebis Hiberos.
Saepe etiam curſu timidos agitabis onagros,
Et canibus leporem, canibus venabere damas.
Saepe volutabris pulſos ſilueſtribus apros
Latratu turbabis agens, montisque per altos

407 *curſusque* Leid. 408 *indignatos* Medic. a m. pr., momoriae vitio. *implacatos* Ven. Ed. Ven. 409 *onagris* Leid., ſed v. Burm. *tumidos* vnus Arundel. 410 *lepores* Toll. et Parrhaſ. *dammas* ſcribunt alii, hinc *damnas* Franc. 411 *pulſis* alter Rottend. 412 *turbabis agros montesque per altos* Medic., male. vid. Not. conf. Burm. *terrebis* Romanus.

venationi tum gregum curae adhiberi ſoliti. 406. *Paſce fero pingui.* Expreſſit h. l. Nemeſian. Cyneg. 159. Gratius Cyneg. 307. 408. Eodem, quem ſaepe iam vidimus, poetarum more communi, pro quocunque abigeo et praedone (qui Heſiodo ἡμερόκοιτος ἀνὴρ l. c.) *Iberum* poſuit, quia ea gens rapinis et praedationibus infamis, inprimis cum nondum ſatis perdomita eſſet; hinc *impacatos Iberos* appellat: laudat Burm. Varronem de R. R. I, 16, 2, et L. I ff. de Abigeis. *a tergo,* in vicinia habitantes et inſidiantes. — 409. *Onagros,* ferum aſinorum genus, Phrygiae et Lycaoniae, Arabiae, vt nunc Syriae, nec non Africae cum aſſignent veteres (vid. Varro R. R. II, 6, 3. Plin. VIII, 44, ſ. 69), nemo in Italiae ſiluis commemorat. Itaque poetico more, cum omnino feram, quae canibus agitari poſſet, nominare vellet, certum quoddam, vtque oratio eſſet doctior, minus notum genus poſuit; ſic ſupra *vros,* ſic *ceruos* alibi. Sic *cedrum* in Italia recenſuit Aen. XI, 137, notante iam Victorio lib. XXXVIII, 1. 412. *agens* ad ornatum adiectum; vocabulum venantium proprium, dum vrgent feras: Aen. IV, 71 cerua quam *fixit paſtor agens telis.*

Digitized by Google

Ingentem clamore premes ad retia ceruum.
Diſce et odoratam ſtabulis adcendere cedrum,
Galbaneoque agitare grauis nidore chelydros.
Saepe ſub inmotis praeſepibus aut mala tactu

413 *Ingenti clamore* Vratisl. et Schol. Statii Theb. IV, 328, vt ſupra v. 43 hoc libro, *vocat ingenti clamore Cithaeron*; et praeferebat Burm., ſed in vtroque modo ornatui tantum inſeruit epitheton; neutro vim aliquam ſuam habet; Igitur pareo auctoritati codicum, quibus accedit Nonius Marcellus. *Ingentes — cervos* Erf. 414 *in ſtabulis* alter Menag. *incendere* Colum. VII, 4, 6. qui recitat vſſ. 414 — 418 et 420. 421. 415 *graui* habebant Seruii libri. Sic Regius et Moret. pr. et edd. vett., vt vel ex Pierio patet; quod firmes ex Nicandro, quem h. l. ſequutum eſſe noſtrum manifeſtum eſt, qui v. 51 *βαρύοδμος ἐπὶ φλογὶ μοιγηθεῖσα Χαλβάνῃ*. Sed reliqui libri conſtanter *grauis* vel *graues*, et hoc ex propria natura huius ſerpentis. v. Not. *celidros, colydros, chelindros, cylidros*, aberrationes. 416 *ſub ignotis* Romanus,

et I, 192 *et omnem Miſcet agens telis nemora inter frondea turbam.* Ita et 413 *premere*, premendo, vrgendo, inſtando, ad retia agere.

414 ſq. — 439. Sequuntur praecepta de cauendis noxiis animantibus. Vide Colum. VII, 4, 6. Geopon. XVIII, 2. Ante oculos poeta habuit Nicandri Theriac. 35. 51—53. Noſtri veſtigia preſſit Calpurn. Eclog. V, 86 ſq. Cf. h. l. Cerda. De *cedro*, forte iunipero oxycedro, v. ad Ge. II, 443, et Aen. VII, 13. 415. Plin. XII, 25, ſ. 56 *Dat et galbanum*, (ſuccum viſcidum) *Syria in eodem Amano monte e ferula* (de qua v. ad Ecl. X, 25). *Sincerum ſi vratur, fugat nidore ſerpentes.* Alia loca vid. ap. Cerdam et al. Intpp. Eiusdem *ferulae* etiam radix aduerſus morſus ſerpentum adhibebatur. vid. Samonicus de Medicina 846. *graues chelydros* dixit, (vt inf. *graues elleboros*, ex ipſa rerum natura) quia ſunt foetore intolerabili quaſi putris vlceris. vid. Nicand. Theriac. 411 ſqq. (p. 28 ed. Gorr.). E Dioſcoride et Galeno alia loca laudant Intpp. — 416. De *Vipera* quae viuos parit Plin. X, 62

Digitized by Google

Vipera delituit, coelumque exterrita fugit;
Aut tecto adſuetus coluber ſuccedere et vmbrae,
Peſtis acerba boum, pecorique adſpergere virus,
Fouit humum. Cape ſaxa manu, cape robora, paſtor, 420

non male. Sic quoque Erf. Sed perpetua haec variatio. Sic Aen. XI, 327. vid. Burm. 417 *delicuit* Rottend. tert. *dilituit* Gud. 418 *adſuetos* Gud. et Moret. pr. *colubris* Rottend. alter. 419 *pecorisque* Gud. *adſpargere* Mentel. pr. 420 *Fodit* nonnulli apud Pier., item Venetus; ſed hoc ad poeticam rationem haud dubie deterius. Eadem diuerſitas Georg. IV, 43.

ſ. 82. *mala tactu*, noxia, ſi tangatur. *caelum fugit*, h. lucem, ſtratis motis admiſſam. Colum. VII, 4, 6 *Stabula vero frequenter euerrenda et purganda — nec tantum coeno aut ſtercore, ſed exitioſis quoque ſerpentibus tecta liberentur.* Adiicitur locus noſtri poetae. *fugit, fouit*, ex more, aoriſti forma.

418. *Colubrum*, idem cum *boa*, de quo Plin. VIII, 14, ſ. 14 memorat, ſerpentis genus eſſe, putabat Martinus; quia de iis Plin. „*aluntur primo bubuli lactis ſucco, vnde nomen traxere;*“ quod mihi parum probabile videtur, dum magnitudinem boae recordor. Nec huic vni ſerpenti hoc proprium eſt, vt lac exſugat. Latius colubrorum nomen patuiſſe videtur: nam etiam in aquis degere dicuntur colubrorum genera, et *mala gramina paſtus coluber* occurrit Aen. II, 471. Nec tamen h. l. ex mitium ſerpentum genere eſſe poteſt, quia *pecori adſpergere virus* ſolet. 420. *Fovit humum.* Magis explicite Ge. IV, 42. 43 *effoſſis latebris ſub terra fouere larem. Fouet locum* is, qui multus et aſſiduus in eo moratur; ſic *caſtra fouere* Aen. IX, 57, et ſic, *fouere latebras in humo;* hinc magis poetice, *fouere humum.* Mox *Cape ſaxa.* Ita pugnantem inducit paſtorem in Culice 155 ſqq. 190.

Digitized by Google

Tollentemque minas et ſibila colla tumentem
Deiice; iamque fuga timidum caput abdidit alte,
Quum medii nexus extremaeque agmina caudae
Soluuntur, tardosque trahit ſinus vltimus orbis.
Eſt etiam ille malus Calabris in ſaltibus anguis,

421 *timentem* Menag. pr. *tuentem* Goth. pr. cum Ed. Ven. Idem verſus Aen. II, 381. 422 *cumque fuga* Medic. a m. ſec. *namque* Zulich. et Goth. pr. *tumidum* idem cum tribus aliis, Bodl. et vett. edd. Norimb. et Ven. 1475. *addidit* Rottend. ſec. et Goth. pr. 423 *Dum* quart. Moret. *Tum* Goth. ſec. *extremae agmina* et a m. pr. *agmine* Mentel. pr. et Romanus. 424 *trahunt* Medic. a m. pr., quod, Heinſio iudice, non caſui debitum videtur, qui ad Aen. VI, 209 plura huius generis collegit, vbi nomini ſingulari, cui plurium partium, formarum et indiuiduorum, et cuiusuis tandem collectionis notio ſubeſt, aut quod poetico more pro plurali numero poſitum eſt, verbum plurale in codd. iungitur, vt ſup. Georg. II, 89 *pendent vindemia*. Aen. III, 142 Gudian. *victum ſeges aegra negabant*. In perpetuis tamen librariorum in hoc genere erroribus nihil temere affirmem, nec parum tutam elegantiam captem. Alioquin malebat Heinſ. in noſtro loco: *tardosque ſinus trahit vltimus orbes*; aut etiam *tardosque trahi ſ.* Scilicet communiore ratione *orbes trahunt ſinus*. 425 *Ille malus etiam C.* Parrhaſ. *Eſſe tam ille* Romanus.

421. *colla ſibila*, quae ſibilum edunt, *tumentem*, ex Nicandro Theriac. 179. 180 ψαφαρὸς δ' ἀναπίμπλαται αὐχὴν Ἀκρίτα ποιφύσσοντος. cf. eund. v. 21. *Deiice*, quia *tollentem minas*, h. ſublato pectore et capite minantem. Variauit verſum poeta Aen. II, 381 *Attollentem iras et caerula colla tumentem*. 422. *caput abdidit alte*, in terrae latebras ſeſe proripiens; tamen vel ſic feriri poteſt parte extrema. *extremae agmina caudae*, praeclare ad magnitudinem. Omnino ſunt ornati verſus: *orbes*, vt κύκλοι, et *nexus*, proprie de ſerpentibus.

425. De *cherſydro* ſeu *dryino* et *dryina* agit. Eſt et hic ex hydrorum genere, forma ſimilis fere aſpidi cherſaeae paruae. Verſus

Digitized by Google

Squamea conuoluens ſublato pectore terga,
Atque notis longam maculoſus grandibus aluum:
Qui, dum amnes vlli rumpuntur fontibus, et
dum
Vere madent vdo terrae ac pluuialibus auſtris,
Stagna colit; ripisque habitans, hic piſcibus
atram
Inprobus ingluuiem ranisque loquacibus explet.

426 *Lubrica* pro *Squamea* Moret. pr. et Menag. pr. cum vno Arundel., qui et hunc verſum exhibebant poſt v. 437. Regius, in quo iterum margini adſcriptus erat poſt v. 437, item Parrhaſ. Sed repetitum eſt illud cum toto verſu ex Aen. II, 473 — 475. *ſublata* Medic. a m. pr. 428 *Et qui dum amnes vllis* Parrhaſ. *vllis* etiam Menag. pr. Rottend. ſec. Moret. fragm. Regius Martin. *amnis* Gud. *ruperunt* ed. Ven. 429 *ac* abeſt Ed. Iunt., etiam Argent. *et* Rom. *terrae paluſtribus* Ven. *pluuialis* Goth. pr. 430 Verſus abeſt a Menag. pr. *colet* Gud. *ripisque;* moleſtum τὸ *que*, et τὸ *hic*: ſiue ad *ſtagna* ſiue ad *ripis* referas: multo tamen moleſtius eſt, ſi prius adoptes. Vereor ne antiqua lectio, metri meru, mutata ſit, cum eſſet: *ſtagna colit ripisque habitat; hic — hinc p.* Francianus, quod malim. *tum p.* Nonius in *Improbus*. 431 *Improbat* Ed. Ven. *implet* Gud., vterque Mentel. et multi alii, etiam Pierii.

de eo Nicandri Theriac. 359 ſqq., quos expreſſit Virgilius. Videtur de eodem in Culice agi; neſcio an et inf. IV, 459. Reſpexit locum Statius Theb. V, 520 ſq. 426. *ſublato pectore*, erecto: vt ad v. 421. v. h. l. Cerda. 428. *rumpuntur fontibus*, rumpunt ſe, erumpunt, prorumpunt ſe; vt Ge. IV, 368. *hic* in ripis, abundat. 431. *ingluuiem* improprie dixit pro ventre, vt iam Seruius; nam proprie eſt πρόλοβος, vt in auibus, primum in gutture cibi receptaculum. Laudat Cerda Ariſtot. Hiſtor. Anim. II, c. 17. cf. inf. Var. Lect. ad Aen. II, 471. Silium haec imitatum eſſe, notat idem. Locus eſt lib. VI, 155—158. *atram* autem dixit, h. funeſtam, exitioſam, luctuoſam. *Improbus*, immodice auidus, vorax. v. ad Georg. I, 119.

Digitized by Google

Poſtquam exuſta palus, terraeque ardore dehiſcunt:
Exſilit in ſiccum, et flammantia lumina torquens
Saeuit agris, aſperque ſiti atque exterritus aeſtu.

432 *exuſta* repoſitum ab Heinſ., ita enim veterrimus quisque, et ſic bene dici docebat Burm. h. l. Sed confirmem etiam ex Nicandri loco, vnde expreſſit: ἀλλ' ὅταν ὕδωρ Σείριος ἀζήνῃσι (h. ξηραίνῃ). *exhauſta* vulgo legebatur, vt et in Mediceo Pierii erat interpolatum, et vt Gud. Ven. Goth. pr. et plures Martini exhibebant. A Mead. altero aberat v. 432. 433. *Extulit* Medic. deprauatum ex *exulit*, quod Menag. pr. exhibebat; quamquam Heinſ. ad Aen. II, 207 illud ex eo vſu defendebat, quo *ſe* ſubticetur, h. extulit ſe. *Exlit* Longob. et Medic. multi Heinſ. et Burm. Arundel. et Mead. Goth. alt., minus bene. *et* aberat a Regio Martini; in eodem *lumina linquens*. 434 *Serpit* Zulich. *aſperque ſinus* Medic. a m. pr. *exercitus aeſtu* in nonnullis legi Cerda notauit. Sic Colotianus habuit, et alius cod. Doruillio memoratus Obſſ. Miſc. Crit. Vol. I, pag. 3, ſicque legebat vir doctus apud Markland. ep. crit. ad Franc. Hare pag. 121, etiam Io. Schrader. Idem Heinſ. pro coniectura adſcripſerat; Marklandus *extorridus*. In eodem Obſſ. Crit. loco *expergitus* coniectatur. At vide Not.

432. Haec plane e Nicandro l. l. 434. *Saeuit agris*, grauius, cum notione irae, quam ſerpit, incedit per agros. Nicander dixerat v. 371 νέμεται διψήρεας ὄγμους. *exterritus*, interpretibus negotium fecit, cum *aeſtu* iunctum. In Obſſ. miſc. crit. Vol. I, pag. 3 et 83 modo, vt Φοβηθείς, *furore quodam percitus, excitatus*, aut *exterrens ſe*, modo de ſaeuitiae ex caloris vi exacerbatione, modo ἐκπλαγείς, *punctus, in rabiem verſus*, explicatur. Simpliciſſimum vtique eſt, vt *furens, inſanus* exponatur. In Nicandri loco, quem poeta hic repraeſentare voluit, v. 371 Theriac. ipſe ſerpens terret alios: ἐν δὲ κελεύθοις Γλώσσῃ ποιφύγδην νέμεται διψήρεας ὄγμους. *in viis vero lingnae ſibilo exterrefaciens incedit per ſiccos agros*. Schol. τὸ δὲ ποιφύγδην ἀντὶ τοῦ φυσητικῶς καὶ μεθ' ὁρμῆς ἐκφοβῶν. Sibila, τραγικωτέρως reddit Aeſchyl. VII. ad Th. 383 Tydeus — μεσημβριναῖς κλαγγαῖσιν ὡς δράκων βοᾷ. Sed petiit poe-

Digitized by Google

Ne mihi tum mollis sub diuo carpere somnos,
Neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas:
Quum positis nouus exuuiis nitidusque iuuenta
Voluitur, aut catulos tectis aut oua relinquens,

435 *Nec mihi* Medic. Franc. duo Martini, cum ed. Paris. 1494, Goth. sec.; et sic ap. Quinctil. IX, c. 3, vbi in aliis: *Nec noctu molles. sub diuo* vulgo editum ante Pulmann., sicque fere codd., etiam Medic. et Rom., idque reuocauit Brunck. Pulmann. intulerat *sub dio;* nil refert; sed *diuo* est antiquior scriptura, vt etiam ex Lucretio patet. Goth. alter etiam *molli* a m. pr. *cliuo* Arundel. 436 *sileat iacuisse* Venetus, pro *liceat*, putat Burm., quem vide. *libeat dormire* alter Rottend., ex interpretatione. 437 *Compositis* Franc. et Parrhas. Idem versus inf. Aen. II, 473, vbi similis varietas. Alii post hunc versum repetunt v. 426. vid. sup. ad h. v. 438 *reponit* Serv. ad Aen. II, 357. Ceterum, quoties h. l. retracto, etiosi aliquid inesse sentio in his: *aut catulos tectis aut oua relinquens*, et offendunt in tam polito carmine cauſſae appositae

ta suum *exterritus* ex alio loco v. 417, vbi de *dryino* seu chelydro: *relictis ille paludibus, venans per prata ranas*, Στέρχεται ὡς μύωπος ἀηθέα δέγμενος ὁρμὴν, *furit ab asilo agitatus*, h. exterritus; vt recte adeo ad furias, quibus corripitur, referatur, vt supra v. 149 ab asilo *tota exterrita siluis Diffugiunt armenta. asper siti*, exasperatus, furens sitis impatientia. Videtur, vt iam Gellius monuit, reddere voluisse Graecorum Δίψῃ καρχαλέος, vt Iliad. Φ, 541. Statius l. c. 521 *siccique nocens furit igne veneni.*

435. Videtur pastoris in Culice memor esse. *Ne mihi tum*, de forma vid. ad Ge. I, 456. Hic autem alium Nicandri locum ante oculos habuit Theriac. 28—34, et 137. 138. conf. Valk. ad Theocr. pag. 253. qui me non habet assentientem in iis, quae disputauit, nec videtur loci difficultatem perspexisse. 436 *dorsum* proprie est montium; hinc, si montes siluis consiti, etiam siluarum, nemorum. Horat. Sat. II, 6, 91 *Praerupti nemoris — dorso.* 438. *catulos aut oua.* Scilicet alia serpentum genera sunt viuipara, alia ouipara. Melius

Digitized by Google

Arduus ad ſolem et linguis micat ora triſulcis.
Morborum quoque te cauſſas et ſigna docebo. 440

quaſi a ſcriptore hiſtoriae naturalis qui de incertis pronuntiare non audeat, *aut — aut*. Satis erat afferre iſta: *noua peſte indutum* ſerpentem cum maxime ira tumentem ſaeuire. Nec plura memorantur in altero loco Aen. II, 473 — 475 *Qualis — nunc poſitis nouus exuuiis nitidusque iuuenta Lubrica conuoluit ſublato pectore terga Arduus ad ſolem, et linguis micat ore triſulcis.* Neque ap. Nicandr. 31 ſq. quem noſter ante oculos habuit, annumerantur haec, *aut catulos aut oua*. Suſpicabar itaque duo a poeta poni tempora, quibus ſerpens furiis maxime exardeſcit, pelle mutata et e puerperio: vt ſcriptum eſſet ab eo: *Quum poſitis nouus exuuiis nitidusque iuuenta Voluitur, aut catulos tectis atque oua relinquens Arduus ad ſolem linguis micat ora triſulcis.* 439 *et* abeſt a Leid. et Toll. *ore* Erf. Idem verſus Aen. II, 475. 440 *cauſſas*. Cum morborum cauſſas poeta non expediat, ſed remedia: Io. Schrader. emendat, *curas*. Nimis ſeuere in poeta.

tamen, quod Cerda et alii, oua aut catulos iam ouis excluſos. Ceterum neceſſe eſt, ſecundum poetam noſtrum, vt eodem tempore ſerpens et pellem exuat et pariat oua aut catulos educet: quae an vere ita ſe habeant, non reperio. Serpentes fetum vere conceptum menſe Auguſto edere, ſpolium autem hieme depulſa, qua ſub humo latuerant, incaleſcente ſole, interdum tamen et auctumno exuere, memorantur ab Ariſtot. H. Anim. lib. V, extr. VIII, 15, al. 17. qui locus de vernatione ſerpentum eſt claſſicus. Vide nunc Schneider. Phyſiologia amphibior. Specimen I, pag. 12. 13. 439. Communiori ratione *micat lingua*, dum celeriter mouetur, vibratur; doctius, *ſerpens micat linguis* in *ore*. Tum *arduus ad ſolem*, erectus ad caelum, ſed cum dilectu, ad ſolem, cuius calore recreatur. Iunctura eſt: *volvitur* h. e. voluit ſe, *et micat arduus*. — 440. De morbis ouium cf. Varro R. R. II, 1, 21 ſq. *Animadvertendum, quae cuiusque morbi ſint cauſſae, quaeque ſigna earum cauſſarum ſint, et quae quem-*

Digitized by Google

Turpis ouis tentat ſcabies, vbi frigidus imber
Altius ad viuum perſedit, et horrida cano
Bruma gelu; vel quum tonſis inlotus adhaeſit
Sudor, et hirſuti ſecuerunt corpora vepres.
Dulcibus idcirco fluuiis pecus omne magiſtri
Perfundunt, vdisque aries in gurgite villis
Merſatur, miſſusque ſecundo defluit amni;
Aut tonſum triſti contingunt corpus amurca,
Et ſpumas miſcent argenti, viuaque ſulfura,

441 *cum frigidus* Rom. 443 *cum intonſis* Ed. Ven. *inlutus* Medic. et Rom. *adlutus* aliquot ap. Pierium. 444 *hirſutis* Medic., vt modo *tonſis* ouibus. Sic et Romanus, et hoc praeferri debebat. *hirſute* Franc., pro *hirſutae*. 445 Vnde in Gotting. Edit. *pluuiis* irrepſerit, neſcio. Poſſit praeſidium parari ex Colum. VII, 4, 8 *caelcſtis aqua ſub dio ſolibus in hunc vſum durata paullum decoquitur.* 447 *miſosque* Gud. *merſusque* Zulich. *amne* Rottend. ſec. 448 *amurga* Gud. 449 *viuaque ſulfura*, quod vulgo editur, niſi quod in Elzeu. *ſulfra* ſcriptum video, quart. Moret. Rottend. tert. et alter Mentel. habebant; et tuentur Servius, Marius Victorinus, multae edd. vett., et eſt communis lectio. At Rom. Medic. omnesque alii codd. Pierii (Medic. quidem et Longobard. a m. ſec.) cum Erf. *et* vel *ac ſulfura viua. ſulfura vivaque* duo Voſſ. Porro *ſulpura* Rom. et alii ſcribunt.

que morbum ratio curandi ſequi debeat. — et Colum. VII, 5.

441. Vide Colum. l. c. vbi ſ. 5. ad h. l. prouocatur. 442. *perſedit*, peruenit, penetrauit; alias, inſedit. 444. Vid. Calpurn. Ecl. V, 74 ſqq.

445. E Varrone II, 1, 23. Hinc ſup. I, 272 erat: *balantumque gregem fluvio merſare ſalubri.* — 448 — 451. Conf. Varro II, 11, 7. Colum. VII, 4, 7. 5, 7. Geopon. XVIII, 8 et 15. Compara etiam Gratii Cyneg. 415. 416. *triſti*, amara, vt ſaepe. vt *triſtis lupinus* Ge. I, 75. *contingunt* cf. ſup. 403. *ſpuma argenti*, n. deferueſcentis, dum coquitur (*Silberglätte*). Locus de ea claſſicus apud Pli-

Digitized by Google

Idaeasque pices, et pinguis vnguine ceras,
Scillamque, elleborosque grauis, nigrumque bitumen.
Non tamen vlla magis praesens fortuna laborum est,
Quam si quis ferro potuit rescindere summum
Vlceris os. Alitur vitium, viuitque tegendo:

450 *vnguine taedas* Papirianus apud Cassiodorum de orthographia p. 2295. Sed aliter Charisius et Priscianus, hic etiam *pinguis*, vt in scriptis. 452 *est* abest Goth. sec. 453 *potuit*. Io. Schrader. f. *properat;* sed est aoristus, pro, potest. Vt mox 459 *Profuit*, prodesse solet.

nium XXXIII, 6, f. 35. *pix Idaea*, praestantius genus; intellige autem liquidam, *Teer*, ex Plin. XXIV, 7, f. 24. *scilla*, cepe marinum. *elleborus grauis*, a graui odore. *album* autem genus h. l. spectari, viderunt iam alii ex Colum. VII, 5, 7.

452. Excitat versus Columell. VII, 5, 10, habuit ante oculos Gratius Cyneg. 360 sqq. Calpurn. V, 75 sq. Sensus est apertus, nullum esse remedium efficacius. *labores* putare possis esse ea, quae medendo morbo parantur. Verum vsu loquendi *labores* sunt aerumnae, mala, h. l. morbus: *Fortuna* est remedium; sed quomodo? Fortuna est etiam euentus fortunatus, successus; ergo etiam fortunatus exitus morbi: adeoque id quod eum affert, seu curatio seu medela et remedium. Ita *nulla fortuna magis praesens est*, nullus certior remediorum adhibitorum successus est, nullum praesentius auxilium, *laborum*, huius mali, scabiei, nulla certior salus. Aliter dicta sunt Aen. VII, 559 *ego, si qua super fortuna laborum est, Ipsa regam:* casus fortunae. 454. *rescindere vlceris os*, quod vulgo aperire vlcus. *vitium*, vlcus, sanies. *tegendo*, dum tegitur. Mox eadem vlcera, *vulnera*. Est autem versus adumbratus e Lucret. IV,

Digitized by Google

Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor
Abnegat, aut meliora deos sedet omina poscens.
Quin etiam, ima dolor balantum lapsus ad ossa
Quum furit, atque artus depascitur arida febris,
Profuit incensos aestus auertere, et inter
Ima ferire pedis salientem sanguine venam:
Bisaltae quo more solent, acerque Gelonus,
Quum fugit in Rhodopen, atque in deserta Getarum,

456 *aut* e melioribus omnibus Heins. *et* vulgo; porro *omina*, vt castigatiores habent. Vulgo *omnia*, vt et Mediceus ac Romanus. 458 *Cum fuerit, fueritque*, vitiose nonnulli. *aut artus* Menag. alter, vt et Pierius enotarat e cod. *horrida febris* Toll. ex *arrida*, vt Franc. conf. sup. ad v. 197. 459. 460 recitat Colum. VII, 5, 10. *intensos* coni. Heins. quod nolim, et Wakef. ad Lucret. I, 301. 460 *saliente* Regius. *Bisaltae* priore producta etiam Ouidius, et Claudian. XXI, 134. At Gratius 523 corripit *facilis tutela Bisaltae*. 462 *aut in* Medic. *deserta ferarum* Franc., repetitum ex Aen. III, 646, obseruante Burmanno.

1062 *Vlcus enim viuescit et inueteraſcit alendo*. 456. *meliora omina*, pro consequenti, auxilium deorum.

457. *dolor*, morbus, exulceratio. *depascitur, νέμεται*, absumit. Guellius comparat Graecorum poetarum γυιοβόρος πυρετός. 459. *incensos aestus*, vulgarius, *feruidos*. 461. *Bisaltae*, Thraces, cis Strymonem in Macedoniae oris habitantes; alii ex iis etiam vltra Strymonem. Accurate de iis agentem v. Gatterer. Comment. de Herodoti et Thucyd. Thracia. Comm. III, p. 33 sqq. (in Commentat. Soc. R. Gott. Vol. VI.) De *Gelonis* ad Borysthenem v. ad Ge. II, 115. 462. *Quum fugit*, siue expulsus a vicinis populis, seu simpl. migrat, et a Borysthene inde per Getarum deserta, cis et vltra Istri ostia, descendit in Thraciam et ad Rhodopen. Si in historico

Digitized by Google

Et lac concretum cum ſanguine potat equino.
Quam procul aut molli ſuccedere ſaepius vmbrae
Videris, aut ſummas carpentem ignauius herbas,
Extremamque ſequi, aut medio procumbere campo
Paſcentem, et ſerae ſolam decedere nocti:
Continuo culpam ferro conpeſce, prius quam

463 *lac conceptum* Helen. Acro ad Horat. Carm. III, 4. Sed vulgata eſt in comment. Cruqu. et Porphyr. 464 *vt* Reg. Martini. *ſuccumbere* vnus Arundel. *mollius vmbrae* idem Reg. 465 *et ſummas* Medic. a m. pr. *carpentem* idem a m. ſec. *ſegnius herbas* Romanus. 466 *Extremumque* Ven. 467 *et* abeſt ab vno Mead. *ſolum* Menag. pr. *ſera — nocte* nonnulli apud Pierium. *discedere* fragm. Moret. *recedere* Ven. conf. ad Eclog. VIII, 28. *deducere* Erf. 468 *morbum ferro* Zulichem. a m. ſec. *ferro*

verſaremur, liceret hinc diſcere Gelonorum vagos vltra et cis Iſtrum errores. De lactis equini vſu videre potes loca ap. Cerdam et paſſim alios.

464—469. De lue pecudum. Signa pecoris febri peſtilenti tentati enumerat: *Quam videris.* 464. *molli vmbrae.* Vmbra eſt grata, iucunda; at quomodo *mollis?* an in qua molliter recumbas? longe petitum eſſet. Verum ſenſuum vocabula permutat oratio poetica: ita grata et iucunda ſunt blanda, dulcia, lenia, mollia. *vmbrae tenerae* ſunt ap. Propert. I, 18, 21. 468. *Continuo culpam compeſce,* h. ſtatim occide. *culpam*, h. cauſſam morbi, malum, vitium, ἄτην. *compeſce,* coerce, ne latius ſerpat, *ferro,* ipſa pecudis caede. Gratius Cyneg. 410 *In primo acceſſu triſtis medicina, ſed vna Pernicies redimenda anima, quae prima ſequaci Sparſa malo eſt, ne dira trahant contagia vulgum.* Conf. ibid. v. 369 ſq. 467. *ſerae*

Digitized by Google

Dira per incautum ſerpant contagia volgus.
Non tam creber, agens hiemem, ruit aequore turbo, 470
Quam multae pecudum peſtes. Nec ſingula morbi
Corpora conripiunt; ſed tota aeſtiua repente,
Spemque gregemque ſimul, cunctamque ab origine gentem.
Tum ſciat, aerias Alpis et Norica ſi quis

culpam Aldd. et aliae hinc editae; etiam edd. vett. et omnes ſcripti Martini, minus concinne. Meliorem ordinem dedit Egnat., hinc Commelin. 470 *ruit aequora* Gud., quod confirmat Heinſ. ad Aen. VIII, 63 et Aen. I, 84 et placet admodum; recepit quoque Wakef. *aere* Vratisl. *rubit* Franc., pro *ſubit* coni. Burmann. 471 *pecodum* Gud. *pecorum* Ven. *Ac ſingula* Goth. pr. 473 *totaque ab origine* Zulichem. 474 *Tunc* Medic. *aut Norica* Parrhaſ. *et congrua* Ven. *Gnorica* Zulich. *ac Norica* Goth. ſec.

decedere nocti, vt Eclog. VIII, 88, exquiſitius ac *ſera nocte*; vt aduentanti aut accedenti de via decedimus.

470. 471. Infirmum pecus et variis morbis obnoxium pecus ouillum. Videri poteſt Varro II, 3, 5. 8. Colum. VII, 5. Geopon. XVIII, 9. Gratius Cyneg. 479 ſqq. *turbo agens hiemem*, procellas, imbres; non tam *creber*, crebro, *ruit*, h. non tam crebri ac frequentes turbines in mari exoriuntur. Ge. IV, 80. 81 *non denſior aere grando Nec de conuſſa tantum pluit ilice glandis*. *peſtes*, morbi. *aeſtiua*, vt v. 64 *pecuaria*, pro gregibus. 473. *Spemque gregemque*, „agnos cum matribus.“ Servius.

474. *Tum ſciat* aliquis, morbis totos greges abripi. Sequitur locus de peſte auctumnali armentorum ac gregum celeberrimus, adumbratus e Lucret. VI, 1136 ſqq. Cum quo conferendae ſunt a ſtudioſis harum rerum adoleſcentibus nobiles peſtilentiae deſcriptiones apud Hippocrat. Epidem. III, ſect. 3, pag. 1081 ſqq. edit. Geneu. (etſi haec non peſtis proprie

Digitized by Google

Caſtella in tumulis, et Iapydis arua Timaui, 475
Nunc quoque poſt tanto videat, deſertaque regna
Paſtorum, et longe ſaltus lateque vacantis.

475 *Iapydis* ſcribendum. vid. Drakenb. ad Liu. XLIII, 5. Graecis ſunt Ἰάποδες. Vt apud Strab. et Steph. Byz. *Iapygis* Roman. et Medic. Pierii, Gudianus. Male defendebat Pierius. *arma* vitioſe vulgg. nonnullae. 476 *tantam* Goth. ſec. 477 *laeteque* Goth. pr. *ſaltus longe lateque* Erf. *vagantis* Gud. *vagantes* teſt. Mentel.

dicta, ſed lues). Thucyd. II, 47 ſqq., tum Ouid. Met. VII, 518 ſqq. Silium XIV, 581 ſqq. Lucan. VI, 80 ſqq. Senecam Oedip. 35 ſqq., qui omnes Maronem, mirum in affectibus mouendis artificem, aemulati ſunt, varietate ornatus mirabili, plerumque a phantaſia et vi poetica petita. Comparationis huius guſtum dare poteſt Scaliger lib. V Poetices cap. 11. Hic quidem mireris, quid Intrpp. adduxerit, vt, poſt Seruium, hanc peſtem eandem cum illa, quae Peloponneſio bello ineunte Atticam inuaſit, eſſe exiſtimarent; quae ipſa res et alteri errori locum dedit, vt omnia vtrique morbo inter homines et beſtias communia eſſe vellent. Reſpexit haud dubie poeta ſimilem aliquam calamitatem, tum quidem ſatis notam, quae ante aliquod tempus maxime afflixerat Noricum, h. terras, quas nunc epiſcopatus Salzburgicus, magna Auſtriae pars cum Stiria et Carinthia, occupat. *aerias* Alpes vocat, perpetuo montium epitheto. 475. *Norica caſtella in tumulis* non eſſe poſſunt loca munita, nam agitur de gregibus, ſed habitationes in locis editis, adeoque villae, vici in montibus. *Timauum*, in Venetorum oris fluuium, a vicinis *Iapydibus*, Illyrici populo, appellauit. De eo vide ad Aen. I Exc. VII, et de Iapydibus vid. ad Tibull. IV, 1, 108. 476. *regna paſtorum*, agros, notum vel ex Ecl. I, 70. *poſt tanto*, tanto tempore poſt; Ecl. I, 30 *longo poſt tempore*. Pro ſaltibus et paſcuis dixit ornate *caſtella in tumulis*, *arua*, *regna*, *ſaltus*.

Digitized by Google

Hic quondam morbo coeli miſeranda coorta eſt
Tempeſtas, totoque auctumni incanduit aeſtu,
Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum;
Conrupitque lacus; infecit pabula tabo.
Nec via mortis erat ſimplex; ſed vbi ignea venis

478 *Hinc* Ven. et vnus Arundel. *coeli morbo* Zulich. 481 *Corripuitque* quinque ap. Heinſ. et Burm. duo Martin. Goth. pr. edd. ant. *Corripitque* Gudianus, aberrationes ſollennes. Confirmat alterum Pierius e Rom. et optimus quisque liber. *que* abeſt ab nonnullis. *pabula morbo* Ven. 482 Sic *Nec modus inſerere atque oculos imponere ſimplex* ſup. II, 73 h. modi varii. *ventis*

478. *morbo caeli*, vitio aeris. cf. Aen. III. 137—139. *Tempeſtas* h. l. temperies. *totoque auctumni incanduit aeſtu*, non tam exarſit, ortus eſt, aut duravit toto auctumno, ſed aer inflammatus eſt tota aeſtus auctumnalis vi. Solet enim auctumni aeſtus inprimis grauis et intolerandus eſſe et morbos gignere. 481. Ordinem, inquit Servius, ſequutus eſt, quem et Lucret. tenuit VI, 1094 ſqq. et Salluſtius: primo aerem, inde aquam, poſt pabula eſſe corrupta. *tabo*, veneno, miaſmate aeris. conf. Lucret. VI, 1123. 1124. 482. *Nec via mortis erat ſimplex. Via mortis non ſimplex*, non vnus, ſed varii erant mortis modi. Ita fere Oroſ. V, 21 *Nec mortis erat via ſimplex aut vna conditio;* Accepere alii ſic, vt mors non ſit leuis, ſed cum diris cruciatibus coniuncta. Eo fere redit, quod habet Servius: *nec moriebantur ex vſu, id eſt, ſecundum naturalem ordinem; non tantum fuga animae, ſed etiam corporis reſolutione. Eſt autem Salluſtii, qui ait in fragm. incert.: Nec ſimplici quidem morte moriebantur.* Sane *mors ſimplex* dicitur, quae nullis tormentis ac doloribus geminatur, vt in loco e Sueton. Caeſ. 84 a Burm. laudato. 482 — 485. Primum aeſtu febris ingenti ac ſiti totum corpus torrebatur, mox con-

Digitized by Google

Omnibus acta ſitis miſeros adduxerat artus:
Rurſus abundabat fluidus liquor, omniaque in ſe
Oſſa minutatim morbo conlapſa trahebat.
Saepe in honore deum medio ſtans hoſtia ad aram,
Lanea dum niuea circumdatur infula vitta,

Medic. a m. pr. 483 *aucta ſitis* Parrhaſ. *apta* Goth. pr. *abduxerat* aliquot ap. Burm. cum edd. Aldd. Iunt. (ſed emendatius dedit Naugerius Aldin. tert.) Goth. ſec., etiam Philargyr., qui explicat, *contraxerat.* 484 *abundabant* Gud. *ſtuuidus* Medic. cum tribus Burmanni, Rom. et Goth. pr., Seruius. vid. Gifan. Ind. Lucret. 486 *media* Ven. *ad aras* ed. Dan. et aliae antiquiores: ſaltem Egnat. 487 *Linea* edd., quibus Pierius vtebatur. *Laurea* aliae edd. vett.

tabeſcebat colliquatione ac reſolutione omnium humorum. *Sitis* pro aeſtu, calore, vnde ſitis oritur, vt iam Seruius expoſuit. *ſitis ignea*, vt Stat. Theb. IV, 699 *hausit ſitis ignea campos*, vbi alii, ex interpretatione, *arida*. *ſitis acta omnibus venis*, per omnes venas, omnes humores, penetrans, ſe inſinuans. *Intima pars hominum flagrauit ad oſſa*, Lucret. VI, 1166. *adduxerat artus*, cute contracta, quod fit ea exareſcente, vt in febri. *adducta cutis* ex Ouidio nota Met. III, 398. *liquor fluidus*, humores corrupti, colliqueſcentes, tabum, conf. Lucretiana VI, 1202 et rel. *trahebat omnia oſſa in ſe*, dum quaſi in tabo natarent, *oſſa minutatim morbo collapſa*; cuius generis liquationes et reſolutiones oſſium etiam in aliis morbis videmus. De tabe et putredine cadauerum, non de hac, accipiendus Lucanus VI, 88 *Corpora dum ſoluit tabes et digerit*, diminuit, reſoluit, *artus*.

486. *Hoſtiam* intellige maiorem, taurum, cuius exta inſpiciebantur. *in honore deum medio*, in medio ſacrificio; noto vſu voc. *honos*. 487. *dum* ei *circumdatur infula lanea vitta niuea*, poetica ratione, h. infula vittata. *Infula* eſt

Inter cunctantis cecidit moribunda miniſtros.
Aut ſi quam ferro mactauerat ante ſacerdos,
Inde neque inpoſitis ardent altaria fibris;
Nec reſponſa poteſt conſultus reddere vates;
Ac vix ſuppoſiti tinguuntur ſanguine cultri,
Summaque ieiuna ſanie infuſcatur arena.
Hinc laetis vituli volgo moriuntur in herbis,
Et dulcis animas plena ad praeſepia reddunt.
Hinc canibus blandis rabies venit, et quatit aegros

488 *magiſtros* Romanus. Sed *miniſtri* ſunt popae, vt iam alii docuere. 489 *At ſi* alter Rottend. Zulich. *mactauerit* Leid. alt. et Regius Martini. 491 *potes* Goth. pr. *conſulto* Gud. a m. pr. 492 *Aut* quinque Burmann. Goth. quatuor Martini et vett. edd. *At* alii. 493 *ſcabie* Vratisl. *fuſcatur* Menag. pr. Mentel. tert. 494 *vitulis laeti* Goth. ſec. 496 *blandis canibus* Parrhaſ.

latius quiddam, et capiti, e quo fere pendebat, velando aptum, *vittis* alligari et conſtringi ſolita. vid. Lucret. I, 88. 89. Eſt de hoc copioſa disputatio apud Gesnerum in Theſ. L. L. voc. *infula*. 489. *ante*, h. antequam moriens caderet. *Inde*, ex ea neque fibrae, h. exta, ardent impoſitae altaribus; cum autem nec minus ipſa ara pro victima ei impoſita ponatur: hinc, *altaria ardent*, exquiſitius dixit. 490. ſunt *exta muta*, cum aliqua pars aut deeſſet, aut corrupta eſſet.

492. 493. Vix ſanguis fluit ex vulnere. *Suppoſiti cultri*, e ſacro ritu ſubter iugulum adacti. Conf. Aen. VI, 248 et Seru. 493. *ieiuna ſanie*, tenui ac exiguo humore eoque corrupto.

494 ſqq. Locum, quem poeta iterum tractauit Aen. III, 137 — 140 vbi *Linquebant dulces animas aut aegra trahebant Corpora*, μελίφρονα θυμὸν ἀπηύρα eſt iam in Heſiod. Sc. Herc. 428. expreſſit Statius IV Theb. 725 ſq. *Hinc — hinc* pro, porro. Procedit enim ad ſtrages armentorum et pecu-

Digitized by Google

Tuſſis anhela ſues ac faucibus angit obeſis.
Labitur infelix, ſtudiorum atque inmemor herbae,
Victor equus, fontesque auertitur, et pede terram
Crebra ferit; demiſſae aures; incertus ibidem 500
Sudor; et ille quidem morituris frigidus; aret

497 *et faucibus* Goth. pr. 498 *herbis* Zulich. De interpunctione v. Notam. Pernititur tamen in retinenda interpunctione *Labitur infelix ſtudiorum* Wakef. 499 *aduertitur* Lutat. ad Stat. Theb. V, 137. *fortisque* Erf. a m. ſec. 500 *Crebro* duo Burm. Longob. Goth. ſec. *dimiſſae* Mentel. pr. 501 *morituri*

dum in pecuariis factas. 497. De *angina* loquitur, Gr. ὐάγχη aut βράγχος, qui et morbus ſuum peculiaris. Laudant Ariſtot. Hiſt. Anim. VIII, 21. *fauces obeſas* Seruius explicat *tumentes;* quidni proprie accipias?

498. *ſtudiorum* (h. curſus ſimpliciter. Heinſius Circenſia partium ſtudia huc reuocabat) *atque immemor herbae* (cf. v. 520 et ſup. 216; nimis argute alii palmam ſeu victoriam explicant), ita malim iungere; nam *infelix ſtudiorum,* h. infelicis ſtudii, non eſt hac in re equus. Non enim nunc aut curſu infelix eſt aut certamine, ſed morbo tentatus. At *infelix ſtudii* eſt is, qui in ſtudio ſuo ſucceſſum non habet, nullum praemium, aut potius ex eo noxam et malum. Contra Aen. XI, 416 *fortunatusque laborum.* Apparet etiam ex imitatione Ouidii Met. VII, 542 *Acer equus quondam, magnaeque in puluere famae, Degenerat palmas;* veterumque oblitus honorum ad praeſepe gemit, *morbo moriturus inerti.* 499. *Victor* ad indignitatem rei additur, cum nihil ei profit viciſſe curſus certamine. *fontes auertitur,* potum auerſatur. 500. *Crebra,* crebro, vt iam ſaepe. *incertus,* qui per vices, non certis interuallis conſtitutas, accedit et recedit, inconſtans, *ibidem,* circa aures, capitis ſudor; ſignate. Lucret. VI, 1185 *Sudorisque madens* per collum *ſplendidus humor.* 501. *ille quidem morituris frigidus* ex notiſſimo qui.

Digitized by Google

Hic quondam morbo coeli miſeranda coorta eſt
Tempeſtas, totoque auctumni incanduit aeſtu,
Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum;
Conrupitque lacus; infecit pabula tabo.
Nec via mortis erat ſimplex; ſed vbi ignea venis

478 *Hinc* Ven. et vnus Arundel. *coeli morbo* Zulich. 481 *Corripuitque* quinque ap. Heinſ. et Burm. duo Martin. Goth. pr. edd. ant. *Corripitque* Gudianus, aberrationes ſollennes. Confirmat alterum Pierius e Rom. et optimus quisque liber. *que* abeſt ab nonnullis. *pabula morbo* Ven. 482 Sic *Nec modus inferere atque oculos imponere ſimplex* ſup. II, 73 h. modi varii. *ventis*

478. *morbo caeli*, vitio aeris. cf. Aen. III. 137—139. *Tempeſtas* h. l. temperies. *totoque auctumni incanduit aeſtu*, non tam exarſit, ortus eſt, aut duravit toto auctumno, ſed aer inflammatus eſt tota aeſtus auctumnalis vi. Solet enim auctumni aeſtus inprimis grauis et intolerandus eſſe et morbos gignere. 481. Ordinem, inquit Servius, ſequutus eſt, quem et Lucret. tenuit VI, 1094 ſqq. et Salluſtius: primo aerem, inde aquam, poſt pabula eſſe corrupta. *tabo*, veneno, miaſmate aeris. conf. Lucret. VI, 1123. 1124. 482. *Nec via mortis erat ſimplex. Via mortis non ſimplex*, non vnus, ſed varii erant mortis modi. Ita fere Oroſ. V, 21 *Nec mortis erat via ſimplex aut vna conditio*; Accepere alii ſic, vt mors non ſit leuis, ſed cum diris cruciatibus coniuncta. Eo fere redit, quod habet Servius: *nec moriebantur ex vſu, id eſt, ſecundum naturalem ordinem; non tantum fuga animae, ſed etiam corporis reſolutione. Eſt autem Salluſtii, qui ait in fragm. incert.: Nec ſimplici quidem morte moriebantur.* Sane *mors ſimplex* dicitur, quae nullis tormentis ac doloribus geminatur, vt in loco e Sueton. Caeſ. 84 a Burm. laudato. 482 — 485. Primum aeſtu febris ingenti ac ſiti totum corpus torrebatur, mox con-

Digitized by Google

Omnibus acta ſitis miſeros adduxerat artus:
Rurſus abundabat fluidus liquor, omniaque in ſe
Oſſa minutatim morbo conlapſa trahebat.
Saepe in honore deum medio ſtans hoſtia ad aram,
Lanea dum niuea circumdatur infula vitta,

Medic. a m. pr. 483 *aucta ſitis* Parrhaſ. *apta* Goth. pr. *abduxerat* aliquot ap. Burm. cum edd. Aldd. Iunt. (ſed emendatius dedit Naugerius Aldin. tert.) Goth. ſec., etiam Philargyr., qui explicat, *contraxerat.* 484 *abundabant* Gud. *fluuidus* Medic. cum tribus Burmanni, Rom. et Goth. pr., Seruius. vid. Gifan. Ind. Lucret. 486 *media* Ven. *ad aras* ed. Dan. et aliae antiquiores: ſaltem Egnat. 487 *Linea* edd., quibus Pierius vtebatur. *Laurea* aliae edd. vett.

tabeſcebat colliquatione ac reſolutione omnium humorum. *Sitis* pro aeſtu, calore, vnde ſitis oritur, vt iam Seruius expoſuit. *ſitis ignea*, vt Stat. Theb. IV, 699 *hauſit ſitis ignea campos*, vbi alii, ex interpretatione, *arida*. *ſitis acta omnibus venis*, per omnes venas, omnes humores, penetrans, ſe inſinuans. *Intima pars hominum flagrauit ad oſſa*, Lucret. VI, 1166. *adduxerat artus*, cute contracta, quod fit ea exareſcente, vt in febri. *adducta cutis* ex Ouidio nota Met. III, 398. *liquor fluidus*, humores corrupti, colliqueſcentes, tabum, conf. Lucretiana VI, 1202 et rel. *trahebat omnia oſſa in ſe*, dum quaſi in tabo natarent, *oſſa minutatim morbo collapſa*; cuius generis liquationes et reſolutiones oſſium etiam in aliis morbis videmus. De tabe et putredine cadauerum, non de hac, accipiendus Lucanus VI, 88 *Corpora dum ſoluit tabes et digerit*, diminuit, reſoluit, *artus*.

486. *Hoſtiam* intellige maiorem, taurum, cuius exta inſpiciebantur. *in honore deum medio*, in medio ſacrificio; noto vſu voc. *honos*. 487. *dum* ei *circumdatur infula lanea vitta niuea*, poetica ratione, h. infula vittata. *Infula* eſt

Digitized by Google

Inter cunctantis cecidit moribunda miniſtros.
Aut ſi quam ferro mactauerat ante ſacerdos,
Inde neque inpoſitis ardent altaria fibris;
Nec reſponſa poteſt conſultus reddere vates;
Ac vix ſuppoſiti tinguuntur ſanguine cultri,
Summaque ieiuna ſanie infuſcatur arena.
Hinc laetis vituli volgo moriuntur in herbis,
Et dulcis animas plena ad praeſepia reddunt.
Hinc canibus blandis rabies venit, et quatit aegros

488 *magiſtros* Romanus. Sed *miniſtri* ſunt popae, vt iam alii docuere. 489 *At ſi* alter Rottend. Zulich. *mactauerit* Leid. alt. et Regius Martini. 491 *potes* Goth. pr. *conſulto* Gud. a m. pr. 492 *Aut* quinque Burmann. Goth. quatuor Martini et vett. edd. *At* alii. 493 *ſcabie* Vratisl. *fuſcatur* Menag. pr. Mentel. tert. 494 *vitulis laeti* Goth. ſec. 496 *blandis canibus* Parrhaſ.

latius quiddam, et capiti, e quo fere pendebat, velando aptum, *vittis* alligari et conſtringi ſolita. vid. Lucret. I, 88. 89. Eſt de hoc copioſa disputatio apud Gesnerum in Theſ. L. L. voc. *infula*. 489. *ante*, h. antequam moriens caderet. *Inde*, ex ea neque fibrae, h. exta, ardent impoſitae altaribus; cum autem nec minus ipſa ara pro victima ei impoſita ponatur: hinc, *altaria ardent*, exquiſitius dixit. 490. ſunt *exta muta*, cum aliqua pars aut deeſſet, aut corrupta eſſet.

492. 493. Vix ſanguis fluit ex vulnere. *ſuppoſiti cultri*, e ſacro ritu ſubter iugulum adacti. Conf. Aen. VI, 248 et Seru. 493. *ieiuna ſanie*, tenui ac exiguo humore eoque corrupto.

494 ſqq. Locum, quem poeta iterum tractauit Aen. III, 137 — 140 vbi *Linquebant dulces animas aut aegra trahebant Corpora*, μελίφρονα θυμὸν ἀπηύρα eſt iam in Heſiod. Sc. Herc. 428. expreſſit Statius IV Theb. 725 ſq. *Hinc — hinc* pro, porro. Procedit enim ad ſtrages armentorum et pecu-

Digitized by Google

Tuſſis anhela ſues ac faucibus angit obeſis.
Labitur infelix, ſtudiorum atque inmemor herbae,
Victor equus, fontesque auertitur, et pede terram
Crebra ferit; demiſſae aures; incertus ibidem
Sudor; et ille quidem morituris frigidus; aret

497 *et faucibus* Goth. pr. 498 *herbis* Zulich. De interpunctione v. Notam. Pernititur tamen in retinenda interpunctione *Labitur infelix ſtudiorum* Wakef. 499 *aduertitur* Lutat. ad Stat. Theb. V, 137. *fortisque* Erf. a m. ſec. 500 *Crebro* duo Burm. Longob. Goth. ſec. *dimiſſae* Mentel. pr. 501 *morituri*

dum in pecuariis factas. 497. De *angina* loquitur, Gr. ὐάγχη aut βράγχος, qui et morbus ſuum peculiaris. Laudant Ariſtot. Hiſt. Anim. VIII, 21. *fauces obeſas* Seruius explicat *tumentes;* quidni proprie accipias?

498. *ſtudiorum* (h. curſus ſimpliciter. Heinſius Circenſia partium ſtudia huc reuocabat) *atque immemor herbae* (cf. v. 520 et ſup. 216; nimis argute alii palmam ſeu victoriam explicant), ita malim iungere; nam *infelix ſtudiorum,* h. infelicis ſtudii, non eſt hac in re equus. Non enim nunc aut curſu infelix eſt aut certamine, ſed morbo tentatus. At *infelix ſtudii* eſt is, qui in ſtudio ſuo ſucceſſum non habet, nullum praemium, aut potius ex eo noxam et malum. Contra Aen. XI, 416 *fortunatusque laborum.* Apparet etiam ex imitatione Ouidii Met. VII, 542 *Acer equus quondam, magnaeque in puluere famae, Degenerat palmas;* veterumque oblitus honorum ad praeſepe gemit, *morbo morituras inerti.* 499. *Victor* ad indignitatem rei additur, cum nihil ei profit viciſſe curſus certamine. *fontes auertitur,* potum auerſatur. 500. *Crebra,* crebro, vt iam ſaepe. *incertus,* qui per vices, non certis interuallis conſtitutas, accedit et recedit, inconſtans, *ibidem,* circa aures, capitis ſudor; ſignate. Lucret. VI, 1185 *Sudoriſque madens* per collum *ſplendidus humor.* 501. *ille quidem morituris frigidus* ex nouiſſimo qui.

Digitized by Google

Pellis, et ad tactum tractanti dura reſiſtit.
Haec ante exitium primis dant ſigna diebus.
Sin in proceſſu coepit crudeſcere morbus:
Tum vero ardentes oculi, atque adtractus ab alto
Spiritus, interdum gemitu grauis; imaque longo
Ilia ſingultu tendunt; it naribus ater

Medic. a m. pr. *morlturus* vitioſe tres Martini, Goth. pr. *arret* Franc. *arcet* Moret. ſec. *ares* Rom. 502 *tractandi* Mentel. pr. alt. Rottend. et Medic. a m. pr. *et attactum* Schol. Statii Theb. V. *attractum* Leid. a m. pr., ex *at tractum*, vt in Romano. *ad tractum* Longob. Wakef. ad Lucret. VI, 1193 emend. *attactu*. 503 *Huic* Toll. *dat* vnus Arundel., notanda lectio; ita ad morbum oratio refertur. Succedit tamen alius pluralis *tendunt*. 504 *Siue in* Erf. 505 *abſtractus* Regius Martini. 506 Wakef. interpungit *ſpiritus interdum, gemitu grauis*. Grauius eſt, quod idem in parentheſi includit vſſ. 505 — 508. *gemitus* Leid., ad vulgariorem rationem. *altaque longo* Medic. a m. pr. *vnaque* Parrhaſ. *imaque longi Ilia ſingultus tendunt* Reiskius coniiciebat. 507 *in naribus* Reg. ſuperſcr. *ater et naribus* Rom. *autem* pro *ater* vnus Mead.

dem Hippocratis aphoriſmo IV, 37 οἱ ψυχροὶ ἱδρῶτες, ξὺν μὲν ὀξεῖ πυρετῷ γιγνόμενοι, θάνατον σημαίνουσι. 502. Cutis eſt ſicca. Ornate. *ad tactum*, tactu, cum tangeretur, *tractanti*, tangenti, reſiſtebat, *dura*, dum tenta ac ſicca eſt.

504. Iungenda: *Sin in proceſſu coepit crudeſcere morbus: Profuit inſerto l. crudeſcere*, crudior ac ſaevior fieri. Ita demum Servianum locum habet: *validior fieri*. Vt contra *mitescere, molliri*, dicuntur, quorum nimia vis imminuitur. 505. 506. Lucretius VI, 1184 *Creber ſpiritus, aut ingens, raroque coortus*. Sed, quae tantum illuſtrant, hic quidem afferre non poſſumus. Multa huiusmodi apud Cerdam videri poſſunt. 507. *tendunt* ſe, vt iam ſaepe; aut *tendunt* ſc. pecudes; vt modo v. 503 *dant*. hoc melius, vt nunc ad totum genus redeat; ar-

Digitized by Google

Sanguis, et obſeſſas fauces premit aſpera lingua:
Profuit inſerto latices infundere cornu
Lenaeos; ea viſa ſalus morientibus vna.
Mox erat hoc ipſum exitio, furiisque refecti
Ardebant, ipſique ſuos, iam morte ſub aegra,
(DI meliora piis, erroremque hoſtibus illum!)
Diſciſſos nudis laniabant dentibus artus.

508 *oppreſſas* apud Macrob. Sat. VI, 2, male. *obeſas* Goth. ſec. *aſpera* vel *arida* quart. Moret. 511 *exitium* Toll., ſed vid. Burm. *refecto* Ven. *referti* duo Moret. 512 *in morte* Roman. 513 *Di meliora prius* Parthaſ., mox *que* abeſt Leid. *ardoremque hoſtibus* Romanus. Sed vid. h. l. Burm. *horrorem* cod. Fabricii Chemnic. et Goth. ſec. 514 *Diſciſos* Toll. *Diſſiſſos* vnus Mead. *vdis — dentibus* Mediceus a m. pr., vt ſup.

mentorum. 508. *lingua aſpera*, inflammatione, *premit*, quia ſimul intumuerat (vt Ouid. Met. VII, 556 *Aſpera lingua tumet*), *fauces obſeſſas*, ſeu ſimpliciter conſtrictas, intercluſas ipſo tumore, ſeu vlceribus, quae frequentia in hoc morbo, et a Lucretio etiam memorantur: v. 1146 *vlceribus vocis via ſepta coibat*. Φλυκταίνας Graeci appellant (quae reſtituendae in Geopon. XVII, 29, vbi vulgo περὶ Φθειριῶντος. Cod. Φλύη ταίνων τῆς γλώσσης leg. Φλυκταινῶν).

509. Imitatione expreſſa a Nemeſ. Cyneg. 228. 229. Vini vſum omnes fere veteres hac in calamitate commendant: tamquam antiſepticum; etſi ſaepius nocere debuit quam prodeſſe. 512. *Ardebant furiis*, furore corripiebantur, quos vinum infuſum refecerat. 513. Verſus eximio cum artificio inſertus; abominatione hac ad miſerationem et ipſa faciente: date *errorem*, furorem, mentis abalienationem, vt iam Philargyrius, *hoſtibus*, profanis, impiis, ſceleſtis, opp. *piis*. Aemulatus eſt Nicandrum; Ther. 86 Ἐχθρῶν που τέρα κεῖνα καρήασιν ἐμπελάσειε. Placet ſibi in hac formula Quidius: v. c. *Hoſtibus eueniant conuiuia talia noſtris*. Sed

Digitized by Google

Ecce autem duro ſumans ſub vomere taurus
Concidit, et mixtum ſpumis vomit ore cruorem,
Extremosque ciet gemitus. It triſtis arator,
Maerentem abiungens fraterna morte iuuencum;
Atque opere in medio deſixa reliquit aratra.
Non vmbrae altorum nemorum, non mollia poſſunt
Prata mouere animum, non, qui per ſaxa volutus

v. 388 *vdum palatum* et alia. vid. Heinſ., qui et coni. *crudis dentibus* vel *auidis;* praeſtaret ſaltem *duris.* At *nudi* ſunt, nudati a labiis ore reducto, more ringentium, canum inprimis ac furioſorum. Recte Philargyr. „vt foeditatem exprimeret, adiecit *nudis.*“ Lucret. V, 1063 *Inritata canum — Mollia ricta fremunt duros nudantia dentes.* Porro *oſſibus artus* Parrhaſ. 516 *ſpumis mixtum* Mentel. tert. 517 *Et triſtis* Ven. 519 *reliquit* Donat. in Andr. Terentii III, 5, 1, Moret. ſec. Zulichem.; et Pierius ex codd. ita notarat. Sic et vnus Moad. et vett. edd. et exquiſitius hoc magisque ex vſu poetae quam vulg. *relinquit.* 520. 521 *Non vmbra* ed. Burm. et noſtra prior, e vitio. *non gramina poſſunt Gratus mouere* edd. nonnullae ante Pierium. *Parta* Zulichem.

et in ſeqq. mirare dilectum poetae, quo omnia ea potiſſimum memorat, quae non tam horrorem, quam miſerationem mouere poſſint. 515. *fumans* ſudore. 517—519. Lacrimoſam imaginem ſenſit et expreſſit Statius Theb. IX, 82 — 85. Guellius alium locum laudat e Tryphiodoro, dignum, qui comparetur (v. 14—16). 520—524. alteriusne huius iuuenci ſuperſtitis, an tauri, qui prociderat, an vniuerſe taurini generis fortunam deplorat poeta? ambiguus haereo. Si, quod vltimo loco poſui, probabilius eſt, ad vnum ſaltem taurum revocauit, vt poeta, quae de toto genere pronuntiare voluit. In verbis expreſſit noſter Lucretiana II, 361—363 *Nec tenerae ſalices, atque herbae rore vigentes, Fluminaque vlla queunt ſummis labentia ripis Obleo-*

Digitized by Google

Purior electro campum petit amnis: at ima
Soluuntur latera, atque oculos ſtupor vrguet inertis,
Ad terramque fluit deuexo pondere ceruix.
Quid labor, aut benefacta iuuant? quid vomere terras
Inuertiſſe grauis? atqui non Maſſica Bacchi
Munera, non illis epulae nocuere repoſtae:

522 *et* Reg. Martini. 524 *ruit* Erf. *deflexo* Menag. alt. *vertice* Regius Martini, e gloſſa. 525 *iuuent* Nonius Marcellus in *grauis*. *quo vomere* Zulichem., non male, vt *quo* pro ad quid vel quid ponatur, vt millies; ſed quia ambiguum facit ſenſum, retineo *quid*. Burmann. *terras* ne ſequatur poſt *terram* Wakef. emendat *glebas* ex Lucret. I, 212.

tare animum. 522. *Electrum* metallum, non ſuccinum, intelligendum puto, quia illud ſplendore nobilius, et commune fere poetis eſt, ab argento aquarum perlucidum candorem notare. Adſtipulatur Seruii auctoritas. cf. Callimach. in Cer. 29 et ibi Spanhem. *At* apodoſi h. l. inſeruit; vt ἀτὰρ, ἀλλά. 523. *Soluuntur latera ima,* flacceſcunt, corrugantur. Sed et reliqua languorem denotant.

525 — 530. Sex horum verſuum pulcritudinem ita admirabatur Poetices lib. V, cap. 11, p. 264 b. Scaliger, vt eorum auctor fuiſſe malet, quam Croeſum aut Cyrum dicto audientem habuiſſe. Equidem malim certe verſus ſcripſiſſe, quam eos tantum interpretari. 526. *terras graues,* ſpiſſum, pingue ſolum, vnde difficilis aratio, *glebae cunctantes,* vt Ge. I, 236, quaeque nec minus adeo *graui vomere, graui labore,* indigent. *Maſſica* vina vid. Ge. II, 143. 527. *epulae repoſtae* in tam varia interpretatione malim accipere pro ſimplici, *poſitae, appoſitae,* vt Ge. IV, 378 *et plena reponunt pocula.* Fert hoc vſus ſaeculi Auguſtei, ſaepius in Marone et Horatio notatus ab

Frondibus et victu paſcuntur ſimplicis herbae.
Pocula ſunt fontes liquidi, atque exercita curſu
Flumina, nec ſomnos abrumpit cura ſalubres. 530
Tempore non alio dicunt regionibus illis
Quaeſitas ad ſacra boues Iunonis, et vris
Inparibus ductos alta ad donaria currus.

528 *et victum* Longob. Pierii, vt ſup. v. 314. IV, 181 et alia loca apud Heinſ., ſed anteceſſit *Frondibus.* 529 *atque* vbique legitur; neſcio vnde in Elzeu. irrepſerat *aut:* quod iterum expulit Heinſ. Gudianus etiam, *exercita curſum*, vt ſit graecismus. *atque excita curſu* Schol. Horat. Od. II, 2. 530 *abrupit* tres apud Burm. 531 *ducunt* alter Rottend.

Intpp. et iam in Lucretio, vt III, 347. 105. Si tamen vis in compoſito quaerenda, equidem inde petam, quod ſinguli ferculorum miſſus nouis menſis apponi ſolebant: vt adeo ſit: iterum iterumque apponere. Sic Aen. VII, 134 *reponite vina menſis.* Alio modo dicuntur *veſtes repoſtae,* ſervatae in veſtiario. At epulae in cella carnaria ita ſeruatae, ἔωλον δεῖπνον, vereor ne nauſeam moturae ſint guloſis; vt vero ſint epulae operoſe conquiſitae et paratae, ignoro, an vſus Latini ſermonis admittat. Vides, nos ſaltem verecunde talia apponere, non ex edicto pronuntiare. 529. 530. *exercita curſu Flumina;* h. vexata, fatigata; ornatui ſeruit epitheton, vt *feſſae erroribus vndae,* decurrentes aquae. vid. Burm. Alio in ſententiarum ordine eſſe poſſunt aquae turbatae equorum tranantium pedibus, non autem h. l.

531. Tum factum eſſe aiunt id, quod nullo alio tempore in iſtis terris contigit, vt penuria candidarum vaccarum eſſet ad rem ſacram, fere vt Catull. Epith. Pel. 16 *Illa atque haud alia* (vel *Illaque, haudque alia*) *viderunt luce m.* 532. 533. Male poſt Servium Intpp. Iunonem Argiuam et eius ſacerdotem, filiorum, Cleobis et Bitonis, pietate notam, huc aduocant. *ſacra Iunonis,* cer-

Digitized by Google

Ergo aegre raſtris terram rimantur, et ipſis
Vnguibus infodiunt fruges, montisque per altos
Contenta ceruice trahunt ſtridentia plauſtra.
Non lupus inſidias explorat ouilia circum,
Nec gregibus nocturnus obambulat; acrior illum
Cura domat. Timidi damae ceruique fugaces
Nunc interque canes et circum tecta vagantur.

534 *terram raſtris* alt. Moret. *rutris* Io. Schrader. et h. l. vid. ad II, 94. *rimentur* Ven. 535 *effodiunt* Goth. ſec. 536 *Contempta* duo, vt fere ſemper variatur in h. v. *Extenta* Legnich. mſ. 537 *inſidians* Romanus et Gudian., per ſe non male. At vid. Not. 538 *Non* Toll. et Franc. Goth. pr. 539 *Timidae* alt. Rottend., at vid. Seruium. *dammae* multi. *morbique fugaces* Comment. Cruqu. ad Horat. Ep. II, 1, 136.

tum ſacrum pro quibusuis ſacris, ponit; ſed in his niuearum boum vſus inprimis inſignis erat ad pompam deae ducendam. Pro *bubus* itaque *bufalos* (nam hi ſunt h. l. *vri*, v. ſup. ad Ge. II, 374) currui iunctos dicit. *impares*, ſimpl. quod alter maior, alter minor, diuerſo etiam, ſi placet, colore, eſſet. *donaria* h. l. pro donariorum loco, templo, vt *puluinaria*, pro templis, iam Seruius expoſuit. *alta* autem *donaria*, alte exſtructa, ad notam copiae et magnificentiae donariorum; vnde et ipſum *templum altum*. 534. Ipſi homines terram fodiunt, et *fruges*, h. ſemina, *vnguibus*, digitis, *infodiunt*, terra occulunt. *Contenta ceruice*, quae intenditur. Vſus vocis Lucretianus. Quam ornate haec omnia!

537—540. Etiam feras lues tentat. *inſidias explorat ouilia circum*, exquiſitius quam explorare, exquirere inſidiis ouilia, aut obſeruare circa ouilia id, cui inſidias facere poſſit, et inſidiandi locum. Aeneid. IX, 59 ſqq. *Ac veluti pleno lupus inſidiatus ouili Cum fremit ad caulas* etc. *nocturnus*, noctu, vt toties vidimus. *acrior cura*, morbi.

Digitized by Google

Iam maris inmenſi prolem, et genus omne natantum,
Litore in extremo, ceu naufraga corpora, fluctus
Proluit; inſolitae fugiunt in flumina phocae.
Interit et curuis fruſtra defenſa latebris
Vipera, et adtoniti ſquamis adſtantibus hydri.
Ipſis eſt aer auibus non aequus, et illae
Praecipites alta vitam ſub nube relinquunt.
Praeterea iam nec mutari pabula refert,
Quaeſitaeque nocent artes; ceſſere magiſtri,

543 *ad flumina* Longob. et Regius Martin. 544 an *furuis*, inquit Burm., ſed eſt pro cauis. vid. Georg. II, 216 et ibi Notam. 545 *exſtantibus* malit Io. Schrader. 548 *iam nec* e libris repoſuit Heinſ. Ita tamen iam legebatur in Commelin. Pulmann. Elzeu.; vulgo alii, *nec iam*, cum Romano, vt et Beda de metris. At Macrob. Sat. VI, 2 *Praeterea nec mutari iam pabula.* 549 *ceſſare* Medic. a m. pr. *Amychaonius, Amitaoniusque Menalpus, Maloampus, Melamphus*, aberrationes. vid. Apollod. I, 9, 11.

541. Ariſtotelem Hiſtor. Anim. VIII, 19. 20 negare, piſces vllo peſtilenti morbo tentari, iam Cerda notauit; et videri poteſt caſtiſſimus poeta potius ingenio indulſiſſe, quam rerum veritati, certe in illis, quae de ſerpentum v. 544. 545 ſtrage memorat, quae qua fide, qua auctoritate, poſuerit, ignoro. Sed infectis aquis piſces contagioſis morbis vexari, res eſt inter hiſtoriae naturalis auctores nunc ſatis explorata. *Phocae*, vituli marini. 543. *inſolitae fugiunt*, pro inſolito more. 545. *attoniti*, torpentes, rigentes. *ſquamis adſtantibus*, ſtantibus, erectis, horrentibus.

549. *Quaeſitaeque nocent artes*, parata remedia. *ceſſere magiſtri*, cedunt morbo (*muſſabat tacito medicina timore* Lucret. VI, 1177), vincuntur, artem ei ſuam imparem eſſe vident medici, et quidem *praeſtantiſſimi*, quos nominibus clariſſimis exornat *Chironis*, e

Digitized by Google

Phillyrides Chiron Amythaoniusque Melampus.
Saeuit, et, in lucem Stygiis emissa tenebris,
Pallida Tisiphone Morbos agit ante Metumque,
Inque dies auidum surgens caput altius effert.
Balatu pecorum et crebris mugitibus amnes
Arentesque sonant ripae collesque supini.
Iamque cateruatim dat stragem, atque aggerat ipsis

551 *a Stygiis* tert. Rottend. *semissa* Gud., adhaerente *s* ex antec. voc. 552 *agitare Metumque* Ed. Ven. *agitansque Metumque* Erf. 553 *Inque diem* Ven. *affert* Rottend. alt. 554 *mugitibus aer* Chronic. Menconis apud Burmann. *auras* Vratisl. 555 *Horrentesque* Romanus, nec minus bene. Nam pestilenti anno omnia apud poetas *horrent*, *squalent*, scil. tabe, illuuie. Sed est ea sollennis varietas, et *arere* non minus idoneum, cum aestus morbi causa sit: sup. 478. conf. Aen. III, 142. *collesque superni* pr. Moret. Eadem varietas Georg. II, 276. 556 *stragem dat* Goth. pr. *aggregat* Reg. Marùni.

Philyra Nympha et Saturno, et *Melampodis*, ex Amythaone, Aesonis fratre, nati, quorum hic quidem auguriis et *καθαρμοῖς* maxime illustris apud poetas, alter vero herbis. Nam hoc Martino in mentem venire non debebat, vt hanc narrationem ad Argonautarum tempora referret.

551 — 553. Versus longe praestantissimi et pictura omni viuidiores, neglecti tamen ab Intpp. *Et pallida Tisiphone e Stygiis tenebris in lucem* emittitur, aut, quod grauius est, *emissa saeuit*, et *ante se agit Morbos ac Metus*, et more eorum deorum, qui hominibus siue augusta siue terribili forma apparebant, fit maior maiorque (vid. in Exc. XIII ad Aen. I), *surgit*que adeo et *effert caput auidum*, quia ipsa est mortis auida, *indies altius*. — Interea vndique circa ipsam armenta et greges aegrotant, mox toti greges pereunt 554—557; at quanto feralius ipsa dea *dat*, edit, *strages*, etc.! Priora imitatus est Gratius Cyneg. 373 *Quod siue a Stygia Letum Proserpina nocte*

Digitized by Google

In ſtabulis turpi dilapſa cadauera tabo:
Donec humo tegere, ac foueis abscondere diſcunt.
Nam neque erat coriis vſus; nec viſcera quisquam
Aut vndis abolere poteſt, aut vincere flamma;
Nec tondere quidem morbo illuuieque pereſa
Vellera, nec telas poſſunt adtingere putris.

557 *delapſa* duo Burm. *cadauera morbo* alter Rottend. Eadem variatio Ge. IV, 252. 558 *ac* abeſt Goth. pr. *dicunt* idem. *diſcant* Moret. pr. pars libb. Martini et vulgg. edd. apud Pierium, quod ei maiorem dignitatem habere videbatur. 560 *flammis* Goth. pr. 561 *Ne tondere quidem* Medic. Gud. Mentel. pr. Leid. *ingluuieque* Erf. 562 *ne* Ed. Iunt. *telas adiungere putres* fragm. Moret., non indocte. Ita *telae* dictae ſunt

Extulit, et Furiis commiſſam vlciſcitur iram, h. et emittit Furias, quae vlciſcantur iras ſuas.

559 ad fin. Vnicus modus reſtabat peſtilenti morbo medendi (isque etiam noſtrorum ſapientum iudicio vnicus, qui ſatis efficax ſit), vt tacta cadauera ex conſpectu hominum auferrentur, *vt humo tegerentur.* Nihil enim ex toto animante vſui alicui inſeruire poterat. *Coriorum* nullus erat vſus, ſi quis, id quod tentaſſe videntur, ea deripere et corpora iis nudare in animum induxerat; *carnes* autem, h. e. corpora, quomodo, in tanta copia, aut *aqua,* aut *igni* conſumi potuiſſent? Sed 561 nec *lanae* vllus vſus erat, corrupta *pelle* per vlcera et ſaniem, quae eſt *illuuies,* nec tutum erat eas lanas (*telas* a conſequente appellat doctius), peſtilenti putredine infectas, *attingere.* Quid? quod adeo, 563 ſi quis e lana veſtem confecerat, *amictus inuiſos,* quos abhorreres, appellat, eamque induerat, *papulis,* puſtulis, exanthematibus, carbunculis, rodenti ſanie tumentibus, et foetido *ſudore,* ac breui tempore poſt 565 *ſacro igni* corpus infeſtabatur. Eſt autem *ſacer ignis,* de quo Colum. l. c. VII, 5, 16. Laudatur quoque Lucret. VI, 1165. ibid. 660, eryſipelatis φλεγμονώ-

Digitized by Google

Verum etiam, inuiſos ſi quis tentarat amictus,
Ardentes papulae, atque inmundus olentia ſudor
Membra ſequebatur; nec longo deinde moranti 565

proprie; quod etiam video placuiſſe Voſſio; caſus tamen an iudicium lectionem produxerit, non dixero; auctoritas vtique codd. deeſt. 563 *Quin etiam* Romanus, non male. *etiam miſeros* Venet. *temptaret* Medic. a m. pr. 565 *ſequebantur* Ven. et Rottend. ſec. Similiter Georg. IV, 8 variatur. *longo* Zulich.

δουç genus, vid. Celſum V, 28, 4, quamquam is ab eryſipelate diuerſum facit. Aliis phlegmone eſt. 564. *ſudor membra ſequebatur*, per omnes partes ſe diffundens, vt Aen. IX, 812 *tum toto corpore ſudor Liquitur.* 565. *moranti* dixit ornate pro, ei, h. eius artus ſeu corpus; ſcilicet non per longum tempus ei moras trahere licebat, cum ſacro igni tentari coepit.

Totum locum explanauimus, quod Interpretibus moleſtias eum faceſſiuiſſe videbamus. Adiungamus adhuc nonnulla. *Viſcera abolere vndis* 559. 560 fere ita accipiunt, vt ſit, malum ex viſceribus ſiue lauando ſiue coquendo abolere, h. ſiue morbidam naturam, ſiue pus et ſaniem, ſiue, vt Seruius ſubiicit, mucorem quendam carni corruptae inhaerentem. At hoc nec verborum nec rei natura aut veterinaria ratio admittit. Alterum, *flamma vincere viſcera*, aut coquendo, aut torrendo, fieri putant: Sane Seruius ad v. 490 e Plinio laudat: *morboſa caro non coquitur;* et ſimilia narrant alii; ſuperſtitioſe potius, puto, quam vere; et poſſunt vtique verba per ſe hoc ſignificatu accipi; non vero, vt vidimus, hoc contextu. Quid tandem naturae rei magis conſentaneum, quam vt cadauera igni cremarent, aut in flumina proiicerent, quo vtroque modo conſumuntur; quod facere deinde tanta cadauerum ſtrages prohibebat. Flamma vincitur proprie res, quae concrematur; quorſum pertinet ſimilis locus, quem Guellius hic commemorat e Nicandro Theriac. v. 37 de lapide gangite: ἣν οὐδὲ πρα-

Digitized by Google

Tempore contactos artus ſacer ignis edebat.

566 *contractos* vulgares nonnullae edd., etiam codd. *contactos ſacer artus* Rom. *cum tactos* Goth. pr.

τεροῖο πυρὸς περιπαίνυται ὁρμή. Vera ſententia ſtatim in oculos incurrit, modo quis animum aduertat. Eſt de hoc loco plena oſtentationis disputatio Itali cuiusdam in edit. Virgilii Ambrogiana T. I, p. LIII. Melius tradi nonnulla, alia perperam exponi, vidimus a Pauleto (*Recherches ſur les Maladies epizootiques* T. I, p. 44 ſqq.), qui ad ignem ſacrum, ſeu eryſipelas vagum ardens et malignum, quod ſtatim in gangraenam abit, pleraque, quae narrantur, ſpectare putat.

Digitized by Google

P. VIRGILII MARONIS
GEORGICON
LIBER QVARTVS

ARGVMENTVM

De re apiaria et mellificio in hoc libro acturus, primo loco exponit argumentum, Maecenatisque propitiam voluntatem ſibi exorat 1—7. *Inde de aluearii ſitu, fabrica, et apparatu praecipit* — 50, *tum de examinum exeuntium cura, ſeu vere ineunte vagantur* — 66, *ſeu ad pugnam exeunt discordibus inter ſe voluntatibus ſuper rege creando* — 87. *Tum alteruter rex eſt necandus* — 102, *aut, ſi temere vagantur apes, partim regibus alae ſunt reſecandae, partim*

Digitized by Google

gratae herbae circa alueare ſerendae — 115. *Cum attingeret locum de horto colendo, hoc argumentum aliis tractandum reliquit* — 148. *De ingeniis, naturis, et moribus apum agit, reuocata earum oeconomia, quam vocamus, ad reipublicae formam, quam enarrat* — 218; *tam ſollerter inſtitutam illam, vt rationis illae munere impertitae eſſe videantur* — 227. *Sequitur locus de exemtione fauorum* — 238; *ſin relinquatur pars fauorum, quae tum curanda ſint* — 250. *De morbis apum et morborum cura* — 280. *De examinis extincti reparatione et de progeneratione apum ex iuuenco peremto et putrefacto* — 311. *Quod cum inuentum Ariſtaei eſſe perhibeatur: deſcendit ad enarrationem fabulae: qua ille fertur extincto examine adiiſſe matrem Cyrenen, ab hac iuſſus conſulere Proteum, de cauſſis calamitatis et eiusdem remediis, edoctusque, eueniſſe ſibi rem ob piaculum contractum ex Eurydices, Orphei coniugis, raptu, inferias ei feciſſe: quo facto boum corpora in luco relicta paullo poſt examinibus nouis efferbuere.* — *ad fin.*

Digitized by Google



Protenus aerii mellis coeleſtia dona
Exſequar. Hanc etiam, Maecenas, adſpice partem.

1 *Protenus* vnus Gud. ſcribebat: ceteri *protinus* e vulgari pronuntiatione. cf. ad Ecl. I, 12. *aerei* tert. Rottend. 2 *Perſequar* Vratisl.

1. *Protenus*, hinc, deinceps de melliſicio ſe dicturum eſſe pollicetur. *aerium mel*, quia ex rore (qui vtique ex aere defluit, inquit Seruius), colligi ab apibus credebatur. Seneca Epiſt. 85 *Quibusdam placet, non faciendi mellis ſcientiam apibus eſſe, ſed colligendi. Hinc* mel aerium *Virgilio, quod ex rore aeris factum:* Protinus aerii mellis caeleſtia dona. conf. Plin. XI, 12, ſ. 12. Ariſtot. Hiſt. Anim. V, 22. Columell. IX, 14, 20 et alios, quos Cerda laudat. Erroris quidem cauſſa facile intelligitur; eadem tamen de cauſſa, *caeleſtia dona*, deorum munus, appellat mel, conf. Plin. l. l. Ceterum ab initio ſtatim huius libri adoleſcentes ad duo

Digitized by Google

Admiranda tibi leuium ſpectacula rerum,
Magnanimosque duces, totiusque ordine gentis

3 *miracula rerum* alter Moret., forte ex v. 441. 4 *totiusque ex ordine* plurimi habent, ſcripti et editi, etiam Medic. Tam parum peritos rei metricae quis credat grammaticos et librarios? At recte particula metro inimica exſulat ex Rom. et aliis melioribus. Mederi voluit vitio quart. Moret. *totasque ex ordine*, Venetus: *totique ex ordine.*

attendant, primum ad artificium rem tenuem et exilem imaginibus cum gratis et iucundis, tum praeclaris et magnificis, ſine inepto tamen faſtu, ornandi; deinde ad calliditatem in inſerenda varietate ac copia in argumentum quamuis ieiunum et exile, quorſum maxime episodiorum opes referas. Ornatum quidem ac varietatem maxime modo ab maiorum animantium, pecudum et armentorum, modo ab hominum attributis, inprimis iis, petitum videbis, quae humanae vitae et hominum ſocietati ac coniunctioni, rebus publicis adeo et exercitibus, propria eſſe videntur: vnde *tecta, aedes, penates, lar, thalami, cunabula, ſtabula, oppida, vrbs, aula, regna, praetoria, portae* et alia arceſſita ſunt, quorum quidem vſum ipſa ſuppeditauit vulgaris hominum ratio, dum intelligentiam neſcio quam et ſollertiam apum ingeniis tribuunt, eamque mirificis rerum miraculis exornant et quae illae occulto aliquo naturae ductu et impetu, de quo mortalis mens nihil certi ſtatuere poteſt, faciunt, ad voluntatem et prudentiam, virtutem animi ac pietatem, referunt. Poeta autem praeclare his praeſidiis vſus eſt; habet enim inſignem ad animos noſtros ſuavitatem, ſi noſtrorum morum ac conſiliorum imaginem in aliis animantibus adumbratam videamus. Totus autem hic de apibus locus multis illuſtrari poteſt poſt Varronem III, 16, vnde pleraque ſumta, ex Columellae libro IX, qui, dum de apum diſciplina tradit, praeter Celſum et Hyginum, quorum libri nunc interciderunt, Virgilium ſequutus eſt. Adde Ariſtot. Hiſt. Anim. V,

Digitized by Google

Mores, et ſtudia, et populos, et proelia dicam. 5
In tenui labor: at tenuis non gloria; ſi quem
Numina laeua ſinunt, auditque vocatus Apollo.

5 *et* abeſt ante *ſtudia* in Mentel., at ante *populos* in Rom. fragm. Moret., etiam in edd., vt Cerdae. vid. Burm. Ad *populos* offendebat Io. Schrader. in ſchedis, et coni. *motus:* quod ſane locum habere poſſet; ſed *populos* dixit poeta, quia ſub diuerſis regibus habentur apes. 6 *ac* Regius Martini et edit. Paulli Steph.; forte *ſi qua* vel *ſi quem* ſcil. laborem, Burm. *ſi quam* ed. vet. ap. Wakef. At vide Notam. 7 *laeta* Regius Martini. *ſinant* Seru. ad Aen. II, 693.

20—22, et IX, 40; et hunc poeta ſaepe ad verbum expreſſit. Plin. XI, 1—20. Geopon. XV. Pallad. I, 37—39. Plures ſcriptores, qui nunc interciderunt, Plinius adhibuerat: v. Ind. libri XI, in his fuit nobile nomen Ariſtomachi, qui *μελιττουργικὰ* ſcripſerat. Eum tamen Columella tantum ex Hygino laudat IX, 13, 8. Tam parum frequens fuit iam tum tam clari ſcriptoris lectio. Imago eius in gemma circumfertur ſculpta (ap. *Agoſtini* P. II, t. 97. *Maffei* P. I, t. 57), a cuius ſimilitudine marmor eo nomine appellatum Muſ. Cap. I, 59. Columellae ea loca adſcripſi, in quibus ad Virgilium reſpexit; alia, quae nec rem nec verba illuſtrant, ſed nota iam per ſe verbis iisdem aut variatis efferunt, omiſi. Multa ex hoc libro vidi transtuliſſe Quinctilianum in Declamat. XIII. Quae autem in ipſa doctrina de mellificio et apum natura a Virgilio ac veteribus perperam tradita eſſe, poſt Swammerdammii *(Tr. de Apibus* in *Bibliis Naturae)* et Reaumurii *(Hiſt. des Inſectes T. V.)* ſagacitatem ex multis noſtrae aetatis virorum diligentiſſimorum ſuper mellificio libellis ſatis conſtat, ea ab his auctoribus petenda ſunt. 6. Conf. Ge. III, 289. 290. *ſi quem Numina laeua ſinunt* ſc. dicere haec; quod vtique proximum eſt. Ita ſi orationem ſuppleas, facile dispellas nubeculam, Burmanno b. l. obiectam; quamquam, dum negat, *ſinere aliquem*, pro, ferre,

Digitized by Google

Principio ſedes apibus ſtatioque petenda,
Quo neque ſit ventis aditus, (nam pabula venti
Ferre domum prohibent,) neque oues haedique petulci 10

8 *ſedes ſtatioque petendae* Moret. pr. et Mentel., at extrita littera vltima, *e.* et receptum hoc erat ab Heinſio. *petenda eſt* Ven. et Leid. Sed in tali variatione nil facile decernas. vid. Burm. *legenda* coni. Io. Schrader. At *petere* eſt parare. 9 *ſit* edd. nonnullae, male. 10 *neo* Goth. pr.

tolerare, dici, obiici poterat inf. v. 47 *Neu propius tectis taxum ſine*. *Numina laeua* accepta ſunt ab Intpp. ſiniſtra, aduerſa; laudata iam eſt auctoritas Gellii V, 12 extr. et Nonii Marcelli in *laeuus*. Secundum hos ſenſus eſt: non exiguam ex tali quamuis tenui argumento gloriam reportari poſſe, modo per aduerſa numina liceat, h. modo ne quod numen aduerſetur, et modo Apollo (paſtoralis, Nonius) inuocatus faueat. Fatendum tamen, leniorem eſſe rationem et iuncturam, ſi admittas, *laeuum* h. l. ex augurali diſciplina petitum ſignificare propitium; etſi Burm. repugnat, quia alia huius vſus exempla deſiderantur. *Numen, numina*, omnino pro voluntate deorum, eiusque declaratione dici, notum eſt; itaque dici pro oraculis, vaticiniis, ominibus, auſpiciis: Aen. II, 123 *quae ſint ea numina diuum*, quale illud ſit reſponſum. VIII, 512 *quem numina poſcunt*, aruſpicis vox. et VIII, 78 *tua numina firmes* de ſomnio. III, 363 *cuncti ſuaſerunt numine diui*. ergo et de augurio dici potuit. In hoc autem ſiniſtra fauſta eſſe ſatis conſtat; translatum quoque ad prodigia et oſtenta, vt laetum fulmen Aen. II, 693 *Intonuit laeuum*. IX, 630. 631 *Audiit et caeli genitor de parte ſerena Intonuit laeuum*. Eſt ergo augurium a laeua parte *numen laeuum*.

8. De aluearii ſitu praecipit; quae cauenda ſint — 17, quae optanda — 32. Eadem praecipiunt Varro III, 16, 12 ſq., quem poeta om-

Digitized by Google

Floribus insultent, aut errans bucula campo
Decutiat rorem, et surgentis adterat herbas.
Absint et picti squalentia terga lacerti
Pinguibus a stabulis, meropesque, aliaeque volucres;
Et manibus Procne pectus signata cruentis. 15

11 *insultant* Moret. sec. *aut haerens* Franc. *buccula*, *bacula* al. 13 *pallentia terga* Parrhas. 14 *ab stabulis* Medic. *que* post *meropes* abest a quatuor apud Burm. et ed. Ven. Medic. Pierii et vno Mead. *altae* videri potest nimis tenue esse vocabulum pro reliquorum dignitate. Sensit quoque Io. Schrader., qui coni. *meropesque malaeque volucres* vel *meropes autdaeque v.* vel *blattaeque v.* vel *vespaeque v.* 15 *Progne* scribunt deteriores, vt *cygnus* pro *cycnus*. Est Πρόκνη, vid. Heins. ad Ouid.

nino sequutus est, et reliqui, quos supra laudauimus, inpr. Colum. IX, 4—7. Idem locum hunc excitat cap. 4 pr. Epitheton *haedi petulci* Lucretio deberi II, 367, in quo sunt *agni petulci* obseruatum in Macrob. VI, 5, 12. *surgentes herbas*, crescentes, vt Ecl. V, 39. Ge. I, 161 et alibi.

13. Varia animantia apibus insidiantia ab alueari (*pinguia stabula* dixit), arcere iubet. Lacertorum varia genera sunt. Stellionem potissimum intelligi (de quo inf. 243) pronuntiat Iulius Sab. At perperam: distinguit vtrumque genus Colum. IX, 7, 5, 6. *venenatus stellio* — et mox *contra fallaciam lacerti, qui velut custos vestibulo prodeuntibus inhians apibus affert exitium.* Memoratur *stellio* inf. 242. *merops* nota auis, apibus inimica. *apiastrum* vulgo vocant, aut ab apum comestione nomen imponunt; *Immenwolf, Bienenfraß* (v. Kleinium *Hist. Auium Fam.* IV, Gen. 15, Tr. 2. Expressa imago apud Albinum *Hist. nat. Auium* T. I, n. 44). Eandem vna cum hirundine, *Procne*, etiam alii commemorant inter aues apibus infestas. v. apud Cerdam. 15. Etiam Ouid. Met. VI, 669 *neque adhuc de*

Digitized by Google

Omnia nam late vaſtant, ipſasque volantis
Ore ferunt dulcem nidis inmitibus eſcam.
At liquidi fontes et ſtagna virentia muſco
Adſint, et tenuis, fugiens per gramina, riuus,
Palmaque veſtibulum aut ingens oleaſter inumbret:
Vt, quum prima noui ducent examina reges

Met. VI, 428. *Et maculis Procne* Markland. ad Stat. Silu. V, 3, 84 coni.; eleganter vtique, ſi poetae ita placuiſſe conſtaret. Maculas enim ipſe poeta declarat ſuis verbis; eas etiam Ouid. VI Met. 670 appellat *notas*. Si tamen maculas ſibi ipſa manu adſperſit, quidni *manibus cruentis*, h. cruore, *pectus ſignaſſe* bene dicatur? habens pectus ſignatum manibus ſuis. 16 *ipſasque volucres* ap. Nonium in *nidos*. 18 *Et* Menag. alter. 19 *at tenuis* melius repeti bene vidit Meiserotto in Dubiis p. 22. *riuos* Medic. a m. pr. 20 *inumbret* Heinſ. repoſuit e Mediceo, Romano, aliisque Pierii, Gud. a m. pr. et Rottend. tert. Vulgo omnes, *obumbret*, quod et Columella agnoſcit IX, 5, 4 et ipſum bene ſe habet. Eadem varietas Aen. XI, 66. *adumbret* Mentel. pr. et Bodlei. 21 *Et cum* quart. Moret. *ducunt* Mentel. *Vt cum vere noui* (Sangerm. *nouo*) codd. apud Columellam IX, 5, 4, omiſſo verſu ſequente, exhibent.

pectore caedis Effugere notae, ſignataque ſanguine pluma eſt. Scilicet maculas in collo hirundinis rubellas ab ſanguine repetunt, quo reſperſit ſe Procne, cum filium manibus ſuis iugularet. 16. 17. Et ipſas apiculas rapiunt, vt pullis ſuis comedendas apponant. Ornatiſſimus verſus! *nidi* pro pullis.

18. *ſtagna virentia muſco*, ſtagna intellige dulcis aquae, ſiue ripa muſco obducta, ſiue ſaxis muſco coopertis extantibus. cf. Georg. III, 144. Ecl. VII, 45. Lucret. V, 949. Horat. Epiſt. I, 10, 7. Mox *tenuis riuus* ſignate, nam profundus ac rapidus abriperet apes aquantes. conf. Varro III, 16, 27 aquam — ita *vt ne altitudine aſcendat duo aut tres digitos* etc. *tenuis fugiens riuus*, duplici epitheto. vid. ad Georg. I, 407. 21. 22.

Digitized by Google

Vere ſuo, ludetque fauis emiſſa iuuentus,
Vicina inuitet decedere ripa calori;
Obuiaque hoſpitiis teneat frondentibus arbos.
In medium, ſeu ſtabit iners, ſeu profluet humor,
Transuerſas ſalices et grandia coniice ſaxa:
Pontibus vt crebris poſſint conſiſtere, et alas
Pandere ad aeſtiuum ſolem; ſi forte morantis
Sparſerit, aut praeceps Neptuno inmerſerit Eurus.
Haec circum caſiae virides, et olentia late

22 Poteſt quoque diſtingui: *reges; Vere ſuo ludetque fauis.* *luditque* Ven. Rottend. ſec. a m. pr. *laudique* Menag. alt. *laudetque* vnus Mead. *meſſa* Medic. a m. pr. *cauis emiſſa* coni. Io. Schrader., non male, de alueari. Verum et *faui* bene pro eodem; nam faui non modo de melle, verum et de cellis et loculamentis, poetae dicuntur. Sic inf. 104. 179. 161. 23 *Vicino* Ven. *vita colori* Menag. ſec., qua de varietate vid. Heinſ. ad Ouid. Epiſt. VI, 54. *discedere* Rom., male. 25 *proſtuit* Gud. a m. pr. duo Moret. 27 *Pontibus et* Mentel. tert. Reg. *Pontibus et crebris poſſunt* Gud. *poſſunt* etiam Goth. pr. 28 *non forte* quart. Moret. 29 *immiſerit* vnus Mead. et vett. edd. 30 *viridis* Mentel. ſec.

Cum primum euolauerint. 22. *Vere ſuo*, ſibi grato et aptiſſimo. Seru.; ſeu, quo ipſae natae ſunt aut adolevere, quoue primum volatum tentant, fructusque colligunt. 23. *decedere calori*, vt *nocti* ſup. Ge. III, 467. 24. Pulcerrimus verſus: *arbos obuia teneat hoſpitio*, h. excipiat. 25. *ſeu ſtabit iners humor*, in ſtagno v. 18. Hoc *iners* ſine motu, nec tamen putre ac ſitu corruptum: quod auerſantur v. 48 ſqq. 29. *aut Eurus praeceps*, ventus vehementior, cum impetu irruens, *immerſerit Neptuno*, aquae. Hoc vero eſt, rem tenuem amplificare!

30. *Circum haec*, quae modo enarrauit, circa fontes, et ſtagna, amoena prata eſſe debent. Colum. IX, 5, 6 *Conſeri deinde debent circa totum apiarium arbuſculae.* — De *caſia*

Digitized by Google

Serpylla, et grauiter ſpirantis copia thymbrae
Floreat, inriguumque bibant violaria fontem.
Ipſa autem, ſeu corticibus tibi ſuta cauatis,
Seu lento fuerint aluearia vimine texta,
Anguſtos habeant aditus. Nam frigore mella
Cogit hiems, eademque calor liquefacta remittit.
Vtraque vis apibus pariter metuenda; neque illae
Nequidquam in tectis certatim tenuia cera

31 *Serpilla* nunc vbique fere edi mireris. *Serpulla* Medic. cum multis. *Serpylla* Rom. cum aliis. Etiam *Serpila*, *Serpillum* conf. ad Ecl. II, 11. Eſt Ἕρπυλλον. 33 *tara* pro *ſuta* Ven. 34 *Seu fuerint lento* Franc. *aluaria* Medic. Roman. vid. Burm. et Pierium. *aluearea* tert. Mentel. *vimene* Gud. 35 *aditos* Medic. 36 *ea quippe* Barth. Adu. XXXVII, 6 e MSS. laudat. *calorique facta* Romanus. *calefacta remittit* Parrhaſ. *reſoluit* alter Rottend., ex interpretatione. 38 *in* abeſt Zulich.

herba coronaria, alias *thymelaea*, cuius fructus in officinis *granum Cnidium*, monitum iam eſt ad Ge. II, 213, de *ſerpyllo* ad Ecl. II, 11; *thymbra* eadem quae ſatureia, *Pfefferkraut*, aut eiusdem ſaltem generis. cf. Martin. 32. — et violae proveniant; at quam ornate! Imitatione expreſſit Claudianus XXXVI (de Rapt. Proſerp. libr. III), 233 *prima ſub luce, cum rore ſereno Albet ager ſparſosque bibunt violaria ſuccos. violaria*, loca violis conſita, h. l. pro violis poſſunt accipi. *irriguum*, h. l. qui irrigat.

33. De fabrica aluearis v. Colum. IX, 6, vnde §. 1 colligas, *ſuberis cortices* potiſſimum h. l. intelligi. Stramineorum aluearium vſum notum fuiſſe Romanis, non reperio. 36. *liquefacta remittit*, ornatius pro, liquefacit. *remittere*, pro reſoluere. 37. *neque illae Nequicquam*, h. ac propter hoc ipſum. *nequicquam* h. l. ſine cauſſa, fruſtra; at Georg. I, 95. 96. 192. 403

Digitized by Google

Spiramenta linunt, fucoque et floribus oras
Explent, collectumque haec ipsa ad munera gluten
Et viſco et Phrygiae ſeruant pice lentius Idae.
Saepe etiam effoſſis, ſi vera eſt fama, latebris
Sub terra ſouere larem, penitusque repertae

39 *fucco* Ven. *fuco linunt et* Parrhaſ., male. 40 *collectum haec* quart. Moret. *ipſa haec* Goth. pr. 41 *viſcosque* Goth. ſec. *Figiae* Gud. e *Frigiae*, quod in aliis. *ſeruent* idem. *lentius idem* Parrhaſ. 42 *e foſſis* Mentel. 43 *Sub terram* codd. apud Pierium, liber Fabricii Chemnic., Mſſ. Barthii, Venetus,

ſine fructu. 39. *Spiramenta*, quae v. 35 *anguſti aditus*. conf. Colum. IX, 7, 5. *fucus* eſt alga vel vlua marina vel paluſtris; quae cum ad h. l. minus ſit idonea, alterum aſſumendum eſt, vt *fucus* ſit quod allinitur, h. l. ſuccus florum; pro quo dictum *fucus et flores;* quo oblinuntur rimae aluei. *floribus*, h. ſucco florum. Habuit ante oculos Ariſtot. verba H. A. IX, 40, p. 944 ed. Pariſ. D. et 945 A. 40. Paratum ad hoc conſilium *gluten*, ſ. glutinum, eſt *propolis* veterum de apibus magiſtrorum. Plinius XI, 7, ſect. 6 *E vitium populorumque mitiore gummi* propolis, *craſſioris iam materiae*, *additus floribus* (ſucco e floribus), *nondum tamen cera, ſed fauorum ſtabilimentum, qua omnes frigoris aut iniuriae aditus obſtruuntur, odore et ipſa etiamnum graui, vt qua plerique pro galbano vtantur.* Minus recte ad *piſſoceron* reuocat poetae verba ad e. l. Harduinus, et ad *erithacen* Martinus cum aliis; etſi nomina haec permutari verum eſt: vid. Beckmann. ad Mirab. Auſc. 15, pag. 42. Varro III, 16, 23 *De his* propolin *vocant, e quo faciunt ad foramen introitus protectum in alvum, maxime aeſtate. Idaea pix* v. Ge. III, 450.

42. *effoſſis* non quaſi ipſae effodiant, vt Seruius accipit. *fouere larem* habitant, v. ad Georg. III, 420 *fouit humum ſerpens.*

Digitized by Google

Pumicibusque cauis exesaeque arboris antro.
Tu tamen e leui rimosa cubilia limo
Vngue fouens circum, et raras super iniice frondis.

Regius, Goth. pr. et vett. edd., velut Ven. et Paris. 1494, etiam Egnat., at Aldd. et ceterae vulgg. *Sub terra. Sub terras* Mediceus Pierii, et vnus Arundel. conf. Burmann. *fouere* tuetur Medic. Pierii, Gud. cum septem aliis, Regius Martini. *fodere* vulgo ante Heins. *fodiere* Medic. a m. pr. vid. Heins. et Ge. III, 420. 44 *illicis antro* Ed. Ven. conf. Ge. II, 453. *arboris alto* codd. nonnulli apud Pierium, liber Vrsini, Menag., pro *alueo*. v. Heins. Sed Macrob. Sat. VI, 7 *antrum* agnoscit et pro cauerna insolenter poni notat. 45 *e* tuetur Heins. e Medic. et aliis compluribus. Vulgo *et*, quod Nauger. intulit, haud deterius; vtrumque agnoscit Seru. abest vtrumque Toll. *limosa* Zulich. *cubicula* Bodlei. *limo*: In Declamat. XIII, p. 275 ed. Burm. vbi hic locus expressus est: *Iuuabat aut lenta vimina vernis fetibus texere, et — hiantes rimas tenaci linere fimo*, putes eum legisse h. l. *fimo*. Sed *luto et fimo* est in Columella. 46 *fauens* Toll.

43. 44. Et reperiri solent intus in pumicum, s. saxorum, vt II. B, 87. 88 arborumque cauitatibus. vnde mel repertum in cauis arborum truncis et in rupium cauis. cf. Plin. XI, 18 s. 19.

45. 46. Apum diligentiam apiarii opera adiuuandam dicit. *Laeuis limus*, lutum, aqua subactum, sane et tactu lubricum et visu nitidum. *vnge e limo* proprie dictum, vt medici solent. vid. eund. *rimosa cubilia* in pedestri sermone, rimas cubilis, h. aluearis, *vnge circum, fouens*, hoc poetico ornatu adiectum; nam ad calorem continendum alias id fieri solet, vt rimas obturemus. Cetera illustrat Colum. IX, 14, 14 *Quicquid deinde rimarum est, aut foraminum, luto et fimo bubulo mistis illinemus extrinsecus, nec nisi aditus, quibus commeent, relinquemus. Et, quamuis porticu protecta vasa, nihilominus congestu culmorum et frondium supertegemus, quantumque res patietur, a frigore et tempestatibus muniemus.*

Digitized by Google

Neu propius tectis taxum ſine; neue rubentis
Vre foco cancros; altae neu crede paludi,
Aut vbi odor coeni grauis, aut vbi concaua pulſu
Saxa ſonant, vocisque offenſa reſultat imago.
Quod ſupereſt, vbi pulſam hiemem Sol aureus egit

47—50 Poſſunt haec videri alieno loco poſita, et ſupra inter ea, quae cauenda ſunt, referenda fuiſſe. Etiam Io. Schrader. in ſchedis locum illis ſuum circumſpiciebat poſt v. 32. Poteras pari iure poſt v. 17 annumerare. Scilicet ſi in philoſopho *dogmatico* verſabaris, id exigi poterat, vt ſeuero ac ſubtili ordine ille vteretur. Seruauit quoque eum Colum. l. l. IX, 5, 4. 5. 6. Nec tamen turbaſſe ordinem ſententiarum videri debebat poeta. Supra v. 8 ſqq. de ſitu aluearii, tum quae in eo cauenda ſunt, agebat; inde a v. 33 de ipſa fabrica; ſpectandum in hac, vt anguſtum ſit oſtium; vt, exemplo apum, ab apiario rimae et foramina oblinantur; tandem vt nec odor nec ſonus infeſtus ad apes accedat. 47 *Nec propius* tert. Rottend. *Ne* Aruſianus. *taxum ſine tectis* alter Moret. *taxum tectis ſine* Oblongus Pierii. 49 *odos* tert. Rottend. *olor* Barthii codex, quem v. Adu. XXXVII, 6 et ex eo Keuchen. ad Ser. Samonic. 97. *dolor* pro var. lect. in Gud., forte ex *olor*. *pulſo* idem a m. pr. *grandia pulſu* Vratisl. 50 *voci* Ed. Norimb.

47—50. Subiicit nonnulla, quae in adornando alueari videnda ſunt. cf. V. L. De *taxo* v. Georg. II, 257. Ecl. IX, 30. *De cancri nidore, cum eſt ignibus aduſtus* (vri autem ſolet in variorum morborum cura), vid. Gesneri notam ad Colum. IX, 5, 6. 48. *neu crede eas paludi aut* eiusmodi loco, *vbi — odor grauis*, moleſtus, quia fortis et teter eſt. *offenſa imago*, h. *ſolidis adliſa locis*, vt Lucret. VI, 574. Sequitur poeta Varronem III, 16, 12. conf. Colum. IX, 5 extr. Rei cauſſam Plinius adiungit XI, 19, ſect. 21 *Inimica eſt et echo, reſultanti ſono, qui pauidas alterno pulſet ictu.*

51. Ceterum vere ineunte exire incipiunt apes: *ſchwärmen*. cf. Colum. IX, 14, 1 et 18. *egit pulſam*, pepulit, *hiemem ſol ſub terras;*

Digitized by Google

Sub terras, coelumque aeſtiua luce reclusit:
Illae continuo ſaltus ſiluasque peragrant,
Purpureosque metunt flores, et flumina libant
Summa leues. Hinc neſcio qua dulcedine laetae
Progeniem nidosque fouent; hinc arte recentis
Excudunt ceras, et mella tenacia fingunt.
Hinc, vbi iam emiſſum caueis ad ſidera coeli

52 *terram* Moret. ſec. *terra* Medic. a m. pr. *refulſit* Parrhaſ. 53 *ſiluas ſaltusque* Franc. *pererrant* Toll. et Parrhaſ., item Ed. Pariſ. 1498. 57 *Excludunt* Rottend. tert. Mentel. pr. Leid. a m. pr. Goth. pr. *Extudunt* Moret. pr. *ſigunt* Franc. Ven. Goth. pr. vnus Mead. Sic Seruius et edd. Steph. aliaeque. 58 *Kin vbi* Mentel. pr. a m. pr., pro *Quin*, vt Heinſ. coni. *Hic* Reg. Martin. quod praeferam. *miſſum* Rottend. tert. Gud. a m. pr. vide v. 22.

quod antiquae tabulae poetam debere ſuſpicabatur Spencius *Polymet.* p. 191; petita verius rei ſpecies aut a ſideribus et ipſo Sole occidente, aut a Sole ad alterum hemiſphaerium decedente. *caelum recluſit*, tectum adhuc et obductum nubibus ac nimbis. 54. *Purpureos flores*, ſimpl. pulcros, vt ſaepe. *croceos* alibi, vt v. 109. *metunt*, elegantius, quam carpunt. Ap. Lucret. III, 11 eſt *limare*. *Floriferis vt apes in ſaltibus omnia limant.* ἀμήσασθαι ſic Callim. in Dian. 164. 55. *leues* poetico ornatu, quo ipſo indicatur, cur ſuſpenſae in ſuperficie ſe librare poſſint. *Hinc*, ex his floribus et fontibus, *fouent*, alunt, *progeniem nidosque* (vt vſ. 17 pro pullis), nouos fetus ſuos. Columella IX, 14, 18 *Nam ab aequinoctio verno ſine cunctatione iam paſſim vagantur, et idoneos ad fetum decerpunt flores atque intra tecta comportant. neſcio qua dulcedine laetae*, idem verſus Georg. I, 412.

58—62. Itaque etiam noua examina, cum primum ſe aeri credunt, fontes et arbores petere videbis. *hinc*

Digitized by Google

Nare per aeſtatem liquidam ſuſpexeris agmen,
Obſcuramque trahi vento mirabere nubem: 60
Contemplator; aquas dulcis, et frondea ſemper
Tecta petunt. Huc tu iuſſos adſperge ſapores,
Trita meliſphylla, et cerinthae ignobile gramen;

59 *per aeſtiuam* Reg. Martin. 60 *mirabile* Goth. pr. Hoc idem coniecerat Reiskius, et *Contemplator* pro nomine accipiebat. Sed vid. Georg. I, 187. 62 *Hutc* Ed. Iunt. cum al. *Hic* fragm. Moret. Vratisl. et Reg. Martini. *Huc tu caueis adſperge ſauorum* aut *tunſos adſperge ſapores* ex v. 267 emendabat Reiskius. Sed vid. Not. 63 *meliſphylla* Heinſ. e Medic. et melioribus ſcripſit; vulgo *meliphylla*, communi ratione. Aberrationes alias in hac et altera voce *cerinthe* vid. apud Burm. et in Colum. IX, 8, 13, vbi verſus laudatur. Eſt τὸ κήρινθον. *ignobile carmen* Ven., an *germen?* Burm.

nunc ſaltem ad operis faciendi ordinem erit referendum duce Plinio XI, 6 ſ. 5. *Caueas*, de alueo, a theatri ſedibus petita imagine. conf. Colum. IX, 9 pr. 59. *per aeſtatem liquidam*, per aerem liquidum, aeſtiua ſerenitate. vt *liquidus aer. aether. Nare*, volare, vt contra *nauis volat* apud poetas. Philargyr. ex Ennio laudat: *transnauit cita per teneras caliginis auras.* Et Lucret. III, 590 prius *quam* anima *prolapſa foras enaret in aeris auras.* Mox idem: *trahi vento.* 60. *nubes*, perpetuum de examine. Valer. Fl. I, 396 *Fuſcat nube diem, dum plenas nectare cellas Pandit, et in dulcem reges emittit Hymetton.* vbi Weitz. multa ſubiicit. 61. *Contemplator:* de formula hac praecipiendi v. ſup. ad Georg. I, 487. 62. *Huc*, in arborem, vt hinc in nouum alueare condi poſſit, nec vlterius procedat agmen, *adſperge ſapores iuſſos*, ſuccos, quos adſpergere moneo, iubeo; inf. v. 549 *monſtratas excitat aras.* cf. Varro III, 16, 30. 31, adde 22. 23 et 14. 63. *meliſphyllum*, ſeu meliſſophyllum, apiaſter, conf. Varro III, 16, 10, vulgo *meliſſa.* conf. Martin. *Cerinthe*, nobis hortenſis, in Italia ſilueſtris ac valde fre-

Digitized by Google

Tinnitusque cie, et Matris quate cymbala circum:
Ipſae conſident medicatis ſedibus; ipſae
Intima more ſuo ſeſe in cunabula condent.
Sin autem ad pugnam exierint; (nam ſaepe duobus
Regibus inceſſit magno discordia motu,

64 *et* abeſt Menag. ſec. 65 *conſidunt* Mentel. pr. Moret. ſec., et mox *condunt*. *concident* Goth. pr. *meditatis* Franc. 68 *incuſſit magnos discordia motus* Reiskius coniiciebat. Sed *discordia inceſſit*, vt *cupido*, *metus*, *inceſſere* modo *animos*, modo *animis*, etiam in pedeſtri oratione ſaepe dicitur.

quens, hinc *ignobile gramen*, h. herba. vid. Plin. XXI, 12, ſ. 41. Expreſſam eius faciem habes ap. Martinum. cf. Colum. IX, 9, 13, vbi et hic verſus laudatur, et c. 12. 64. *Matris cymbala*, in Magnae Matris Deorum, Cybeles, ſacris adhiberi ſolita, vt notum. Ceterum tinnitu aeris apes cogi et in aluearia condi, res vulgari vſu cognita. Cauſſam alii a metu, vt Varro III, 16, 30. Colum. IX, 8, 10. 12, 1, quod ſequitur Lucanus IX, 284 ſqq. pulcerrimo loco; alii a voluptate, quam ex ſonitu capiunt, petunt, vt Ariſtot. Hiſt. Anim. IX, 40. Plin. XI, 20, ſ. 22. Geopon. XV, 3. quod ipſe Virgilius ſequi videtur inf. 151 *Curetum ſonitus crepitantiaque aera ſequutae*. Prior ratio eo videtur poſſe comprobari, quod meticuloſum animans etiam echo reformidat (vid. v. 50), et pulveris iactu a pugna reuocatur v. 86. 87. Varro III, 16, 30. Locum etiam ante oculos habuit Claudian. XXVIII (de VI Conſ. Honor.), 259 ſqq. 65. *medicatis ſedibus*, h. in loco ſuccis adſperſo et oblito. *medicare ſemina* vidimus Ge. I, 193. *cunabula* pulcre, quia de fetu apum.

67 ſqq. Quem alii Intpp. horum verſuum nexum ſibi finxerint, equidem non aſſequor. Solent enim illa, *nam ſaepe duobus — discordia motu*, in parentheſi ponere (quam hic ſuſtulimus) et, quae ſequuntur, apodoſeos

Digitized by Google

Continuoque animos volgi et trepidantia bello
Corda licet longe praeſciſcere: namque moran-
tis 70
Martius ille aeris rauci canor increpat, et vox
Auditur fractos ſonitus imitata tubarum;

70 *praediſcere* Ven. et Vratisl., quod Burmanno in his libris vſitatius videbatur. 71 *canor inuocat* Sangerm. cod. apud Colum. IX, 9, 4. Ibidem vnus mox *tonitus*. 72 *Auditor* Gud. a m. pr. *tractos ſonitus* tentabat Io. Schrader. ex v. 260 *tractimque ſuſurrant*.

loco habere; inuito plane ſenſu, et particula *que* otioſa. Sed poeta negligentiore oratione vſus eſt, et, dum in digreſſionem abripitur, praeſtantiſſimum omnium confeſſione locum, apodoſin non niſi v. 86. 87 ſubiunxit; ita vt reliqua omnia in medio interiecta ſint; quod notatum iam video Philargyrio. Si noua examina alueari prodeunt, tinnitu aeris reuocantur; ſin ad pugnam exierint, aſperſione pulueris. *Regibus inceſſit discordia*, pro vulgari ratione, *reges inceſſit*. *Reges*, quos nunc apum matres eſſe ſcimus. Dignitatem carminis in re tenui in ſeqq. admirari ſatis nequeas.

69. *Corda bello trepidantia*, h. animos belli cupiditate, pugnae ardore, trepidantium, feſtinantium, ſatagentium, dum ſe ad bellum accingunt, vt mox *trepidae coeunt*, h. feſtinantes. Apponam Seruii notam: „*trepidantia bello corda*, alacritate pugnandi, non timore.“ Alibi Ge. III, 105 *exultantiaque haurit Corda pauor pulſans*. Transtulit autem poeta ea, quae omnium apum migrationes antecedere ſolent, ad id, quod illo maxime tempore accidere ſolet, cum bellum ciuile mouetur; et habuit ante oculos Ariſtotelem H. A. IX, 40, pag. 946 E. Varronem R. R. III, 16, 30, poetam autem viciſſim Columella IX, 9. 71. Dum bombum faciunt. *fracti ſonitus*, h. non continui, modo fortiore, modo remiſſiore

Digitized by Google

Tum trepidae inter ſe coeunt, pennisque coruſcant,
Spiculaque exacuunt roſtris, aptantque lacertos,
Et circa regem atque ipſa ad praetoria denſae
Miſcentur, magnisque vocant clamoribus hoſtem.)
Ergo, vbi ver nactae ſudum camposque patentis
Erumpunt portis concurritur; aethere in alto
Fit ſonitus, magnum mixtae glomerantur in orbem,
Praecipitesque cadunt. Non denſior aere grando,
Nec de concuſſa tantum pluit ilice glandis.

73 *trepide* vterque Goth. *pinnisque* Gud. et Mentel. pr. 74 *Spicula exacuunt* ſine *que* Mentel. pr. a m. pr. *Spiculaque acuuntque* Vratisl. 75 *ad* deeſt pr. Moret. 77 *ver ſudum nactae* Erf. *nanctae* Gud. *nate* Goth. pr. *campusque potentis* Gud. Interpungebatur — *patentis: Erumpunt* — Ita erat durior ellipſis τοῦ *fuerint*, vel *ſunt*. cui occurras, ſi cum aliis *nactae erumpunt portis:* iunxeris. Inde continuatur oratio: *concurritur* etc. Itaque mutaui. 78 *Irrumpunt* Aldd. Iunt., et ſic Goth. pr.; Heinſ. mallet *ſe rumpunt*. v. ad Georg. I, 446. *concurrunt* Ven. et Goth. ſec. Poſt *aethere in alto* interpungit Zulich. cum edd. nonnullis, ſic quoque Wakef. Porro *aethere alto* quart. Moret. *ab alto* Reg. Martini. 81 *Non de* Menag. pr. et Reg.

ſpiritu. 73. *pennisque coruſcant*, ex frequenti motu πτερὰ ποικίλα. αἰόλα. Idem eſt *micare*. 74. *Spicula roſtrorum* (ſic vulgari more effertur, pro ſimplici, roſtra), aculeos, acuunt, ſeu cum Martyno ſimplicius, roſtris ſuis acuere videntur aculeos, quod muſcas quoque facere videas. *aptant lacertos* petitum a pugilibus, qui ante certamen explorant vires, brachia iactant, vt Aen. V, 376. 377. πῆλε δὲ χεῖρας Apollon. II, 45. 75. *praetorium*, h. l. ex vſu caſtrenſi. *Miſcentur* pro conueniunt. *ver ſudum* εὔδιον. Mox 79 *mixtae*, pugna congreſſae; vtrumque ex μίγνυσθαι, μιχθῆναι. 77. *ver ſudum*, caelum ſudum verni temporis; idem ſunt *campi patentes*, aer purus et liquidus, non nubibus clauſus;

Digitized by Google

Ipſi per medias acies, inſignibus alis,
Ingentis animos anguſto in pectore verſant,
Vsque adeo obnixi non cedere, dum grauis aut hos,
Aut hos verſa fuga victor dare terga ſubegit.
Hi motus animorum atque haec certamina tanta
Pulueris exigui iactu conpreſſa quieſcunt.

Verum, vbi ductores acie reuocaueris ambo,
Deterior qui viſus, eum, ne prodigus obſit,
Dede neci; melior vacua ſine regnet in aula.
Alter erit maculis auro ſqualentibus ardens;

pluet edd. Commelin. et al. *fluit* tert. Rottend. et Gud. pro var. lect. 83 *in corpore* alter Moret. pro var. lect., ſed vulgata eſt apud Schol. Statii Theb. I, 417. Poſt hunc verſum in alt. Rottendorphii erat: *Ipſi inter ſeſe reges fulgentibus alis.* 85 *ſubegit* repoſuit Heinſ., quem vide, vt omnes Pieriani et excepto fragm. Moret. Heinſiani, Martiniani, Gothani. Edd. obſidebat *coegit*, quod vulgare verbum eſt. Eſt tamen Egnat., quae *ſubegit* exhibet. Heinſ. etiam *fugae victor dare tergo* malebat. Sed et alterum Aen. XII, 463. v. Burm. 87 *quieſcunt* Medic. et ant. plerique codd. apud Pierium, et vnus Arundel. et recepi nunc pro vulg. *quieſcent*. *quieſcant* Bodlei. 88 *ambos* Phlarg. et alii. Sed meliores *ambo*, vt et Chariſius ac Maurus. vid. Pierius. 89 *obſtet* Medic. a m. pr., ἀρχαϊκῶς, inquit Heinſ. *ne prouidus* Zulich. 91 *Alter enim* Sangerm. ap. Colum. IX, 10, 2.

vt bene Seruius. 82. *Ipſi*, reges. vt Burmann. monet. 84. *obnixi non cedere, vsque adeo dum;* in vulgari oratione, *ita obnituntur, vt non cedant, donec.*— 87. *compreſſa quieſcant*, comprimuntur.

90. Diſſidium ciuile inter examina enecto altero rege ſedandum; nunc de ſpecie ac colore regum et ceterarum apium. *melior*, fortior, victor. *prodigus*, h. l. qui tantum mel conſumit, nullum ipſe parat. 91. Sequentes verſus recitat et illuſtrat Columella IX, 10. Sunt autem fere ad verbum ex Ariſtotele confecti H. A.

Digitized by Google

Nam duo ſunt genera; hic melior, inſignis et ore,
Et rutilis clarus ſquamis: ille horridus alter
Deſidia, latamque trahens inglorius aluum.
Vt binae regum facies, ita corpora plebis.

maculis aluo ſec. Rottend., miro lapſu. 92 *hinc melior* Menag. *meliorque* Medic. a m. ſec. Moret. quart. Zulich. et Regius, vt verſui cauerent. *inſignis et auro* Ed. Ven. *meliori inſignis et ore* coniiciebat Reiskius. 93 *clarus gemmis* Burm. 94 *lateque* quart. Moret. *aluom* Gudian. 95 *corpora plebis* Medic. et omnes Heinſii, quod hic recepit (idem iam ediderat Egnatius); et eſt vtique exquiſitius, adeoque poeta dignius, quam vulgatum *gentis*, neque exemplorum agmine firmare opus erat. Habebant *plebis* omnes Martini, vno Bodlei. excepto; habent vterque Gothanus, et apud Colum. IX, 10, 2 meliores, in quo aliae diuerſitates videri poſſunt.

X, 40, pag. 945 D. E. Ed. Pariſ. Opp. *maculae ſqualentes*, tinctae, obductae, *auro*, h. maculae aureae. conf. Aen. X, 314. XII, 87. Vnde mutuatus eſt Silius II, 547. 583. Putidum eſt Grammaticorum (v. Gell. II, 6. Macrob. VI, 7. Nonius VI, 26) commentum, *ſqualere* a *ſquamis* deducentium. Sed *ſqualere*, etſi communiter de corpore illuuie et ſordibus obducto dicitur, ex primo ac proprio ſignificatu de madore corrupto ac muco; tum apud poetas de quacunque re, cui aliquid illinitur, incruſtatur, adeoque etiam de colore adſcititio, vſurpatur. Omnino *ſqualent*, quae *non* ſunt *laeuia ac nitida*. conf. ad Aen. X, 314, quae vero tantum ab aſperitate ſpectantur, ea *horrere* dicuntur, etiam ſine ſordium notione. 92. *inſignis ore*, forma; mox v. 95 *faciem* dixit. Plin. XI, 16 *Omnibus* (regibus) *forma ſemper egregia et duplo, quam ceteris, maior.* 93. *alter ille horridus*, foedus adſpectu (mox *turpes horrent*, eodem ſenſu v. 96). *deſidia*, incultu et negligentia, et hoc ipſo *latam trahens aluum*, obeſus, πλατυγάστωρ ap. Ariſtotelem. Aliorum loca vid. ap. Guell. et Cerdam.

Digitized by Google

Namque aliae turpes horrent: ceu, puluere ab alto
Quum venit, et ſicco terram ſpuit ore viator
Aridus; elucent aliae, et fulgore coruſcant
Ardentes auro et paribus lita corpora guttis.
Haec potior ſuboles; hinc coeli tempore certo
Dulcia mella premes; nec tantum dulcia, quantum

97 *et ſicco terram* aliquot Pieriani; porro Medic. Gud. Moret. pr. et Rottend. tert. Et ſic apud Colum. l. l. Ante Heinſ. *et terram ſicco*, vt vulgo omnes. Apud Columellam porro: *quam puluere ab alto Cum venit.* Burmannus coni. *ceu puluere anhelus Cum venit.* At inſeruiebat Columella ſententiae ſuae, vt ex lectione facile apparet. 99 *et* abeſt in libris apud Colum. IX, 4, 2. Pro *lita* erat *ita* Moret. quart. Antea cum Philargyrio interpunctum erat: *ardentes auro, et p.* 101 *premens* Medic. a m. pr. Reg. et vnus Arundel.

96. *turpes horrent* pro ſunt, ſed cum notione aſperitatis: conf. ad vſ. 91. *ceu viator horret, quum venit ab alto puluere*, alte a vento in aerem leuato, acto; pro ſimplici: a via puluerulenta. *ſpuit terram*, aut in terram; ait Seru. pro compoſ. adſpuit, inſpuit: aut re vera terram, propter puluerem,, ſc. vt terra dicta ſit pro puluere; ſpuit, exſpuit, puluerem. *Aridus*, pro ſiccus, ſitiens; vt αὐαλέος apud Callim. in Cer. 6 ὅκ' ἀφ' αὐαλέων στομάτων πτύωμες ἄπαστοι. 99. *Ardentes corpora*, corporibus, *lita*, illita, oblita, inducta, *auro et paribus guttis*, aureis maculis. Locum expreſſit et excitauit Colum. IX, 3, 2. Idem affirmat, Virgilium Ariſtotelis in his auctoritatem (Hiſtor. Anim. IX, 40; adde V, 22) eſſe ſequutum. Conf. Varro III, 16, 19.

100. Ex his praeſtantiſſimi apum fetus educantur; ex his optimum mel paratur. *coeli* (v. ad Ge. III, 327) *tempore certo*, vere et auctumno. *premes* eliquando. cf. v. 140. 101. *mella liquida* et communi naturae mellis epitheto, et vero etiam proprio quodam dicuntur. Tum autem et in

Digitized by Google

Et liquida, et durum Bacchi domitura ſaporem.
At quum incerta volant, coeloque examina ludunt,
Contemnuntque fauos, et frigida tecta relinquunt:
Inſtabilis animos ludo prohibebis inani.
Nec magnus prohibere labor. Tu regibus alas
Eripe. Non illis quisquam cunctantibus altum
Ire iter, aut caſtris audebit vellere ſigna.
Inuitent croceis halantes floribus horti,
Et cuſtos furum atque auium cum falce ſaligna

102 *et* ante *durum* aberat ab Gud. a m. pr. et Zulich. *ac* pr. Moret. *edomitura* Gudianus. 103 *Et quom* Franc. 104 *Contemtuque fauos — relinquam* Mſſ. Barthii: prius ferri poſſit; eſt tamen ex vulgari ratione. 105 *In ſtabulis* Medic. a m. pr. et duo alii. *prohibetis* Rottend. ſec. 106 *Tu rigidus* Regius Martini. 108 *et caſtris* Rufin. de Schemat. lexeos p. 32. *tollere ſigna* vnus Mead., male. 109 *olentes floribus orti* Franc. et vnus Arundel. *alantes* Regius. 110 *cuſtos frugum* Medic. a m. pr. *florum* Goth. ſec. *aut aulum* Rottend. ſec. *et* Menag. pr.

vitio haberi poſſunt tamquam fluentia, vt v. 36 (opponuntur *tenacia* v. 57), et in laude, vt h. l., vt ſint pura, et opponantur iis, quae faece ac ſordibus craſſa ſunt. conf. inf. 163. 164. Porro, quod ſequitur, veteres vina melle *condiiſſe*, atque hinc etiam *mulſum* conficere conſueuiſſe, ſatis notum eſt vel ex Horat. Sat. II, 4, 24. *durum ſaporem*, auſterum.

104. *frigida tecta* ex hoc ipſo, quod aluearium ab apibus deſtitutum eſt; nam quum aſſidue incolunt, tum *fouent*, vt v. 43 *fouere larem*. Sic *frigidus torus* pro viduo. Nam opus, quod *feruet*, huc trahi nequit. 106. Rem eandem tradit Columella, ſimulque modum IX, 10, 3, et IX, 9, 8. 107. *quisquam*, quaſi de militibus loqueretur. *altum iter*, de volatu. 109. horti, in quibus ſunt flores halantes. 110. Omnia haec vul-

Digitized by Google

Hellespontiaci ſeruet tutela Priapi.
Ipſe thymum pinosque ferens de montibus altis
Tecta ſerat late circum, cui talia curae;
Ipſe labore manum duro terat; ipſe feracis
Figat humo plantas, et amicos inriget imbris.
Atque equidem; extremo ni iam ſub fine laborum

112 *feres* Reg. Etiam *ttnos* legi Philargyr. monet. cf. eundem ad v. 141. 113 *ferat* quart. Moret. 114 *ferentes* quart. Moret. 115 *Affiga: humo* Goth. ſec.; et ſic ſaepe alibi, vt v. 169 *Aſſeruet* et 188 *Affit*, pronuntiandi vitio.

go nota; quid tamen ad apes? dices. Scilicet Priapi ſignum, in hortis poſitum, arcere falce ſua etiam ab alvearibus fures, et aues terrere videri poterat. cf. Horat. Sat. I, 8, 4 ſqq. Eum Lampſaci ad *Hellespontum* potiſſimum cultum eſſe, nec minus conſtat. *tutela Priapi*, pro *Priapus, cuſtos*, pro, quae cuſtodit hortos a furibus, obſeruat fures.

112. De thymo apibus gratiſſimo res nota. Loquitur autem poeta Romanus de eo, qui nunc *thymus capitatus*, in Italia et Graecia frequentiſſimus. cf. Martin. *ſemper virens pinus* memoratur etiam Columellae IX, 4, 2, et 5, 6; erat autem illa veteribus inter hortenſes arbores, vt vel ex Ecl. VII, 65, vbi v. Heinſ., et inf. v. 141 patere poteſt. conf. Cerda. Chamaepityn, herbam topiariam, Scaliger intelligebat ad Culicem p. 41 Append. Virgil., minus bene. 115. *amici imbres*, aqua ex fonte aut fluuio. *irrigat imbres*, ſcil. plantis, vel in plantas, exquiſitius, quam vulgare, *irrigat plantas imbribus*. Aen. I, 691 *Venus Aſcanio placidam per membra quietem Irrigat.*

116—148. De cura horti colendi argumentum aliis ſe relinquere tractandum dicit; quam partem deinceps Columella libro X explendam ſuſcepit. Nam Rapini hac de re inſipidum opus in hunc conſum non venit.

Digitized by Google

Vela traham, et terris feſtinem aduertere proram;
Forſitan et, pinguis hortos quae cura colendi
Ornaret, canerem, biferique roſaria Paeſti;
Quoque modo potis gauderent intuba riuis,

117 *et terris properarem* Montel. pr. pro diu. lect. *auertere* ſec. Moret. et Vratisl. Goth. pr. *proras* Gud. a m. ſec. 118 *colenti* Gud. a m. ſec., quod ab emendatrice manu profectum, exquiſitius eſt vulgato. forte *colentis*, inquit Burm., quod neceſſe haud eſſet. 119 *biſori* Erf., indocte. *Baſti* Medic. a m. pr. 120 *intuba, intyba, intiba*, ſcribitur. v. ſup. Ge. I, 120. *poſitis — fibris* Longobard. *poſitis* Ed. Ven., et *fibris* etiam Priſcian. lib. IX et XI agnoſcit. Sed hoc haud dubie ex Georg. I, 120 repetitur.

Plin. XIV, 1. *Quanquam videmus Virgilium praecellentiſſimum vatem, ea de cauſſa* (rerum humilitate) *hortorum dotes fugiſſe, et e tantis, quae retulit, flores modo rerum decerpſiſſe, beatum felicemque gratiae*, etc. Verſus ſunt longe ornatiſſimi, inprimis herbarum hortenſium epithetis et aliis attributis.

118—124. Forſitan de cura hortorum dixiſſem. Iam ornatum contemplare. 118. *pingues hortos*, ſolo pingui adeoque fertili. *quae cura colendi ornaret hortos*, in vulgari oratione: *eſſet*; in qua etiam tempora aliter ſibi reſponderent: *traherem, feſtinarem, — canerem*. 119. *Paeſtum*, ſ. Poſidonia, Lucaniae vrbs, ad ſinum Paeſtanum, non longe a Silaro, roſis clara vrbs apud poetas, a triginta inde annis propter praeclaras ruinas nobilis, itemque numorum veterum repertorum copia. Sunt de his multorum opera, inprimis Thomae Mayor, et Comitis de Gazola editore Paullo Ant. Paoli. *biferum* autem propter egregiam caeli clementiam, et ad Homeri imitationem de Alcinoi hortis Od. η, 117 — 121. 120. Enarrat nonnulla olera hortenſia et coronaria ex topiariis. De *intubo* vid. ad Georg. I, 120. *Apium*, σέλινον, varia habet genera, vt petroſelinum. Sed hic *paluſtre* intelligendum videtur, nobis *Selery* dictum, quod locis riguis gaudet. cf.

Digitized by Google

Et virides apio ripae; tortusque per herbam
Creſceret in ventrem cucumis; nec ſera comantem
Narciſſum, aut flexi tacuiſſem vimen acanthi,
Pallentisque ederas, et amantis litora myrtos.

121 *viridis* fragm. Vatic. *totusque* Toll. *per herbas* Goth. pr. Regius et Ed. Pariſ. 1494. 122 *ſera* Medic. et alii boni, recte; *ſero* duo Pierii et multi alii, quod et vulgare eſt, et metro repugnat. 124 *que* abeſt ab edd. ant. et fragm. Vatic. *Pallantesque* Rottend. ſec. At tert. *Pallantisque*, vt *Palantes hederae* ſint, velut *Errantes*. Sed ſunt aberrationes illae perpetuae; et hedera *alba* a *nigra* diſtinguitur. vid. Heinſ.

Mart. 121. 122. Vſus eadem imagine Propert. IV, 2, 43 *Caeruleus cucumis, tumidoque cucurbita ventre.* 122. 123. De *Narciſſo* v. ſupra ad Ecl. II, 48, et h. l. Martin. Videtur ſcilicet veterum Narciſſus eſſe *Narciſſus* noſter *albus circulo purpureo* vel *croceo minor.* Sed *ſera comantem*, ſero florentem, appellat, quod ſub clementiore caelo etiam ſeriore anni tempore, Nouembri ac Decembri, floret, vt de Thracia ac Graecia tradiderunt Busbequius et Turnefortius. Et Theophraſt. de Hiſt. Plant. VI, 6, loco ab Heinſio laudato: *νάρκισσος ἢ λείριον — ὄψιον δὲ σφόδρα· μετὰ γὰρ ἀρκτοῦρον ἡ ἄνθησις, καὶ περὶ ἰσημερίαν.* In *comantem* vim agnoſcit Meierotto in Dubiis p. 10, vt reſpiciatur copia florum et ſcaporum, quos narciſſus habere ſolet. Mitſcherlich. noſter Adnotat. ad H. in Cer. p. 112, ad v. 12 Hymni hoc epitheton aduocat: *τοῦ καὶ ἀπὸ ῥίζης ἑκατὸν κάρα ἐξεπεφύκει.* *Acanthus* h. l. herbae nomen, noſter *acanthus ſatiuus*, ſeu *mollis Virgilii*, apud Bauhin. *Wälſche Bärenklau.* vid. ad Ecl. III, 45, vbi *mollis*, vt inf. v. 137, ὑγρὸς Theocrito, quod hic *flexus*, quia adultior caulis reflectit ſe et vergit ad humum; propter hoc ipſum poetica ratione *vimen* ei tribuitur, quod proprie non habet, ſed caulem.

Digitized by Google

Namque ſub Oebaliae memini me turribus arcis,
Qua niger humectat flauentia culta Galaeſus,

125 *Oebaliae memini me turribus altis* vulgo vbique legitur. *Oebaliae — arcis* apud Aruſian. Meſſium, quod vnice verum eſſe nullus dubito, nuncque cum Brunckio recepi. Quis enim *Oebaliam* dixerit de vrbe Tarento, aut Tarentina regione? quis *turres Oebaliae?* quis ferat *turres Atticae* pro Athenis? At *arcem* pro vrbe dicere poterat, quamquam et *arx Tarenti* ex Liuio ſatis nota. *turribus autis* Medic. a m. pr. *Oebalio* Goth. pr. Mira ex hoc nomine orta eſt corruptela apud Corippum de laud. Iuſtin. III, 94 *vites — Quas manibus propriis Ithacus plantauit Vlyſſes Arce ſub Oebalia Laertia limina ſeruans, Nondum Troiani vitans discrimina belli.* Niſi *Oebaliam arcem* forte ex Laconica cum Penelope, Icarii filia, in Ithacam transferas, nullus ei locus eſſe poteſt. In cod. vnico, vnde carmen profectum eſt, erat: *Parces vbi Italia.* Nunc Barthii emendatio recepta: *Pace ſub Iliaca.* Interea fatendum eſt, corruptelam in Marone eſſe videri valde antiquam, quandoquidem in Claudiano ex imitatione dictum occurrit: *Lirin, et Oebaliae qui temperat arua Galaeſus:* in Prob. 260. 126 *Qua niger* omnes libri, ſcripti et expreſſi; nec aliter legerat Sidonius Apollinaris c. 24, 8 *Quales Corycium ſenem beantes Fuſcabat* picei *lana Galaeſi.* At ante Heinſ. editiones Plantinianas et Elzeu. occuparat *piger* ex Io. Scopae collectaneis. Alterum proprie Galaeſo tribuitur; ambigitur modo, quo

tortos acanthos dixit Columella X, 241. *Pallentes hederas:* ponit genus certum; nam ſunt et nigrae.

125. De *Tarento* loquitur; *arx Oebalia* dicta, h. Lacedaemonia, ab Oebalo, vetere Lacedaemonis [illegible]ge, Tyndarei patre. Parthenii Spartani, Phalantho duce, *diu et per varios caſus iactati, tandem in Italiam deferuntur, et, occupata arce Tarentinorum, expugnatis veteribus incolis, ſedes ibi conſtituunt.* Iuſtin. III, 4. De his et Tarenti originibus actum in Commentat. de legibus Tarent. in Opuſc. academ. Tom. II, pag. 217 ſqq. Ager autem Tarentinus inter fertiliſſimos habitus; amne *Galaeſo* irriguus, noto ex Horat. Carm. II, 6 *Dulce pellitis ouibus Galaeſi Flumen, et*

Digitized by Google

Corycium vidiſſe ſenem, cui pauca relicti

ſenſu. v. Burm. ad h. l. Sed eſt haud dubie aqua nigricans, quia pellucida et profunda; ita enim ſolet fundus nigricare, adeoque et ipſa aqua. *Vmbroſum* Galaeſum dixit Propert. II, 25, 67. At enim hoc ſenſu *niger amnis* abſolute dici vix poteſt: aliter ſe habet *ſilua nigra*. *Galaeſus* ſcribunt Medic. et meliores, Γαλαῖσος. v. Heinſ. *Galeſus* vulgo. Reſpicit h. l. Propert. II, 34. 67 vbi Maronem in haec loca deducit: *Tu canis vmbroſi ſubter pineta Galaeſi Thyrſin et attritis Daphnin arundinibus.* 127 *Cory-*

regnata petam Laconi Rura Phalantho. 127. *Corycium* nunc *ſenem* induxiſſe videtur Varronis exemplo, qui fratres Veianios laudat III, 16, 10. 11. Locum expreſſit Sidonius Apoll. Carm. XXIV, 58. 59. *Corycus* Ciliciae oppidum, antro et croco ſatis notum; ex quo agro oriundus ſenex hic in agrum Tarentinum a poeta adducitur, ſiue is caſu eo peruenerat, ſiue traductus a Pompeio, qui, narrante Seruio, victis piratis Cilicibus partim ibidem, partim in Graecia, partim in Calabria, agros dedit. Laudes tamen huius ſenis apud poetam in piratam veteranum vix cadere videntur. Apud Probum alia eſt narratio: „Pompeius quum oppugnaret piratas, remigibus eorum promiſit agros, ſi viciſſet eorum adiutorio; quorum proditione victor Tarentinorum agros veteranis diuiſit, et quicquid deterrimum fuit, remigibus dedit.“ Indocte haec quoque narrata; et, ſi quid inde tenendum, ſaltem dicemus, veteranos a Pompeio in agrum Tarentinum tum vacuum ab incolis deductos eſſe. Inter haec quid vetat, quo minus certum hominem Cilicem intelligamus, quem poeta, quocunque tandem caſu ille in Italiam traductus fuerat, in his terris hortum colentem noverat? Venerat enim poeta in haec loca ſub a. V. C. 715. v. Vitam. At illa Seruii ratio vix ferri poteſt, vt *Corycius ſenex* appellatiue dictus ſit, qui more apud Corycios vſitato agrum coleret. *Hortus* quidem *Corycius* recte ita diceretur, a praeſtantiore cultus genere, non autem *ſenex*.

127. 128. *cui pauca relicti Iugera ruris erant.*

Digitized by Google

Namque ſub Oebaliae memini me turribus arcis,
Qua niger humectat flauentia culta Galaeſus,

125 *Oebaliae memini me turribus altis* vulgo vbique legitur. *Oebaliae — arcis* apud Aruſian. Meſſium, quod vnice verum eſſe nullus dubito, nuncque cum Brunckio recepi. Quis enim *Oebaliam* dixerit de vrbe Tarento, aut Tarentina regione? quis *turres Oebaliae?* quis ferat *turres Atticae* pro Athenis? At *arcem* pro vrbe dicere poterat, quamquam et *arx Tarenti* ex Liuio ſatis nota. *turribus autis* Medic. a m. pr. *Oebalio* Goth. pr. Mira ex hoc nomine orta eſt corruptela apud Corippum de laud. Iuſtin. III, 94 *vites — Quas manibus propriis Ithacus plantauit Vlyſſes Arce ſub Oebalia Laertia limina ſeruans, Nondum Troiani vitans discrimina belli.* Niſi *Oebaliam arcem* forte ex Laconica cum Penelope, Icarii filia, in Ithacam transferas, nullus ei locus eſſe poteſt. In cod. vnico, vnde carmen profectum eſt, erat: *Parces vbi Italia.* Nunc Barthii emendatio recepta: *Pace ſub Iliaca.* Interea fatendum eſt, corruptelam in Marone eſſe videri valde antiquam, quandoquidem in Claudiano ex imitatione dictum occurrit: *Liris, et Oebaliae qui temperat arua Galaeſus:* in Prob. 260. 126 *Qua niger* omnes libri, ſcripti et expreſſi; nec aliter legerat Sidonius Apollinaris c. 24, 8 *Quales Corycium ſenem beantes Fuſcabat* picei *lana Galaeſi.* At ante Heinſ. editiones Plantinianas et Elzeu. occuparat *piger* ex Io. Scopae collectaneis. Alterum proprie Galaeſo tribuitur; ambigitur modo, quo

tortos acanthos dixit Columella X, 241. *Pallentes hederas:* ponit genus certum; nam ſunt et nigrae.

125. De *Tarento* loquitur; *arx Oebalia* dicta, h. Lacedaemonia, ab Oebalo, vetere Lacedaemonis [illegible]ge, Tyndarei patre. Parthenii Spartani, Phalantho duce, *diu et per varios caſus iactati, tandem in Italiam deferuntur, et, occupata arce Tarentinorum, expugnatis veteribus incolis, ſedes ibi conſtituunt.* Iuſtin. III, 4. De his et Tarenti originibus actum in Commentat. de legibus Tarent. in Opuſc. academ. Tom. II, pag. 217 ſqq. Ager autem Tarentinus inter fertiliſſimos habitus; amne *Galaeſo* irriguus, noto ex Horat. Carm. II, 6 *Dulce pellitis ouibus Galaeſi Flumen, et*

Digitized by Google

Corycium vidiſſe ſenem, cui pauca relicti

ſenſu. v. Burm. ad h. l. Sed eſt haud dubie aqua nigricans, quia pellucida et profunda; ita enim ſolet fundus nigricare, adeoque et ipſa aqua. *Vmbroſum* Galaeſum dixit Propert. II, 25, 67. At enim hoc ſenſu *niger amnis* abſolute dici vix poteſt: aliter ſe habet *ſilua nigra*. *Galaeſus* ſcribunt Medic. et meliores, Γαλαῖσος. v. Heinſ. *Galeſus* vulgo. Reſpicit h. l. Propert. II, 34. 67 vbi Maronem in haec loca deducit: *Tu canis vmbroſi ſubter pineta Galaeſi Thyrſin et attritis Daphnin arundinibus.* 127 *Cory-*

regnata petam Laconi Rura Phalantho. 127. *Corycium* nunc *ſenem* induxiſſe videtur Varronis exemplo, qui fratres Veianios laudat III, 16, 10. 11. Locum expreſſit Sidonius Apoll. Carm. XXIV, 58. 59. *Corycus* Ciliciae oppidum, antro et croco ſatis notum; ex quo agro oriundus ſenex hic in agrum Tarentinum a poeta adducitur, ſiue is caſu eo peruenerat, ſiue traductus a Pompeio, qui, narrante Seruio, victis piratis Cilicibus partim ibidem, partim in Graecia, partim in Calabria, agros dedit. Laudes tamen huius ſenis apud poetam in piratam veteranum vix cadere videntur. Apud Probum alia eſt narratio: „Pompeius quum oppugnaret piratas, remigibus eorum promiſit agros, ſi viciſſet eorum adiutorio; quorum proditione victor Tarentinorum agros veteranis diuiſit, et quicquid deterrimum fuit, remigibus dedit.“ Indocte haec quoque narrata; et, ſi quid inde tenendum, ſaltem dicemus, veteranos a Pompeio in agrum Tarentinum tum vacuum ab incolis deductos eſſe. Inter haec quid vetat, quo minus certum hominem Cilicem intelligamus, quem poeta, quocunque tandem caſu ille in Italiam traductus fuerat, in his terris hortum colentem noverat? Venerat enim poeta in haec loca ſub a. V. C. 715. v. Vitam. At illa Seruii ratio vix ferri poteſt, vt *Corycius ſenex* appellatiue dictus ſit, qui more apud Corycios vſitato agrum coleret. *Hortus* quidem *Corycius* recte ita diceretur, a praeſtantiore cultus genere, non autem *ſenex*.

127. 128. *cui pauca relicti Iugera ruris erant.*

Digitized by Google

Tum trepidae inter ſe coeunt, pennisque coruſcant,
Spiculaque exacuunt roſtris, aptantque lacertos,
Et circa regem atque ipſa ad praetoria denſae
Miſcentur; magnisque vocant clamoribus hoſtem.)
Ergo, vbi ver nactae ſudum camposque patentis
Erumpunt portis concurritur; aethere in alto
Fit ſonitus, magnum mixtae glomerantur in orbem,
Praecipitesque cadunt. Non denſior aere grando,
Nec de concuſſa tantum pluit ilice glandis.

73 *trepide* vterque Goth. *pinnisque* Gud. et Mentel. pr. 74 *Spicula exacuunt* ſine *que* Mentel. pr. a m. pr. *Spiculaque acuuntque* Vratisl. 75 *ad* deeſt pr. Moret. 77 *ver ſudum nactae* Erf. *nanctae* Gud. *nate* Goth. pr. *campusque potentis* Gud. Interpungebatur · — *patentis: Erumpunt* — Ita erat durior ellipſis τοῦ *fuerint*, vel *ſunt*. cui occurras, ſi cum aliis *nactae erumpunt portis:* iunxeris. Inde continuatur oratio: *concurritur* etc. Itaque mutaui. 78 *Irrumpunt* Aldd. Iunt., et ſic Goth. pr.; Heinſ. mallet *ſe rumpunt*. v. ad Georg. I, 446. *concurrunt* Ven. et Goth. ſec. Poſt *aethere in alto* interpungit Zulich. cum edd. nonnullis, ſic quoque Wakef. Porro *aethere alto* quart. Moret. *ab alto* Reg. Martini. 81 *Non de* Menag. pr. et Reg.

ſpiritu. 73. *pennisque coruſcant,* ex frequenti motu πτερὰ ποικίλα. αἰόλα. Idem eſt *micare*. 74. *Spicula roſtrorum* (ſic vulgari more effertur, pro ſimplici, roſtra), aculeos, acuunt, ſeu cum Martyno ſimplicius, roſtris ſuis acuere videntur aculeos, quod muſcas quoque facere videas. *aptant lacertos* petitum a pugilibus, qui ante certamen explorant vires, brachia iactant, vt Aen. V, 376. 377. πῆλε δὲ χεῖρας Apollon. II, 45. 75. *praetorium*, h. l. ex vſu caſtrenſi. *Miſcentur* pro conueniunt. *ver ſudum* εὔδιον. Mox 79 *mixtae,* pugna congreſſae; vtrumque ex μίγνυσθαι, μιχθῆναι. 77. *ver ſudum,* caelum ſudum verni temporis; idem ſunt *campi patentes,* aer purus et liquidus, non nubibus clauſus;

Digitized by Google

Ipſi per medias acies, inſignibus alis,
Ingentis animos anguſto in pectore verſant,
Vsque adeo obnixi non cedere, dum grauis aut hos,
Aut hos verſa fuga victor dare terga ſubegit.
Hi motus animorum atque haec certamina tanta
Pulueris exigui iactu conpreſſa quieſcunt.

Verum, vbi ductores acie reuocaueris ambo,
Deterior qui viſus, eum, ne prodigus obſit,
Dede neci; melior vacua ſine regnet in aula.
Alter erit maculis auro ſqualentibus ardens;

pluet edd. Commelin. et al. *fluit* tert. Rottend. et Gud. pro var. lect. 83 *in corpore* alter Moret. pro var. lect., ſed vulgata eſt apud Schol. Statii Theb. I, 417. Poſt hunc verſum in alt. Rottendorphii erat: *Ipſi inter ſeſe reges fulgentibus altis.* 85 *ſubegit* repoſuit Heinſ., quem vide, vt omnes Pieriani et excepto fragm. Moret. Heinſiani, Martiniani, Gothani. Edd. obſidebat *coegit*, quod vulgare verbum eſt. Eſt tamen Egnat., quae *ſubegit* exhibet. Heinſ. etiam *fugae victor dare tergā* malebat. Sed et alterum Aen. XII, 463. v. Burm. 87 *quieſcunt* Medic. et ant. plerique codd. apud Pierium, et vnus Arundel. et recepi nunc pro vulg. *quieſcent*. *quieſcant* Bodlei. 88 *ambos* Philarg. et alii. Sed meliores *ambo*, vt et Chariſius ac Maurus. vid. Pierius. 89 *obſtet* Medic. a m. pr., ἀρχαϊκῶς, inquit Heinſ. *ne prouidus* Zulich. 91 *Alter enim* Sangerm. ap. Colum. IX, 10, 2.

vt bene Seruius. 82. *Ipſi*, reges. vt Burmann. monet. 84. *obnixi non cedere, vsque adeo dum;* in vulgari oratione, *ita obnituntur, vt non cedant, donec.*— 87. *compreſſa quieſcant*, comprimuntur.

90. Diſſidium ciuile inter examina enecto altero rege ſedandum; nunc de ſpecie ac colore regum et ceterarum apium. *melior*, fortior, victor. *prodigus*, h. l. qui tantum mel conſumit, nullum ipſe parat. 91. Sequentes verſus recitat et illuſtrat Columella IX, 10. Sunt autem fere ad verbum ex Ariſtotele confecti H. A.

Digitized by Google

Nam duo ſunt genera; hic melior, inſignis et ore,
Et rutilis clarus ſquamis: ille horridus alter
Deſidia, latamque trahens inglorius aluum.
Vt binae regum facies, ita corpora plebis. 95

maculis aluo ſec. Rottend., miro lapſu. 92 *hinc melior* Menag. *meliorque* Medic. a m. ſec. Moret. quart. Zulich. et Regius, vt verſui cauerent. *inſignis et auro* Ed. Ven. *meliori inſignis et ore* coniiciebat Reiskius. 93 *clarus gemmis* Burm. 94 *lateque* quart. Moret. *aluom* Gudian. 95 *corpora plebis* Medic. et omnes Heinſii, quod hic recepit (idem iam ediderat Egnatius); et eſt vtique exquiſitius, adeoque poeta dignius, quam vulgatum *gentis*, neque exemplorum agmine firmare opus erat. Habebant *plebis* omnes Martini, vno Bodlei. excepto; habent vterque Gothanus, et apud Colum. IX, 10, 2 meliores, in quo aliae diuerſitates videri poſſunt.

X, 40, pag. 945 D. E. Ed. Pariſ. Opp. *maculae ſqualentes*, tinctae, obductae, *auro*, h. maculae aureae. conf. Aen. X, 314. XII, 87. Vnde mutuatus eſt Silius II, 547. 583. Putidum eſt Grammaticorum (v. Gell. II, 6. Macrob. VI, 7. Nonius VI, 26) commentum, *ſqualere* a *ſquamis* deducentium. Sed *ſqualere*, etſi communiter de corpore illuuie et ſordibus obducto dicitur, ex primo ac proprio ſignificatu de madore corrupto ac muco; tum apud poetas de quacunque re, cui aliquid illinitur, incruſtatur, adeoque etiam de colore adſcititio, vſurpatur. Omnino *ſqualent*, quae *non* ſunt *laeuia ac nitida*. conf. ad Aen. X, 314, quae vero tantum ab aſperitate ſpectantur, ea *horrere* dicuntur, etiam ſine ſordium notione. 92. *inſignis ore*, forma; mox v. 95 *faciem* dixit. Plin. XI, 16 *Omnibus* (regibus) *forma ſemper egregia et duplo, quam ceteris, maior.* 93. *alter ille horridus*, foedus adſpectu (mox *turpes horrent*, eodem ſenſu v. 96). *deſidia*, incultu et negligentia, et hoc ipſo *latam trahens aluum*, obeſus, πλατυγάστωρ ap. Ariſtotelem. Aliorum loca vid. ap. Guell. et Cerdam.

Digitized by Google

Namque aliae turpes horrent: ceu, puluere ab alto
Quum venit, et ſicco terram ſpuit ore viator
Aridus; elucent aliae, et fulgore coruſcant
Ardentes auro et paribus lita corpora guttis.
Haec potior ſuboles; hinc coeli tempore certo
Dulcia mella premes; nec tantum dulcia, quantum

97 *et ſicco terram* aliquot Pieriani; porro Medic. Gud. Moret. pr. et Rottend. tert. Et ſic apud Colum. l. l. Ante Heinſ. *et terram ſicco*, vt vulgo omnes. Apud Columellam porro: *quam puluera ab alto Cum venit.* Burmannus coni. *ceu puluere anhelus Cum venit.* At inſeruiebat Columella ſententiae ſuae, vt ex lectione facile apparet. 99 *et* abeſt in libris apud Colum. IX, 4, 2. Pro *lita* erat *ita* Moret. quart. Antea cum Philargyrio interpunctum erat: *ardentes auro, et p.* 101 *premens* Medic. a m. pr. Reg. et vnus Arundel.

96. *turpes horrent* pro ſunt, ſed cum notione aſperitatis: conf. ad vſ. 91. *ceu viator horret, quum venit ab alto puluere*, alte a vento in aerem leuato, acto; pro ſimplici: a via puluerulenta. *ſpuit terram*, aut in terram; ait Seru. pro compoſ. adſpuit, inſpuit: aut re vera terram, propter puluerem,, ſc. vt terra dicta ſit pro puluere; ſpuit, exſpuit, puluerem. *Aridus*, pro ſiccus, ſitiens; vt αὐαλέος apud Callim. in Cer. 6 ὄϕ' ἀϕ' αὐαλέων στομάτων πτύωμες ἅπαστοι. 99. *Ardentes corpora*, corporibus, *lita*, illita, oblita, inducta, *auro et paribus guttis*, aureis maculis. Locum expreſſit et excitauit Colum. IX, 3, 2. Idem affirmat, Virgilium Ariſtotelis in his auctoritatem (Hiſtor. Anim. IX, 40; adde V, 22) eſſe ſequutum. Conf. Varro III, 16, 19.

100. Ex his praeſantiſſimi apum ſetus educantur; ex his optimum mel paratur. *coeli* (v. ad Ge. III, 327) *tempore certo*, vere et auctumno. *premes* eliquando. cf. v. 140. 101. *mella liquida* et communi naturae mellis epitheto, et vero etiam proprio quodam dicuntur. Tum autem et in

Digitized by Google

Et liquida, et durum Bacchi domitura ſaporem.
At quum incerta volant, coeloque examina ludunt,
Contemnuntque fauos, et frigida tecta relinquunt:
Inſtabilis animos ludo prohibebis inani.
Nec magnus prohibere labor. Tu regibus alas
Eripe. Non illis quisquam cunctantibus altum
Ire iter, aut caſtris audebit vellere ſigna.
Inuitent croceis halantes floribus horti,
Et cuſtos furum atque auium cum falce ſaligna

102 *et* ante *durum* aberat ab Gud. a m. pr. et Zulich. *ac* pr. Moret. *edomitura* Gudianus. 103 *Et quom* Franc. 104 *Contemtuque fauos — relinquam* Mſſ. Barthii: prius ferri poſſit; eſt tamen ex vulgari ratione. 105 *In ſtabulis* Medic. a m. pr. et duo alii. *prohibetis* Rottend. ſec. 106 *Tu rigidus* Regius Martini. 108 *et caſtris* Rufin. de Schemat. lexeos p. 32. *tollere ſigna* vnus Mead., male. 109 *olentes floribus orti* Franc. et vnus Arundel. *alantes* Regius. 110 *cuſtos frugum* Medic. a m. pr. *florum* Goth. ſec. *aut autum* Rottend. ſec. *et* Menag. pr.

vitio haberi poſſunt tamquam fluentia, vt v. 36 (opponuntur *tenacia* v. 57), et in laude, vt h. l., vt ſint pura, et opponantur iis, quae faece ac ſordibus craſſa ſunt. conf. inf. 163. 164. Porro, quod ſequitur, veteres vina melle *condiiſſe*, atque hinc etiam *mulſum* conficere conſueuiſſe, ſatis notum eſt vel ex Horat. Sat. II, 4, 24. *durum ſaporem*, auſterum.

104. *frigida tecta* ex hoc ipſo, quod aluearium ab apibus deſtitutum eſt; nam quum aſſidue incolunt, tum *fouent*, vt v. 43 *fouere larem*. Sic *frigidus torus* pro viduo. Nam opus, quod *feruet*, huc trahi nequit. 106. Rem eandem tradit Columella, ſimulque modum IX, 10, 3, et IX, 9, 8. 107. *quisquam*, quaſi de militibus loqueretur. *altum iter*, de volatu. 109. horti, in quibus ſunt flores halantes. 110. Omnia haec vul-

Digitized by Google

Hellespontiaci ſeruet tutela Priapi.
Ipſe thymum pinosque ferens de montibus altis
Tecta ſerat late circum, cui talia curae;
Ipſe labore manum duro terat; ipſe ſeracis
Figat humo plantas, et amicos inriget imbris.
Atque equidem; extremo ni iam ſub ſine laborum

112 *feres* Rsg. Etiam *ttnos* legi Philargyr. monet. cf. eundem ad v. 141. 113 *ferat* quart. Moret. 114 *ferentes* quart. Moret. 115 *Affigat humo* Goth. ſec.; et ſic ſaepe alibi, vt v. 169 *Aſſeruet* et 188 *Affit*, pronuntiandi vitio.

go nota; quid tamen ad apes? dices. Scilicet Priapi ſignum, in hortis poſitum, arcere falce ſua etiam ab alvearibus fures, et aues terrere videri poterat. cf. Horat. Sat. I, 8, 4 ſqq. Eum Lampſaci ad *Hellespontum* potiſſimum cultum eſſe, nec minus conſtat. *tutela Priapi*, pro *Priapus, cuſtos*, pro, quae cuſtodit hortos a furibus, obſeruat fures.

112. De thymo apibus gratiſſimo res nota. Loquitur autem poeta Romanus de eo, qui nunc *thymus capitatus*, in Italia et Graecia frequentiſſimus. cf. Martin. *ſemper virens pinus* memoratur etiam Columellae IX, 4, 2, et 5, 6; erat autem illa veteribus inter hortenſes arbores, vt vel ex Ecl. VII, 65, vbi v. Heinſ., et inf. v. 141 patere poteſt. conf. Cerda. Chamaepityn, herbam topiariam, Scaliger intelligebat ad Culicem p. 41 Append. Virgil., minus bene. 115. *amici imbres*, aqua ex fonte aut fluuio. *irrigat imbres*, ſcil. plantis, vel in plantas, exquiſitius, quam vulgare, *irrigat plantas imbribus*. Aen. I, 691 *Venus Aſcanio placidam per membra quietem Irrigat.*

116—148. De cura horti colendi argumentum aliis ſe relinquere tractandum dicit; quam partem deinceps Columella libro X explendam ſuſcepit. Nam Rapini hae de re inſipidum opus in hunc conſum non venit.

Digitized by Google

Vela traham, et terris feſtinem aduertere proram;
Forſitan et, pinguis hortos quae cura colendi
Ornaret, canerem, biferique roſaria Paeſti;
Quoque modo potis gauderent intuba riuis, 120

117 *et terris properarem* Montel. pr. pro diu. lect. *auertere* ſec. Moret. et Vratisl. Goth. pr. *proras* Gud. a m. ſec. 118 *colenti* Gud. a m. ſec., quod ab emendatrice manu profectum, exquiſitius eſt vulgato. forte *colentis*, inquit Burm., quod neceſſe haud eſſet. 119 *biſori* Erf., indocte. *Baſti* Medic. a m. pr. 120 *intuba, intyba, intiba*, ſcribitur. v. ſup. Ge. I, 120. *poſitis — fibris* Longobard. *poſitis* Ed. Ven., et *fibris* etiam Priſcian. lib. IX et XI agnoſcit. Sed hoc haud dubie ex Georg. I, 120 repetitur.

Plin. XIV, 1. *Quanquam videmus Virgilium praecellentiſſimum vatem, ea de cauſſa* (rerum humilitate) *hortorum dotes fugiſſe, et e tantis, quae retulit, flores modo rerum decerpſiſſe, beatum felicemque gratiae*, etc. Verſus ſunt longe ornatiſſimi, inprimis herbarum hortenſium epithetis et aliis attributis.

118—124. Forſitan de cura hortorum dixiſſem. Iam ornatum contemplare. 118. *pingues hortos*, ſolo pingui adeoque fertili. *quae cura colendi ornaret hortos*, in vulgari oratione: *eſſet*; in qua etiam tempora aliter ſibi reſponderent: *traherem, feſtinarem, — canerem*. 119. *Paeſtum*, ſ. Poſidonia, Lucaniae vrbs, ad ſinum Paeſtanum, non longe a Silaro, roſis clara vrbs apud poetas, a triginta inde annis propter praeclaras ruinas nobilis, itemque numorum veterum repertorum copia. Sunt de his multorum opera, inprimis Thomae Mayor, et Comitis de Gazola editore Paullo Ant. Paoli. *biferum* autem propter egregiam caeli clementiam, et ad Homeri imitationem de Alcinoi hortis Od. η, 117 — 121. 120. Enarrat nonnulla olera hortenſia et coronaria ex topiariis. De *intubo* vid. ad Georg. I, 120. *Apium*, σέλινον, varia habet genera, vt petroſelinum. Sed hic *paluſtre* intelligendum videtur, nobis *Selery* dictum, quod locis riguis gaudet. cf.

Digitized by Google

Et virides apio ripae; tortusque per herbam
Creſceret in ventrem cucumis; nec ſera comantem
Narciſſum, aut flexi tacuiſſem vimen acanthi,
Pallentisque ederas, et amantis litora myrtos.

121 *viridis* fragm. Vatic. *totusque* Toll. *per herbas* Goth. pr. Regius et Ed. Pariſ. 1494. 122 *ſera* Medic. et alii boni, recte; *ſero* duo Pierii et multi alii, quod et vulgare eſt, et metro repugnat. 124 *que* abeſt ab edd. ant. et fragm. Vatic. *Pallantesque* Rottend. ſec. At tert. *Pallantisque*, vt *Palantes hederae* ſint, velut *Errantes*. Sed ſunt aberrationes illae perpetuae; et hedera *alba* a *nigra* diſtinguitur. vid. Heinſ.

Mart. 121. 122. Vſus eadem imagine Propert. IV, 2, 43 *Caeruleus cucumis, tumidoque cucurbita ventre.* 122. 123. De *Narciſſo* v. ſupra ad Ecl. II, 48, et h. l. Martin. Videtur ſcilicet veterum Narciſſus eſſe *Narciſſus* noſter *albus circulo purpureo* vel *croceo minor.* Sed *ſera comantem*, ſero florentem, appellat, quod ſub clementiore caelo etiam ſeriore anni tempore, Nouembri ac Decembri, floret, vt de Thracia ac Graecia tradiderunt Busbequius et Turnefortius. Et Theophraſt. de Hiſt. Plant. VI, 6, loco ab Heinſio laudato: νάρκισσος ἢ λείριον — ὄψιον δὲ σφόδρα· μετὰ γὰρ ἀρκτοῦρον ἡ ἄνθησις, καὶ περὶ ἰσημερίαν. In *comantem* vim agnoſcit Meierotto in Dubiis p. 10, vt reſpiciatur copia florum et ſcaporum, quos narciſſus habere ſolet. Mitſcherlich. noſter Adnotat. ad H. in Cer. p. 112, ad v. 12 Hymni hoc epitheton aduocat: τοῦ καὶ ἀπὸ ῥίζης ἑκατὸν κάρα ἐξεπεφύκει. *Acanthus* h. l. herbae nomen, noſter *acanthus ſatiuus*, ſeu *mollis Virgilii*, apud Bauhin. *Wälſche Bärenklau.* vid. ad Ecl. III, 45, vbi *mollis*, vt inf. v. 137, ὑγρὸς Theocrito, qui hic *flexus*, quia adultior caulis reflectit ſe et vergit ad humum; propter hoc ipſum poetica ratione *vimen* ei tribuitur, quod proprie non habet, ſed caulem.

Digitized by Google

Namque ſub Oebaliae memini me turribus arcis,
Qua niger humectat flauentia culta Galaeſus,

125 *Oebaliae memini me turribus altis* vulgo vbique legitur. *Oebaliae — arcis* apud Aruſian. Meſſium, quod vnice verum eſſe nullus dubito, nuncque cum Brunckio recepi. Quis enim *Oebaliam* dixerit de vrbe Tarento, aut Tarentina regione? quis *turres Oebaliae?* quis ferat *turres Atticae* pro Athenis? At *arcem* pro vrbe dicere poterat, quamquam et *arx Tarenti* ex Liuio ſatis nota. *turribus autis* Medic. a m. pr. *Oebalio* Goth. pr. Mira ex hoc nomine orta eſt corruptela apud Corippum de laud. Iuſtin. III, 94 *vites — Quas manibus propriis Ithacus plantauit Vlyſſes Arce ſub Oebalia Laertia limina ſeruans, Nondum Troiani vitans diſcrimina belli.* Niſi *Oebaliam arcem* forte ex Laconica cum Penelope, Icarii filia, in Ithacam transferas, nullus ei locus eſſe poteſt. In cod. vnico, vnde carmen profectum eſt, erat: *Parces vbi Italia.* Nunc Barthii emendatio recepta: *Pace ſub Iliaca.* Interea fatendum eſt, corruptelam in Marone eſſe videri valde antiquam, quandoquidem in Claudiano ex imitatione dictum occurrit: *Lirin, et Oebaliae qui temperat arua Galaeſus:* in Prob. 260. 126 *Qua niger* omnes libri, ſcripti et expreſſi; nec aliter legerat Sidonius Apollinaris c. 24, 8 *Quales Corycium ſenem beantes Fuſcabat* picei *lana Galaeſi.* At ante Heinſ. editiones Plantinianas et Elzeu. occuparat *piger* ex Io. Scopae collectaneis. Alterum proprie Galaeſo tribuitur; ambigitur modo, quo

tortos acanthos dixit Columella X, 241. *Pallentes hederas:* ponit genus certum; nam ſunt et nigrae.

125. De *Tarento* loquitur; *arx Oebalia* dicta, h. Lacedaemonia, ab Oebalo, vetere Lacedaemonis rege, Tyndarei patre. Parthenii Spartani, Phalantho duce, *diu et per varios caſus iactati, tandem in Italiam deferuntur, et, occupata arce Tarentinorum, expugnatis veteribus incolis, ſedes ibi conſtituunt.* Iuſtin. III, 4. De his et Tarenti originibus actum in Commentat. de legibus Tarent. in Opuſc. academ. Tom. II, pag. 217 ſqq. Ager autem Tarentinus inter fertiliſſimos habitus; amne *Galaeſo* irriguus, noto ex Horat. Carm. II, 6 *Dulce pellitis ouibus Galaeſi Flumen, et*

Digitized by Google

Corycium vidiſſe ſenem, cui pauca relicti

ſenſu. v. Burm. ad h. l. Sed eſt haud dubie aqua nigricans, quia pellucida et profunda; ita enim ſolet fundus nigricare, adeoque et ipſa aqua. *Vmbroſum* Galaeſum dixit Propert. II, 25, 67. At enim hoc ſenſu *niger amnis* abſolute dici vix poteſt: aliter ſe habet *ſilua nigra*. *Galaeſus* ſcribunt Medic. et meliores, Γαλαῖσος. v. Heinſ. *Galeſus* vulgo. Reſpicit h. l. Propert. II, 34. 67 vbi Maronem in haec loca deducit: *Tu canis vmbroſi ſubter pineta Galaeſi Thyrſin et attritis Daphnin arundinibus.* 127 *Cory-*

regnata petam Laconi Rura Phalantho. 127. *Corycium* nunc *ſenem* induxiſſe videtur Varronis exemplo, qui fratres Veianios laudat III, 16, 10. 11. Locum expreſſit Sidonius Apoll. Carm. XXIV, 58. 59. *Corycus* Ciliciae oppidum, antro et croco ſatis notum; ex quo agro oriundus ſenex hic in agrum Tarentinum a poeta adducitur, ſiue is caſu eo peruenerat, ſiue traductus a Pompeio, qui, narrante Seruio, victis piratis Cilicibus partim ibidem, partim in Graecia, partim in Calabria, agros dedit. Laudes tamen huius ſenis apud poetam in piratam veteranum vix cadere videntur. Apud Probum alia eſt narratio: „Pompeius quum oppugnaret piratas, remigibus eorum promiſit agros, ſi viciſſet eorum adiutorio; quorum proditione victor Tarentinorum agros veteranis diuiſit, et quicquid deterrimum fuit, remigibus dedit.“ Indocte haec quoque narrata; et, ſi quid inde tenendum, ſaltem dicemus, veteranos a Pompeio in agrum Tarentinum tum vacuum ab incolis deductos eſſe. Inter haec quid vetat, quo minus certum hominem Cilicem intelligamus, quem poeta, quocunque tandem caſu ille in Italiam traductus fuerat, in his terris hortum colentem noverat? Venerat enim poeta in haec loca ſub a. V. C. 715. v. Vitam. At illa Seruii ratio vix ferri poteſt, vt *Corycius ſenex* appellatiue dictus ſit, qui more apud Corycios vſitato agrum coleret. *Hortus* quidem *Corycius* recte ita diceretur, a praeſtantiore cultus genere, non autem *ſenex*.

127. 128. *cui pauca relicti Iugera ruris erant.*

Digitized by Google

Iugera ruris erant: nec fertilis illa iuuencis,
Nec pecori opportuna ſeges, nec commoda Baccho.
Hic rarum tamen in dumis olus albaque circum 130

tium Iunt. Ed. 129 *Nec Cereri* Salmaſ. Exerc. Plin. p. 366 laudat; memoriae ſc. vitio. Tum noli cum nonnullis haerere in *illa ſeges* nec fertilis — nec commoda Baccho. Iungenda ſunt: *pauca iugera, illa* iugera *erant ſeges* nec fertilis per iuuencorum arationem, nec opportuna. Dicta *ſeges* omnino pro agro, proprie quidem de proximo. 130 *Hic (rarum!) in dumis*, interpungendum coniectat Burm., ſed vid. Not. *Hinc* liber Bersmanni; ipſe coni. *Huic:* quod et Erf. a m. ſec. habebat. *Hinc* etiam Longobard., ex paucis illis iugeribus, inquit Pierius.

relictum rus cum abſolute dicatur, vix aliter accipi poteſt, quam ſiue de ſubſeciuo, h. in metatione, cum agri aſſignarentur, intra limites non recepto (v. Goeſ. Ind. in R. Agrar. Scriptt.), ſiue de contemto omnino propter ieiunitatem ſoli neglecto et deſerto agro, vt Seruius facit (quo et reliqua vocant: *nec fertilis illa iuuencis, Nec pecori opportuna ſeges, nec commoda Baccho* et mox *in dumis)*. Nam *ager relictus*, ſc. hereditate, auitus, cum nihil, quod eo ducat, adiectum ſit, vt v. c. contrarium in illo Martialis: *Res* non parta labore *ſed relicta*, valde dure dictus eſſet. Habes tamen in hoc Burmanni auctoritatem. 128. 129. *nec fertilis illa iuuencis*, h. iuuencorum labore, aratione. *ſeges* omnino pro agro, ſolo. Nec arationi, nec paſcuis, nec vineis bonum ſolum fuiſſe dicit.

130. *in dumis*, in ſolo ſpinoſo ac dumis indulgenti, hoc equidem noui latine dici poſſe; etiam ſic, vt ſit, inter dumos, in dumeto, quod non videtur locum habere; an vero eſſe poſſit latine dictum pro in horto, ſaepe ducta ex dumis, incluſo, quod vir doctus me docet, alii diiudicent. Certe non auſim dicere, olus creſcere *in ſaepe*, pro in horto ſaepe cincto, ita nec, *in dumo*.

Digitized by Google

Lilia verbenasque premens veſcumque papauer,
Regum aequabat opes animis; ſeraque reuertens
Nocte domum dapibus menſas onerabat inemtis.
Primus vere roſam atque auctumno carpere poma,
Et, quum triſtis hiems etiam nunc frigore ſaxa
Rumperet, et glacie curſus frenaret aquarum,
Ille comam mollis iam tondebat hyacinthi,

132 *aequabit* quart. Moret. *animo* quatuor apud Burmannum, et ſic Seru. ad Aen. I, 18. vid. ad Phaedr. II, 3, Burmann. Verſus 130. 131 aberant a Goth. ſec. 133 *ineptis* Franc. 134 *atque* omittit pr. Moret., hiatu non inaudito. 135 *etiamnum* Heinſ. e Medic. et Gud., etiam Pierianis. *etiam nunc* vulgo, et hoc recte; eſt enim antiquius; itaque reuocaui. Monitum ad Ecl. II, 41. 136 *firmaret* Moret. ſec. Pro *glacie* Wakef. *glacies* repoſuit, eleganter quidem. 137 Vulgata erat lectio: *Ille comam mollis iam tum tondebat acanthi.* Mirationem iam per ſe facit hoc,

premens, plantans, vt Georg. II, 346 *quaecunque premes virgulta per agros.* vt *premere* ſit legere, decerpere, metere, adiecta opus eſſet alia voce, manu, vngue, vt Ge. I, 157 *falce premes vmbras*, reſecabis. Calpurn. V, 111 *tu tamen aut laeves ederas aut molle ſalictum Valle premes gelida*, vbi eſt ſeu falce ſeu manu ſtringere, frondes decerpere. Mox *rarum olus* poteſt referri ad pauperem hortum, vt modicum olus inde proueniſſe dicat; ſed verius eſt ita dici, quoniam proprium ſationis et plantationis eſt, vt olera paruis inter ſe interuallis, *raris ordinibus*, ſerantur; id quod in ſolo tenui multo magis fieri neceſſe erat. Saltem hoc malim, quam poroſum interpretari, vt ſpongia rara dicitur. *circum* in oris arearum oleribus conſitarum. *Verbena*, hierobotane, *Eiſenkraut*, h. l. apum cauſſa ſata. *veſcum papauer*, tenui grano; Ge. III, 175 *veſcas ſalicum frondes* dixit; ad quem vſ. vide. 134. *carpere*, carpebat, hiſtorico modo, vt et v. 140. 135. *frigore ſaxa Rumperet*, v. Ge. III, 363. 137. *comam*

Digitized by Google

Aeſtatem increpitans ſeram zephyrosque morantis.
Ergo apibus fetis idem atque examine multo
Primus abundare, et ſpumantia cogere preſſis 140
Mella fauis; illi tiliae, atque vberrima pinus;
Quotque in flore nouo pomis ſe fertilis arbos
Induerat, totidem auctumno matura tenebat.

quod *acanthus*, ſeu *branca vrſina*, cum inter *ſemper frondentes* ſit (vt Georg. II, 119 *baccas ſemper frondentis acanthi*), alienus ab h. l. eſt, in quo de floribus *alieno tempore florentibus* agitur. Iam vero *mollis iam* (non, *tum*) *tondebat hyacinthi* ſcribunt diſerte Mediceus, Gud. Rottend. tert. a m. pr., Mentel. duo, Menag. alt. et Moretani tres (quo Regius alludit: *iam tond. iacinthi*). Eandem lectionem in vetuſt. libris inuenerat Achilles Statius; itaque nondum receptam eſſe olim mirabar; et nunc eam recepi, adſtipulante Brunckio. Nam manifeſtum eſt, aut importunum metum de metri ratione, aut ſcripturam ſine aſpiratione locum dediſſe deprauationi in *acanthus* ad ductum Ecl. III, 45, vbi *mollis acanthus* occurrebat. *iam tunc* Ven. At Martini libri cum Gothanis in vulgatam lectionem conſpirabant; nec Pierius quicquam de ſuis monuit. 138 *zephyrosque vacantes* Erf. a pr. m. 139 *multum* Gud. a m. pr. 141 *tilia* Medic., quod merito praefert Heinſ. Et ſic emendarat Reiskius. 142 *Quodque*, *Quoque* al. apud Burm. 143 *ferebat* Schol. Cruqu. Horat. III, 1, quod in proſa ferrem. *legebat* Moret. fragm., quod in cultorem, non de arbore, dici poſſe, bene monuit Burm.

mollis iam tondebat hyacinthi: h. carpebat hyacinthos media hieme. *coma hyacinthi* pro ipſo flore. 138. Argutus verſus. Ipſe anteuertebat praecocibus floribus aeſtatem et zephyros, et idcirco increpare eorum tarditatem ac moram videri poterat.

140. Mellificio anteuertebat alios; mella maturius exprimebat fauis. *apes fetae* melle. 141. *pinus* vid. ad vſ. 112. 142. 143. Fidem praeſtabant arbores, nec fruſtrabantur ſpem ex floſculis et gemmis conceptam. Poma futura latent in floribus, hinc *arbos induit ſe pomis in flore nouo*; et *in florem ipſum induit ſe arbos* ſupra Georg. I, 187. 188.

Digitized by Google

Ille etiam ſeras in verſum distulit vlmos,
Eduramque pirum, et ſpinos iam pruna ferentis,
Iamque miniſtrantem platanum potantibus vmbras.
Verum haec ipſe equidem ſpatiis excluſus iniquis
Praetereo, atque aliis poſt me memoranda relinquo.

145 *que* abeſt a duobus Burm. *Iduramque* Leid. pr. a m. pr. *pinum* Medic. a m. pr. *Edurasque pinus* Goth. pr., metro inuito. *ſpinas* Leid. Zulich. Rottend. pr. a m. pr. Moret. ſec. *prunos iam ſpina ferentis* Ven. 146 *vmbras* Heinſ. e Pierianis et ſuis. Sic Goth. ſec. et omnes Martini. *vmbram* vulgo. *platanus — vmbram* Goth. pr. 147 *haec ipſe quidem* nouem apud Burm., vterque Goth. Regius et Ed. Norimb. *haec ipſe eadem* Ven. *ipſa* Medic. a m. pr. *excluſus* omnes Pieriani et Heinſiani, Goth. ſec. et omnes Anglici; et confirmat Columellae imitatio lib. X pr. Vulgg. *diſcluſus*, male. Altera tamen lectio iam ab Egnatio erat prodita, et e Palat. in ed. Commelin., tum H. Steph. et Pulmann. *ſecluſus* Menag. pr. 148 *poſt me memoranda* Nauger. cum Steph., quod

144—146. Ille etiam vlmos in ordinibus, κατὰ στίχους, h. e. ille vlmorum ordines poſuerat; at elegantius *distulit*, dispoſuit, *in verſus*. conf. Ge. II, 277 ſqq. Seruio duce, quem Iulius Sab. exſcribit, Martinus de *transplantatione arborum iam adultarum*, quam ille Corycius ſenex felici euentu tentabat, accipit; motus epitheto adiecto: *ſerae* vlmi. Probaueram hoc ipſe in prioribus edd. et ad eadem iam redeo. Ergo *vlmos* appellat *ſeras*, non tam ſero adoleſcentes, ſed iam adultas, *piros eduras*, h. valde duras, validas; conf. Var. Lect. ad Ge. II, 65. *Spinus*, oxyacantha, *Hagedorn*, cui iam prunus inſita erat; tandem *platanus* (vid. Georg. II, 70) iam vmbroſa. haec forte ad priorem interpretandi modum reuocare poſſit. 147. Cf. ad v. 116. Colum. lib. X, praef. et pr. *ſpatiis iniquis*, ſpatio nimis anguſto, intra quod curſum ſuum tenere cogitur. Reſpicit locum Plinius quoque lib. XIV pr. 148. Seruius

Digitized by Google

Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipſe
Addidit, expediam, pro qua mercede, canoros 150
Curetum ſonitus crepitantiaque aera ſecutae,

deſeruere alii: itaque reuocauit Heinſ. e parte librorum; vt Goth. ſec. Reg. et Cantabrig. exhibent; et confirmari id poteſt e Colum. X praef. 3 et X, 5, quo maior pars alludit cum Mediceo et vno Arundel. *poſt memoranda*, ita, vt ſimilis ſyllaba exciderit; quam ſuppleuere alii, vt in Pierianis aliquot et vno Meadiano: *poſt haec memoranda*, aut, vt vulgo legebatur, et vt in tribus Martinianis legitur: *poſt commemoranda*. *alii primo memoranda* Ed. Ven.

ad h. v. *Gargilium Martialem* ſignificari prodit; ſcripſit ſane is de hortorum cura, ſed eſt ſerior aetate, et non niſi Palladio primum laudatus.

149 ſq. De re priuata ac publica apum agere orditur. πολιτείαν καὶ βίον dixit Ariſt. H. A. IX, 40, et inde Didymus Geop. XV, 3, 1. Fabula nota vel ex Callimacho H. in Iou. 49 ſqq. Fuere tamen multa, quibus fabulam ornauerant poetae: in his v. c. illud, quod Ambroſiam Ioui puero apportabant columbae inter Planctas aduolantes: Odyſſ. μ, 61 ſqq., vbi cf. Euſtath. Seruata ad inferiora vsque tempora antri Dictaei religio et apum in eo examina certoque tempore erumpentis ignis prodigium. v. Antonin. Lib. 19. Obſcuriora tamen ſunt illa, ad quae Maro h. l. reſpexit; eoque interpretatio non ſatis tuta; inprimis propter verba *pro qua mercede*. Nolo iterum ea, quae olim disputata ſunt, repetere, ſed apponam, quod iam olim praetuli. Iouem puerum apes, allectae *cymbalis Curetum, ſub antro* montis *Dictes* in Creta *pauerant* melle; pro ea re, tamquam mercedis ac praemii loco, miram hanc, et humano ingenio ſimilem naturam iis indidit Iupiter. Extulit haec poeta inuerſe: naturas has indidit Iupiter apibus. Poterat pergere: *pro ea re*, quam pro mercede acceperunt, eum puerum olim *pauerant*. Nunc relatiue redditum, *pro qua re, pro qua mercede*, pro eo quod pauere; in merce-

Digitized by Google

Dictaeo coeli Regem pauere ſub antro.
Solae communis gnatos, conſortia tecta
Vrbis habent, magnisque agitant ſub legibus aeuum;
Et patriam ſolae et certos nouere Penatis; 155
Venturaeque hiemis memores aeſtate laborem
Experiuntur, et in medium quaeſita reponunt.

154 *que* abeſt a quart. Moret. vno Mead. et vett. edd., *forte* melius. *aeuom* Gudianus. 155 *A patriam* pro *Ah* codd. aliquot apud Pierium. *et* ante *certos* abeſt Longobard. 156 *labores* Arundel. Erf. 157 *reportant* Voſſ.

dem eius quod. Ita vulgo dicitur, *pro quo*, vt ſit: pro eo quod. Euemerum poetam ante oculos h. l. Virgilio fuiſſe diſcimus ex Colum. IX, 2, 3 — *an, vt Euemerus poeta dicit, crabronibus et ſole genitas apes, quas nymphae Phryxonides educauerunt, mox, Dictaeo ſpecu, Iouis extitiſſe nutrices, easque pabula munere dei ſortitas, quibus ipſae paruum educauerant alumnum* (Ita vero a Ioue mel acceperunt, quo Iouem puerum alerent?). *Iſta enim, quamvis non dedeceant poetam, ſummatim tamen et vno tantummodo verſiculo leviter attigit Virgilius, cum ſic ait:* Dictaeo — ſub antro. Tradiderat autem illa Euemerus in *ſacra hiſtoria*, ἀναγραφῇ ἱερᾷ, ab Ennio latine conuerſa, in qua cum aliorum deorum, tum *Iouis Dictaei*, tamquam mortalis hominis, natales, patriam ac ſepulcrum, perſequutus fuerat. v. Minuc. Felix Octau. 21. Lactant. Inſt. diu. I, 11. Non ergo admittam coniecturam virorum doctorum, *Eumelum*, de quo v. inf. ad vſ. 316. eſſe legendum in Columellae verbis. Locus, qui ſequitur, eſt ex praeſtantiſſimis, propter dignitatem tenuitati rerum additam, ex translatis ab humano genere. 155. *patriam* ſimili modo dixit Columell. IX, 12, 1. IX, 9, 1. Ad locum facit Ambroſ. Hexaem. V, 21. 157. Georg. I, 127 *In medium quaerebant:*

Digitized by Google

Namque aliae victu inuigilant, et foedere pacto
Exercentur agris; pars intra saepta domorum
Narcissi lacrimam, et lentum de cortice gluten,
Prima fauis ponunt fundamina, deinde tenacis
Suspendunt ceras; aliae, spem gentis, adultos
Educunt fetus; aliae purissima mella
Stipant, et liquido distendunt nectare cellas.
Sunt, quibus ad portas cecidit custodia sorti;

158 *victum* quart. Moret. *victui* sec. Moret. *vigilant* apud Priscian. VII. *foedere parco* Reg. Martin. 159 *inter* vnus Arundel. *tecta domorum* vnus Mead. 160 *lente* Moret. quart. *lectum* Longobard. cum aliquot aliis apud Pierium et Reg. Martini, non male; sed recepta lectio est pulcrior. 161 *tenacis* Priscian. VII, Rottend. tert. Gud. *tenaces* al. 162 *in spem* Leid. a m. sec. Goth. sec., male. 163 *durissima* Medic. a m. pr., male. *liquentia* et mox *dulci distend. nectare* Seneca Ep. 84, ex Aen. I, 433, vbi et sequentes versus 167. 168. 169 iterum appositi. 164 *nectare telas* Ven. 165 *ad portam tendit* vnus Arundel. *forte* Leid. et

158. Partitae inter se opus ac munera certo ordine (hoc est *foedere pacto*), aliae *victu inuigilant*, victui quaerendo, cibo congerendo, operam dant, et *exercentur agris*, discursu et vagatione vexantur, fatigantur, per agros; quae Graeci per medium, nos reciproce exprimimus, exercent se. vt saepe *exerceri laboribus, opere*, dicimur, quod tractamus. Habebat hic ante oculos poeta Aristot. H. A. IX, 40, pag. 946 extr. Lineae autem sunt ductae iam in Hesiodo Θ. 596 sqq. 160. *Narcissi lacrimam*, guttam, nectar, humorem dulcem, seu melleum, quem imus florum calyx exsudat. tum *gluten* e resina, gummi, corticum. 161. *fauis*, cellulis mel recepturis, *fundamina*, propolin: vid. sup. ad v. 40. 164. *distendunt nectare cellas*, ornatius, quam, replent, explent; nam maiorem abundantiam repraesentare animo videtur, quod adeo cellularum latera tumere faciat. *distendet spicis horrea plena Ceres:*

Digitized by Google

Inque vicem ſpeculantur aquas et nubila coeli;
Aut onera adcipiunt venientum, aut agmine facto
Ignauum, fucos, pecus a praeſepibus arcent.
Feruet opus, redolentque thymo fragrantia mella.
Ac veluti, lentis Cyclopes fulmina maſſis 170

Zulich. ſec. Goth. ſec. et Erf. a m. ſec. *ſorti* eſt idem caſus ſextus, vt veſperi, ruri. vid. Drakenb. ad Sil. VII, 368, quamquam non video, cur non *ſorti cadere* res poſſit, tertio caſu; h. in ſortem, cum *ſors* et ipſa portio ac munus ſit. *ad portam* Alcuinus Grammat. vid. ad Liu. IV, 37, 6 Burmann. Sed illud minus poeticum. 166 *quae nubila* Ven. | *accipiunt:* pro vulgari, excipiunt; hoc tamen repoſuit Wakef. quia ſit proprium. 168 *Ignauom* Gud. *Agninum* duo Barthii. *a praeſepibus vrgent* vnus Arundel. 169 *Feruit* coni. Cuningham. et Io. Schrader. ſicque legerat Philargyr. *flagrantia, flaglantia, fraglantia* et in Franc. *frangentia* legitur. v. Burm. 170 *lenti* fragm. Vatic.

Tibull. II, 5, 84, vbi vid. Not. et ſupra III, 124 *denſo distendere pingui, Quem legere ducem.* Hoc idem alias eſt *rumpi,* vt Ge. I, 49.

166. An futuri ſint imbres, ne reliquae exeant, vt bene Cerda. conf. v. 191, 168. *fucos, Dronen,* apes maiores iis, quae mel faciunt. Columella IX, 15, 1 *Mox vere transacto ſequitur mellis vindemia. — Eius maturitas intelligitur, cum animaduertimus fucos ab apibus expelli ac fugari; quod eſt genus amplioris incrementi, ſimillimum apis, et, vt ait Virgilius,* ignauum pecus, *et ſine induſtria fauis aſſidens. Nam neque alimenta congerit, et ab aliis inuecta conſumit. Verumtamen ad procreationem ſobolis conferre aliquid hi fuci videntur, inſidentes ſeminibus, quibus apes figurantur. Itaque ad fouendam et educandam nouam prolem familiarius admittuntur. Excluſis deinde pullis, extra tecta proturbantur, et, vt idem ait, a praeſepibus arcentur.* Vides veteres non vbique in phyſicis deſipuiſſe.

170. *lentis maſſis,* ferri, quod procudi ac duci poteſt,

Quum properant, alii taurinis follibus auras
Adcipiunt redduntque, alii ſtridentia tinguunt
Aera lacu; gemit inpoſitis incudibus Aetna;
Illi inter ſeſe magna vi brachia tollunt
In numerum, verſantque tenaci forcipe ferrum. 175
Non aliter, ſi parua licet conponere magnis,

171 *alii t. f. auras* aberat Longob. Iidem verſus Aen. VIII, 449 — 453, ſed ibi *ventoſis follibus;* et *antrum* pro *Aetna*, et *multa vi*, et *tenaci forcipe maſſam.* 172 *ſtringentia* Ven. 173 pro *Aetna*, *antrum* in Longobard. Medic. et Pierianis nonnullis, aliis, Rottend. pr. Menag. pr. alt. Voſſ. Franc. Goth. ſec. (in quo alterum pro gloſſa adſcriptum), et vno Arundel., quibus adde fragm. Vatic., forte ex Aen. VIII, 451. 174 *multa vt* Rottend. ſec. ex eod. loco; ſicque inf. v. 450 et alibi. 175 *maſſam* in fine verſus, Vratisl. et Nonius in *Fornus;* ex Aen. VIII, 453. 176 *opponere* Goth. ſec.

properant, properanter conficiunt, σπεύδουσιν, ἐπείγουσι, fulmen. Sic Callim. in Dian. 49 de ipſis Cyclopibus: ἐπείγετο γὰρ μέγα ἔργον. *Lacus*, vt fontes, pro aqua poſitus. Lucret. VI, 147. 148 *Vt calidis candens ferrum e fornacibus olim Stridit, vbi in gelidum propere* (aut potius *propter*, dum prope adſtat aqua) *demerſimus imbrem.* Hoc magis poeticum, quam vt *lacus* ipſum vas ſit; vti in vineis *lacus* ſunt. Ouid. Met. IX, 170 *gelido ceu quondam lamina candens Tincta lacu, ſtridit.* 175. *In numerum:* ἐν ῥυθμῷ, εὐρύθμως· vt Eclog. VI, 27. Ceterum hunc eundem locum reſinxit poeta Aen. VIII, 449—453. Compara Callimach. in Dian. 59—61.

176. Cum eſſent, qui hanc comparationem magnae molitionis, ſtudii et laboris apum cum Cyclopum opere fabrili pro inepta et ridicula haberent, cum res exiguae et tenues tam magnificis exemplis ornentur, Popius in praeclara disputatione *(Poſtſcript)* Odyſſeae ſubiecta, monente etiam Martino, eam ita defendebat, vt ex animantium actionibus,

Digitized by Google

Cecropias innatus apes amor vrguet habendi,
Munere quamque ſuo. Grandaeuis oppida curae,
Et munire fauos, et daedala fingere tecta:
At feſſae multa referunt ſe nocte minores,
Crura thymo plenae; paſcuntur et arbuta paſſim,
Et glaucas ſalices, caſiamque, crocumque rubentem,
Et pinguem tiliam, et ferrugineos hyacinthos.

177 *Cecropeas* multi ſcribunt ex more. 178 *quaeque ſuo* Franc. 179 *figere* vnus Mead., quod hic legendum putabat Burm. Sec. ad Anthol. Lat. pag. 375. 180 *multae* Zulichem. Laudat Burm. Intpp. ad Suet. Aug. 78, Drakenb. ad Liu. V, 26. 183 *taliam* Gud. a m. pr.

quamuis tenuibus, nunquam riſum recte captari diceret; ſed tantum ex hominum actionibus, multa ac magna, adeoque inepta et abſurda molitione effectum exiguum ac ieiunum conſectantibus. Praeclare profecto; ſed vera ratio ad hunc modum erat reddenda: Poetae partes, in hoc inprimis rerum genere, quae per ſe tenues ſunt et exiles, verſantur in eo, vt iis ornatu, dignitate et gravitate eam ſpeciem induat, qua probare ſe ac delectare animum poſſint: hoc autem aſſequitur, dum *animantium actiones humanis ſtudiis et conſiliis* aſſimulat, adeoque etiam comparationes ab hominibus petitas ad illa transfert. Accedit, quod tota tractatio de apibus nos iam adſuefecit imaginibus a rebus ac fatis, moribus ingeniisque hominum, petitis. 177. *amor habendi*, h. l. acquirendi ſtudium, cum mel parant. *munere ſuo*, pro cuiusque vicibus, vt 158 ſqq. partibus cuique aſſignatis. 179. *munire fauos*, pulcrius quam, fingere, facere, fabricari. *daedala tecta* a Lucretio habet. 181. *paſcuntur*, depaſcunt, vt verbi vſum vidimus Ge. III, 314. II, 375. De *arbutis* v. Ge. III, 300. I, 148. *glaucas ſalices*, Ge. II, 13. *caſiam*, II, 213. *pinguem*

Digitized by Google

Omnibus vna quies operum, labor omnibus vnus
Mane ruunt portis; nusquam mora: rurſus eas-
dem
Veſper vbi e paſtu tandem decedere campis
Admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant;
Fit ſonitus, muſſantque oras et limina circum.
Poſt, vbi iam thalamis ſe conpoſuere, ſiletur
In noctem, feſſosque ſopor ſuus occupat ar-
tus.
Nec vero a ſtabulis pluuia inpendente recedunt
Longius, aut credunt coelo aduentantibus Eurîs;

184 Diſtinguunt multi poſt *quies*. vid. Heinſ. et Burm., quod et ipſum ferri poteſt. *labor omnibus idem* Rottend. pr. vt Georg. III, 244 ſed et v. 212 *mens omnibus vna eſt*. 187 *dum* Edit. Norimb. *pectora* Rottend. ſec. vid. Aen. VIII, 607. 188 *muſantque* duo. *muſatque* Leid. *lumina* Ed. Norimb. 190 *ſuus ſopor* Mentel. tert. et Reg. Goth. pr. *ſuos ſopor* Ven. 191 *recludunt* Medic. a m. pr. 192 *haud credunt* Leid. Franc. *aduenientibus* Goth. pr.

tiliam, a melle florum et foliorum, quod exſudant, glutini apum idoneum. *ferrugineos hyacinthos*, alias *purpureos, vaccinia nigra* Ecl. II, 18. Nobis *lilia floribus reflexis, Türkiſcher Bund*. conf. Martin., qui hyacinthi huius poetici formam exhibuit.

188. *muſſant*, murmurant, fremunt: vid. ad Aen. XI, 454 *flent maeſti muſſantque patres*. 189. *thalami*, cubicula, pro alueis. 190. *ſopor ſuus*, ex vſu huius nominis poetico, illis debitus et conueniens, quippe labore diurno paratus, aut illis ſolitus et vſitatus. 191. Arat. Dioſem. 296 inter ſigna imbris ingruentis: οὐδ' ἂν ἐπὶ ξουθαὶ μεγάλου χειμῶνος ἰόντος πρόσσω ποιήσαιντο νομὸν κηροῖο μέλισσαι, ἀλλ' αὐτοῦ μέλιτός τε καὶ ἔργου εἰλίσσονται (h. κατὰ, περὶ μέλιτος). 192. *credunt coelo*, fidem habent ſereno caelo.

Digitized by Google

Sed circum tutae ſub moenibus vrbis aquantur,
Excurſusque breuis tentant, et ſaepe lapillos,
Vt cymbae inſtabiles fluctu iactante ſaburram, 195
Tollunt: his ſeſe per inania nubila librant.
Illum adeo placuiſſe apibus mirabere morem,
Quod nec concubitu indulgent, nec corpora ſegnes
In Venerem ſoluunt, aut fetus nixibus edunt:

193 *Sed tutae circum* Franc. *pro moenibus* Priſcian. VIII, ſed vulgatum agnoſcit Nonius Marcellus, Priſciano antiquior, in *aquari* apud Heinſ. 195 *cumbae* Medic. a m. pr. et Gud. *cymbae* reliqui. *ſuburram* Medic. a m. pr. et al., aut *ſaburam*. 196 *hi ſeſe* Leid. *is ſaepe* Gud. pro var. lect. *vibrant* Menag. alt. 198 *Quod neque* Romanus (in quo a v. 36 ad 181 lacuna erat) cum aliis. *concubito* Mentel. pr. 199 *niſibus* Gud. a m. ſec. *nexibus* Medic. Gud. a m. pr. et duo Leid. cum Rom. Eadem

194—196. Obſeruatum hoc multis, apes aduerſo vento volantes lapillis ſe onerare, ne a vento abripiantur, in his Ariſtot. H. A. IX, 40. Aelian. H. A. I, 11. Plin. XI, 10. *cymbae inſtabiles*, leuitate oneris fluctuantes.

197. Inter plures veterum de *apum generatione* opiniones erat etiam haec, non gigni nec naſci eas, ſed ex floribus legi. v. Ariſtot. H. A. V, 21; adde c. 19. 22. Plin. XI, 16, ſect. 16. Nunc reginam, vulgo pro rege habitam, communem ſtirpis auctorem ac parentem, ouis pariundis ſolam vacare, poſt Swammerdammii et Reaumurii (T. V *Memoire* 9) obſeruationes communis opinio eſt; vnde mox excludantur apes, cum nouae matres, tum mares, ſeu fuci, tum mellificantes apes, in quibus nondum vlla ſexus nota reperta eſt: vt adeo apes cum formicis nouam animantium claſſem conſtituant, quae triplicem ſexum complectatur.

197—199. Nouus orationis color: *Illum mirabere*; h. e. alia, eaque nec minus mira, natura eſt, quod concubitui non indulgent, nec concipiunt, nec pariunt. Colum. IX, 2, 4 *vtrum examina — concubitu ſobolem*

Digitized by Google

Verum ipſae e foliis natos et ſuauibus herbis
Ore legunt; ipſae regem paruosque Quirites
Sufficiunt, aulasque et cerea regna refingunt.
Saepe etiam duris errando in cotibus alas

diuerſitas apud Ouid. Met. IX, 294, notante Burm., ſed et alibi ſaepe. 200 *ipſae e foliis* Heinſ. e Medic. Gudian. Moret. quart. Franc. Toll. Sic et Roman. et omnes Martiniani cum edd. nonnullis ant. et Goth. vterque. *et foliis natos et* Rottend. tert. At aliae cum vulgg. *e* omittunt; ſunt etiam, qui ordinem mutent, *natos foliis;* vt apud Pierium et in vett. edd. *natas* Catroeus edidit. *e ſuauibus herbis* Mediceus et Mentel. pr. *ſed ſuauibus* Romanus. 201 *pabulumque Quirites* Medic. a m. pr., manifeſto ſocordiae veſtigio. Heinſ. tamen hinc faciebat: *paulosque.* 202 *que* abeſt a Franc. *aluorum et cerea regna* Longobard., cum in aliis *tecta* ſit, ſi recte capio Pierium. Verum hoc deterius eſſet: nam in maius auget rem poeta et alueare in aulam ac regnum mutat. Mox *refigunt* vulgo editur inde ab Aldd., quod tuentur Medic. cum aliis codd. et edd. vett., nec non Seru. et Philargyr. *refingunt,* editum iam a Commelin. et Pulmann., tuentur Rom. Medic. et quaedam alia Pierii exemplaria antiquiora, ex Heinſianis Mentel. pr. Rottend. pr. et Leid., forte et alii Burmanni libri, Ed. Ven., tres Martini, Goth. ſec.; et multo magis grammatica ratio, cum de fauis agatur; de quorum ſtructura et ratione multa ſunt ap. Plin. XI, 10 et al. et *figere* quidem *fauos, tecta,* dici poſſit, non *refigere,* conf. Heinſ. ad Ouid. I Faſt. 158. 203—205 Primo ſtatim oculorum coniectu, alieno loco hos tres verſus poſitos eſſe intelligas; quam etiam fuiſſe opinionem docti alicuius Britanni ex Martino diſco; et promtum eſt locum iis ſuum poſt v. 196 aſſignare, nec eum percommodum fore dubitari poteſt. Neque aliter Io. Schraderus cenſebat. Nec vulgarem ordinem defendas facile, niſi in poeta nos verſari dixeris, in quo ſubtilitatem dialecticam male requiras. Ad hanc itaque legem poſſunt ſententiae loci ſic conſtitui: apes ex floribus et herbis fetus legere dixerat v. 200. Quae

procreent, an heredem generis ſui floribus eligant, quod affirmat noſter Maro.

203 ſq. *Saepe etiam.* Ex floribus apes et fetum et fetus cunabula et cubicula, parare dixerat. Subiungit, mutato ſententiae ordine: Itaque tanto florum obeundorum ſtudio tenentur, vt etiam alas interdum atterant acutis lapillis, et onere op-

Digitized by Google

Adtriuere, vltroque animam ſub faſce dedere:
Tantus amor florum, et generandi gloria mellis. 205
Ergo ipſas quamuis anguſti terminus aeui
Excipiat: neque enim plus ſeptuma ducitur aeſtas:

ſequuntur: *ipſae regem paruosque Quirites Sufficiunt, aulasque et cerea regna refingunt*, non diuerſa, ſed eadem ſententia, nouis imaginibus exornata, eſt: *ipſae ſufficiunt regem et populum*, ſcil. ex floribus, ſiue e *foliis* et *herbis*; nam hae modo praeceſſerant; et, vbi illi habitare poſſint, *aulas et cerea regna refingunt*, h. fauos parant, ex florum ſucco ac polline. Cum itaque ex floribus et fetum, et fetus cunabula ac cubicula, et cibum etiam capiant: tanto florum ac mellis ex iis conficiendi ſtudio inflammantur, vt etiam onere, quod ferunt, ita humo affligantur, vt alas atterant acutis lapillis, et viribus exhauſtae deficiant. Nunc a v. 206 noua omnino propoſitio exordium ducit: itaque maiorem interpunctionem appoſui. 203 *Ipſae etiam* Erf. *certando* Ven. et Ed. Ven. 204 *vtroque* Reg. cum gloſſa inepta: aquae et florum. 205 *gignendi* alter Rottend. *gratia mellis* coni. Io. Schrader. 206 *anguſtus terminus* edd. plurimae cum Aldd. pr. et ſec. et Nonius in *excipere*; minus poetice; et *anguſti* defenditur omnium bonorum codd. auctoritate. 207 *Excipiant* quart. Moret. *Accipiat* Ed. Ven. et Erf. *aetas* Rottend. tert. Leid. quart. Moreti et pr. a m. pr. Goth. ſec. vid. ad Georg. III, 190.

preſſae deficiant. cf. V. L. 205. *generandi gloria mellis*, h. ſtudium; ſpes et ſtudium gloriae ex mellis generatione.

206. *Ergo*, cum tam facili ac promta natalium ratione ex floribus ſe reficiant — *genus immortale manet*, quod copia poetica trinis modis enuntiat. 207. *Excipiat*, vt fortuna, fors, calamitas nos excipere dicitur; h. vt iis ſit. Vt λαβεῖν, λαχεῖν, ita *excipere nos* dicuntur ea, quae obtingunt, eueniunt, inprimis certo ordine, tempore, ſequela. Sic Ge. II, 345 *Si non exciperet caeli indulgentia terras.* Aen. III, 317. 318 *quis te caſus deiectam coniuge tanto excipit?* Ita de philoſophis: excepit ſcholam Crantor; et Aen. I, 276 *Romulus excipiet gentem,*

Digitized by Google

At genus inmortale manet, multosque per annos
Stat Fortuna domus, et aui numerantur auorum.
Praeterea regem non sic Aegyptos et ingens
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes,

208 *Et* Rom. *At* est attamen. *manent* Franc.; non inelegan-ter, iudice Burm.; ipsae, apes, genus immortale, manent. Nam videtur nimis tenuiter dictum *genus manet immortale.* Debebas tamen iungere: *genus manet*, durat, ita vt subiungatur ornans *immortale*. Bentl. ad Lucan. coni. *At genus immortale tamen.* recepit Wakef. 210 *nec sic* Erf. *Aegyptos* e Medic. Heins., quem vide. *Aegyptus* vulgo. 211 *Ludia* Rom. *Lybia* male duo apud Burm. *Lydia Parthorum populi* quart. Moreti; forte *India* legendum, inquit Burmannus, quae rectius *ingens* dicitur.

regem eum habebunt Albani. Nec multum diuersa exempla in Liuio. *septima aestas.* vid. Aristot. Hist. Anim. V, 22. Plin. XI, 20. Colum. IX, 3, 3. *plus*, plus quam. 209. *Fortuna domus* ornatius, quam domus, et hoc pro apum genere. Subire potest animum *Fortuna domus Augustae, Augustorum, Augusti*, proprio ac sollenni more dicta: inprimis in numis; respectu ad statum et conditionem gentis fatali aliqua necessitate perpetuam et perennem: quod et Ruhnkenius in memoriam reuocabat: cf. Oudendorp. ad Suet. Aug. 65. Markland. ad Stat. Silu. V, 2, 76. Dubitare tamen licet, an illo iam tempore, quo Maro Georgica condidisse traditur, illa notio frequentata sit et frequentari potuerit. Nondum Augusta domus ea dignatione tum habebatur: spectantque illi tituli ad seriora tempora: ad quae adeo et hi carminis versus essent reuocandi tanquam serius inserti: quod opinari licet, probari nequit.

210. 211. Cerdam et alios ad vnum Persarum regem, cui hi populi omnes parebant, referre video. Sed videntur potius plures populi memorari, regum suorum inprimis obseruantes. *Lydia ingens*, non respectu ad reliqua imperia habito, sed ad Croesi victorias et opes. *Medus Hydaspes*, negotium

Digitized by Google

Obſeruant. Rege incolumi mens omnibus vna eſt;
Amiſſo rupere fidem, conſtructaque mella
Diripuere ipſae, et crates ſoluere fauorum.
Ille operum cuſtos; illum admirantur, et omnes
Circumſtant fremitu denſo, ſtipantque frequentes;
Et ſaepe adtollunt humeris, et corpora bello
Obiectant, pulcramque petunt per volnera mortem.

At vide Notam. Porro *et Medus* Medic., ſed a m. pr., quod Heinſ. firmat hic et ad Aen. VI, 327. *Medus Hydaſpesue* alii; ſed recte reiicit Burm. et vid. Not. 212 *Obſeruant regem* Gud. pro var. lect., male. Porro *incolomi* ſcribunt quatuor apud Burm. *eſt* omittunt quatuor apud Heinſ. et vnus Mead. 213 *conſtrictaque* ſec. Rottend. Vratisl. 214 *Dirupere* Ed. Iunt. et Zulich. 215 *Ipſe* quart. Moret. *Ille admiratur* Medic. a m. pr. 216 *frementes* Mentel. pr. Zulich. et Bodlei. 218 *per funera* Goth. pr.

facit Intpp. Eſt enim Indiae fluuius, cui epitheton *Medus* parum conuenire videtur. Itaque poſt Seruium in Media quaeſiuere flumen huius nominis, de quo tamen Geogtaphi ſilent. Haud dubie poeta, forte Graeci alicuius poetae exemplo, deſignaſſe videtur imperium veterum Perſarum, cuius fines ad Indiae illam partem pertinebant, in qua Hydaſpes erat. Egit nunc de hac Indiae parte Perſis ſubiecta accurate Heeren noſter P. II. *de commerciis antiq. populorum* p. 300 ſqq. Pro Perſico itaque, ſeu Perſa, *Medum* amnem poetico more appellauit, vt Horat. Od. I, 2, 51 et al. 212. 213. Reſpicit locum Seneca de Clement. I, 4. 214. *crates fauorum*, pro textis v. Ge. I, 166. Faciunt itaque, quod ſaepe exercitus feciſſe legimus amiſſo duce ſuo: rumpunt, ſoluunt fidem, deficiunt.

216. Vid. Varr. III, 16, 8. Ariſtot. H. A. IX, 40. 217. *bello Obiectant*, armis hoſtilibus: ingruentibus hoſtibus. Omnia haec grauiter et ornate.

Digitized by Google

His quidam ſignis, atque haec exempla ſecuti,
Eſſe apibus partem diuinae mentis et hauſtus
Aetherios dixere; deum namque ire per omnis
Terrasque, tractusque maris, coelumque profundum;
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quemque ſibi tenuis naſcentem arceſſere vitas;
Scilicet huc reddi deinde ac reſoluta referri

221 *Aethereos* alii, vt ſemper. 222 *Terras et* Moret. quart. *Et terras* Zulich. *Terrarum tractusque* Medic. a m. ſec., ſed interpolatrice. Verſus legebatur iam Ecl. IV, 51. 223 *Hic* Rom. 224 *naſcentur* quart. Moret. *naſcentum* Erf., quod defendi poſſet. *accerſere* ſcribunt alii ex more prauo. *acceſſere* vnus Mead. *vitam* Regius Martini. 225 *hac reſoluta referri* pr. Voſſ. Moret.

219 — 227. Ex Pythagoreorum diſciplina, quam deinde Platonici ac Stoici, quamquam diuerſis quique modis commentantes, amplexi ſunt, haec petita, de anima mundi, h. principio agente, per omnem naturam fuſa, omnium animantium animas ſubminiſtrante, et easdem, diſſoluto corpore, iterum in ſe, tamquam ſibi συγγενεῖς, recipiente. Cum autem illa mens ſubtiliſſimi ac puriſſimi aetheris aut ignis naturam habere crederetur: ſpiritus ex ea emanantes *aetherios hauſtus* dixit. Idem placitum expoſuit Aen. VI, 724—751, et tenendum illud propter multa alia poetarum loca. Scilicet magna pars poeticorum philoſophematum ex Empedocleis eſt petita; quorum magna auctoritas quondam eſſe debuit.

219. Ex his ſignis, τεκμηρίοις, *atque haec exempla*, argumenta, *ſequuti*. Ornauit poeta vulgare noſtrum: His apum factis quidam adducti ſunt, vt opinarentur etc. 222. *caelum profundum*, altum, in magnam altitudinem exſurgens; vt contra *altum mare* pro profundo. 224. *tenues vitas*, animas, quippe aethe-

Digitized by Google

Omnia; nec morti esse locum; sed viua volare
Sideris in numerum, atque alto succedere coelo.
Si quando sedem augustam seruataque mella
Thesauris relines: prius haustu sparsus aquarum

fr. Gud. Rottend. sec. (forte pro *huc*). *ad resoluta* Reg. Martin. *aere soluta* vnus Mead. *referre* Medic.; at vulgatam tuetur Lutat. ad Stat. Theb. VI, 112. Possis et h. l. *scilicet* iungere cum antecedentibus: *arcessere vitas Scilicet, huc r.* 227 *succidere* Leid. *solo* Toll. *alto se condere caelo* Rom., se recipere in caelum animas, docte, et vt vulgaris lectio esse possit eius interpretatio. Ceterum varietatis similis exempla vid. apud Burm. ad Lucan. II, 609. 228 *angustam* Rom. cum al. Pierii; quinque ap. Burm., sex ap. Martin., vterque Goth., multae vett. et vulg. edd., etiam Aldd. pr. et tert., nec sane hoc incongruum aut ab apibus alienum. Recte tamen Heins. et Burm., ex Mediceo inprimis ac Seruio, tuebantur alterum, *augustam;* cum iam dudum regiam ac palatia aliaque a regum maiestate petita apibus tribui viderimus; statim autem v. 229. 230 alia adiiciantur, quae ad earum sanctitatem pertineant, vt caste ac pure, ore proluto, adeundas esse dicat. *augustam sedem* Erf. 229. 230 Magna lectionis in his verss. est diuersitas: vt plerumque fit in tali nominum et epithetorum positu:

riae naturae. *arcessere,* accipere. 226. *Omnia,* h. spiritum omnium, quae vitam sibi ex aethere arcessiuerunt. 226. 227. h. e. euolare in aetherem. *Sideris in numerum,* inter sidera, nam eadem mundi anima sidera mouet; cum autem corpore soluta anima propter aetheriam suam naturam altum petit: redit ea in caelum et astris admiscetur. Successit mox illa opinio, qua iustorum ac piorum animas in sidera reponi arbitrati sunt. *in numerum:* vti v. c. Vellei. II, 73 *fugitiuos in numerum exercitus sui recipiens,* h. in ordines, in partem, adeoque immiscens, inserens.

228—237. De castratione fauorum praecipere incipit, et quidem cum praesidia contra apum iram et furorem, fumum et aquae adsperfionem, tum tempus mellationis vere et auctumno tradit.

228. 229. *seruata mella Thesauris relines,* pro,

Digitized by Google

Ora foue, fumosque manu praetende sequacis. 230

prius hausto sparsus aquarum Ora foue. Ita post Grimoaldum Heins. emendauit e Gud. a m. pr. Medic. a m. sec. et quatuor aliis; adde Ed. Ven.; et sic Longobard. Pierii a m. pr. et pars Martinianorum legere videtur. Alludunt alii: Rom. Mentel. sec. a m. pr. *hausto.* Medic. a m. pr. *asto.* Moret. sec. *hausi.* Tum *Ora* Moret. pr. a m. sec. et Goth. sec. Ante Heins. lectum erat eodem sensu, sed forma minus exquisita: *prius haustus sparsus aquarum Ore foue:* quod et Seruius legerat. Ald. pr. *haustus — Ora foue.* Ald. sec. *haustus sparf. aquarum, Ore faue* (quod et in Erf., nisi quod *Ora* scriptum est): tert. *hausto sp. aq. Ore foue.* Est vir doctus qui in *ore* latere suspicatur *rore*; ita leg. *haustus sparsus aquarum rore foue:* vt sit sparsus rore aquarum foue haustus vel haustum. Sequentes editores modo hoc modo illud sunt amplexi. *prius haustus parcus aquarum Ore foue* coniiciebat Reiskius, vt *parcus* pro parce sit. Ludibria lectionum sunt *auctas* in Reg. *fare* Arundel. At Philargyr. *Ore faue,* „cum religione ac silentio accede." Et Seruius: alii *Ora faue* legunt, vt sit, tace. Etiam Medic. a m. pr. *Orc faue,* cum Ald. sec. Recepit hoc Bruncknius tamquam praecipiti Aproniani iudicio mutatum: esse ex re sacra petitum, vt adeo purus et cum silentio accedat apiarius. Premunt tamen hanc lectionem haec: quod aliena esse videtur religionis notio ab h. l. Si „ad *sedem augustam* (quam de regia ac palatio accipiendam esse, docent reliqua) tamquam ad aram seu delubrum accedere iubetur agricola;" mira profecto illa esset religio, vt sacrilegium commissurus lingua et ore fauere, et tum fumum inferre iubeatur. Io. Schrader. coni. *prius hausto sparsus aquarum Ora, moue,* scil. alueum: ingeniose saltem: Colum. IX, 15. 6, vbi hac de re: *Talis olla,* (per quam possit afflari) *cum est alueari obiecta* (h. e. admota) *spiritu admoto fumus ad apes promouetur.* Fuit quoque, qui voces, *Ore foue,* ita acciperet, vt esset, ore foue fumos (spiritu excita) et manu praetende.

thesauros mellis seruati; qui *relinuntur* resignantur; proprie amphorae, dolia et alia oblita pice et obducta relini dicuntur. 229. 230. *prius hausto sparsus aquarum Ora foue.* Si vera haec est lectio, et si interpretandi regulas sequeris, sententia verbis efficitur haec: vt *fouere ora hausto aquarum,* dicta sint pro, fouere aquam haustam ore, h. eam tenere, continere, habere; poetica copia addit *sparsus,* scil. ora, quoad

Digitized by Google

ora; habens ora ſparſa, adſperſa, proluta, aqua. Expedita hactenus ſententia; ſed quaeri nunc poteſt, quorſum hoc factu opus ſit. Statuebam, cauſſam eſſe, ne ora male olentia ſint, quod foetorem ferre nequeunt apes: quod veteres miris modis in miraculum auxere; cf. Varr. III, 16, 6. Colum. IX, 14, 3. Geop. XV, 2, 19. 3, 4, ibique Niclas. Fauet vſus loquendi: nam ſup. II, 134 *animas et olentia Medi Ora fouent illo*, malo Medico. Et credidiſſe videntur veteres, ei, qui ad apes accederet, videndum eſſe, ne graui odore eas offenderet. Columell. IX, 14, 3 *Verum maxime cuſtodiendum eſt curatori — vti abstineat fere ab omnibus redolentibus eſculentis — itemque foetentibus acrimoniis allii vel ceparum ceterarumque rerum ſimilium.* Pallad. IV, 15, 4 *Haec — efficies, caſtus et ſobrius, et alienus a balneis* (Creſcentii liber: *ab alliis) vel a cibis acribus, et odoris immundi, atque omnibus falſamentis.* Quibus quidem locis nihil eſſe poteſt apertius. Enimuero, vel ſic non ſatis patet, quorſum graui odori cauere opus eſſe creditum fuerit, cum fumos mellarius prae ſe ferat manu.

Seruius ita accepit: „*Ore foue*, ipſos hauſtus ſcilicet. Et hoc dicit: Spargendo aquam imitare pluuiam.“ Praeclare ad ipſam rem; nam ſolere apiarios hac arte aggredi apes, vt eas ex aluearis parte, qua fauos reciſuri ſunt, fugent, notum eſt; et ſequitur altera ſimilis fraus, vt fumus immittatur; ſolitosque hoc idem facere veteres, ex Geopon. XV, 6, 1 ſuſpicabatur Beckmann. collega coniunct. hac ſuper re a me compellatus; ſequitur Seruium Cerda, et iam ante eum Iulius Sabinus, quem pleniorem Seruium cum Probo habuiſſe liquet: „Fumo fugantur apes ex alueis; et poſtquam fugatae ſunt, aſpergine aquae conglobantur, vt non errent; hoc ideo fit, vt exemto melle facilius inferantur alueis“, et paullo poſt: „*foue*, contine in faucibus tum ſparſus hauſtus aquarum.“ Vt haec interpretatio locum habeat, adoptanda eſt altera lectio *hauſtus aquarum ore foue;*

Digitized by Google

Bis grauidos cogunt fetus, duo tempora meſſis:

231 *foetos* pr. Rottend. „*flores* emendatum fuit. Et bene *grauidos flores*, quia ex his omnia generant.“ Sic Philargyrius. Vides ineptias Grammatici: qui tamen bene ſenſit difficultatem ineſſe voci *fetus*. Verſus 231 — 235 interpoſiti curſum orationis impedire videbantur Io. Schradero; malebatque ille eos poſt v. 238 collocare. Ita vero alia orationis aſperitas ſuboritur.

ſed quid tum eſt *ſparſus?* nullo ſermonis vſu defendi poteſt, *ſparſus* pro ſpargens, dictum eſſe. Sed et hic accipiendum eſt: *aſperſus* ipſe aqua, ſc. quoad os, aqua repletum. *Fumum praetendere*, h. ante ſe ferre; quo ſcilicet apes in veſtibulum vel cellam aliamve aluei partem abigantur fauosque eximendos a mellario relinquant: cf. Geopon. XV, 5, 5, et 6, 1. Colum. IX, 15, 4. 5. 6. Plin. XI, 16, ſect. 15 extr.

231 — 235. Sunt haec interpoſita. Bis in anno mella eximuntur, vere transacto (Colum. IX, 15, 1), et circa aequinoctium (IX, 14, 11). *grauidos fetus*, apes, melle graues, agricolae, ſeu mellarii, *cogunt* bis, compellunt extra aluei veſtibulum Colum. IX, 15, 6: *fumus ad apes admouetur: quae confeſtim nidoris impatientes in priorem partem domicilii et interdum extra domicilium ſe conferunt.* Coguntur ergo in vnum locum. *fetus* ita pro apibus omnino dixit, vt *fetus adultos* ſup. v. 163, et *fetus apum* ſaepe Columella. Senſum tamen et ipſe habeo ineſſe aliquid duri; itaque bene monentibus concedo: inprimis, quod nunc non ipſae apes ſunt graues melle, ſed faui ſunt graues. Manendum igitur in altera Cerdae, Ruaei et Martini interpretatione, qui ad interpretum conſenſum prouocat, *fetus grauidos* eſſe ipſum mel. *cogere mella* vidimus ſupra vſ. 140. Dictum erit *fetus* notione generali de quocumque prouentu, nunc mellis; non modo pecudum, arborum, agri. *triticeos fetus* Ouid. Faſt. I, 693, *grauidos Cereris fetus* de frumento ac pane, Ciris 230, ergo nunc abſolute prouentus mellis. *grauidus* autem

Digitized by Google

Taygete ſimul os terris oſtendit honeſtum
Plias, et Oceani ſpretos pede repulit amnis:
Aut eadem ſidus fugiens vbi Piſcis aquoſi

233 *Plias* Heinſ. e Medic. et al., vt disſyllabum ſit, ex Πλειάς. Vulgo *Pleias*, quod eſſet Πληϊάς. 234 *Piſcis amoris* Mſſ. Barthii in Adu. XXXVII, 6 cum gloſſa, quae fabulam Veneris Typhoei metu in piſcem mutatae reſpicit; inepti librarii ſeu grammatici acu-

nunc eſt plenus, diues, vt *grauidas ariſtas, grauidos culmos* dictos vidimus. *duo tempora meſſis,* mellationis. De his videndi Ariſtot. Hiſt. Anim. IX, 40. Colum. IX, 14, 5. 11. IX, 15. XI, 2, 50. 57. Plin. XI, 16 et 15. At trinam mellis vindemiam Varro memorat III, 16, 34, et Didymus Geopon. XV, 5, 1.

232. 233. h. e. ſub ortum Pleiadum (Colum. XI, 2, 36 *Decimo Kal. Maias Vergiliae cum ſole oriuntur — Nonis Maiis Vergiliae exoriuntur mane — VI Idus Vergiliae totae apparent.* cf. Plin. XVIII, 26, ſ. 66, 1). *ſimulac Pleias,* ſeu *Plias* ex Πλειάς, *Taygete* (eſt ea vna Pleiadum, quae h. l. vna cum ipſa intelligendae ſunt), *oſtendit os honeſtum*, pulcrum, tamquam Nympha, *terris,* h. in conſpectum venit, orta eſt. cf. Aen. VIII, 590. 591 et alibi. Theocr. XVIII, 26 Ἀὼς ἀντέλλουσα καλὸν διέφαινε πρόσωπον. *et repulit pede,* quod faciunt, qui in altum enituntur, elevant ſe (cf. Ouid. IV Met. 710. Statius Achill. I, 99 *liquidum ter greſſibus aequor Repulit), amnes Oceani* (Homerico vocabulo, vt Odyſſ. λ, 638, ambit enim terram amnis more), quia ſidera coſmice orientia ex oceano aſſurgere videri poſſunt, vt ſol; *ſpretos,* ornatu poetico adiectum, quod conuenit alioquin iis, quae pede repellimus.

234. 235. Et ſub occaſum, qui in VI Idus Nouembris refertur, v. Colum. ibid. §. 84. conf. 77. 78. Plin. XVIII, ſect. 59 et 60. conf. ſup. ad Ge. I, 221. Vide et Pontederam Antiqq. Lat. et Gr. p. 247, et Gesner. de Hyperb. ad Orph. pag. 470, et nunc Pfaff. de Ort. et

Digitized by Google

Triſtior hibernas coelo deſcendit in vndas. 235
Illis ira modum ſupra eſt, laeſaeque venenum
Morſibus inſpirant, et ſpicula caeca relinquunt
Adfixae venis, animasque in volnere ponunt.

men. *aquoſus* eſt, qui aquas, imbres, concitat. conf. Exc. ad h. l. ſub fin. 236 *modum ſuper eſt* nonnulli Pieriani et Giphanii Mſſ., vnde ille *ſupera* facit, quod Lucretianum eſt. 238 *Affixae venis* vulgatum inde ab Aldd. *Adfixa in venis* ſec. Mentel. a m. ſec. et pr. Moret. vnus Arundel. et alter cum Erf. et cum edd. nonnullis (inter quas Argent. 1502, notante Reiskio, cui valde arridebat ea lectio), *Affixa in venis*. Videri poteſt hoc Grammatici, de metro ſolliciti, opera interpolatum eſſe ex *Adfixa venis*, ſcil. ſpicula, vt erat in Pierii peruetere libro, Mentel. pr.

occaſ. ſid. pag. 59 ſq. *Aut vbi eadem* Pleias *deſcendit caelo*, occidit, *triſtior*, quia triſti, ingrato, anni tempore, *in vndas hibernas*, tempeſtatibus vexatas, quippe menſe Nouembri. In mare autem ſe condere videri poſſunt ſidera occidentia. *fugiens ſidus Piſcis aquoſi*, quandoquidem is Pleiadum ſitus eſt in caelo, vt alter Piſcium eas a tergo vrgere et inſequi videri poſſit, vtque adeo non ſit de ſubſequente aliquo Piſcis occaſu accipiendum; ſed de Pleiadum occaſu vnice agatur, quae in ſphaera ita expreſſae ſunt, vt pone eas poſitus ſit alter ex Piſcibus. Deſcendit itaque Pleias, cui a tergo vicinus eſt Piſcis, ex poſitu in ſphaera. Vlteriorem declarationem vid. in Excurſu ad h. v. vbi eam expoſui, cum nulla cuiuspiam contumelia vel verborum calumnia. Mirus eſt hominum mos, qui alterius epulis repleti oſſa adeſa in eius os illidunt.

236. Coniuncta haec cum ſuperioribus; nam, dum mel exſcinditur, iras apium maxime experiare. Varro III, 16, 7 *neque ignaua, vt non, qui eius opus conetur disturbare, reſiſtat.* 237. *ſpicula caeca*, h. occulta, breuia, quae poſſunt latere. Seru. *Morſus* pro aculeorum ictibus dici, obvium. 238. *Adfixae venis*, grauius quam cuti, corpori. *in vulnere*, in inferendo

Digitized by Google

Sin, duram metuens hiemem, parcesque futuro,

Reg. Moret. ſec. Leid., item Goth. ſec. et Brunckii libro, *Afixa venis* Leid. ſec. Habet tamen et altera lectio, qua ipſae apes affigentes ſe cuti eius, qui eas infeſtat, Lucret. V, 1321 leae *Deplexaeque dabant in terram volnere victos Morſibus adfixae validis atque vnguibus vncis; Affixae venis* dicuntur, cum grammaticam rationem, eſt enim elegantiſſima, tum librorum auctoritatem, Romani, Medicei, et ceterorum; eodem referendum *Affiſſae* Zulichem. At vero *Adnixae* Oblongus Pierii, quod ſi aliorum librorum ſuffragia haberet, non incomtum eſſet. Latius proceſſit interpolatio in Ed. Ven. *Affixas venis animas in*, et in Ed. Mediol. *Affixae venis animas in.* Porro *animosque* Moret. qu. *in volnera* Gud., et *in vulnera* Romanus, Mentel. pr. fragm. Moret., vterque Goth. Erf. vnus Arundel. et Pierii aliquot; ſicque iam Naugerius edidit in Ald. tert., et hinc alii, ſed pauci. Atque ita Nonius in *anima*, Schol. Iuuenal. IV, 91. Macrob. Sat. VI, 6. extr. Probat Oudendorp. ad Lucan. II, 151, ſed ita, vt ad eum τοῦ *in* vſum referat, cum finem ac cauſſam denotat. Malim ad exquiſitiorem illum vſum referre, cum quartus pro ſexto caſu adiungitur; neque adeo praeferre alteri vt magis vulgari dubitem. Neque tamen reiici *in vulnere*, dum vulnus inferunt, poteſt, (quod Mediceus et alii tuentur. 239 Editum erat *metues*. Pro hoc *metuens* Gud. a m. pr. Franc. Toll., porro Roman. et codd. aliquot Pierii et Regius Martin. Edit. Iunt., nec reiiciendum eſt, inquit Heinſ., quin etiam elegantius hoc dictum cenſeo; itaque nunc recepi, probatum quoque Voſſio. *metuis* ſec. Moret.

vulnus. Nam aculeis amiſſis mori creditae ſunt. Plin. XI, ſect. 19.

239—247. Sin apiarius, hiemis immitioris metu, curaque apum et miſeratione, non omnes fauos exſcindat, et aliquam mellis partem apibus relinquat: at ſaltem, propter variorum inſectorum inſidias ſuffiendus eſt alueus, inanes cellae exſcalpendae et recidendae, ne quod in iis animalculum occultum lateat. Trepidabant et hic Intpp. Obſeruata haec omnia iam erant Ariſtoteli; v. H. Anim. IX, 40, p. 946 A., ſed in cauſſis reddendis laborabat maximi philoſophi acumen. Monent eadem Geoponici, Varro et Columella cum Palladio. 239. *parces futuro*, conditioni ac neceſſitati apum futurae. Priſcianus haec ip-

Digitized by Google

Contuſosque animos et res miſerabere fractas: 240
At ſuffire thymo, cerasque recidere inanis,
Quis dubitet? nam ſaepe fauos ignotus adedit
Stellio; et lucifugis congeſta cubilia blattis;

240 *Contunſos* Gud. et duo Moret. *Concuſſosque* Regius Martin. *miſerabile* idem Regius cum Ed. Ven. *mirabere* Longobard. a m. ſec. 241 *At* omnes fere codd. Heinſii: *Aut* vulgo. *An* Reiskius coniiciebat; an quis dubitet? *Aut ſufferre thumo (thumos* apud Foggin.) Medic., nec non Roman. et Ed. Ven. *thymum* tres apud Burm. *At ſuffire ſimo*, ſcil. bubulo, coni. Io. Schraderus, ex communi praecepto auctorum de R. R. et Plin. XXI, 14, ſ. 47. Recte. Verum etiam thymo et cneoro ſuffumigatur: v. c. Geopon. XV, 2, 37. *cerasque recindere* Zulich. *incidere* Parrhaſ. habuiſſe videbatur. 242 *Quis dubites* Goth. pr. *adheſit* Romanus. 243 *Stellio et lucifugis* omnes Pieriani, omnes fere Heinſii; nec abeſſe a ſuis τὸ *et* monet Martinus; nec abeſt a Goth., extruſum tantum eſt, id quod et ipſe malim factum, in edd. vulgg. ante Heinſ., et quidem inde a Manut. Fabric. Commelin. Heinſius reuocauit, vt pes creticus ſit; quod mihi merum Grammaticorum commentum eſſe videtur. Quid enim ieiunius et ineptius a poeta fieri poſſit, quam in heroico verſu alienos pedes admiſcere! Verum pronuntiandum eſt binis ſyllabis *Stelljo*. Hoc ab aliis *Stelio*, *Stilio*, *Stillio* ſcribitur. Porro *lucifugi c. c. blatti* Zulich. *exeſa cubilia* Pierii manus in ora codicis, ex interpolatione non inſcita; Io. Schrader. *contexta*. Tum *blatis*, *blactis*, *plattis* ſcribitur ap. Burm. et Colum. IX, 7, 5. Reiskius ita locum refingebat: *An ſuffire thymo cerasque recidere inanes Quis dubitet (nam — Stellio), lucifugis congeſta cubilia blattis?* vt *cerae*

ſa ad apodoſin referebat, vt eſſent, *parce* et *miſerator*. 240. Spoliato alueo et cibi penuria, hiemali tempore. conf. Colum. IX, 14, 11. 241. *Vt omnes vitioſi faui tollantur*, curandum eſt. Colum. IX, 13, 8. cf. §. 11. 12. c. 14, 1. 2. 13. Varro III, 16, 34 extr. *At* in apodoſi, vt ſupra aliquoties; εἶτα, ἀλλὰ, ἀλλά γε. quod etiam *attamen*. 243. *ignotus Stellio*, non obſeruatus, occulte adrepens. *et blattis congeſta cubilia ſunt*, h. blattae cubilibus eo, in fauos vacuos, congeſtis, adedere fauos. *lucifugis*, per noctem vagantibus; vt Ser-

Digitized by Google

Inmunisque ſedens aliena ad pabula fucus,
Aut aſper crabro inparibus ſe inmiſcuit armis; 245
Aut dirum, tineae, genus; aut inuiſa Mineruae
Laxos in foribus ſuſpendit aranea caſſes.
Quo magis exhauſtae fuerint: hoc acrius omnes
Incumbent generis lapſi ſarcire ruinas,

inanes ſint haec *cubilia.* 244 *fucos* Gud. a m. pr. Mentel. pr. *ad pocula* Medic. a m. pr., librarius ſcilicet, qui de ſe forte agi putabat. 245 *ſcabro* Medic. a m. ſec. duo Moret. Franc. Goth. ſec. *crebro* tres alii. *ſe miſcuit* Voſſ. pr. Moret. fr. Franc. Toll. Ed. Mediol., porro Goth. ſec. Erf. et vnus Mead. *imparibusque immiſcuit* qu. Moret. 246 *dirum* optimus quisque apud Heinſ., hoc idem iam ediderat Nauger. et Egnat., neglectum a ſequioribus. *durum* vulgo. *tiniae* ſcriptura vett. librorum. vid. Vrſin. Cerd. Heinſ. 247 *In foribus laxos* edd. ante Heinſ., ſed iam Pierius monuerat, codices aliter habere. *Laxosque in foribus* Zulich. *arachnea* Toll. 248 *fuerunt* et mox *complexunt* Medic. *fuerit* Ven. *omnis* multi. 249 *Incumbunt* Zulich. Moret. fragm., idem *fulcire ruinas. ruinam* Ed. Ven. *operis lapſi* coni. Schrader.

vius recte explicat. Eſt vermium genus, *tineas, Bienenmotten, Raupen, Bienenwürmer* appellant, ceram depaſcentium; ex erucis in chryſalides tandemque in blattas lucifugas transformari ſolent. conf. Colum. IX, 14, 1. 2. 8. 9. *Phalaenam tineam mellonellam* Linn. vocant noſtri viri docti. 244. *fucus* (v. ad v. 168) *immunis*, quod ipſe nihil operae ad mellificium confert. cf. Heſiod. Ἔργ. 303. 304. Theogon. 594 ſqq. 245. *inparibus armis*, h. l. quibus apes pares non ſunt. *aſper* vid. Georg. III, 149. 246. *tineae*, quarum papiliones enecare iubet Colum. IX, 14, 8. *inuiſa Mineruae*: nota fabula de Arachne.

248. *Quo magis exhauſtae* apes ſunt melle ſubducto (nec tamen eo vsque, vt fame pereundum ſit, nec alieno tempore), *eo acrius omnes* operam dant, vt iacturam tantam reparent; *ruinas generis lapſi*, vt paullo ante, *res fractas*, a

Digitized by Google

Conplebuntque foros, et floribus horrea texent. 250
Si vero, quoniam caſus apibus quoque noſtros
Vita tulit, triſti languebunt corpora morbo;
Quod iam non dubiis poteris cognoſcere ſignis:
Continuo eſt aegris alius color; horrida voltum

250 *fores* edd. nonnullae, vt Cerdae, et Pierius in ora codicis ſui. Poſſit eſſe veſtibulum. *cauos* l. *fauos* Io. Schrader. ex Colum. IX, 15, 4 et ſup. v. 104. In *horrea* duplicem lectionem agnoſcit Iulius Sabinus, et *horrea*, et *horea*: nam *horeum* eſſe mel aeſtiuum, „et ita legendum eſſe puto; Plinius ſic ait: *Alterum genus eſt mellis aeſtiui, quod ideo vocatur horeum a tempeſtiuitate praecipua —*“ Malę hoc: mel illud eſt ὠρεῖον ap. Plin. XI, 5. 13. 251 *Sin* quatuor apud Burm. Oblongus Pierii, Goth. ſec. *noſtris* Rom. et aliquot apud Pierium. 252 *triſtis* Moret. ſec. *languebant* Moret. pr. *tabo* pro *morbo* Voſſ. alter. Eadem variatio Georg. III, 557. vid. Heinſ. ad Ouid. Met. XV, 627. 254 *color horridus alta* Medic. a m. pr. *horrida multam* Franc. et Zulichem. pro diu. lect.

republica et imperio aliquo ſumtum. Notum autem inter melitturgos, ex mellis abundantia inertia et luxuria ſolui apes; itaque etiamnum inter mellificii noſtri noxas habetur, quod non ſatis mellis apibus ſubducitur, contra vero, vere ineunte, nouus cibus apponitur. Obſeruatum iam Ariſtoteli H. A. IX, 40, verſus fin. Hinc nec fucos omnes interimendos eſſe contendebant veteres. vid. eundem et Colum. IX, 15, 3. 250. *foros*, alueos, fauos in alueis, ſiue a locis ſpectaculorum, ſiue a tabulatis nauium: *et floribus horrea texent*, florum ſucco ac polline conficient fauos; proprie cellulas, in quibus tamquam horreis mel reconditur.

251 — 280. De morbis apum et morborum cura. Verſus 253 ad 263 interpoſitos eſſe memento, nec male forte parentheſi includas. Comparari poſſunt Varro III, 16, 20. Colum. IX, 13, vbi §. 7 totum h. l. expreſſit.

252. *Vita tulit*, h. conditio, ſors, natura apum, vt βίος, et ſaepe *vita humana*. 254. *alius color*, ἀλλοχροῶν-

Digitized by Google

Deformat macies; tum corpora luce carentum
Exportant tectis, et triſtia funera ducunt;
Aut illae pedibus connexae ad limina pendent,
Aut intus clauſis cunctantur in aedibus, omnes
Ignauaeque fame et contracto frigore pigrae.
Tum ſonus auditur grauior, tractimque ſuſurrant:
Frigidus vt quondam ſiluis inmurmurat Auſter;
Vt mare ſollicitum ſtridit reflúentibus vndis;

255 *Difformat* vnus Arundel. *et corpora* Donat. ad Terent. Hecyr. II, 4, 27. 257 an *connixae?* quoniam negant in morbis id ſolere fieri, vt plures in vuae modum, βοτρυδὸν, conglobatae aliae ex aliis pendeant; ſed tum ſingulas paſſim haerere. *connexa* edd., male. Porro: *Atque illae* aliquot apud Pierium. 258 ante *omnes* diſtinctionem ponebat Reiskius, nec male, idque ipſe nunc ſequor cum Wakef. 259 *Ignauaque* Romanus, ſed idem *fama*. *et* abeſt Goth. pr. *contractae* Cerdae editio; ſed in illa multa vitioſe excuſa. 260 *tractuque* Mentel. et Bodlei. vid. ad Gratii Cyneg. 362, Burm. *tractumque* Goth. pr. *ſuſorrant* Gud. *ſuſurant* Franc. 261 *ſiluas immurmurat* Longobard., nec male. v. Heinſ. 262 Abeſt verſus a Parrhaſ. *Aut* Medic. Pierii, Moret. pr.

et. 259. *Ignauae fame*, inedia. Sed proprie poteſt tamen accipi; eſt enim *fames hiberna* inter morbi cauſſas: vnde inter remedia infra vſ. 280 cibi copia ponitur. *contracto frigore pigrae*, proprie ſunt ipſae *frigore contractae*. Sed transfertur hoc, poetico more, ad ipſum frigus. 260. *tractim*, tractu, trahendo ſe, ſiue ad tempus referas, vt ſit continuo, iugiter, ſiue ad locum, ab vno angulo ad alterum, per omnes alueorum et examinum ordines ſuſurro continuato, ἐπισεσυρμένως, nil intereſt. Hoc forte doctius, vt Lucret. III, 529 mori homines per membra ſublato ſenſu: *poſt inde per artus Ire alios tractim gelidi veſtigia leti*. 261. *Frigidus Auſter*, vid. ad Ge. III, 278. 279. Mox 262 *mare ſollicitum*, ſollicitatum, commotum, ὀρινό-

Digitized by Google

Aeſtuat vt clauſis rapidus fornacibus ignis.
Hic iam galbaneos ſaadebo incendere odores,
Mellaque arundineis inferre canalibus, vltro
Hortantem et feſſas ad pabula nota vocantem.
Proderit et tunſum gallae admiſcere ſaporem,
Arentisque roſas, aut igni pinguia multo
Defruta, vel pſithia paſſos de vite racemos,

Zulich. Reg. apud Martin. *ſtridit* Heinſ. e Medic. Gud. Roman. Vulgo *ſtridet;* quod et Romanus tuetur. 263 *Aeſtuat incluſis* Seruius Danielis et aliorum ad Aen. V, 595. *ingens* Medic. a m. pr. 264 *Hinc iam* Medic. cum tribus aliis apud Heinſ. et Erf. *infundere* Rottend. tert. pro diu. lect. *inferre canalibus vltro*, interpungit Wakef. 267 *tunſum, tuſum, tuſcum, tutum, tonſum*, ſcriptum vid. apud Burm. et III, 133. *immiſcere* Franc. et Reg. Martini. 268 *Ardentesque* Reg. Martin. 269 *pſythiae* Medic.

μεγον, ſeu defluxu maris reciproco, ſeu, vt in Homero, fluctibus ad littus impulſis et alliſis. 263. *fornaces* ſunt fabrorum ap. poetas. Ternas comparationes ex Homero expreſſas eſſe poſt Seruii indicium vidit iam Guellius, Iliad. ξ, 394 — 399. Aliam Homerici loci imitationem in Quinto Smyrnaeo videas, locupletiſſimi ad ornatus quaerendos ingenii poeta, modo caſtigatior eſſet, lib. V, 364 — 380 — 386 — 389. vbi facile agnoſces luxuriem, ſi cum Virgilio compares.

264. De *galbano* v. ad Ge. III, 415. 266. *feſſas*, aegras, vt ſaepe. 267. *admiſcere*, ſcil. illis mellibus, quae infundis. Colum. l. l. *Id cum accidit, arundineis infuſi canalibus offeruntur cibi, maxime decocti mellis, et cum galla vel arida roſa detriti.* Galla, excreſcens ille in glandiferarum nonnullarum arborum foliis tumor, infectis grauidus, adſtringentem habet naturam (vnde h. l. *ſapor gallae* pro galla), adeoque profluuium ſiſtit alui, quo laborant vere ex certo pabuli verni genere apes. cf. Colum. IX, 13, 2. Varro III, 16, 22. 269. *Pſithia* vitis vtiliſſima paſſis vuis et confi-

Digitized by Google

Cecropiumque thymum, et graue olentia centaurea. 270
Eſt etiam flos in pratis, cui nomen amello
Fecere agricolae, facilis quaerentibus herba;
Namque vno ingentem tollit de ceſpite ſiluam,
Aureus ipſe; ſed in foliis, quae plurima circum
Funduntur, violae ſublucet purpura nigrae; 275

cum quatuor Heinſii: quem vide. *ꝑſit haec* Romanus. *Sithia* Reg. vid. ad Georg. II, 93. *paſſus* Mentel. pr. 273 *Namque imo* aliquot Pieriani, Franc. et Ed. P. Dan. Baſil. et al.; item Goth. pr. Erf. vnus Mead. et edd. vett., etiam Egnat.; et probauit Heinſ. ad Ouid. Ep. XX, 41 et Catroeus, notante etiam Burmanno; fluxit ex perpetua varietate. Maior librorum auctoritas pro *vno*, etiam ſic inde ab Aldd. editum. *de vertice* vett. apud Pierium. 275 *Fundentur* Leid. *Eduntur* Zulichem., mox *ſublucent* qu. Moret. Goth. pr. *ſuccumbit* Zulich.

ciendo inde vino *paſſo:* vid. Ge. II, 93. *Defrutum* vinum dulce ac coctum, de quo multa apud Scriptores R. R. 270. *Cecropiumque thymum*, v. ſup. v. 112. 177. *centaureum* ſiue centaurium, maius et minus, *Taufend Guldenkraut*, a Centauro Chirone nomen traxit. v. Plin. XXV, 4, ſect. 14. 6, ſect. 30. 31.

271. Conſentiunt viri docti in hoc, *amellum* eſſe *Aſterem Atticum caeruleum vulgarem*, nobis *Sternkraut;* quem in Italia, Sicilia, et Gallia Narbonenſi incultis et aſperis conuallibus paſſim naſci Raius teſtatur; vnde *facilis quaerentibus herba*. Eius formam excudi curauit Martinus. Pugnat tamen pro Meliloto flore luteo (Trifolio n. 5 ap. Linn.) Wedel. Exercit. med. philol. Cent. 3, Exerc. 5. 273. *vno de ceſpite*, ſeu vno eodemque ſoli loco, ſeu vna eademque radice, vti exponit Philargyrius, quem ſequitur Martinus, vt *ceſpes* ſit radix ceſpitoſa, ſeu radix fibris inter ſe in ceſpitis modum implexa. 274. 275. flore flauo, foliis purpureis violaceo colore.

Digitized by Google

Saepe deum nexis ornatae torquibus arae;
Aſper in ore ſapor; tonſis in vallibus illum
Paſtores et curua legunt prope flumina Mellae.
Huius odorato radices incoque Baccho,
Pabulaque in foribus plenis adpone caniſtris.
Sed, ſi quem proles ſubito defecerit omnis,

276 Forte *hinc nexis* Burmann. Eſt ſane ſubintelligendum. 278 *incurua* (Foggin. *en curua*) Medic. a m. pr., et probat Heinſ. *per flumina* Romanus, quod admodum placebat Burmanno. *Amellae* Medic. a m. ſec. vnus Arundel. et Cantabrig., male. 280 *expone* Roman., quia in foribus. 281 *Sed ſi quidem* Medic. et aliquot alii apud Pierium, Bodlei. vnus Arundel. et vett. edd.

276. Solent arae ſertis ex hoc amello nexis *(Feſtons)* ornari. 277. *tonſis in vallibus,* quas pecudes tondent (v. Ge. I, 15 et al.); nam ſequuntur *paſtores,* qui inter paſcendum herbam colligunt. 278. *Mella. Brixia — Flauus quam molli praecurrit flumine Mella* Catull. LXIII (67), 33. Fluvium itaque ex vicinia agri Mantuani memoratum vides. v. Capreoli de reb. Brix. p. 9 Tom. vlt. Theſ. Scriptt. Ital. 279. *odorato Baccho,* ſimpl. ἀνθοσμίαν, εὔοσμον, εὐώδη, vt Theocr. XIV, 16, odorum vinum, adeoque generoſum, intellige. Colum. IX, 13, 8 *Optime tamen facit anelli radix, cuius eſt frutex luteus, purpureus flos: ea cum vetere amineo vino decocta exprimitur, et ita liquatus eius ſuccus datur.*

281. Ingreditur nobiliſſimum locum de reparanda ſtirpe apum, cum morbo examina tota interierint. Sequitur autem opinionem veteribus communem, poſſe ex boue caeſo noua apum examina excludi; quod Aegyptiorum inuentum et artificium eſſe vulgo iactabatur. v. Varro II, 5, 5. III, 16, 4, et multi apud Intpp. ibi et ad h. l. laudati. Virgilium auctorem Plin. laudat XI, 20, ſect. 22, et Colum. IX, 14, 6; et cap. 2, 1, vnde Magonem et Democritum potiſſimum haec tradidiſſe diſeas; homines, parum ido-

Digitized by Google

Nec, genus vnde nouae ſtirpis reuocetur, habebit;
Tempus et Arcadii memoranda inuenta magiſtri

282 *habenis* Rom., ferrem: *habebis.*

nea fide: aſſenſerunt tamen Hyginus ac Celſus. Experimentum rei qui inſtituerit, non memoratum vidi. Videtur illa Orientis olim communis opinio fuiſſe, vt omnino inſecta, ita apes ex putribus cadaueribus generari; cui illa obſeruatio forte locum fecerat, quod apes in iis terris, vbi paſſim per ſiluas et ſine cultu vagabantur, mel interdum in cadaveribus, ſed exſiccatis, non vero, quod narrant, ſanie diffluentibus, (etſi nec hoc omnino verum eſſe perhibetur; v. Nota Becmanni ad Antigon. Caryſt. pag. 106) quam apes auerſantur, vt leonis Samſonii exemplo conſtat, facere videbant. Huius porro rei obſeruatione adducti, fuere, qui fidem facerent, ſe, cum apum examina noua habere vellent, verno anni tempore, apum fetibus nouis a natura deſtinato, cadauer bouis commodo loco expoſuiſſe, quo apes tamquam ad alveum conuolarent, et mater ſeu puerpera oua deponeret. cf. Mellmann. Comment. *de mutatis formis* p. 25. In anguſtam illam domum v. 295 — 298 apes appoſitae caſiae thymique fragrantia v. 303. 304 alliciebantur. Quod autem contundendo enecabant bouem, id vereor ne inani opinioni tribuendum ſit; niſi quod forte ſic putrefactio accelerabatur. Ceterum Aegyptiorum inventum ad Theſſaliam traduxit Maro v. 317 ſq.

282. *genus nouae ſtirpis*, genus nouum, a noua ſtirpe oriundum, examen. 283. *Arcadii magiſtri*, paſtoris, Ariſtaei, vid. infra v. 317 et 539. Sequitur igitur in hoc Maro eos, qui eum Arcadiae heroem ediderant: quod idem Iuſtin. XIII, 7, 10, et Nonnus Dionyſ. XIII, 277 ſunt amplexi. Ab aliis ad Theſſaliam reuocatus Ariſtaeus heros; idem Ceae et Cyrenis cultu habitus. Cf. de eo ad Ge. I, 14, cum disputatione Thielii 1774 Gottingae habita;

Digitized by Google

Pandere, quo que modo caeſis iam ſaepe iuuencis
Inſincerus apes tulerit cruor. Altius omnem
Expediam prima repetens ab origine famam.
Nam qua Pellaei gens fortunata Canopi

284 *caeſis iam forte i.* pr. Moret. 286 *patria repetens* Ven. *primam* Goth. pr. 287 *Nam quam* Medic. *quae* Gud. *Pellei, Pelei, Palei,* nonnulli. *Penei* Franc. Eſt Πέλλα, Πελλαῖος.

nunc Eckhel Numi vet. p. 108. et Doctrina Numor. vet. P. II, p. 326 ad numum Ceae. Sane et ipſe Maro infra v. 317 ſqq. Cyrenen in Theſſalia collocauit, Penei patris antra inhabitantem, ipſum autem Ariſtaeum Tempe incoluiſſe ſignificat v. 317. 284. Et quomodo iam ſaepe caeſis iuuencis *cruor inſincerus,* corruptus ex putredine, *tulerit,* protulerit, generarit, *apes.* 286. *omnem famam,* rei memoriam, narrationem. Ordinem autem narrationis ita conſtituit: Ariſtaeum Tempe Theſſaliae incolentem apum examina lue graſſante amiſiſſe. Conqueſtum calamitatem apud matrem cum iiſſet, ab hac reſponſum accepit, Proteum in Pallene 392 de cauſſa mali et medela eſſe conſulendum. Adit iuuenis Proteum ex eoque audit luem immiſſam eſſe eius apibus propter tentatam ab eo Eurydicen, Orphei coniugem; expiandum eſſe flagitium et placandam Nympharum iram. Tum Ariſtaeus in Theſſaliam redux ſacrum parat, caeſas Nymphis victimas in nemore relictas paullo poſt reuiſens, apum examina ex viſceribus prognata videt.

287 — 293. h. per totam Aegyptum. Interpretum aeſtuantium conatus commemorare nil attinet. Videamus ſingula. *gens fortunata,* a terrae felicitate, ſeu fertilitate ex Nili incrementis. *Canopus,* ὁ Κάνωβος, Aegypti vrbs, non longe ab Alexandria; quae, quod iam Martinus, vir elegantis iudicii, vidit, occidentalem Aegypti partem deſignat (eſt enim Canopicum primum ab occidentali latere Nili oſtium); vnde Aeſchyl. in Prometh. v. 845

Digitized by Google

Adcolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum,
Et circum pictis vehitur ſua rura faſelis;
Quaque pharetratae vicinia Perſidis vrguet, 290

288 *Adiulit* Zulich. *et fuſo* Goth. pr. 289 *pactis* Rottend. ſec. *phaſellus* Cerda ſecundum lapides. 290 *Preſidis* Goth. pr. *vicina Pathyridos* Clerici coniectura, a Burmanno ſatis acerbe exploſa. Poſſint huius generis plura coniectari; vt, *vicina Papremidis*, vel *Proſopidis*. Sed vid. Not. Niſi *vicinium* haberetur, liceret *confinia* coniectare. Hoc ipſum nunc video Bentleium coniectaſſe ad Lucan. II, 435. Mira cum ſubtilitate Perſas Herculis comites ap. Salluſt. Iugurtha 18 in Africam adductos huc deportat Haſaeus in Diſſ. et Obſſ. Bremae 1731. Diſſ. XI.

ἔστιν πόλις, Κάνωβος, ἐσχάτη χθονός. *Pellaeum*, h. Macedonicum, a nobili Macedoniae vrbe, Pella, vnde *Alexander Pellaeus*. Ex quo autem tempore Macedones Aegyptum obtinuere, a regibus ipſa terra *Macedonica*, adeo et *Pellaea*, appellari potuit. *ſtagnantem* pro inundanti dixit poetico vſu: ſic Lucan. II, 417 de eodem Nilo — *per Libycas Nilus ſtagnaret arenas*. Alia vid. ap. Cerdam. Et ſane *effuſo flumine* ſtagnat aqua in locis vicinis, etſi ipſo alueo aqua concitatiore curſu fertur. *pictis faſelis*, pulcre, nam hoc proprium Aegyptiorum, quemadmodum ex Diodoro lib. I, 98 et Herodoto II, 96. 97 ſatis conſtat, vt certo nauicularum genere, *Baris* nomen erat, per Nilum discurrerent.

290. *Quaque vicinia Perſidis vrguet*, h. ab ea parte, qua Aegypto Perſis contermina eſt; quae vicina ſunt ac contigua, poetica oratione *vrguent*. Solent veteres, multo magis poetae, fines ſaepe non ſatis ſubtiliter, ex geographica ratione, deſignare. Nyſam ad Nilum collocatam vides ex verſſ. Homero tributis ap. Diodor. III, 66. *Perſis*, h. l. pro imperio Parthico, vt iam Burm. accepit, more ſollenni Romanorum poetarum; ſic *Medus Hydaſpes* v. 211; hinc et *pharetrata*, quod de Parthis proprie dici ſolet; quis Parthorum pharetras ignorat? Multo tamen

Digitized by Google

Et viridem Aegyptum nigra fecundat arena,

291 In Romano verſus ita tranſpoſiti, vt ſint: *Quaque pharetratae — Et diuerſa — Vsque coloratis — Et viridem Aegyptum.* Medic. Gud. duo Rottend. et Leid. duo hos tranſponunt: *Et diuerſa ruens — Et viridem.* Praeſtat haud dubie vtraque verſuum collocatio ea, quae vulgata eſt. Verum vel ſic otioſi aliquid manet in verſu: *Et viridem Aegyptum nigra fecundat arena;* etſi in verbis ipſis nihil reprehendendum eſſe video: nam *arena* pro limo recte, vt poeta, dicere potuit; vid. Notam ad h. v. Mihi valde probabile fit, verſum aut fuiſſe adſcriptum in tabulis poetae, cum nondum decretum eſſet, vtrum hunc an alterum *Et diuerſa* anteferret, aut ex bono poeta in marginem fuiſſe appictum a Grammatico. Ita ſcriptum erat: *Quaque pharetratae vicinia Perſidis vrguet Vsque coloratis amnis deuexus ab Indis.* Verſu 291 *Et viridem* vtique melius caret totus locus: et iam Cerda, ſed alia eaque parum idonea de cauſſa, quia v. 190 ad Perſidem reuocabat, eo deſcendit, vt verſum 291 damnaret. Acutiſſimus vir, *Iac. Bryant*, locum varie tentabat. Primo verſus ſic collocatos malebat: *Et circum — Et diuerſa — Vsque — Et viridem — Quaque pharetratae — Omnis in hac.* Tum damnat *ſtagnantem* Nilum; et luſum in verbis agnoſcit *nigra arena* et *viridem A.* Tandem eo deuenit, vt alteram loci partem a Nilo ad Gangem transferat, excluſo verſu 291, aut retracto poſt v. 289 et emendato: De Gange adeo dicta eſſent haec: *Quaque pharetratae vicinia Perſidis vrget, Et diuerſa ruens ſeptem diſcurrit in ora, Vsque coloratis amnis deuexus ab Indis.* Sane Gangem per ſeptem ora in mare inferri ipſe poeta alio loco memorauit: Aen. IX, 30. 31. Addit vir doctus Melam III, 63 — 66.

commodiorem verborum et ſententiae iuncturam fore video, ſi, quod Cerda quoque ſequitur, et in quo Iulius Sabinus (quem v.), e pleniore Seruio forte an ex Probo, praeceſſit, *vicinia* a *vicinium* ductum eſſe exiſtimetur; hoc modo: *Quaque amnis vsque a coloratis Indis deuexus*, h. Nilus, *vicinia*, h. vicina loca, finitima, fines, *Perſidis vrguet*, attingit; ab orientali Aegypti parte, ſeu verſus oſtium Nili Peluſiacum; *et viridem Aeg.* etc. Sed videamus reliqua. *Et* qua *amnis vsque ab Indis coloratis* (Aethiopibus, v. ad Ge. II, 116, ad Tibull. II, 3, 55. 56) *deuexus*, *κατα-φερὴς*, ex altis montibus procliui deſcenſu in plani-

Digitized by Google

Et diuerſa ruens ſeptem discurrit in ora
Vsque coloratis amnis deuexus ab Indis;
Omnis in hac certam regio iacit arte ſalutem.

Propert. III, 22, 16. Incideram et ipſe aliquando in hanc ſuſpicionem, inprimis quia Maro etiam altero loco Gangem et Nilum iungit: *Ceu ſeptem ſurgens ſedatis amnibus altus Per tacitum Ganges aut pingui flumine Nilus.* Enimuero reuocabant me plura: primo quod apum generationem nemo ad Indos retulit; quid quod nec mellificium inter Indos memoratum ne ex recentibus quidem de India ſcriptoribus, memini; tum non minus contortum eſt illud, quod, *qua vicinia Perſidis vrget*, Ganges narratur decurrere. Omnes has nebulas discuſſas eſſe arbitror, ſi, quod in Nota appoſui, animaduerteris: Nili oſtia duo extrema, ab occidente Canopicum, ab oriente Peluſiacum, innui; hoc alterum ad fines imperii Parthici ſpectare videri potuit, cum Arabes modo armis domiti modo ſocietate armorum iuncti interiecti eſſent. Tum vero *vicinia* a *vicinium* vbi deduxeris, intelliges: *eundem Nilum vrgere vicinia Perſidis*, propiorem habere curſum verſus Parthos oſtium Nili Peluſiacum. *fecundet* Gud. quod arripuit Wakef. hunc in modum: *Quaque pharetr. Et diuerſa ruens. Vsque coloratis.* Vt *viridem Aegyptum nigra fecundet arena.* 293 *Ille* Rottend. pr. pro var. lect. *τοῦ Vsque. deuectus* nonnullos legiſſe, ne dubites; ſenſu plane eodem; ſed minus poetice; quod decliui via defertur, id eſt *deuexum. ab vndis* Franc. 294 *in hanc* Roman. *regio certam* Franc. *certe* Medic. a m. pr. *tacet* Roman.

ciem dum defertur, pronus, *fecundat Aegyptum, viridem* laeto agrorum proventu, *nigra arena*, pro limo; eſt enim *arena* poetis ſimpl. ſolum (vt Georg. I, 105 *cumulos male pinguis arenae* de glebis tenacibus. Lucan. II, 417 *ſi non per plana iacentes Aegypti Libyoas Nilus ſtagnaret arenas); et ruens discurrit in ſeptem ora diuerſa.* Igitur totus locus huc redit: Per totam Aegyptum, cum in occidentali latere, circa Canopum non longe ab Alexandria, tum in orientali, verſus fines Parthici imperii, adeoque per totam inferiorem Aegyptum (Delta nomine celebratam), *omnis regio*, tota gens, *iacit ſalutem certam*, ponit ſalutis ſpem ac fiduciam, *in hac arte*, reparandi apes ex

Digitized by Google

Exiguus primum, atque ipſos contractus ad vſus,
Eligitur locus: hunc anguſtique imbrice tecti
Parietibusque premunt artis, et quatuor addunt,
Quatuor a ventis, obliqua luce feneſtras.

Gud. a m. pr. et alii. *petit* Venetus, ex interpretatione. *imbre ſalubrem* Erf. a m. pr., ſtupore librarii. 295 *Exiguis* Erf. *in vſus* Medic. a m. pr. et alii, more ſolito. vid. Burm. *ipſos* ab Mediceo a pr. m. aberat. Lenius fuiſſet *atque hos*. 297 *premunt aras* Ed. Ven. 298 *aduerſa luce* edd. nonnullae, vt ex Cerda liquet.

boum viſceribus. Locum vexatiſſimum videor mihi ſic ſatis commode interpretari poſſe; in aliorum quidem rationibus ſiue expendendis ſiue refellendis moras neque hic nectam. At ſi iam de ipſa ſententia et poetica ratione iudicium ferendum eſt, Virgilii acumen et verecundiam deſiderare mihi videor. Nam et nimis protracta et impedita friget oratio, et paullo ieiunius Nili natura bis deſcribitur: quamquam ſingula membra ſuo ornatu ac lumine fulgere facile ſentio. Sed et hic mihi videtur Euphorionem aliquem aut alium poetam Alexandrinum expreſſiſſe; quem locum qui animo tenebant, Romani poetae copia magis ſorte delectabantur, ac nunc in noſtris animis, hoc auxilio ſtitutis, fieri poteſt. Si cui tamen aliter videtur, nil intercedo.

295. Conf. cum ſeqq. excerptum ex Florentino in Geopon. XV, 2, p. 406 ſqq. (p. 1070 ſq. Nicl.). Sequutus forte noſter erat Varronem, cuius hac de re locus, ad quem Florentinus provocat, intercidiſſe videtur. *contractus*, coartatus, ſpatio anguſto factus, ad hunc ipſum vſum, *locus*, οἶκος, *decem cubitorum in altitudinem et latitudinem*, inquit Florentinus. 296. *Hunc* locum et *anguſti imbrice tecti*, h. anguſto tecto (cuius faſtigiis imponi ſolent cauae tegulae, *imbrices*), et *parietibus artis*, anguſtis, *premunt* pro exſtruunt, ſed

Tum vitulus, bima curuans iam cornua fronte,
Quaeritur: huic geminae nares et ſpiritus oris
Multa reluctanti obſuitur, plagisque peremto
Tunſa per integram ſoluuntur viſcera pellem.
Sic poſitum in clauſo linquunt, et ramea coſtis
Subiiciunt fragmenta, thymum, caſiasque recentis.

299 *bina* ſex ap. Burmann. *vima* Medic. *coruans* Gud. 301 *Multa reſultanti* Menag. pr. *obſuitur* Heinſ. repoſuit ex vniço Mediceo, in quo *opſuitur*, vt et in Gud. a m. pr., quod iam defenderat ad Ouid. Faſt. II, 578. Laudauit tamen idem ex libro Colot. Vrſinus. *obruitur* Ven. Parrhaſ. Vulgo legebatur: *obſtruitur*, quod vtique proprium et pedeſtri ſermoni conueniens erat, ἀποπεφράχθαι. idque tuentur viri docti Voſſ. et Wakef. neque intercedam: Aen. IV, 440 *Fata obſtant placidasque viri deus obſtruit aures.* Apud Lucret. VI, 225 eſt *oppilare.* 302 *Tonſa, Tuſa,* alii. v. ad v. 267. 303 *in* deeſt quart. Moret. 304 *recentis* Heinſ. repoſuit ex ſcriptis, etiam Pierianis, ſeu verius reuocauit; nam ſic iam Egnat. Commelin., hinc alii ediderant; reliquae edd.

multo elegantius, quaſi coercent; et quatuor relinquunt ſpiracula ad quatuor caeli cardines ſpectantia.

299. Τριακοντάμηνον βοῦν Florentinus l. l. 300. *ſpiritus oris,* h. os. 301. *multa reluctanti,* πολλ' ἀεκαζομένῳ, vt apud Homer. Od. ν, 277. Iliad. ζ, 458. 302. *ſolvuntur,* reſoluuntur contuſa, comminuuntur, vt in putredinem tanto citius abeant, *pelle* tamen *integra* manente. Sed et ſimpliciter *ſolvuntur tunſa,* pro tunduntur: ὁμοῦ ταῖς σαρξὶ τὰ ὀστέα συναλοῦντες· Φυλαχὴν δὲ ἐχέτωσαν, τὸ μὴ αἱμάξαι τι τοῦ βοὸς et rel. *viſcera* pro omni carne.

303. *in clauſo,* luto etiam denſo obducta ianua et feneſtris; vt diſerte Florentinus p. 407, ſed, vt adiicitur, XXI die dies et purus aer admittitur, vento tamen excluſo; et tum rurſus omnia oblita occluduntur. Quo facto, vndecimo inde die, aperta domo examina noua efferueſcere reperiuntur. Facile ex his apparet, quomodo mater apis in οἶκον penetrare potuerit. *ramea fragmenta,* ramorum, h.

Digitized by Google

Hoc geritur, Zephyris primum inpellentibus vndas,
Ante nouis rubeant quam prata coloribus, ante
Garrula quam tignis nidum ſuſpendat hirundo.
Interea teneris tepefactus in oſſibus humor
Aeſtuat; et viſenda modis animalia miris,
Trunca pedum primo, mox et ſtridentia pennis
Miſcentur, tenuemque magis magis aera carpunt;

fere, *virentes*, e gloſſa. vid. Heinſ. ad Aen. VI, 674. Ouidii Faſt. V, 123. 306 *et ante* Roman. 307 *Sarcula quam* Zulich. *ſignis* Voſſ. *ſuſpendit* Mentel. pr. a m. pr. pr. Moret., et Nonius in *Garrulae*. 310 *pinnis* video Heinſium emendare, vt fere alias. Et ſic in Pierii libris et Romano. Interpungere licet l. poſt *primo*, vt ad *viſenda* retrahas; l. poſt *miris*, vt iungas: *Trunca pedum primo, mox et ſtr. p. Miſcentur.* 311 *tenuem-*

ramos. *caſias* v. ſup. ad Ge. II, 213.

305—307. Haec faciunt ineunte vere. Plin. II, 47 *Ver aperit nauigantibus maria, cuius in principio Fauonii hibernum molliunt caelum, — Is dies VI eſt ante Februarias Idus.* cf. XVI, 25, f. 39. *nouis coloribus*, floribus. *rubeant*, effloreſcant, niteant. Georg. II, 319 *vere rubenti.*

308. *humor*, vitiatus putredine ſanguis, ſup. v. 285 *inſincerus cruor. teneris* autem *oſſibus*, quia haec ipſa contuſa colliqueſcunt. 309. *Aeſtuat*, fermenteſcit. Rem diſertius expoſitam vide in Florentini loco p. 407 extr. Narrata ſunt haec, etſi ex ouis excludi vermiculos, ex his euolare apes ſatis conſtat, fabuloſa, fere ad eum modum, quo animantia primo eſſe nata opinati erant indocti phyſici inter Aegyptios apud Diod. I, 10. Ouid. Met. I, 422 ſqq. 310. *Trunca pedum* graece pro *trunca pedibus*, et hoc pro, truncis pedibus. Locum expreſſit, ſed ſuo more, Ouid. Met. XV, 382 ſqq. 311. *aera carpunt*, vt

Digitized by Google

Donec, vt aeſtiuis effuſus nubibus imber,
Erupere; aut vt, neruo pulſante ſagittae,
Prima leues ineunt ſi quando proelia Parthi.
Quis Deus hanc, Muſae, quis nobis extudit artem? 315
Vnde noua ingreſſus hominum experientia cepit?

que magis ac magis Romanus, et alii Pierii, vnus Mead. Goth. pr. Erf. Sic etiam Medic. a m. pr., deleto poſtea τῷ *ac*, et in Menteliano, ſed eraſo *que* a m. ſec., vt ſit *tenuem magis ac magis:* quomodo pr. Mentel. et pr. Voſſ. et alii quinque Heinſii; quatuor Burmanni, tres Martini, Goth. ſec. Et ſic Ge. III, 185. 396 *magis atque magis.* Probat itaque Heinſius; et eſt lenius quam: *magis magis;* quod vno Catulli exemplo, quamquam et illo ambiguae iuncturae, defendi poterat LXIII, 274 *Poſt vento creſcente magis, magis increbreſcunt.* Porro *aera captant* Rom., male; hoc facerent ſpirantes. 312 *et a. effuſis* quart. Moret. et vnus Mead. 313 *Eripuere* aliquot Pieriani; in aliquot aliis *velut;* quod et in quinque apud Burm. in vno Arundel. Goth. ſec. a m. ſec. *vel vt* Franc. et vnus Mead. 315 *aut Muſae* Moret. quart. *extulit* permulti; ſed *extudit*, quod inde ab Aldd. editur, et meliorum conſenſus, et grammatica ratio defendit, quod eſt exquiſitius; habet etiam adiunctam aliquam notionem aſſiduitatis. Dicat aliquis, hanc in deum non cadere; verum non ita argutantur poetae. *excudit* vitioſe noſtri, duo Burm. et plures Martini. vid. ad Georg. I, 133. *qui nobis* codd. apud Pierium. *vobis* Erf. a m. pr. 316 *ingreſſum* Mentel. ſec. *ingreſſum hominem* Ed. Ven. *coepit* edd. multae apud Burm.

viam, h. volant; quod idem eſt, *ſtridentia pennis miſcentur.* 313. *Erupere*, melius quam erumpunt; *vt ſagittae* erupere, *neruo* arcus *pulſante*, propellente ſagittam.

316. *Vnde noua hominum experientia cepit ingreſſus*, habuit exordia; vnde proceſſit: qua re homines adducti ad hanc artem ab experientia ſuppeditatam progreſſi ſunt. Lucret. I, 384 *Vnde initum primum capiat res quaeque mouendi.* Totum hunc locum a ſecundis poetae curis profectum eſſe, tradunt Grammatici. vid. Vitam Virgilii §. 39.

Digitized by Google

Paſtor Ariſtaeus fugiens Peneia Tempe,
Amiſſis, vt fama, apibus morboque fameque,
Triſtis ad extremi ſacrum caput adſtitit amnis,
Multa querens, atque hac adfatus voce parentem: 320

317 *Ariſtheus* ſemper Goth. ſec. 319 *extremum* libri aliquot apud Pierium. *extremum ſacri* fragm. Moret. *placidum caput* Medic. 320 *affatur* Mentel. pr. *effatus* Goth. pr. *parentem*

De Ariſtaeo vid. modo ad v. 283. Quod inuentum reficiendarum apum ad eum refertur, ignoratur, quo exemplo Maro fecerit; ignoratur quoque, quo auctore Ariſtaeo crimen tentatae Eurydices impactum ſit. Ex perpetuis fere exemplis Romanorum poetarum ad Graecos ſe componentium, inprimis Virgilii et Horatii, et ad ſenſum cuiuuis viri docti, qui lectione varia animum ad haec parauit et acuit, fit probabile, ſaltem ſuſpicari licet, vel ex ſummo rerum ornatu, Maronem hic alium, eumque Graecum poetam, exprêſſiſſe. Fuiſſe vetus poema, Βουγονίαν, ſub Eumeli antiquiſſimi poetae nomine, ex Euſebiano Chronico conſtat: num. MCCL, et ibi Scalig. cum Vallarſ. et Salmaſ. ad Solin. p. 602. 603. An is ipſe autem ad Ariſtaeum artem retulerit, quod a Salmaſio affirmari video, nulla auctoritate conſtat. Sapit totum commentum poetae Alexandrini ingenioſam ſuauitatem. Fabulam ipſam *de bugonia* exponit Ouid. Faſt. I, 361, Met. XV, 361 ſq. cf. Antig. Caryſt. Mirab. c. 23. ſbique Becm.

317. Ariſtaeus ex mente poetae tum in Theſſalia degebat, necdum Ceam adierat. *fugiens* ſimpl. relinquens, *Tempe*, discedens inde ad *caput amnis*, Penei, fontem, v. Exc. ad h. l. Sic fons Timaui — *nouem ora* Aen. I, 245. 246. Ignoratione totius phantaſmatis poetici, olim, Burmannum temere ſequutus, oſtium Penei intelligi volebam. Vetat tamen hoc rerum ſpecies et locorum ratio, quam poetae animo inſediſſe manifeſtum eſt; etiamſi conceſſe-

Digitized by Google

Mater Cyrene, mater, quae gurgitis huius
Ima tenes, quid me praeclara ſtirpe deorum,
Si modo, quem perhibes, pater eſt Thymbraeus Apollo,

eſt tres ap. Burm. Goth. pr. 321 Diſtingui poteſt *mater! Cyrene mater! Cyrine* Gud. ſemper, et alter Mentel., forte ex pronuntiatione τοῦ η in Κυρήνη. Vox haec priorem productam habet h. l. et ap. Apollonium; at correptam apud Pindarum et Callimachum. Obſeruauit quoque Spanhem. ad Callimach. in Apoll. 73. 322 *tenens* Mentel. pr. *de clara* Erf. *a ſtirpe* Rom. cum vno Pieriano, Gud. et ſec. Moret. vid. ad Aen. I, 19.

ro, *caput*, vti *os*, *ora*, de fluminum oſtio dici poſſe, quod docuiſſe ſibi viſus eſt Burm. ad Valer. Flacc. V, 351. Lucan. II, 52, aduerſus quem docte disputantem vide Ouwens Noct. Hag. pag. 598 ſqq. Nec aſſenſum exprimunt ſeu illa: *extremi amnis*, ſeu ea, quae infra memorata vſſ. 359 — 362, haec enim ad fontem et initia fluminis non minus bene referri queunt. Sane antrum, ex quo fons progreditur, perpetua apud poetas Fluuiorum regia, et Nympharum ſedes; conf. Spence Polymet. pag. 226. 227, et nunc antra et vaſti receſſus in viſceribus terrae intelligendi, ad quos per ipſum fontem deſcenſus fit. Pro exemplo hic locus eſſe poteſt, in poeta interpretando grammaticam et criticam ſubtilitatem nihil expedire, ſi ſenſus poeticus hebeat. Erat autem mater, Cyrene, vna ex Nymphis huius fluminis, eademque Penei filia ſeu neptis. Apud Pindarum P. IX, 90. 121, ab Apolline illa in Libyam abducitur; at h. l. patris regiam incolit. Porro hunc verſum et has querelas ex Homerica expoſtulatione Achillis cum Thetide Iliad. α, 349 ſqq. expreſſas eſſe, notarunt Intpp. Sed mirifice exornauit Virgilius nude ab Homero primum tradita. Conf. etiam Iliad. σ, 70 ſq. et Clalimach. in Cer. 99. — 323. *Thymbra*, ager Troadis, fluuio Thymbrio irrigatus, qui in Scamandrum cum Simoente iam iunctum ſe immittit; fano Apollinis nobilis. Stra-

Digitized by Google

Inuiſum fatis genuiſti? aut quo tibi noſtri
Pulſus amor? quid me coelum ſperare iubebas?
En etiam hunc ipſum vitae mortalis honorem,
Quem mihi vix frugum et pecudum cuſtodia ſollers
Omnia tentanti extuderat, te matre, relinquo.
Quin age, et ipſa manu felicis erue ſiluas;
Fer ſtabulis inimicum ignem, atque interfice meſſis;
Vre ſata, et validam in vitis molire bipennem:

324 *an quo* Menag. *noſter* Medic. a m. pr. 325 *quis me* quart. Moret. *videbas* Goth. ſec., perpetuo lapſu. 327 *pecorum* tres apud Burm. et aliquot apud Pier. 328 *extulerat* quinque Burm. *excuderat* Ven. et duo Martin. cum vett. edd. *excuterat* vnus Mead. Hoc *extundere*, inuenire, parare, vidimus iam v. 315 et I, 133. *temptanti exſtuderat* Rom. 331 *duram in vitis* Medic. a m. pr. *in vitis* Gud. *in vitem* Zulich. *in vires* Goth. pr. *bipinnem* Rom.

bo XIII, p. 893. Eſt autem verſus adumbratus ex Odyſſ. ι, 529 Εἰ ἐτεόν γε σὸς εἰμί, πατὴρ δ' ἐμὸς ἔνχεαι εἶναι. 324. Ita Aen. II, 595 *quonam noſtri tibi cura receſſit.* 326. 327. Exornauit poeta τὸ ἀτιμᾶν Homeri; hanc gloriam, quam mihi multo cum labore, longae experientiae moleſtia, ex agrorum cultu et pecudum (adeoque etiam ex apum) cura praueram, hunc fructum amitto, et hoc quidem, cum te deam matrem habeam. *frugum et pecudum:* nam eidem Ariſtaeo tributa cura pecoris, vt Ge. I, 14, vnde idem Νόμιος. cf. Pindar. l. c. 329. *felices ſiluas,* arbuſta fructiferarum arborum. 330. *inimicum ignem;* diu notatum, hunc eſſe τὸ δῆϊον πῦρ ap. Homer. et alibi. *interfice meſſes,* perde. Lucretianum verbum. *perimere, necare,* in ſimili iunctura dixere etiam alii. 331. *ſata* poſt

Digitized by Google

Tanta meae ſi te ceperunt taedia laudis.
At mater ſonitum thalamo ſub fluminis alti
Senſit: eam circum Mileſia vellera Nymphae
Carpebant, hyali ſaturo fucata colore; 335

333 *thalamos* alter Menag. *thalamo ſonitum* Franc. 334 *Senſit* vett. aliquot apud Pierium. *Meleſia* Gudian. *verbera* Medic. a m. pr. 335 *ſatyro* Rom. et tres apud Burm., et ſic Seru. ac Philargyr. vid. ad Georg. II, 197. *vitreo, viridi, hilari*, a nonnullis lectum fuiſſe e Cerda colligitur. *phaucata* Goth. pr.

meſſes et cum *vitibus* iuncta cum Martino dices eſſe arbores ſatas. *molire*, vibra, iacta, vt excidantur vites.

333 ſqq. Adumbrata haec ex Homero, vbi Thetis in imo maris fundo luctum Achillis reſciſcit Iliad. σ, 35 ſq. *ſonitum*, confuſum, nondum diſertam vocem, qua filium agnoſcere poſſet. Quae ſequuntur, adumbrata ſunt ad vitam priſcorum hominum; ſedebant in thalamo puellae, etiam regiae, aſſidentibus ſeu comitibus et aequalibus ſeu famulis, vt opus facerent ſeu nendo ſeu texendo; nunc deabus aſſignatum opus e lana praeſtantiſſima, Mileſia, vt Ge. III, 307 vidimus, colore caeruleo. 334. *Vellera carpebant*, lanam ducebant ſuſo, nebant. 335. *hyali colore*; voluit colorem *hyalinum* exprimere, h. viridem, vitro, viridioris coloris puta, ſimilem. *hyalus*, ὕαλος, pro vitro, noue dictum: forte dum graecum aliquem poetam ſequebatur Virgilius, nam ex vita vulgari et tabernis inſtitoriis, ſi vel maxime, quod ignoro, *hyali* vox in iis frequentata fuiſſet, eam non adoptaſſet Maro. Imitatus Auſon. Moſ. 418 *Caeruleos nunc, Rhene, ſinus hyaloque virentem Pande peplum.* Simili auſu a Lucret. IV, 1141 *thalaſſina veſtis* dicta, et θαλάσσιον μίτρον ſic dictam puto ap. Tryphiod. 333. Sunt igitur *vellera fucata*, lana tincta, *colore hyali*, vitri, h. colore viridi, *ſaturo*, h. quo ipſa vellera ſaturata ſunt; nam proprie *lana* eſt *ſatura*, quae ſatis

Digitized by Google

Drymoque, Xanthoque, Ligeaque, Phyllodoceque,
Caeſariem effuſae nitidam per candida colla;
Neſaee, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque,
Cydippeque, ét flaua Lycorias; altera virgo,
Altera tum primos Lucinae experta labores;

336 E Graeco: Δρυμώ τε, Ξανθώ τε, Λίγειά τε, Φυλλοδόκη τε. *Drimo, Drumo, Dremo* vid. apud Burm. *Xanto* alii, et *Legea. Rhyllidoceque* Heinſ. repoſuit e pr. Mentel. et nouem aliis; vulgo *Phyllodoceque*, quod tuetur Rom. Medic. alii, item Macrob. Sat. V, 17, nec, cur mutandum fuerit, video: nam Φυλλοδόκη rationem habet grammaticam; Φυλλιδόκη ei aduerſatur. Scribitur etiam *Philledoce, Philidice, Phillidoce, Phyledoce.* 337 Ante hunc ſequens verſus ponebatur in Goth. 338 Νησαίη, Σπειώ τε, Θάλειά τε, Κυμοδόκη τε: fere vt in Iliad. ε, 39. *Niſeque* apud Macrob. Sat. V, 17. Alii: *Neſeque, Niſaee, Niſaei, Neſea, Niſaea, Niſaeque, Niſea Aeploque.* Porro *Theleiaque, Taliique*, et *Chimodoceque, Cymidoceque, Cynodoceque.* Totus verſus abeſt ex optimis Rom. Medic., aliisque plurimis, etiam Mead., et poteſt ex Aen. V, 826 huc tractus eſſe videri, eiectus quoque a Brunck. et in ed. Parmenſi Bodon. 339 *que* poſt *Cydippe* a Medic. et plurimis abeſt. *Lycoris alternaque* Rom. *Lyceris* Goth. pr. et al. 340 *primum* alter Menag. Zulich.

colore imbuta eſt. Alias, vbi *vitreum mare, vitreus pontus*, et ſimilia dicuntur, ad colorem caeruleum ſpectare id videtur; ſi *vitreus fons*, ad pelluciditatem. *Vitream Circen* alia audacia dixit Horat. I Carm. 17, 20 pro marina; vt alias deae marinae ſolent dici *caeruleae; vitreum antrum* Ouid. Met. V, 48. Praeiuerat Corinna, quae ὑάλινον παῖδα dixerat pro marino. vid. Toup. App. ad Theocrit. pag. 20. 21. ὑαλοειδὲς τὸ παιζοι ſunt in Orphicis Λιθικοῖς VIII.

336. In huiusmodi enumeratione multorum nominum ex mythicis rebus petitorum videntur ſibi valde placuiſſe veteres poetae, nullus tamen magis, quam Ouidius; forte, quia eruditionis laudem res habebat, et varietatis copiaeque gratiam nominum ex etymo ſignificatus affundere poteſt. Noſtris quidem ſenſibus periit

Digitized by Google

Clioque et Beroe ſoror, Oceanitides ambae,
Ambae auro, pictis incinctae pellibus ambae;
Atque Ephyre, atque Opis, et Aſia Deiopea;
Et tandem poſitis velox Arethuſa ſagittis.

342 *inuictae* Erf. *incinctae veſtibus* alter Rottend. 343 *Ephyra* Medic. *Epyre* Goth. pr. *et Aſia* Heinſ. poſt Pierium e Medic. et pluribus. *atque* vulgo. Poſt *Aſia* inſerunt *et* Aldd. Iunt. et aliae. *Deiopia*, *Diopea*, *Diopeia* alii. Eſt Δηιόπεια. Hiatus eſt poſt *Ephyre*. ἠδ' Ἐφύρη, ἠδ' Ὦπις. 344 *At tandem* Medic. *velox poſitis* Schol. Statii Theb. I, 271.

illa ſuauitas. Ceterum hic locus et haec nomina ex Homero petita Iliad. σ, 37 ſqq. Add. Hymn. in Cer. 418 ſq. Heſiod. Θ. 264 ſq. 240 ſq. Hygin. p. 4. 5. 341. *Oceanitides ambae*, hae igitur ſolae Oceani filiae; adeoque ceterae Nereides: quas numero L, illas ter mille fuiſſe traditum: Apollod. I, 2, 2. 7, vbi vid. Not. conf. Valk. ad Ammon. lib. III, c. 1. At Iouis filiae Naides Odyſſ. ν, 356. ρ, 240, et Oreades Iliad. ζ, 420. Odyſſ. ζ, 105. Communi tamen vſu omnes dictae Nereides. Hoc eſt illud, quod Grammatici innuere volebant aut debebant, dum eas a Nerei filiabus diſtinguebant. v. Ammon. h. v. 342. Ambae cinctae auratis et pictis, h. variis, pellibus, tamquam Nymphae, et quidem venatrices; cf. v. 344.

343. *Aſia* a tractu Lydiae: v. ſup. Georg. I, 383. 344. *Arethuſa velox*, ergo et ipſa venatrix, cum Clio et Beroe; *poſitis ſagittis*, quae tum depoſuerat arcus; nam aſſidebat colo tum inter ceteras. Parum placet, quod Seruius habet: „nebridas habentes; ſed hic venatricum eſt habitus, quem ideo Nymphis dat, *quia multas eas legimus ex venatricibus factas.*“ Quomodo tamen venatrices Nymphae, in ſaltibus verſari ſolitae, nunc in imo aquarum fundo, ſub terris, inter Nymphas aquarum deas locum habere, aut Nymphae Potamides et marinae inter venatrices deas referri poſſint, olim dubitabam. Nec fundo ſuo carere

Digitized by Google

Inter quas curam Clymene narrabat inanem
Volcani, Martisque dolos et dulcia furta;
Aque Chao denſos diuom numerabat amores.
Carmine quo captae dum fuſis mollia penſa
Deuoluunt, iterum maternas inpulit auris

345 *Clymene curam* Erf. *curas inanis* Gud. et vnus Pieri. refinxit Wakef.: *Inter quas Clymene curas narrabat inanes:* ad Lucret. V, 1430. coll. III, 117. *narrauit* Goth. pr. *mandabat* Erf. 347 *Atque* vitium edd. Elzeu. ante Heinſ., quem vide et Pierium. conf. ad Ecl. VI, 63. VII, 13, vbi Seru. *Eque Chao* laudat; et *enumerabat. Atque chadens os* Roman. *diuum denſos* Erf. *narrabat* vnus Mead. cum edd. Ven. 1476. 1482 et Erf. 348 *fuſis dum* Gud. tert. Rottend.

viſa eſt ea dubitatio viro docto et aequo harum rerum iudici Ouwens Noct. Hag. p. 605. Scilicet dicendum eſt, poetas omnino in Nympharum generibus discernendis non vbique eſſe ſolere ſatis ſubtiles ac diligentes, et Nymphas fontium et amnium ſiluis et ſaltibus, contra vero ex montibus et ſaltibus deductas Oreadas et Napaeas venationi immiſceri, adeoque ſagittis et arcubus inſtrui. Ita Diana Nymphas venatrices ex Oceaninis legit ap. Callim. in Dian. 42. Spanhem. ad v. 13. Inf. 383 cum patre Oceano inuocantur Nymphae ſiluarum et fontium promiſcue.

345. *curam inanem Volcani,* ſtudium inane in obſeruando adultero et ſumenda ab eo vltione: vt recte Meierotto p. 29; cum rete fabricaretur, quo Martem cum Venere opprimeret. Reſpexit locum Odyſſ. Θ, 266 ſqq. Qui fabulam poſt Homerum narrauerint, dabit Wernsdorf. Tom. IV, p. 55 Poet. min. 346. *Martis dolos* Cerda dolos Vulcani in Martem ſtructos accipiendos eſſe contendit, ex Odyſſ. Θ, 276. Sed vetant adiecta *dulcia furta. doli Martis* haud dubie eadem dicuntur, cum clam Vulcano fierent, vt ibid. vſſ. 268. 269. 347. *denſos — amores,* crebros, magno numero et longa narrationis ſerie per-

Digitized by Google

Luctus Ariſtaei, vitreisque ſedilibus omnes
Obſtupuere; ſed ante alias Arethuſa ſorores
Proſpiciens, ſumma flauum caput extulit vnda.
Et procul: O gemitu non fruſtra exterrita tanto,
Cyrene ſoror, ipſe tibi, tua maxima cura,
Triſtis Ariſtaeus Penei genitoris ad vndam

350 *vitreisque in ſedibus* alter Rottend. *vitreis quoque ſ.* Reg. Martin. *vitreis* binis ſyllabis. *amnes* Medic. 351 *Obſtupuere* Rom. Medic. cum aliis melioribus, vt toties, quoties vidimus. 352 *flauum* dudum editum a Naugerio et ab Egnatio et hinc in vulgg. firmauit Heinſ. e ſcriptorum omnium cum Roman. et Medic. conſenſu. Aldd. pr. et ſec. et hinc aliae nonnullae *placidum*, repetitum ex Aen. I, 127. conf. ſup. v. 319. *ſummaque ſuum caput* Leid. 353 *Et procul, at gemitu* Leid. *Atque procul gemitu* Zulichem. 355 *Penei genitoris.* Vitioſam lectionem metrum prodit, quod ſagaciſſimus metri exactor, Io. Schrader., monuit Emendatt. praef. p. XXI. Eſt enim Πηνειοῦ· ex quo poetarum vſu triſyllabum Latine fit, vt ex *Aiveíou Aeneae.* Nec niſi ſeriores poetae in his licentius verſantur; vide v. c. Sammon. et ibi nuperum doct. editorem Ackermann. pag. 23. Multa quidem ad dilaudandam cauſſam poetae attulit Ouwens Noct. Hag. p. 607 ſq. conf. p. 285. (Si defendere vellem, equidem laudarem Horatianum *Pompei, meorum prime ſodalium* Carm. II, 7, 5.) Alia petita ſunt ex obſeruatione aliorum in re metrica, quae et ipſa a regulis recedunt; hoc eſt culpam culpa diſſoluere; alia ſunt diuerſa. Si v. c. vt ap. Nemeſian Cyneg. 272 *Nerei* occurrit diſſyllabum; eſt hoc a Νηρεύς, Νηρέως, vnde Νηρεῖδες, Νηρηΐδες. De *Belides* conf. ad Aen. II, 82. Vnus eſſet modus *Penei* diſſyllabum defendendi, ſi dixeris, pro Πηνειὸς dictum quoque eſſe Πηνεὺς, vt tot alia in *εως* v. c. ταύρεος, Heſiod. Sc. Herc. 104, et communi vſu alia, vt αἰδήρεος,

texendos. cf. Ouwens p. 591. 350. *Luctus*, querelae. v. 353 *gemitus. vitrea ſedilia* nunc proprie e vitro, ſi ita placet. Mox *ſorores:* non licet nimis ſeuerum eſſe; poeta dixiſſe videtur, quatenus omnes Nymphae Nereides vel Oceanides fuiſſe intelligi poſſunt. 355. *Penei genitoris* Cyrenes. Sed perpetuum magnorum fluviorum, *pater, genitor;* et Cyrenes parens alias Hypſeus, etiam ap. Pindarum, Peneum tamen agnoſcit Hy-

Digitized by Google

Stat lacrimans, et te crudelem nomine dicit.
Huic percuſſa noua mentem formidine mater,
Duc, age, duc ad nos; fas illi limina diuom
Tangere, ait; ſimul alta iubet discedere late
Flumina, qua iuuenis greſſus inferret. At illum
Curuata in montis faciem circumſtetit vnda,
Adcepitque ſinu vaſto, miſitque ſub amnem.
Iamque domum mirans genetricis, et humida regna,

σιδήρεος. Αὐγείας et Αὐγέας. Αἰνείας et Αἰνέας, vnde *Aeneadae*: Aen. I, 157. Ita ſaltem legerem in Theocr. XXV, 15 Πηνειοῦ ἀμφίγυα τέφος. In poeta noſtro procliue eſt ſuſpicari, *Penei* ex gloſſemate profectum eſſe in locum epitheti, quo voc. *genitoris* ornatum erat. Quale tamen illud fuerit, nemo facile aſſequetur. Bentlei. ad Lucan. III, 191 *magni g.* emendabat; Wakef. *Penei patris ad v.* vox tamen tam plana haud facile excidiſſet, et pari iure vicena alia ſubſtitui poſſent. 357 *Hic* pr. Rottend. Goth. ſec. *Hinc* Ver. vnus Arundel. vnus Mead. Erf. vett. edd. *percuſſa* vulg. ante Heinſ. Monuerat iam Pierius. 358 *Duc age duc.* Secundum Rhemnium Palaemonem ſcripſerat Virgilius *Duce* v. Wakef. ad Lucret. II, 484. 359 *discernere* alter Menag. *deſcendere* vnus Mead. 360 *quia iuuenis* Gud. a m. pr. *qua iuueni* Heinſ. coni. *ad illum* Gud. 361 *in montis ſpeciem* Medic., ſollenni permutatione. *in faciem montis* fragm. Moret. Parrhaſ. *in molis ſpeciem* Codex Macrob. Sat. V, 3. *facie* Erf. 363 *genetrix* Rom.

gin. f. CLXII. 356. *nomine dicit,* nominat, poetica periphraſi. cf. Aen. XII, 652. 357. *noua formidine,* repentina. 359. Verſus ex Iliad. ω, 96 ἀμφὶ δ' ἄρα σφι λιάζετο κῦμα θαλάσσης. Qua ſe iuuenis per fontem in aquas immittit: moles aquarum ſinum facit et cauum arcum, vt tamquam per antrum deſcendat ad loca ſubterranea, in quibus aquarum ſunt receptacula et fontes, et in his, Penei. 361. Verſus ex Homer. Odyſſ. λ, 242 πορφύρεον δ' ἄρα κῦμα περιστάθη, οὔρεϊ ἶσον. 362. *Adcipere* nos dicitur locus, quem ingredimur, *mittere*, dum per eum transimus.

363. Hanc mirationem no-

Speluncisque lacus clauſos, lucosque ſonantis,
Ibat, et, ingenti motu ſtupefactus aquarum,
Omnia ſub magna labentia flumina terra

varum rerum in iuuenis animo, quamquam graui cura oppreſſo, egregie memorari, vnusquisque facile animadvertat. Telemachum Homericum poetae noſtro ante oculos fuiſſe verſatum Odyſſ. δ, 43 ſqq. putabat Cerda. Grauioris momenti res eſſet, ſi certo affirmare poſſem, vnde ea, quae ſequuntur, hauſerit poeta. Siue Alexandrinum ſiue antiquiorem aliquem poetam ante oculos vtique habuit, qui de rerum originibus tradebat, et Oceanum omnium deorum deorumque patrem, et aquam commune omnium rerum principium canebat. cf. inf. v. 381. 382. et loc. ex Il. φ, 195 ſq. Certe poeta hic non fontem Penei ſed vaſtam aliquam cauernam ſub terra narrat, e qua, tamquam e communi fonte, ſed diuerſis partibus ac locis, omnia flumina orta diuerſis viis ad terrae ſuperficiem et ad ſuam quodque originem properent et ex terra prodeant. Eſt tamen eadem iſta cauerna tamquam aliqua regia, in qua dii fluuii, fontiumque Nymphae, ſua palatia, ſuos thalamos habeant, quorum vnum Cyrene cum ſuis Nymphis tenebat. Secundum haec facile erit intellectu, quid ſint *ſpeluncis lacus clauſi*, ſ. incluſi, qui ſunt in ſpeluncis, h. magnae illae cauernae recipiendis aquis; quas ipſi fontes ſcaturientes faciunt, et vnde aqua exſuperans amnis fit. Aen. VIII, 74. 75 de Tiberino: *Quo te cunque lacus — Fonte tenet, quocunque ſolo pulcerrimus exis lucos ſonantes;* cum ex illis cauernis orta flumina procedant aliquantum viae ſubter terra, donec ad ſuperas auras prodeant, huic viae littora nemoribus obſita, quae ſtrepitu aquarum alluentium reſonant, non incommode dari potuere. Aliter *luci ſonantes* dicti erant Ecl. X, 58. Seruius miram hic notam habet: *Haec — ex Aegyptiis tracta ſunt ſacris: nam certis diebus, in ſacris Nili, pueri, de ſacris parentibus*

Digitized by Google

Spectabat diuerſa locis, Phaſimque, Lycumque,
Et caput, vnde altus primum ſe erumpit Enipeus,
Vnde pater Tiberinus, et vnde Aniena fluenta,
Saxoſumque ſonans Hypanis, Myſusque Caicus, 370

367 *Spectabant* Menag. pr. *Phaſin* Goth. pr. cum al. 368 *primus ſe erumpit* Medic. *primus erupit* Regius Martini. *primum erumpit* pr. Rottend. duo Moret. pr. Voſſ. Ita Pierii Medic. a m. pr. et Oblongus, item Goth. ſec. *primum erupit* pr. Voſſ. et vnus Mead. At vulgatam lectionem, *primum ſe erumpit*, confirmat Medic. cum aliis. v. Ge. I, 446. III, 428. Laudat Burm. Brouckh. ad Tibull. IV, 1, 86 et ſe ad Grat. Cyneg. 432. Eodem alludunt alii libri: *ſe primum erumpit* Zulich. *primum ſe rumpit* Romanus, Gud. Franc et Toll. *primum ſe erupit* Aruſian. Meſſius recitat, et ſic pr. Mentel. a m. pr. Cantabrig. et Ed. Ven. 1475. *primum ſe rupit* tert. Rottend. *Enipheus* plurimi. v. ad Ouid. Met. I, 579. VI, 116, Burm. *Enitheus* vnus Mead. At eſt Ἐνιπεύς. 369 *Vnde caput* vnus Mead. *Armena* Franc. Verſum 370 praemittere volebat priori Io. Schrader., vt iuncta eſſent Italiae flumina: *Vnde pater Tiberinus — Et gemina — Eridanus:* nec male. Idem vir doctus haerebat in iterato voc. *vnde — vnde — vnde*. Exemplum ſimile Valer. Flacc. IV, 570. 571. I, 219. 220. 370 *Saxoſusque, ſonans* Rom. Oblong. et Medic. Pierii, inter Heinſianos Medic. Gud. et alii non pauci; ſed perperam. vid. Heinſ. ad Aen. III, 70. conf. Seru. et Philarg. Vulgatum haud dubie doctius et exquiſitius eſt. *Hypanus* duo Burm. *Meſos*, *Miſus* duo Pierii, Goth. ſec.

nati, a ſacerdotibus Nymphis dabantur: qui cum adoleuiſſent, redditi narrabant, lucos eſſe ſub terris et immenſam aquam omnia continentem, ex qua cuncta procreantur. Vnde eſt illud ſecundum Thaleta inf. v. 382 *Oceanumque, patrem rerum.* De ceteris v. Excurſ. ad v. 317.

367. *flumina diuerſa locis,* quod in pedeſtri ſermone, *diuerſis locis. Lycus* h. l. Ponti fluuius, quia cum *Phaſide,* Colchidos fl., iunctus eſt, vt apud Strabon. XI, pag. 801 B, et vterque in Pontum Euxinum ſe immittit. *Enipeus* Theſſaliae, *Hypanis* Sarmatiae, nunc *Bog* dictum, nota flumina. 368. *caput* h. l. fons. v. ad

Digitized by Google

Et gemina auratus taurino cornua voltu
Eridanus: quo non alius per pinguia culta
In mare purpureum violentior effluit amnis.
Poſtquam eſt in thalami pendentia pumice tecta

371 *taurino corpore* Medic. a m. pr. *volto* Gud. 373 *effluit* ſecundum Romanum et aliquot Pierii libros, item Medic Gud., repoſuit Heinſ. *influit* vulgo. *influat* Leid. a m. pr. *violentius* Toll. 374 *inter thalami* Zulich. *ſplendentia* legit Valeſius, ſed refutatus a Brouckh. ad Propert. III, 2, 28, notante Burm. *pomice, punice* ſcribitur.

v. 319. 371. Fluuiorum dii cornibus taurinis res notiſſima. Padus vero habet *cornua aurata;* ſiue propter fertilitatem agri adiacentis, ſiue ſimpliciter, quia deorum attributa ſollenni epitheto ſunt *aurea*. Apud Martialem X, 7 *cornibus aureus receptis* Rhenus appellatur, vnde Spencius locum noſtri poetae illuſtrabat Polymet. Dial. XIV, p. 231, ſed *aurum* ibi cum cornibus nil habet commune. Ad ſidus Eridani, quod *aureum*, lucidum, ſit, aut ad ramenta fluuii *aurea* referebat Cerda. Impetuoſiſſimum autem amnem olim Padum fuiſſe, ex aliis locis manifeſtum eſt; cf. Ge. II, 451. 452, quamquam nunc eius natura diverſa eſſe narratur. 373. *εἰς ἅλα πορφυρόεσσαν*, nigrum, vt notum. Eſt vir doctus qui *purpureum mare* malit eſſe albeſcens. Sane *purpureus* non ſemper ad colorem refertur; verum etiam ad ſplendorem ac nitorem purpurae, vt adeo ſit pro fulgens, nitens: vt *lumen purpureum, nix purpurea.* Mare tamen purpureum ſimili modo eſſe accipiendum, exemplis: Catull. Pel. et Thet. 269 — 275. Gell. XVIII, 11. Cic. Ac. Qu. IV, 33, non conficitur.

374. Peruenit tandem Ariſtaeus ad thalamum matris, *pendentia pumice tecta,* antrum pumiceum, exeſis ſaxis, ad camarae morem curuum et fornicatum; ergo latera et tholus ſunt *pumice pendenti;* vnde poeticus ſermo exquiſitius etiam *tectum pendens pumice* dicit. vt Seneca Herc. fur. 719 *hio vaſto ſpecu pendent*

Digitized by Google

Peruentum, et gnati fletus cognouit inanes
Cyrene: manibus liquidos dant ordine fontis
Germanae, tonſisque ferunt mantelia villis.
Pars epulis onerant menſas, et plena reponunt
Pocula; Panchaeis adoleſcunt ignibus arae;

375 *et* aberat Medic. a m. pr. et Regio Martin.; idem *flentes*. *flexus* Goth. ſec. *inanes* Burmannus repoſuit, pro *inanis*, ne ambigua eſſet lectio; praeferrem ſic *inanes*, ſi ſemel priſca ſequenda ſunt. Codices vtrumque exhibent. 377 *mantelia* Heinſ., vt omnes vetuſtiores. *mantilia* vulgo. vid. ad Aen. I, 702. Salmaſ. ad Scriptores Hiſt. Aug. ſaepius. 378 *Parce* quart. Moret. *Pars onerat epulis menſas* Parrhaſ. 379 *Panchaeis adoleſcunt pinguibus* Medic. a m. ſec., quaſi *pinguia* ſint vnguenta, ſere vt *denſum pingue* Georg. III, 124. vid. Heinſ. *adoleſcent* Seru. ad Georg. II, 139. *Sabaeis* Leid. *alae* Menag. Tentat verſum Wakef. ad Lucret. II, 416.

tyranni tecta. Exceptus ille hoſpitio lauatur et menſa appoſita recreatur; fit libatio, in patris quidem Oceani et Nympharum honorem — 383. Inter haec mater, quam ex filio calamitatem didiciſſe et de remedio cogitaſſe puta, ex flamma, vino libato emicante, bono omine capto erecta filium ad Proteum ablegat, vt ex eo modum reparandorum examinum comperiat; degit ille ad Pallenes, Theſſaliae peninſulae, littora 387 ſq. 375. *fletus inanes*, leui de cauſſa ſuſceptum dolorem, et cui facilis et parata medicina eſſet. 376. *fontes*, aquam. Excipitur puer ad veteris hoſpitii inter heroes morem. 377. *tonſis mantelia villis*, lanea, lanugine in texti ſuperficie attonſa, adeoque laeuia, ac tenuia, mollia. 378. *reponunt*, pro ſimplici ponunt. vt Ge. III, 527 *menſae repoſtae*. 379. *tura (Panchaea* v. Georg. II, 139) ardent in aris; translatum ab hominum conuiuiis, inprimis feſtorum dierum: peractis epulis fiebat libatio. cf. ad Aen. I, 704. vbi *flammis adolere penates*. Actum quoque ad e. l. de voc. *adolere*: Proprie *adoleſcere* eſt augeri; inde pro-

Digitized by Google

Et mater, Cape Maeonii carchesia Bacchi; 380
Oceano libemus, ait. Simul ipsa precatur
Oceanumque patrem rerum, Nymphasque sorores,
Centum quae siluas, centum quae flumina seruant;
Ter liquido ardentem perfudit nectare Vestam:

383 *et* post *siluas* Rom. 384 *perfundit* Medic. Menag. pr.

prie in sacris de igni. Nunc *ignes Panchaei*, tura ex Arabia, *adolescunt*, cremantur, *in aris*. 380. *Bacchi Maeonii*, vini Lydii, Tmolii supra Georg. II, 98, pro praestantiore vini genere. Nam Catacecaumenium vinum geographis, non poetis, notum: v. Strabo XIII, pag. 931 extr. *Carchesium* vas oblongum, ansatum. vid. Athenaeum XI, p. 474 E. Docta de eo disputatio ap. Macrob. V, 21. 381. *Oceano*, quippe communi omnium fluminum et fontium patri. Iliad. φ, 195 sqq. et alibi. Diis sacra faciunt alii dii etiam alibi, etiam in anaglyphis antiquis minores maioribus; h. l. etiam Nympha libat Nymphis, dum preces Cyrene facit ad Oceanum et Nymphas placandas filio, qui flagitio in Eurydicen commisso iram earum in se commouerat. Mox v. 382 Oceanus est *pater rerum*: vt adeo omnino naturae parens ille edatur. Hoc Virgilius non ex Homero, sed ex poetis philosophemata decantantibus hausisse videri debet. Segaar et Royaards in Diatribe acad. (1775) p. 81 deceptum putabant Virgilium interpretatione praua versus Iliad. ξ, 246 Ὠκεανοῦ, ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται, cum πάντεσσιν acceperit ductum a πάντα: cum tamen sint πάντες θεοὶ intelligendi, cf. v. 201. Verum ipsa loca ex Orphicis et Cratete satis docent, post Homerum alios, qui id prodiderant, Virgilio hoc suppeditare potuisse. cf. loc. e Seruio ad v. 363. 383. Nymphae, sorores Cyrenes generali notione, ab Oceano genus ducentes, vt ipsa Cyrene, Hypsei f. cf. ad v. 341. *seruant*, incolunt, vt saepe poetae. inf. v. 459 *hydrum seruantem ripas*. 384. *Ve-*

Digitized by Google

Ter flamma ad ſummum tecti ſubiecta reluxit. 385
Omine quo firmans animum, ſic incipit ipſa:
Eſt in Carpathio Neptuni gurgite vates

Moret. alt. vnus Mead. 385 *ſublata* Medic. a m. pr. et Gud. *ſubuecta* Moret. quart. cum fragm. Moret. Zulich. conf. ad Georg. III, 241. 386 *firma* Medic.; f. pro *firmata*, coni. Heinſ. *formans* Gud. a m. pr. *ipſe* ed., quam Heinſ. tractabat, vitium.

ſtam, ignem. 385. *ſubiecta*, ſubiiciens ſe, emicans et lambens lacunar. Ge. III, 241 vnda aeſtuans *nigram ſubiectat arenam*. Erat autem hoc fauſti ominis, vt ſaepe alias; quo omine firmata iam mater, vt conſilii ſui bonum euentum animo praeciperet, vt Proteum adiret, puero ſuadet, ex quo reparandorum examinum rationem comperiat.

387. Locum hunc ex Od. δ, 364 — 384 ſqq. adumbratum eſſe, omnes viderunt Interpp., vbi, monſtrante Idothea, Menelaus in Pharo, Aegypti inſula, eodem modo Protea adgreditur, ex eoque reditus in patriam fortunam exquirit. Fabula de *Proteo* ex Aegypto ducta haud dubie; ſedes eius apud Homerum ad Pharum inſulam, in littore tum deſerto; hinc in *Carpathio Neptuni gurgite*, h. mari, verſatur (nam Carpathos inſula Aegypto obverſa eſt); ſed alterum illud, quod *Emathiam*, late h. l. dictam, et *Pallenen*, procurrentem illam Macedoniae in formam peninſulae partem pro *patria* ei aſſignet, hoc fabula aliqua antiquiore nititur, conf. h. l. Seruium; quae etiam Lycophroni Alex. 115 ſqq. memoratur. vid. Apollod. II, 5, 9, et Notas p. 385. Forte fuit illa ex fabulis Orphicis mox in Heraclias adſcita; nam Hercules in iis locis Protei filios occidit, quo ſpectat fragmentum narrationis ap. Euſtath. p. 686, 24 *Φονευθέντων δὲ τῶν παίδων εἰς ὄρος Θρᾳκικὸν Ἤπυτον ἀναβὰς, ἤπυε θεοῖς ἀποκαταστῆναι εἰς Αἴγυπτον*. Orphicae autem fabulae ad illas maxime terrarum partes ſpectant. Omnino Pieriam adeoque etiam vicinas partes, et inter has *Pallenen*, antiquiſſimarum fabularum propriam ſedem eſſe, alio loco expoſuimus

Digitized by Google

Caeruleus Proteus, magnum qui piſcibus aequor
Et iuncto bipedum curru metitur equorum.
Hic nunc Emathiae portus patriamque reuiſit
Pallenen; hunc et Nymphae veneramur, et ipſe

388 *qui paſſibus* Zulich. *piſcibus* nimis tenue et exile eſſe videtur. Miror, Heinſium, qui toties *piſtres* vel *piſtrices* induxit, h. l. non idem tentaſſe. Saltem praeſtat *piſtribus* vel *priſtibus*. 389 *Etuncto* Zulichem. *Euincto* Parrhas. vnus Mead. *curſu* Goth. ſec. 390 *Hinc* alter Mentel. *remiſit* Menag. pr. 391 *Pallenem* Zulich. *Pallentem* Goth. pr. *Pellenen* Medic. a m. pr., ſolita permutatione vrbis Achaiae cum altera terrae Macedoniae, olim Thraciae. cf. Valk. ad Theocr. p. 352. *et* abeſt a Rom. *venerantur* Reg. et vnus Arundel. cum Ed. Pariſ. 1494. *ipſi* Medic.

(de Muſar. relig. eiusque orig. 1766 Commentatt. Vol. VIII, inter Antiquiores, et Progr. de litt. et art. condit. in Vol. II Opuſc. p. 299). Ceterum illa narratio de variis formis, in quas ſe transmutabat *Proteus*, (et apud alios, vt Pherecydem, Schol. Apollonii IV, 1396 *Nereus*, conf. Apollod. II, 5, 11), originem habere videtur ex poetis coſmogonicis, qui rerum origines ſuis carminibus tradebant, et aquam omnium rerum principium ponebant, cuius adeo transformationes in reliqua corporum genera, ignem, aerem (conf. inf. 409. 410), et rel. ſymbolica iſta fabula exponebant. Eadem alii tamquam rem geſtam narrarunt. De Proteo v. Hymn. Orphic. XXIV. Vix itaque probabile ſit, fabulae fundum aliquem in eo eſſe, quod rex Aegypti nomine Proteus fuit, qui adeo artem inter Aegyptios natam teneret: quod acute ſuſpicabatur, vt alia de fabulae apum reparandarum cauſſis, vir ingenioſe doctus de Pauw (*Recherches philoſophiques ſur les Egyptiens* Tom. I, pag. 174. 175).

388. 389. *piſcibus et curru bipedum equorum iuncto*, pro curru piſcibus et equis bipedibus iuncto, h. equis marinis, qui poſteriore ſui parte in piſces deſinerent, qualia monſtra vel ex vulgaribus picturis nota ſunt, *metitur*, pererrat, me-

Digitized by Google

Grandaeuus Nereus; nouit namque omnia vates,
Quae ſint, quae fuerint, quae mox ventura trahantur.
Quippe ita Neptuno viſum eſt: inmania cuius
Armenta et turpis paſcit ſub gurgite phocas.

393 *ſunt* Zulich. et vnus Mead. *quae fuerant* Leid. pr. Moret. vnus Arundel. *trahentur* Medic. a m. pr. *trahuntur* Gud. a m. pr. Franc. Reg. Martini. *ſunt* et *trahuntur* etiam edd., inter has Argent. *ſequantur* Gud. pro diu. lect., et *ſequentur* Macrob. Sat I, 20.

dium transit, vt ſaepe poetae. Praeiuit Homerus, πέλαγος μέγα μετρήσαντες, et μέτρα κελεύθου. 392. *Grandaeuus Nereus*, proprio epitheto, eſt enim ex antiquiſſimis diis. v. Theogoniam Heſiodi 233. et ipſe maximus natu inter Ponti liberos. Sic quoque *grandaeua Pales* ap. Nemeſ. Ecl. I, 68. 392. 393. Praeclari verſus ad declarandam veram vatum notionem: quos non futura modo praedixiſſe, ſed multo magis praeſentia bonis conſiliis rexiſſe et praeterita animo tenuiſſe dicendum eſt. Verſi autem verſus ex Iliad. α, 70. Antiquioribus his diis, vt Proteo, ita Nereo, Glauco (cf. Not. ad Apollod. p. 416), ſic Terrae, Themidi, diuinandi vis tribui ſolita; nec ſatis conſtat, qua de cauſſa, niſi forte, quia de diis antiquioribus, tamquam natu maioribus, prudentia inſignior praedicari ſolet. 394. 395. *Quippe ita Neptuno viſum eſt*: h. Neptuni beneficio, vt ſit γέρας a Neptuno acceptum. In hoc vero aut mythicam ſubtilitatem neglexit poeta: Protei enim, ſi quidem Oceani et Tethyos proles fuit, genus et honores Neptuno antiquiores ſunt; aut ſequitur eos, qui Proteum Neptuni filium ediderant. *inmania Armenta*, monſtra marina, inter quae *phocae*, nobis vituli ſeu boues marini, *turpes*, foeda ſpecie. vt ſup. Ge. III, 52 bouis *turpe caput*. Exornat autem his verſibus illud Od. δ, 386 Ποσειδάωνος ὑποδμώς. Hinc Horat. Carm. I, 2 *Omne*

Digitized by Google

Hic tibi, nate, prius vinclis capiundus, vt omnem
Expediat morbi cauſam, euentusque ſecundet.
Nam ſine vi non vlla dabit praecepta, neque illum
Orando flectes; vim duram et vincula capto
Tende; doli circum haec demum frangentur inanes. 400

396 *gnate* alii, et ſic aliquae ante Heinſ. *capiendus* itidem ante Heinſ., vt Medic. et alii. *capiendis vinclis* Rom. *vndis capiendus* Leid. *carpendus* Toll. *captandus* Erf. *et omnem* Gud. a m. ſec. Mentel. tert. Goth. pr. 397 *Expediant* Rom. *ſecondet* Zulich. 398 *Non ſine vi non nulla* Zulich. *Non ſine* etiam alter Rottend. *dabit reſponſa* Probus Arte Grammat. lib. I, ex interpretatione. *neque ipſum* pro diu. lect. Gud. 399 *flectes*, quod vbique editur, Rom. cum aliis Pierii, Mediceus Fogginii, Gud. duo Rottend. *vinces* reliqui Heinſiani, duo Burm. cum Ed. Ven. Medic. Pierii et Erf., quinque apud Martin. Goth. ſec., quod Burmannus pro vero habebat, alterum pro interpretamento. 400 *doli demum circum haec* fuiſſe in edd. ex Pierio apparet. *dolis circum hac demum franguntur* Roman.

cum Proteus pecus etc., et omnino poetis hinc paſtio monſtrorum marinorum. Nata autem videtur fabula Homerica ex obſeruatione, quod certo diei tempore incredibilem phocarum copiam egredi in littus et apricari viderent homines: quae res armentorum ſpeciem habebat, quae a paſtore in paſcua aguntur. Eſt autem ea phocarum natura etiam aliis in locis, vt paſſim de inſulis Americae narratum legimus. Ceterum ex Homerico loco apparet, valde deſertam illo tempore eam Aegypti partem eſſe debuiſſe, cum phocae illud littus (inſulae Phari ei obiectae vt dictum ad 387) frequentare auderent.

396 ſqq. Vid. Odyſſ. δ, 388 ſqq. 397. *euentusque ſecundet*, euentus ſecundos monſtret, quomodo ii obtineantur; h. remedia fortunae, modos reparandi amiſſas apes. 400. *circum haec*, ad haec, his vinculis adhibitis. *inanes*, vt inanes ſint. Ceterum reluctatio haec vatum, etiam Pythiae et Sibyllae, adumbrata eſt ex ſpaſticis affectionibus, quibus corripi videbant ec-

Digitized by Google

Ipſa ego te, medios quum ſol adcenderit aeſtus,
Quum ſitiunt herbae, et pecori iam gratior vmbra eſt,
In ſecreta ſenis ducam, quo feſſus ab vndis
Se recipit; facile vt ſomno adgrediare iacentem.
Verum, vbi conreptum manibus vinclisque tenebis,
Tum variae eludent ſpecies atque ora ferarum.
Fiet enim ſubito ſus horridus, atraque tigris,

401 *accederit* vnus Mead. 402 *eſt* abeſt a Gudian. a m. pr. Moret. quart. vid. ad Ecl. VIII, 15. *vnda* Gud., quod Burmannus defendi poſſe putabat; at fluxit illa ex *vndis* verſ. ſequ. 403 *in vndis* Ven. 404 *adgrediere* Mentel. pr. *ſummo egrediare* Goth. pr. 405 *manicis* Moret. pr., et ſic coniecerat Vir doctus. At *corripi manibus*, non *manicis*, dici, contendit Burm. h. l. et Vir doctus Obſſ. Miſcell. Vol. I, p. 3; quidni tamen et hoc recte dicatur! vt inf. 439 *manicisque iacentem Occupat*. Tum vero quid viros doctos adegit, vt iungerent *correptum manicis*? Iungenda erant *manicis vinclisque tenebis*: atqui haec duo iungi ſolent: vt Aen. II, 146. 147. Sil. Ital. XV, 141. Verum h. l. vnius codicis lectio auctoritatem non habet ſatis grauem, nec quicquam impedit *manus* proprie h. l. dictas. 406 *eludent* Heinſ. ſecundum meliores, Medic. et al., etiam apud Pierium et Martinum cum Goth. ſec. ex edd. Brix. Quorſum item referas *eludat* in Oblongo, et tribus Heinſii, et *ludunt* Roman. At vulgo editum *illudent*, aut *illudunt*; quod eſt ad vulgarem rationem, idoneum tamen et ipſum. 407 *atra tigris*: mirum epitheton. Sunt tigres

ſtaticorum iſtorum corpora. conf. ad Aen. VI, 46. Res non minus de prophetis Hebraeorum nota. Recuſabant itaque vates ſubire illos ſpaſmos. Hinc de Protea vſſ. 406 ſq. 440. 450. 451.

401. Ex Od. δ, 400 ſqq.; quo comparato, videbis Virgilium prudenter omiſiſſe ea, quae a poeta iam ita ornata erant, vt nihil addi poſſet; in reliquis autem ornatu verborum et ſententiarum certare. 403. *In ſecreta ſenis*, ſecretam ſedem.

406. In varias formas ſe transformabit; at quanto ex-

Digitized by Google

Squamoſusque draco, et fulua ceruice leaena;
Aut acrem flammae ſonitum dabit, atque ita vinclis
Excidet, aut in aquas tenues dilapſus abibit.
Sed, quanto ille magis formas ſe vertet in omnis,
Tanto, nate, magis contende tenacia vincla:
Donec talis erit mutato corpore, qualem
Videris, incepto tegeret quum lumina ſomno.
Haec ait, et liquidum ambroſiae diffundit odorem:

variae, maculoſae. Seru. interpretatur „ſaeua.“ Iul. Sab. „venenoſa tigris et ſaeua.“ Saltem dicendum: ſerpentes dici atros Ge. I, 129 v. Bentl. ad Horat II Serm. 8, 95 ab atro veneno; hinc atrum omnino eſſe pro ſaeuo. Sed atrum omnino quod terrorem facit: *atra venenis tela* ap. Ouidium. *atrae Erinnyes.* Valer. Fl. II, 205 *atraeque genis pallentibus Irae.* Io. Schrader. coni. *hirta*, quod non minus inſolens. 410 *tenuis* multi. *in aqua tenuis* Leid. *habebit* Medic., ſubnotato *h.* ex *habibit*, vt in Romano. 411 *vertit* nouem apud Burm. duo apud Martin. Goth. pr. *vertat* Erf. 412 *Sed quo nate magis* fragm. Moret. Laudat Burm. Donat. ad Terent. Hecyr. III, 4, 3. *Tantum nate magis* legi, notatur in Seruianis. *gnate* fluxit e recentt. edd. 414 *incepto — ſomno* videri poteſt paullo ieiunius dictum; quod obſeruatum quoque Reiskio erat. Procliue eſt, reponere *incerto*, qualis primus ſomnus eſt. At male hoc fieret. Habemus enim Aen. XII, 832 *inceptum furorem.* IV, 316 *inceptos hymenaeos.* VI, 493 *inceptus clamor;* et ſic alia aliis locis. 415 *Hoc* Moret. ſec., *Hic* qu. Mox *diffundit* Heinſio debetur, qui Medic. Gud. et Menag.

quiſitius poeta! 407. *ſus horridus*, horrentibus ſetis, *atra tigris*, ſaeua. Seru. vid. Var. Lect. 408. *fulua cervice leaena*, γυγένειος. ibid. 456. 409. 410. Fiet flamma vel aqua. At quam ornate! 410. *Exoidet*, elabetur, effugiet, vt ἐκπίπτειν; *dilapſus abibit*, ornatius quam, dilabetur. 412. *contende*, intende, contrahe, πιέζειν Hom. v. 419. 414. Communior ratio fuerat: *cum ſomnus tegeret lumina.*

415. Hic vero cum Homerica ſimplicitate et veri-

Digitized by Google

Quo totum nati corpus perduxit; at illi
Dulcis conpoſitis ſpirauit crinibus aura,
Atque habilis membris venit vigor. Eſt ſpecus ingens

vtrumque pro ſe laudat. Addi poſſunt alii, vt Goth. ſec. *diffudit* Reg., vterque Mead. Erf. et edd. inde ab Aldd. *defundit* Heinſ. ex edit. laudat neſcio qua; ſicque multi codd. praefertque id Wakef. ad Lucret. IV, 88. *defendit* Mentel. et Rottend. *defudit* Leid. et Goth. pr. At Rom. *depromit* et mox *corpus perfudit* e gloſſa, vt Burm. docuit. *ambroſa* vel *ambroſia* Rom. et al. 416 *Quo tactum* fragm. Moret., concinne omnino, inquit Heinſ. *Quod totum* alter Menag., male. *permuſit* Ed. Ven. *perfudit* Rom. et Vratisl. *producit* Franc. *produxit* Erf. et Iul. Sab. *perducere*, voc. mox a medicis adoptatum: quo aliquoties Serenus Sammonicus vtitur. Auſon. Moſella 112 *Lubrica caerulens perducit tergora fucus* de muſtella. 417 *naribus* Gert. Rottend. pro var. lect., male, Burmann. *auras* Rom. 418 *Et ſpecus* Franc. Rom.

tate contendit Virgilii elegantia et ingenium; nam in Odyſſea v. 444 ſqq. *ambroſiae odor* iis, qui ſub phocarum pellibus laterent, quam maxime erat quidem vtilis, rei tamen ipſius parum iucunda narratio; at in noſtro iuuenis corpus ambroſia inungitur, vt ille novum robur, nouas vires ad vinciendum et domandum ſenem acciperet: *atque habilis membris venit vigor;* at illa: quod *dulcis ſpiravit aura*, et quidem *crinibus compoſitis*, meri ornatus cauſſa appoſita ſunt; alterum quidem ſatis otioſe. Aliter res ſe habet Aen. I, 589, vbi Aeneae iuuenile decus afflandum erat. 415. *ambroſiae odorem*, h. ambroſiam odoratam, odorem emittentem, *diffundit*, per membra filii. 416. *perduxit*, h. illeuit, perunxit; at iſtud exquiſitius. Porro vulgari ratione *perduci ambroſiam per corpus*; exquiſitius, *corpus ambroſia*, dicitur. 417 *aura dulcis*, h. odor. 418. *habilis vigor*, qui reddit habilem, aptum, idoneum rebus agendis, fortem. Cauſſam itaque, cur inungeret mater filii membra, poeta ipſe ap-

Digitized by Google

Exeſi latere in montis, quo plurima vento
Cogitur inque ſinus ſcindit ſeſe vnda reductos; 420
Deprenſis olim ſtatio tutiſſima nautis;

419 *laterī* Rottend. *In* abeſt a Medic. a m. pr. et Toll. 420 Verſus iidem, ſed variati, Aen. I, 160. 161 *quibus omnis ab alto Frangitur, inque ſinus ſcindit ſeſe vnda reductos.* 421 *Depreſſis* Ven. et Cantabrig. *gratiſſima* Toll. vt Aen. V, 128 *apricis ſtatio gratiſſima mergis. ſtatio fidiſſima* Goth. pr., non male; vt contra *ſtatio male fida carinis* Aen. II, 23.

poſuit. Alienum itaque, quod Seruius habet: „vnxit eum, quo poſſet eſſe videndi numinis capax.“ Niſi cum viro docto ap. Burmann. legas: vinciendi. Nec de eo ambroſiae vſu agitur, quo ad ferendum numinis conſpectum firmari iuuenis debeat, aut vt nota diuinitatis ei impertiatur, quod Cerda volebat: quia ambroſiae odore Venus numen prodit Aen. I, 403. Poeta enim, vt dixi, rem ipſe expedit. Alioqui verum eſt, ambroſiae, tamquam vnguenti, vſum memorari haud vnum. Eſt in cultu dearum; pulcritudinem et gratiam affundit; tum numen ipſum aut diuinam naturam corpori conciliat, inprimis immortalitatem; ſaltem vt ne corrumpi illud ac putreſcere poſſit; Iliad. π, 670. τ, 38, ducta haec ex ipſo etymo ἄμβροτος, ἀμβρόσιος. Quatenus vires impertit, pectori infuſum illud cibi ac potus defectum explet Iliad. τ, 347—353 de Achille; ita demum pro cibo ac potu deorum memorari potuit.

418 ſqq. Eſt antrum in rupe exeſa, quo plurimum vndae, vndarum, penetrat; ſed, poſtquam intrauit, in plures ſinus, h. cauitates antri et receſſus diſpergit ſe, adeoque, *ſcindit ſeſe*. Ita malim interpretari, quia de ſpecu agitur. Alioquin non damnem illam rationem, ex qua *ſinus reducti* fluctuum, alliſorum ſcopulis, et longo tractu recedentium, cauitate intus relicta, intelliguntur. Iidem fere verſus Aen. I, 160. 161.

421. 422. Haec ita intelligo, vt anteriore huius receſſus *(Bay)* parte, patente ſub dio, nauium ſtatio, in

Digitized by Google

Intus ſe vaſti Proteus tegit obiice ſaxi.
Hic iuuenem in latebris auerſum a lumine Nympha
Conlocat: ipſa procul nebulis obſcura reſiſtit.
Iam rapidus torrens ſitientis Sirius Indos

422 *Inter* aliquot, notante Martino. *caſti* Ed. Norimb. *obice* in Rom. et al. 423 *Hinc* Gud. a m. pr. *auorſum* Toll. *aduerſus* Vratisl. *a limine* Gud. pro diu. ſcript. *a ſtumine* Erf. *a* omittunt tres apud Burm. Romanus et plerique apud Pierium, vnus Mead. Goth. pr. *Nymphe* Moret. ſec. *Nymphae* edd. nonnullae. 424 *reſiſtit* omnes vett. apud Pierium et Heinſ. et Martin. Fuit tamen in plerisque edd. *receſſit*, vt eſt in Goth. pr. ex gloſſemate, quod iam expulerat Nauger. Ald. tert. conf. Aen. IV, 76. IX, 710 et inf. v. 490. 425 *rabidus — Sirius* ſcripſit Wakef. *rapido — caelo* malit Heinſ., idem *ſitientis* ſcripſit e libris et Priſciano pro *ſitientes*. *Serius* Rom. et alii ſcribunt. *Indos*. Recte Io. Schrader. quaerit: cur Indos nunc? agitur de Theſſalia; et cur eos ſolos? Itaque coni. *agros*. *herbas* ex 402. Sane ornatu poetico *Indos* dixit, cum omnino homines vel terras memorare vellet poeta.

interiore, intra ſcopulos reducta, antrum fuiſſe dicatur; huic pro munitione ac foribus ſcopulus obiectus erat, in quo Proteus v. 436 conſidet ad recenſum armentorum. *deprendi* naues tempeſtate notiſſimum. *tegit*, tegere conſueuit. *obiice*, in proſa, *obiectu*. fere vt Cyclops ap. Homer. Od. *ι*, 240 ſq. 423. *auerſum a lumine*, in loco, quo lumen ab oſtio inde antri non permeat. 424. *ipſa procul nebulis obſcura*, h. in nebula, ex aequore aſſurgere ſolita. *reſiſtit*, ſtat. vt Apollo in nube Iliad. *ε*, 185. *ο*, 308. Quod Homerus v. 402 Proteo pulcre tribuebat, *μελάνῃ Φρικὶ καλυφθείς*, ad Clymenen mutata ratione transtuliſſe videtur, vt ipſa nebula caliginoſa obtecta ſit. Spencius Polymet. pag. 222 ex antiqua pictura poetam haec mutuatum eſſe ſuſpicabatur. Praeſtabat ſaltem dicere: poſſe hanc narrationem argumentum idoneum picturae ſuppeditare.

425. *Sirium* pro ſole h. l. accipi volunt. Equidem nondum victus do manus. Mediam aeſtatem et aeſti-

Digitized by Google

Ardebat; coelo et medium Sol igneus orbem
Hauſerat; arebant herbae, et caua flumina ſiccis
Faucibus ad limum rádii tepefacta coquebant:
Quum Proteus conſueta petens e fluctibus antra
Ibat; eum vaſti circum gens humida ponti 430
Exſultans rorem late diſperſit amarum.

426 *Ardebat caelo, et* diſtinguebatur ante Heinſ. ſed, vt ſaepe dictum, alteri membro eſt vindicandum, id, quod pleniorem facit orationem; contra ſi plenius eſt prius membrum, alterum debilitatur et torpet. *medius Sol* Zulich. 427 *Auxerat* fragm. Moret. *ardebant* ſec. Rottend. 428 *Fontibus* Zulich. pro diu. lect., quod et Io. Schrader. coni. Verum alterum doctius. 429 *patens* Goth. ſec. 430 *circa* alter Moret. 431 *diſperſit* Heinſ. e librorum conſenſu. Sic et Pier. et Martin. libri. *deſperſit* pr. Rottend. *diſpergit* vulgg. edd. et tres codd. apud Heinſ. Tuetur tamen

vum calorem per Sirium declarat, vt poeta; cf. Aen. III, 143. X, 273. Canicula enim, ſeu Sirio, ſub ſolis transitum in Leonem orto Aegyptum et reliquam Africae oram ſummo et intolerabili aeſtu premi, ſatis notum: itaque *ardebat*, ἔφλεγε, *Sirius rapidus* (vt calor, aeſtus, ſol, *rapidus*, celer ac vehemens), et *torrens ſitientes Indos*, h. Aethiopes. v. ſup. v. 293. Ge. II, 116; et tali anni tempore, medium diei tempus ſubiicit altero verſu: *caelo et medium ſol igneus orbem Hauſerat*, peragrauerat, emenſus erat. Colum. X, 313 Titan — *Hauſerit et flammis Lernaei brachia Cancri;* et vt ſaepe *exhaurimus* labores et alia, quae ad finem perducimus. Apuleii illud, Met. XI, pag. 258: *Auguſti portum celerrime hauſimus* ſubſiciebat Ruhnk., vbi nunc v. Oudend. p. 809. Ornauit haec Maro, quae Homerus ſimpliciter poſuerat. 428. *ſiccis faucibus*, alueis. Ornati verſus. cf. Ouid. Met. II, 262. 263 et 269. Etiam 430. 431 multo ornatiora, quam Homeri l. l. 448 Φῶκαι δ' ἐξ ἁλὸς ἦλθον ἀολλέες. *rorem amarum*, vt πικρὰν ἁλὸς ὀδμήν ille dixe-

Digitized by Google

Sternunt ſe ſomno diuerſae in litore phocae.
Ipſe, velut ſtabuli cuſtos in montibus olim,
Veſper vbi e paſtu vitulos ad tecta reducit,
Auditisque lupos acuunt balatibus agni,
Conſidit ſcopulo medius, numerumque recenſet.
Cuius Ariſtaeo quoniam eſt oblata facultas:
Vix defeſſa ſenem paſſus conponere membra,
Cum clamore ruit magno, manicisque iacentem

hoc Medic. et Romanus. 432 *diuerſae* Heinſ. plurium et meliorum auctoritate, quod dudum Nauger. in Ald. tert. intulerat. Adde Pierii et Martini libros. *diuerſo* alii cum vulgg edd. *in* abeſt ab Edit. Venet. Burmannus laudat ad Ouid. Ep. XII, 145. 433 *in montibus altis* Vratisl. 434 *vitulas* fragm. Moret. *in tecta* Ven. Parrhaſ. *reduxit* vnus Arundel. 435 *Auditisque* e Romano aliisque probarat Pierius; addicentibus Medic. et fragm. Moret., quibus adde Cantabrig.; recepit Heinſ. *Auditique* vulgo, verum et pro hoc Nauger. iam meliora dederat Ald. tert. 436 *Conſidit* Heinſ. poſt Rom. et Medic. a m. ſec., quod Fogginius tamen non notauit; item Bodlei. et Cantab.; at Reg. *Conſcendit*. Vulgo omnes *Conſedit*. vid. Heinſ. h. l. Ecl. V, 3. VII, 1. Aen. I, 719. Ouid. Met. XIII, 780. *recenſu* Gud. a m. pr. et Longob. *recenſit* Giphan. e vet. cod. Ind. Lucret. p. 458. 438 *ſenem eſt* Ven. 439 *mani-*

rat v. 406. 432. *diuerſae*, in proſa, diuerſis locis, partibus. vid. vſ. 367. 433—436. Etiam haec ornatiora, quam Odyſſ. δ, 411—413 et 450. 451. *Veſper reducit vitulos*, poeticum, pro, paſtor reducit veſperi, vt in Eclogis et alibi. Quam ornate illud v. 435 expreſſit: reducit oues balantes. *numerum recenſet*, πεμπάζεται Homer., ex priſca vita petito verbo, vt numeraretur per quinarium numerum; vt nos per denarium.

437. Putandus nunc Proteus in antrum conceſſiſſe et ad ſomnum ſe compoſuiſſe: vt ſup. 418. 422 innuebatur. ἔπειτα δὲ λέκτο καὶ αὐτός. Sequentia e Graecis Odyſſ. l. l. 454 ſq. *manicis occupat*, vincit, adiuncta notione celeritatis. 438. Impatientiam praeclare memo-

Digitized by Google

Occupat. Ille ſuae contra non inmemor artis,
Omnia transformat ſeſe in miracula rerum,
Ignemque, horribilemque feram, fluuiumque liquentem.
Verum, vbi nulla fugam reperit pellacia, victus
In ſeſe redit, atque hominis tandem ore locutus:
Nam quis te, iuuenum confidentiſſime, noſtras
Iuſſit adire domus? quidue hinc petis? inquit. At ille:

busque i. Franc. vid. v. 405. *vinclisque* Gud. a m. pr. cum quatuor, et Reg. Martini. 441 *Omnia commutat* apud Nonium in *mira. ſpectacula* Ven. vid. ſup. v. 3. 442 *fluuiumque liquantem* pr. Rottend. *loquentem* quart. Moret. 443 *pellacia* reuocauit Heinſius; vt et multis aliis in locis. Ita vterque Mentel. fragm. Moret. tert. Rottend. v. Heinſ., item Pieriani nonnulli, inter quos Romanus eſſe videtur. Adde Philargyr., Goth. ſec. a m. pr. *phallacia* Medic., et a m. ſec. *fallacia*, vt vulgo omnes vulgari vocabulo. *tenuit fallacia* quart. Moret. 444 *rediit* Parrhaſ. Laudat varie Donat. ad Terent. Andr. III, 5, 15. Adelph. V, 3, 18. *tandem eſt* Rom., male. 446 *Iuſſus* alter Rottend. *domus* Heinſ. e Medic. et aliis, vulgo *domos*. *hic petis* Menag. pr.

rari in iuuene, nemo non videt. 441. *in miracula rerum*, in miras res, formas. 442. *horribilemque feram*, poſſis *ſuem* ex v. 407 intelligere; ſic Gr. θήρ. Sed hoc argutius.

445. *Nam*; ſatis nunc quidem noto vſu ex Gr. γὰρ, pro δὴ. cf. Clark. et Ern. ad Iliad. ο, 201. Aiunt vulgo, ſubintelligendam eſſe propoſitionem, cuius cauſſa reddatur; forte h. l. perdam te, nam —; quae inanis eſſet ſubtilitas. Hoc ſaltem tenere licet: primum forte hunc τοῦ γὰρ vſum ita naſci potuiſſe, cum membrum orationis ſubticeſceret is, qui concitate loquebatur. Hoc loco eſt pro vulgari *Quisnam*. Homer. Od. δ, 462 Τίς νύ τοι — θεῶν συμφράσσατο βουλάς; — τέο σὲ χρή.

Digitized by Google

Scis, Proteu, ſcis ipſe; neque eſt te fallere quidquam;
Sed tu deſine velle. Deum praecepta ſecuti
Venimus, hinc lapſis quaeſitum oracula rebus.
Tantum effatus. Ad haec vates vi denique multa

447 *Proteus*, noto atticiſmo, Mſſ. Pierii et Rufinian. de Schemat. Lex. p. 31. *quicquam* Medic. et alii apud Heinſ., quem vide. Etiam ſic „alii" apud Seruium, liber Romanus et Colot. Alias auctoritates addit Burm. ad Anthol. pag. 155. praetulit quoque Brunckius; et ſic dudum ediderat Naugerius. *quenquam* Moret. fragm. et mſ. Brunck., vt ſit, *quenquam fallere te.* Legebatur vulgo: *cuiquam*, quae lectio haud dubie eſt magis perſpicua; altera tamen habet auctoritatem criticam. 449 *hinc* e Roman. et aliis iam probarat Pierius. Firmabant meliores Heinſiani et tres Martiniani. *Venimus huc* vulgo. *huic* Toll. *laſſis* Medic. et ceteri Heinſiani plerique. Sic et Oblongus Pierii et Goth. ſec. *hinc faſſis* Gud. pro var. lect. Sed recte *lapſis* retinetur. 450 *Tandem* Ven. *Tantus ad hoc fatus* Longobard. *At haec* alter Rottend. *At fatus et haec* Medic. *affatus* Goth. pr. *effatur* edd. nonnullae. *vi denique magna* Erf.

447. Iliad. α, 365 Οἶσθα. τίη τοι ταῦτ' εἰδυίῃ πάντ' ἀγορεύω; *neque eſt te fallere quicquam.* eſt ſane ambiguum hoc et propter ſtructuram et quia τὸ *fallere* duplicem habet notionem et *latendi* et *decipiendi.* Poteſt eſſe: neque *eſt*, δυνατόν ἐστι, *quicquam latere te.* poteſt quoque eſſe nec fieri poteſt, vt quis fallat te κατά τι, *quicquam*, aliqua in re. Similis ambiguitas eſt in Pindaricis de Cyrene, Pyth. IX, 75 vbi Chiron ad Apollinem, σὲ, τὸν οὐ δεμιτὸν ψεύδει θήγειν. Notionem fallendi, decipiendi, videntur poſtulare ſequentia. 448. *deſine velle*, ſcil. fallere me. Seruius, et ex eo Iul. Sabin., acceperant: *ſed tu deſine velle*, ſc. ſcire; ne quaere ex me. quod ieiunum eſt. 449. *quaeſitum hinc oracula*, h. remedium ſortis vice editum, *lapſis rebus*, calamitati ex apum internecione.

Digitized by Google

Ardentis oculos intorſit lumine glauco,
Et grauiter frendens, ſic fatis ora reſoluit:
Non te nullius exercent numinis irae.
Magna luis commiſſa: tibi has miſerabilis Orpheus

452 *ſic vates* Erf. 453 *Multae nullius* tert. Mentel. a m. pr., et correctus in *Mute*; item in Regio, eraſa littera *l*. 454 *lues*

452. *ora reſoluit fatis*, ad edenda fata. Ceterum quod oculos glaucos ardentes torquet et ore frendet: non ad indignationem, ſed ad furorem vaticinantis, pertinet. cf. ad v. 400. Spencius Polymet. p. 222 et hoc ex antiqua pictura translatum coniiciebat: quaſi vero poeta nihil, quod forte pingi poteſt, narrare poſſit, niſi e pictura aliqua adumbratum! Ceterum habere nos et h. l. exemplum vaticinii, quod nihil aliud quam monitum et conſilium continet, nullam praedictionem rei futurae, iam ſupra monitum eſt.

453. Sequitur episodium elaboratiſſimum de tentato ab Ariſtaeo Eurydices pudore, et eius, dum fugeret, morte ex hydri ictu, de Nympharum ex eius morte luctu, inflictaque Ariſtaeo poena per diras ab Orpheo in eum factas et Erinnyas in eum concitatas. Interponitur Orphei conatus infauſtus repetendi coniugem ex inferis. *Non nullius numinis*, h. non humilis, ſed magni, inquit Seruius, et ante eum Aſper, vt ex Philargyrio patet, et Tiſiphonen intelligit; nam ſcholion verſus 453 retrahendum erat ad h. v. At eſt hoc e Grammatici argutiis. Quae ex ſermonis genio et vſu ſe offert ratio, eſt, vt ſit: profecto alicuius dei, Nympharum ſcilicet, vide v. 532 (At Ouwens ad Tiſiphonen mauult trahere N. Hag. pag. 611), *irae exercent*, vexant, perſequuntur, *te*; diuinitus haec calamitas tibi immiſſa eſt; vt ſolebant antiquitus peſtes, morbi, agrorum ſterilitates etc. ciuitatibus ira deorum infligi, ita h. l. Ariſtaei ὕβρις apum internecione diuinitus vindicatur. 454. *Magna luis commiſſa*, pro magno flagitio

Digitized by Google

Haud quaquam ob meritum poenas, ni Fata reſiſtant,
Suſcitat; et rapta grauiter pro coniuge ſaeuit.
Illa quidem, dum te fugeret per flumina praeceps,
Immanem ante pedes hydrum moritura puella

ante Heinſ., vt pars librorum habet, et inter hos Romanus. *commiſſa tibi* alios iungere, Seruius notat. 455 *quamquam* Franc. et Gudian. a m. pr. cum Erf. *quodque* Zulich. *ad meritum*, ſatis pro merito, coniectabam aliquando, cum Reiskio; dum male iungebam: *poenas ſuſcitat haud quaquam ob meritum*, duce Seruio. Sed iung. *miſerabilis haud quaquam ob meritum*; itaque Manes Orphei placandi ſunt: v. 545; et eſt ἄγος commiſſum, cuius poenas Furiae expetunt, nec niſi expiatione facta recedunt. *niſi* alt. Rottend. *reſiſtunt* quidam. *reſultant* quart. Moret. 457 *per funera* tert. Rottend., ſed vid. Burm. 458 *hydram* ſec. et quart. Moret. a m. pr.

haec tibi tamquam poena inflicta eſt. ἄτην deſcribit, piaculum, in eo commiſſum, quod Eurydicae cauſſa fuit mortis; quae poſtea Orphei morti cauſſa fuit. *Orpheus*, Orphei vmbra, Manes Orphei, nam Orphei mors iam tum ſubſequuta erat inf. 520 ſq. *haud quaquam ob meritum*, merito ſuo, *miſerabilis*, *ſuſcitat tibi has poenas*, forte ποιητικώτερον *Poenas*, h. Furias; *ni Fata reſiſtant*, h. Parcae: conf. Spanh. de praeſt. Numiſm. T. II, p. 639 ſq., niſi ita euenerit, vt tibi auertendarum dirarum et expiandae culpae ratio ac via monſtretur. 456. *rapta pro coniuge*, verecunde poeta vim narrat, quam Ariſtaeus inferre voluit Orphei coniugi. Obſcuritatem vatibus ſollennem affectatam eſſe a Marone exiſtimabat Meierotto in Dubiis p. 11. Saltem per ambages ſciſcitanti inueni id, quod quaeſierat, aperit.

457. *fugeret praeceps*, praecipiti curſu; *per flumina*, h. ripam fluminis, praeter flumen. Nomen fluminis poeta non pronuntiat; cogitabam de Peneo, ad quem Ariſtaeus habitabat vſ. 316 alii de Hebro. hydrus ſeruabat ripam, et latebat *in herba*, non in amne.

Digitized by Google

Seruantem ripas alta non vidit in herba.
At chorus aequalis Dryadum clamore ſupremos
Inplerunt montis; flerunt Rhodopeiae arces,
Altaque Pangaea, et Rheſi Mauortia tellus,
Atque Getae, atque Hebrus, et Actias Orithyia.

459 *in vmbra* Zulichem. a m. pr. 460 *aequali* Roman. *clamore ſupremo* Romanus et alii Pierii; vt ſit clamor ille in funere edi ſolitus; ſed haec Statii alicuius elegantia eſſet, non Virgilii; nam hic de discurrentium Nympharum eiulatibus agitur. Recte vulgatam confirmat Nonius in *ſupremus*. 461 *I. colles* Ven. Parrhaſ. *Rhodopaeae* pr. Rottend., male. Eſt Ῥοδοπήϊος. 462 *Antraque Pangaea* Zulich. Goth. ſec. *Pangaeae* Mentel. pr. *Panchaea* Medic. *Pancheia* Franc. *Pantheia* Goth. ſec. *Panchai* Rom., at ſunt τὰ Παγγαῖα ὄρη. 463 *et Actias* Heinſius poſt Pierium omnium codd. conſenſu, paucis exceptis, qui vulgarem interpolationem ſequuntur: *atque Actias*. Ratio eadem ac v. 343. *et Ethias Orithia* Franc. Toll. *Orinthia* Goth. ſec. *Heburus* et *Orthyia* Rom. At Graecum foret: Ἠδὲ Γέται ἠδ' Ἔβρος ἰδ' Ἀκτιὰς Ὠρείθυια.

Ceterum comparent cultioris ingenii adoleſcentes cum ſq. Ouid Met. X pr. Hermeſianactem ap. Athenaeum XIII, p. 597 (nuper a Ruhnkenio illuſtratum). Adde Senecam Herc. fur. 569 ſeqq. Herc. Oet. 1031 ſqq. 459. *Seruantem ripas*, incolentem, in iis latentem, vt paullo ante, λοχήσαντα.

460. *chorus aequalis Dryadum*, pro aequalium Dryadum, vna cum ea nutritarum. conf. v. 532. 533. 461—463. Per totam Thraciam lamenta Nympharum audita ſunt. *arces*, ἄκραι, vertices, more poetarum. vt Ge. I, 240 *Rhipaeas arces*. Enumerantur Rhodope et Pangaeus, montes Thraciae, quae *tellus Mauortia*, Marti ſacra, *Rheſi*, qui, poſt Orphei quidem tempora, ad Troiam duxerat Thracas. *Getae* ex antiquiorum more, non ad geographicas rationes poetae aetate ſatis notas, etiam h l. memorari videntur. Memorati iam erant Ge. III, 462. *Actias Ori-*

Digitized by Google

Ipſe, caua ſolans aegrum teſtudine amorem,
Te, dulcis coniunx, te ſolo in litore ſecum,
Te veniente die, te decedente canebat.
Taenarias etiam fauces, alta oſtia Ditis,
Et caligantem nigra formidine lucum
Ingreſſus, Manisque adiit, Regemque tremendum,
Neſciaque humanis precibus manſueſcere corda.
At cantu conmotae Erebi de ſedibus imis

465 *Et dulcis* Rom. 466 *discedente* editio vulgaris neſcio quae. Sicque Medic. Pierii; at meliores et libri et vett. edd. *decedente* conf. Ecl. II, 67. 467 *Trinacrias* Vratisl. *falces* et *valles* Pierius in libris vidit. *auia oſtia* Medic. a m. pr., male. Vulgata eſt etiam ap. Schol. Statii et Horatii. v. Burm. 468 *nigra teſtudine* Vratisl., ex v. 464. Io. Schrader. coni. *ferrugine*, vt ſaepe de locis inferis, v. c. Culex 272. Nec minus tamen *metus* et *formido*. 469 *que* poſt *manes* abeſt a tribus Burm. *manesque adit* Rom. 471 *Et* Medic. Pierii a m. pr. *cantum* Rom. et al. apud Pierium, vt acciperetur *Ad cantum*, quod etiam Erf. habebat.

thyia: tamquam Nympham regionis memoraſſe eam videtur. Erat Erechthei, Athenarum regis filia (vnde *Actias;* Attica terra littoralis, ἀκτική, olim *Acte*, quod nomen inter poetas haeſit), a Borea rapta.

464. *ſolans amorem*, leniens. cf. ad Aen. I, 238. 239. 465. *ſolo in littore*. Comparari poteſt: αὐτῷ ἐπ' ἀϊόνος Theocr. XI, 14. h. e. *in ſolo littore*. Non autem Maronem hinc petiiſſe dico. *ſecum*, vt Ge. I, 389 *ſola ſecum* ſpatiatur. Inf. v. 508 *deſerti ad Strymonis vndam*.

467. *Taenarias fauces*, ſpecum in Laconica ad Taenarum, in promontorio Taenaro; forte h. l. ſimpliciter pro aditu dictum. 468. *nigra formidine*, ornate, pro tenebris. 470. Expreſſit hoc verſu ἀμειλίχον Ἄϊδην Iliad. ι, 158.

Digitized by Google

Vmbrae ibant tenues ſimulacraque luce carentum:
Quam multa in foliis auium ſe millia condunt,
Veſper vbi aut hibernus agit de montibus imber:
Matres, atque viri, defunctaque corpora vita
Magnanimum heroum, pueri, innuptaeque puellae,
Inpoſitique rogis iuuenes ante ora parentum;
Quos circum limus niger et deformis arundo
Cocyti tardaque palus inamabilis vnda

472 *Vmbrae ſtant* Regius. 473 *in follis* omnes Pierianl et maior pars Heinſii habebat; itaque hic recepit. Agnoſcit item Aruſianus Meſſius, vñus Arundel. vnus Mead. Goth. pr., edd. nonnullae, vt Argent., et defendit ſatis ratio critica. *in ſiluis* Medic. Mentel. pr. Moret. pr. cum aliis vulg. tuentur. 474 *vbi iam hib.* quart. Moret. a m. pr. Rottend. pr. *vbi iam — imbres* Goth. ſec., ab interpolatore non indocto. 476 *nuptaeque* Vratisl. 478 *limum* Rom. 479 *innabilis vnda* nonnulli codd. ap. Pierium, item Ven. et Parrhaſ. Mead. et Reg. et vett. edd., ſicque Nauger. in

472—480. Ornatiſſimus locus per enumerationem cum iudicio factam. Ψυχαὶ, εἴδωλα καμόντων Iliad. ψ, 72 (vnde iam Lucret. IV, 39 *ſimulacraque luce carentum*) ad canentem confluxere. 474. *vbi veſper aut hibernus*, procelloſus (vt χειμὼν et *hiems*), *imber* eas *agit e montibus* (v. ſup. ad Ge. I, 374. 375) ad ſiluas et arborum tecta. conf. Aen. VI, 309 — 312. Odyſſ. ω, 6 ſqq. 475. *corpora heroum* ſimpl. heroes. Verſus hi adumbrati ex Odyſſ. λ, 37—43.

478—480. Quos Cocytus et Styx a reditu prohibent; ſ. qui in inferis verſantur. Iam ornatum vide. Pro Cocyto, limoſo et arundinoſo fluuio, *limus niger et deformis arundo*, cuius, ſi late omnia obſidet, iniucundus ac triſtis adſpectus eſt; adeoque *palus inamabilis*, ἀνέρατος pro μισητὴ, inuiſa, deteſtabilis, et *tarda vnda*. Porro *circum*, ab omni parte, *alligat*, et

Digitized by Google

Adligat, et nouies Styx interfusa coercet. 480
Quin ipsae stupuere domus atque intima Leti
Tartara, caeruleosque inplexae crinibus anguis
Eumenides, tenuitque inhians tria Cerberus ora,
Atque Ixionii vento rota constitit orbis.

Ald. tert. At vulgatum post antiquiss. libros, et inter hos fragm. Vatic. (quod et *vndae* habet), defendit etiam Macrob. VI, 7. Gell. II, 6, imitatio Ouidii, *inamoena regna*, et Aen. VI, 438, vbi vss. 479. 480 iterum leguntur. 480 *in nouiens* Rom. 481 *Atque ipsae* Schol. Horat. Cruqu. Od. II, 13. *stipuere* Mentel. pr., vt alii alias. *obstupuere* vnus Mead. *domos* Rottend. pr. a m. pr. Io. Schrader. coni. *intima Leti Limina*, pereleganter. 482 *caeruleisque* Medic. a m. pr. *que* abest a Franc. et fragm. Moret. *impexae* Medic. a m. sec. Gud. a m. pr. Voss. cum tribus aliis Heinsii, Parrhas. Possit aliquis Tibullum laudare I, 3, 69, sed ibi diuersa ratio est. vid. ad e. l. *implexae*, quod Nauger. primus expressit, verum est, et firmat pars codd. melior, etiam Arusian. Messius. Eodem alludit *amplexae* in nonnullis Pierianis, quatuor Heins. Reg. Martin. Erf. et Edd. Norimb. Argent. Aldd. pr. sec. et Goth. pr. *innexae*, quod Romanus habet, et fragm. Vatic., est interpretamentum. Erat sic Aen. VI, 281 Discordia *Hydreum crinem vittis innexa cruentis*. 483 *que* post *tenuit* abest a nonnullis v. Burm., etiam apud Pierium, et recte puto. 484 Pro *vento* Faber *velox*, Burmannus *cantu*, *lente*, vel *campo*

coercet, implicat, impedit, vt Statius et alii hoc idem efferunt. *Styx nouies interfusa*, dum nouies ambit Erebum. Hoc vltimum exprimere voluere Claudian. XXXIII, 23 *quos Styx liventibus ambit Interfusa vadis*, et Statius Theb. IV, 524 *Et Styx discretis interflua Manibus errat*.

481. *ipsae domus:* Plutonis regia seu regnum esse possint; enimuero de Tartaro nunc agit; praemittitur quoque, *quin ipsae domus Leti et intima Tartara*, splendidius hoc, quam intima loca, penetralia. Tartarum *Leti domum* appellare potuit, vt alias Orci regia, Furiarum domus, audit. Aliter Aen. VI, 277, vbi *Letum* in primo Orci aditu collocat. Reliqua de Tartaro vtrobique conueniunt. v. 555 sqq. 483. *inhians* simpl. *hians*. 484. Vexatus

coniiciebat. *flendo* repoſuit Wakef. Saltem in nota apponi ſatius erat! *Cantu* firmant vtique codd. aliquot apud Pierium; et recepta eſt ea lectio a Martino, nec aliis doctis viris eam improbari vidi. Docet tamen ſenſus criticus ex interpolatione eam eſſe profectam, f. ex v. 471 *At cantu. Ixionei* ſcribunt multi codd. et edd.

locus. Senſus per ſe apertus eſt: Ixionis rotam ſubſtitiſſe; ſed haeremus in verbis. Propoſueram rationes duas: alteram, vt *rota orbis* ſit pro orbe, et hic pro rota. Iam quid eſt: *rota conſtitit vento? Ixioniae rotae* alii poetae *turbinem*, vt Seneca Herc. Oet. 1069, *vortices*, vt Statius Theb. VIII, 50. 51, tribuunt; *ventum* nemo tribuit, vt ne *auram* quidem, quae rotationi proprie daretur. Nec tamen dubito, ſi plura veterum inprimis Graecorum poetarum loca hac de re haberemus, v. c. Euripidis Ixionem (nam et is eum rotae affixerat, τῷ τροχῷ προσηλῶσαι fertur ap. Plutarch. de leg. poet. cap. 4 [Opp. Tom. II, pag. 19 E.]), certiora nos huius rei argumenta habituros eſſe; nouum erat et illud Ge. III, 38 *tortos Ixionis angues;* potuere itaque etiam venti aliquae partes eſſe ea in re. Etſi enim Iliad. Υ, 481 *Tartarus ſine vento* eſſe memoratur: vbi Titanes οὔτ' αὐγῆς ὑπερίονος ἠελίοιο Τέρπουτ' οὔτ' ἀνέμοισι; potuit tamen res variari ab aliis. Ita ventis non vacat Tartarus ap. Platon. Phaed. p. 83 C. Frf., et in ipſo Homero Odyſſ. λ, 590. 591, vbi Tantalo poma captante Τὰς δ' ἄνεμος ῥίπτασκε ποτὶ νέφεα σκιόεντα. Et hinc interpretari licet Propertii illud IV, 11, 23 *tacent Ixionis orbes:* quos concitatiſſimo per aerem motu ſtrepitum facere neceſſe erat. Venti in Elyſio: Aen. VI, 740 et 888 *aeris in campis,* vt in Pind. Ol. 2 in inſulis fortunatis. A vento certe cauſſa non male repetitur, ſiue vt ab eo impellatur rota, cum circumacta Ixionem alligatum rotat, ſiue vt eo ceſſante rota ſtare poſſit. *In aere* rota circumagi debuit, et proxime accedit, quod Euripidis Scholiaſtes Phoen. 1192 haud dubie e vetuſtiore aliquo auctore memorat, Iouem iratum Ixionem rotae illigatum permiſiſſe aeri fe-

Digitized by Google

rendum, et in aere circumagendum: ὀργισθεὶς δὲ ὁ Ζεὺς ὑποπτέρῳ τροχῷ τὸν Ἰξίονα δήσας ἀφῆκε τῷ ἀέρι φέρεσθαι — Exſcripſiſſe eum videri debet Schol. Luciani DD. 6, pag. 216, T. I, Ζεὺς — ὑποπτέρῳ τροχῷ δήσας τὸν Ἰξίονα ἀφῆκε φέρεσθαι διὰ τὸν ἀέρα μαστιζόμενον· alata autem h. celeris rota bene dicitur, vt etiam ap. Pindar. l. l. ἐν πτερόεντι τροχῷ. At de caſu *vento* quaeritur: quomodo rota ſubſtiterit *vento*. Seruius ait: „Deeſt *cum*, et hoc dicit: cum vento ſuo rota conſtitit, id eſt, cum cauſſa volubilitatis quieuit.“ Ellipſis perdura! Melius, puto, ita exponeſ: rotam conſtitiſſe *a vento*, cohibuiſſe ſe, quo minus a vento impelleretur: vt *conſiſtere* aliquis *a curſu*, dum ſiſtit curſum, recte dici videtur, vt in loco Ecl. II, 25 *Quum placidum ventis ſtaret mare*. Ceteras interpretationeſ, vt *vento* pro *adventu* aut *cum ventum eſſet* ſit, multo duriores, v. ap. Burm. et reliquos Intpp. In priore illa interpretatione displicet, quod *rota orbis* dicta eſt, periphraſi, quae alio exemplo probari vel illuſtrari nequit; niſi laudes *rotam rhombi ſtamineam* Propertii III, 4, 26 (III, 6, 26) pro rhombo ipſo, cui ſtamina, fila, licia, circumdata ſunt. Contrario modo Tibull. I, 5, 10 *orbe rotae*. Propoſueram in altera editione alteram interpretationem: cum rotae *turbinem* ac *varticem*, δίνην, tribui paſſim videamus, vt ipſi rotae Ixioniae ap. Senec. H. Oet. 1069 *Haeſit non ſtabilis rota Victo languida turbine*. et Stat. Theb. VIII, 50. 51, *cur autem auidis Ixiona frango varticibus?* videri poetam eodem modo dixiſſe *ventum*, turbinem, *rotae*, h. rotationem: hanc cum conſtitiſſe dicere vellet, pro vulgari: *ventus*, ſeu turbo, *Ixionii orbis*, Ixioniae rotae, *ſubſtitit*, exquiſitius dixit: *rota conſtitit vento*, in rotatione ſua, in motu ſuo. Ipſam *rotam* pro rotatu, rotatione, *orbis*, rotae, accipere non audebam, quia vſum hunc edoctus non eram; nam in locis quae laudantur, *rota* eſt orbis, vt Aen. VI, 748 *vbi mille rotam voluere per annos* eſt cyclus mille annorum, orbis. et ſic in aliis;

Digitized by Google

Iamque pedem referens caſus euaſerat omnis, 485
Redditaque Eurydice ſuperas veniebat ad auras,
Pone ſequens; namque hanc dederat Proſerpina legem;
Quum ſubita incautum dementia cepit amantem,

486 *ad oras* Vratisl. vid. ad II, 47. 488 *ſubito* Mentel. Gud. a m. pr. Regius a m. ſec., item Rom. aliique Pierii. *cepit amorem*

pronuntiare autem tamquam ex edicto modeſtia prohibet. Relinquendum eſſe video lectoris iudicio, vtram rationem praeferat: Meierotto priorem amplectebatur in Dubiis pag. 12. Et ſic alius amplectetur aliam; ſunt enim in interpretatione, quam interdum diuinationem verius dixeris, innumera, quae ex ſuo quisque ſenſu conſtituat in iis, quae per praecepta critices et hermeneutices non ita conſtituuntur, vt omni dubitationi occurri poſſit. Quid igitur eſt, quod alter alterum inſectatur, odio Vatiniano exagitat, ſugillat, *non miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo!* Debuit certe aut eſſe aut fingi cauſſa aliqua, cur rota in turbinem circumageretur; atqui quae cauſſa magis idonea, quam procella et vorticoſus ventus! Non enim ſatis eſt ὅτι ὁ Ζεὺς — τὸν τροχὸν ἀειδίνητον κατεσκεύασε, quod ap. Schol. Pind. l. c. habetur. Ceterum ex iis, quae Schol. Pindari P. 2, 40 ex Aſclepiade ἐν τοῖς τραγῳδουμένοις repetiit, apparet, prima fabulae ſtamina ex eo ducta eſſe, quod Ixionem vetus poeta procella abreptum et in Tartarum praecipitatum ornate dixerat: ὑπὸ γὰρ δίνης καὶ θυελλῶν αὐτὸν ἐξαρπασθέντα φθαρῆναι.

485. Mirum in ſeqq. narrationis artificium: quod facile ſentias, ſi ad vulgarem ſententiarum iuncturam revoces orationem. Legis autem, ne reſpiceret, excogitandae conſilium ex vulgari ſuperſtitione ſubnatum eſſe videtur, cum res auerſandas, etiam in ſacris magicis, reſpicere vetabantur; quod iam Cerda ſenſit, quem vide et ſup. Ecl. VIII, 102.

Digitized by Google

Ignoſcenda quidem, ſcirent ſi ignoſcere Manes;
Reſtitit, Eurydicenque ſuam iam luce ſub ipſa
Inmemor, heu! victusque animi reſpexit. Ibi omnis
Effuſus labor, atque inmitis rupta tyranni
Foedera, terque fragor ſtagnis auditus Auernis.

Moret. quart. 489 *Ignoſc. tamen* Zulich., ſed vid. Burm. 490 *Euridicemque* Franc. ſcribit, hic et alibi. 491 *victusque animo* non niſi vulgaros quaedam edd. *Vbi omnis* Goth. ſec. *ibique omnis* Moret. ſec. 492 *rapta t. Foedere* ſc. Eurydice coni. Io. Schrader, ludente ingenio. Cul. 292 *Orphēu, Oſcula cara petens rupiſti iuſſa deorum.* 493 *ſtagnis — Auerni* multi codd. et edd. Commelin. Pulm., etiam fragm. Vatic. At Romanus: *ſtagni eſt auditus Auerni:* vt et vnus Mead. habebat, quod recepit Wakef. *Auernis* ratio critica tuetur; et praeter edd., vt Norimberg. Brix. Aldd. et hinc profectas, e codd. Mediceus, Ven. Rottend. et Pierii Medic. a m. pr. Sic Aen. VI, 118 *lucis Auernis* et ſaepe. *auditur* alter Mead. alter Arundel. et Edit. Norimberg. et Argent.

490. *iam luce ſub ipſa.* Senec. Herc. fur. 813 *Poſtquam eſt ad oras Taenari ventum* etc., et *ſuperas veniebat ad auras* v. 486. 491. *victus animi,* noto graecismo, pro *animo,* cupiditate.

492. Tum omnis labor irritus. *effuſus,* vt ἐκκεχυμένος. *Foedera,* foedus, conditio, a Plutone impoſita. At quorſum *fragor* ter auditur? Seruius: „quaſi exultarent vmbrae redditam Eurydicen.“ Quod recte Martinus explodit, et a prodigiis ominibusque magnae alicuius calamitatis, aut rerum conuerſionis, ſaepe per caeli fragorem ac tonitru ſignificatae, Ioue quaſi indignante, repetit. Eſt vtique *indignabundi* potius Orci, quam laetabundi. Idem vir doctus Miltonum comparat, quem v. *Paradiſe loſt* IX, 782ſqq. 1000ſqq. Praeſidium ſententiae ſuae Seruius adiicit hoc: „Lucanus in Orpheo dicit ſtrepitum factum redeunte Eurydice ob hoc, quia *gaudent a luce relictam* (forte, *reductam, revectam*) *Eurydicen, iterum ſperantes Orphea,*

Digitized by Google

Illa, Quis et me, inquit, miſeram, et te perdidit, Orpheu,
Quis tantus furor? En iterum crudelia retro
Fata vocant, conditque natantia lumina ſomnus.
Iamque vale. Feror ingenti circumdata nocte,
Inualidasque tibi tendens, heu non tua, palmas!
Dixit, et ex oculis ſubito, ceu fumus in auras
Conmixtus tenuis, fugit diuerſa; neque illum,

500 *fugit in diuerſa* Medic. a m. ſec. Alterum cum poetico vſu conuenit.

Manes." Vides in hoc exemplum argutiolae imitationis ſtudio ſubortae; Lucanus pro fragore exultationis ſignum editum narrauerat, ita enim ſpem factam Manibus, iterum audiendi Orphici cantus. Aliam, non coniecturam, ſed certam ſententiam, proponit Voſſius: tonitru ſubterraneum natum eſſe ex arcana vi, qua Pluto Eurydicen in Erebum retrahit. Eandem vim arcanam, qua ad retrahendam puellam opus erat, mox contendit declaratam eſſe per furorem: *quis tantus furor!*

495. *Quis, quis tantus furor perdidit*, quae imprudentia, intemperantia, ſcil. amantis Orphei, qui reſpexerat. Sup. 488 erat *dementia*. et amantium inſania quoties non eſt celebrata per voc. *furere. furor.* 496. *natantia lumina*, moribundi, incerto iam motu fluctuantia, ſatis a viris doctis illuſtrata ſunt. Praeiverat Lucret. III, 479 *Nant oculi*. Illuſtrarunt *oculos natantes*, ὄμματα ὑγρὰ, paſſim viri docti.

499. *fugit in auras tenues*, vt Aen. V, 740 *Dixerat et tenuis fugit ceu fumus in auras, ceu fumus commixtus* ſc. cum aura. Petitum autem ex Iliad. ψ, 100. vid. alia ap. Cerdam. 500. *fugit diverſa*, cum in diuerſam, ac qua Orpheus tendebat, partem, h. retro, auferretur. vt

Digitized by Google

Prenſantem nequidquam vmbras, et multa volentem
Dicere, praeterea vidit; nec portitor Orci
Amplius obiectam paſſus transire paludem.
Quid faceret? quo ſe rapta bis coniuge ferret?
Quo fletu Manis, qua Numina voce moueret? 505
Illa quidem Stygia nabat iam frigida cymba.
Septem illum totos perhibent ex ordine menſis
Rupe ſub aeria deſerti ad Strymonis vndam
Fleuiſſe, et gelidis haec euoluiſſe ſub antris,

501 *Preſſantem* Leid., ſolito more. 504 *quo ſe erepta* Medic. a m. ſec. *bis rapta* nonnulli apud Pierium. 505 *quae Numina* Medic. et Rottend. pr. a m. pr., vt et Romanus, in quo porro: *Quos fletu Manes.* Gudianus a m. pr. *Quod fletu — quae nomina. qua flumina* Vratisl. Liceret ſaltem ſcribere: *Quos fletu Manes, quae Numina voce moueret. moneret* Medic. a m. pr. *maneret* Franc. 506 *Illa quidem.* Hunc verſum tanquam otioſum, et inter grauiora, quae antecedunt et ſequuntur, interpoſitum, abeſſe me malle, olim ſignificaueram. Brunckius non ſatis firmam cauſſam reperiebat, cur eum poetae abiudicaret. At Meierotto in Dubiis p. 28 et ipſe in id inciderat, vt verſum aut alienum aut alieno loco inſertum putaret, ſaltem retraheret poſt *paludem* v. 503. Res ſane, vt in plerisque huiusmodi cauſſis criticis, eſt ex ſenſu diiudicanda. 507 *perhibent totos* vnus apud Heinſ. 509 *Fleſſe ſibi et* Rom. cum Ed. Ven. *ſub aſtris* idem Rom. et aliquot alii Pierii cum alt. Menag. et alt. Veſſ. Goth. ſec., vt et in

ſup. v. 367 *flumina diuerſa locis.* 503. *obiectam* poetico ornatu adiectum. vt Georg. III, 253 *non obiecta retardant flumina.* 505. *Quo fletu — qua voce,* pro quomodo fletu ac voce, vt Ecl. VI, 80 *quo curſu — quibus alis.* 506. *frigida,* morte, vecta retro per Stygem. Mox 507 *ex ordine,* continuos intellige. Praeiuit Lucretius. eſt ἑξῆς, καθεξῆς. 509. *euoluiſſe,* διαπτύξαι, ἐξειλίσσειν. *haec,* caſus ſuos, querendo enarraſſe; vt Stat. Theb. I, 2 *fontes*

Digitized by Google

Mulcentem tigris, et agentem carmine quercus. 510
Qualis populea maerens Philomela ſub vmbra
Amiſſos queritur fetus; quos durus arator
Obſeruans nido inplumis detraxit: at illa

vulgaribus nonnullis edd., ſatis docte, cum *gelidis ſub aſtris* de ſideribus ſeptemtrionalibus accipi poſſet, ſed meo quidem iudicio, Statio aliquo aut Claudiano dignius. At tuetur *gelida aſtra* Wakef. et recepit. Ex laudatis ſaltem facit ad rem Ouid. Epiſt. II, 123 *ſeu frigida lucent ſidera*, et multo magis Lucret. VI, 720 ſlabra— *quae gelidis ab ſtellis axis aguntur*. Hactenus praeſtat haec lectio. 511 *pampinea* mſ. Brunck. 512 *dirus* Franc.

euoluere Thebas. 510. *tigres*, in Thracia, vt poeta memorat, qui geographicam et phyſicam ſubtilitatem haud curat. Sic cervos Africae aſſignauit Aen. I, 184.

511. Fundus huius comparationis nobiliſſimae eſt ap. Homer. Od. τ, 518—524, adde π, 216 ſq. Hinc plures expreſſere, quos collegere Guellius et Cerda. At nemo elegantius variauit et ornauit, quam Moſchus IV, 21 ſq., quem et ipſum Virgilius ante oculos habuiſſe videri poteſt, forte cum Parthenio Erot. c. 11 de Byblide ἀηδονίδων — αἵτ' ἐνὶ βήσσῃ Σιθονίῳ κούρου πέρι μύριον ἀλάζουσι. Color certe ac ſilum orationis inde eſt ductum. Preſſius ad Maronis rationem accedit Quintus Cal. XII, 481—486, etſi ad hirundinem eadem transtulit. add. eundem alio loco VII, 329 ſqq. Non autem h. l. ipſa ſuum filium interemit mater, vt eſt τεκνολέτειρα ἀηδὼν Sophocl. El. 107. Huetii et Caſteluetri reprehenſiones huius loci, inprimis *vmbrae populeae*, cum tamen ſequatur: *Flet noctem*, ex eo, quod poeticae cum rationis et artis tum orationis haud recordabantur, profectae ſunt. *Vmbra* tam proprium et perpetuum eſt arboris attributum, vt ad cauſſas phyſicas ac tempora reſpectus plane non habeatur. conf. praeclaram notam Burmanni. *Populeae frondis*

Digitized by Google

Flet noctem, ramoque ſedens miſerabile carmen
Integrat, et maeſtis late loca queſtibus inplet. 515
Nulla Venus, non vlli animum flexere Hymenaei.
Solus Hyperboreas glacies Tanaimque niualem
Aruaque Rhipaeis numquam viduata pruinis

514 *ramoque canens* vnus Mead. *lacrimabile* Ven. 515 et *moeſtis loca proxima queſt.* fragm. Moret. *loca late* Parrhaſ. et Goth. pr. *loca tunc cum* Zulich. Vulgata in his verſibus confirmatur lectio ex imitatione Grammatici alicuius in Anthol. Lat. Epigr. lib. II, 368, 3. 4, vbi conf. Burmann. 516 *non vlli* Romanum cum optimis Pierianis, Mediceum cum melioribus Heinſianis fideiuſſores habet, itaque repoſuit Heinſius. Vulgo vbique editum: *nullique animum.* Sine copula *nulli animum*, Fabric. e ſuo cod. probabat; editum nusquam reperio; ſed exhibent illud codd. Ven. Voſſ. ſec. Parrhaſ. Leid. Goth. ſec., hiatu non ingrato. Emendationes in Obſſ. Miſc. Vol. I, pag. 5 et 81 referre non vacat. 517 *Tanaimque* alii, et edd. ante Heinſ. *cana tamque* Roman. 518 *Riphaeis, Ryphaeis*, multi et hic ſcribunt. vid. ad I, 240.

mobilitatem ac lene murmur inprimis aptum eſſe cantus moeſtitiae notabat Martinus. Praeiuerat autem Catull. 56, 13 *Qualis ſub denſa ramorum concinit vmbra Daulias.* 514. *miſerabile carmen Integrat;* iterat; hoc quidem ſuauius Homerus: Ἥτε θαμὰ τρωπῶσα χέει πολυηχέα φωνήν· vbi variatos modulationis colores expreſſos vides.

517. 518. *Hyperboreas glacies* v. Georg. III, 196. Ceterum in his poetae ingenium paullo licentius efferbuiſſe dicendum: Thraciam memorare voluit ac debuit: nunc per totam Scythiam vagatur Orpheus. Adeo nomina tantum ornantia captabat Maro. Nec ſatis eſt dicere, Thraciae antiquioribus aetatibus nomen latius patuiſſe, ex ignoratione terrarum borealium; quae in vulgus nota ſunt; ex ea enim ipſa ignoratione veterum propagata ſunt nomina regionum a poetis ſequioribus promiſcue et incerto vſu adhibita. Illa tamen obſeruatio huc non ſpectabat, quandoquidem mirationem facit hoc, quod *inde ab Hebro* idem homo erraſſe fertur *per Hyperboreos, per Ta-*

Digitized by Google

Luſtrabat, raptam Eurydicen atque inrita Ditis
Dona querens. Spretae Ciconum quo munere matres, 520

520 *Spretae Ciconum quo munere matres.* Locum hunc variis modis et iterata vice tentatum, et, vt interdum putabam, feliciter expeditum, quoties iterum acceſſi, toties ſenſi commode enucleari non poſſe. Si verba pro ſanis habeantur, quae inter multas alias mihi viſa eſt maxime tolerabilis interpretatio, eam in Notis ſubieci. At bene ſentio quam durum hoc ſit: *ſpernt officio, pietate* alterius, pro offendi; vt ſit: putare, ad ſui contemtum hoc pertinere, quod alter in officio ſuo manet, neque ſe ab eo abduci patitur mei cauſſa et voluntate. A poeta tamen verſum tam ſcabrum et ſententiam tam parum commodam proficiſci potuiſſe haud credo. Interea non minus lubrica eſt omnis coniectura, quandoquidem nullus ſatis idoneus eſt fundus, cui eam ſuperſtruas; nullum autem pondus habere poteſt emendatio, de qua pronunties: potuiſſe forte ita ſcribi; poſſe tamen et alio modo ſcriptum eſſe. Videndi tamen vel ſic ſunt potiores virorum doctorum conatus ſeu interpretandi ſeu emendandi. Verum audiendi prius codd. et edd. Vulgata eſt in pleriſque libris et in omnibus editis. *Spreto* aliquot antiqui apud Pier. cum Bodlei. Burmannus ait, et editos nonnullos legere; quos tamen non vidi. Tum, *quo numine* ſec. Moret. ſec. et tert. Rottend. Ven. Parrhaſ. Iam vt de interpretum ſtudiis agamus, primo loco Seruius adſcripſit: „*quo munere;* nuptiali ſcilicet;“ addit Iul. Sab.: quaſi non eſſent dignae illae, nubere Orpheo. Ita putes ſaltem *Spreto quo munere* eſſe legendum; ſpreta eius fide et pietate in coniugem: dura tamen vel ſic expoſitu Seruii ratio, nam ſic *offenſae* illae eſſent, non *ſpreuiſſent.* Markland. ad Stat. Silu. III, 3, 87 legebat: *quo nomine,* h. quapropter, quamobrem; quod factum nollem; eſt enim vel plebeio poeta indigna oratio. Aſper Grammaticus, quod Philargyrius ſeruauit, *quo munere* eodem modo explicabat, *quamobrem;* et b. Gesnerus hoc idem probabat; eſſe

naim et per montes Rhipaeos; quae vtique Maro vt poeta dixit, non ex geographicis antiquitatis rationibus. 520. *quo munere.* Cum ipſi libri *quo munere* tueantur (vide var. lect.), videndum, an interpretatione adiuuari ea lectio poſſit. Et vocis ſane *muneris* ſignificatus late patet. Seruius nuptiale munus intelligit; quod durum eſt. Non minus durum eſt, vt *munus,* donum, ſit ipſa Eurydice, *prae hoc munere* ſpretae

Digitized by Google

Inter ſacra deum, nocturnique orgia Bacchi,
Discerptum latos iuuenem ſparſere per agros.

enim οὗ χάριν, *qua cauſſa*, et laudabat ſup. v. 150 *pro qua mercede;* ferrem, ſi tam ieiunam ſententiam a poeta proficiſci potuiſſe credere fas eſſet. Burmannus locum vitioſum et vix ſanabilem ſine codice meliore iudicabat: idem tamen, Seruii veſtigia legens, coniectabat: *Spreto Ciconum quem foedere matres*, vt nuptiale ſeu coniugiale foedus intelligatur. Varia monebat Io. Schrader., qui et *Cicones matres* malebat, vt Auſoniae, Latinae, Aen. VII, 400. Poſſunt huiusmodi variationes potius ſententiae, quam reſtitutiones eius, quae a poeta profecta eſſe videri poſſit, plures afferri: v. c. *Spreto quo carmine; Spretae Ciconum quando agmine; Spretae Ciconum, pro numina! matres;* poteſt *Spretae* ex gloſſa natum eſſe, cum eſſet: *Actae cum numine matres;* quibus tamen nihil plane ad certum rerum momentum proficias. Quod proximo loco verba ſuppeditare poſſunt, eſt: *Spretae Ciconum quum numine matres*, vi, inſtinctu numinis, furore ab eo iniecto, *Discerptum ſparſere;* ita vero *numine* interpoſitum eſt alieno loco; aut, idque omnium leniſſimum foret: *Spretae Ciconum quum munera matres Inter ſacra deum;* vt ſit *inter munera ſacra deum*, quod ſollenne eſt apud poetas, vt dona, de ſacris. 521 *nocturnique* omnes fere ſcripti, inquit Burm.; ita vtique optimi Medic. et Rom. et Medic. Pierii. *nocturnaque* pauci cum edd. Aldd. pr. et ſec. et hinc profectis, ſed emendatius tert. et Egnat. cf. Bentlei. ad Horat. III, 2, 26. *organa* Zulichem. 522 *iuuenem latos* Parrhaſ.

Ciconum matres. *munus* pro officio, pro pietate in defunctum, inferiis, honore, quo mortuos proſequimur, bene dicitur; eritque adeo *quo munere*, qua Orphei pietate in coniugem amoriſque pertinacia, *ſpretae*, ſperni ſe putantes, dum eam, hoc deſiderium ereptae coniugis, in contemtum ſui vertebant: quaſi noluiſſet ille ducere aliam mulierem, aut alterius amorem admittere. 521. Primum genus ponit, vt poetica ratio fert, *Inter ſacra deum*, tum ſubiungit ex iis id ſacrum, in quo res acta: *inter orgia*, quo nomine omnia ſacra enthuſiaſtica et myſtica appellabantur, *Bacchi nocturni*, cuius ſacra noctu celebrari ſolita. Porro Macrob. IV, 3 *Sacer vero locus inprimis pathos mouet. Occiſum inducit*

Digitized by Google

Tum quoque, marmorea caput a ceruice reuolſum
Gurgite quum medio portans Oeagrius Hebrus
Volueret, Eurydicen vox ipſa et frigida lingua,
Ah miſeram Eurydicen! anima fugiente vocabat;
Eurydicen toto referebant flumine ripae.

Haec Proteus: et ſe iactu dedit aequor in altum.
Quaque dedit, ſpumantem vndam ſub vertice torſit.

523 *Tunc* Roman. *repulſum* Menag. pr. *reciſum* Vratisl. 524 *medius* fragm. Vatic. 526 *Ha* multi. *Amiſſam* ſec. Menag. *A miſera* Roman. a m. pr. 528 *iacto* Gud. a m. pr. 529 *vortice* edd. nonnullae.

Orphea, et miſerabiliorem interitum eius a loco facit: „Inter ſacra deum n. o.“ Haec tandem Grammatico digna in poetam ſuum obſervatio! Orgiorum vſus a poeta, qui hanc narrationem primus induxit, ingenioſe eſt arceſſitus exemplo aliorum poetarum, maxime Tragicorum: qua de re v. ad Aen. VII, 385 et Excurſ. IX ad lib. VI. Ceterum poeta non attingit crimen Orpheo impactum flagitii, cuius odio et ira incenſae mulieres eum dilaniarunt: qua de re Phanoclis verſus ap. Athenaeum noti ſunt, quos nuper illuſtratos dedit Ruhnk. in Epiſt. Crit. ſub f.

523. *marmorea ceruice*, candida, vt ſaepe alii poetae. v. Cerda. Lucretio deberi videtur et hoc; aut forte eo antiquioribus; nam iam Naevius in Cypria Iliade dixerat: *Collum marmoreum torques gemmata coercet.* 524. *Hebrus Oeagrius*, ab Oeagro, Thraciae rege, Orphei patre. Caput Orphei in mare et hinc in Lesbum delatum ibique ſepultum: Hygin. Poet. Aſtron. II, 7 vnde ibi ſuauis luſciniarum cantus proditus ap. Antig. Caryſt. 5. Quod de Orphei tumulo in Thracia tradidere alii ap. Pauſan. IX, 30. pag. 769.

529. *ſub vertice*, non capitis, ſed, vt vulgo nunc pronuntiant, vortice, quem mota eius inſultu aqua ciebat: δίνη, contorta in ſe

Digitized by Google

At non Cyrene: namque vltro adfata timentem: 530

Nate, licet triſtis animo deponere curas.
Haec omnis morbi cauſſa; hinc miſerabile Nymphae,
Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis,
Exitium miſere apibus. Tu munera ſupplex
Tende petens pacem, et faciles venerare Napaeas. 535

530 *eſt* poſt *vltro* fragm. Vatic. et Parrhaſ. ab alia manu. 531 *componere curas* Medic. a m. pr., vt Aen. IV, 340. 341, frequenti variatione. vid. Burmann. *depellere curas* vnus Mead. 533 *ſiluis* pro *lucis* fragm. Moret. *diſcebat in altis* Voſſ. pro *ducebat;* aut, vt Io. Schrader., pro, *miſcebaſ.* 534 *Tum* Medic. a m. ſec. 535 *Pende* Rottend. pr. Burmanno *tendere munera* inſolitum videbatur; itaque cogitabat: *munere ſupplex Tende*, abi. *Nate petens* Zulich., vnde Burm. legendum putabat: *tu munere ſupplex, Nate, petens pacem, faciles venerare Napaeas.*

aqua. *torſit ſub vertice*, quod vulgari vſu, vortice vel in vorticem; ita vt vortex fieret. Nec ratio deeſt, aut analogia. 530. *At non Cyrene* iactu ſe in altum dedit et filium reliquit conſilii inopem. Reſpiciunt vſ. 423. 4. namque ducto in ſpecus et collocato in latebris filio, *ipſa procul nebulis obſcura reſiſtit* in ipſo ſcopulo. Scilicet Proteus internecionis apum, *morbi cauſſam* v. 397, tantum expoſuerat, non vero ſortunae remedium. Hoc mater ſubiicit: ſcilicet culpae expiationem, Nympharum placationem, ſacrificio certo ritu faciendo, et inferias Orpheo et Eurydicae ferendas; quo facto ex victimarum viſceribus nona examina exoritura eſſent. Fatendum eſt, ea, quae a matre monentur, haud paullo grauiora eſſe Protei monitis.

534. *munera ſupplex Tende*, protende, offer. Aen. II, 674 *paruumque patri tendebat Iulum.* certe ratione non careret, etiamſi exempla deeſſent. *munera* autem, vt honores, quocunque deos placamus aut veneramur. *petens pacem*, h.

Digitized by Google

Namque dabunt veniam votis, irasque remittent.
Sed, modus orandi qui ſit, prius ordine dicam.
Quatuor eximios praeſtanti corpore tauros,
Qui tibi nunc viridis depaſcunt ſumma Lycaei,
Delige et intacta totidem ceruice iuuencas.
Quatuor his aras alta ad delubra dearum
Conſtitue, et ſacrum iugulis demitte cruorem;
Corporaque ipſa boum frondoſo deſere luco.
Poſt, vbi nona ſuos Aurora oſtenderit ortus,

Redde Withof. emend. v. Not. 536 *tramque* Franc. Goth. pr. Forte praeſtat interpungere: *Namque dabunt veniam, votis irasque remittent.* 537 *quis ſit* vt vulgo loqui ſolemus, quart. Moret. fragm. Moret., vterque Goth., vnus Mead. et edd. vett. vid. ad Aen. IV, 294. 538 *eximio praeſtantis* Rom. 540 *Dilige* Longobard. Ed. Mediol. *intactas* Rom. Ed. Ven. Gudianus a m. pr., ſed vid. Burm. 542 *dimitte* Medic. cum ceteris Heinſ., excepto altero Menag. et Moret. fragm., item tres Burm., vterque Goth. *emitte* ſec. Moret. *iugulis ſacrum* Goth. ſec. 543 *Corpora quaeque* Regius Martin. 544 *nona dies* alter Menag. *oſtenderat* fragm.

vt propitiae ſint., *faciles,* placabiles. 536. *votis,* precibus factis. 538. *eximios* proprium de victimis; res nota. v. Cerda. 539. In *Lycaeo,* Arcadiae noto monte, quomodo Ariſtaeus, Theſſaliae agros colens, armenta habere poſſit, iure miretur aliquis. Hactenus ſui oblitus eſt poeta; etſi enim ſupra eum Arcadium heroem ediderat, v. 283, non tamen nunc ex Arcadia arceſſendae erant victimae in Theſſaliam. 540. *intacta ceruice,* iugo, vt toties. De numeri cauſſis quaerere non licet; non magis forte quam Ecl. V, 65. vt poeta, certum numerum poſuit. At in nouenario numero nouendiale ſacrum cogitare potuit. conf. ad Aen. V, 762. 541. *dearum,* Nympharum v. 532. Omnia in hoc verſu proprie dicta. *ad delubra* ſtatuuntur arae, ante templum, in προνάῳ ex more; *delubra alta,* quia gradibus adſcendebatur ad tem-

Digitized by Google

Inferias Orphei Lethaea papauera mittes,
Placatam Eurydicen vitula venerabere caeſa,
Et nigram mactabis ouem, lucumque reuiſes.
Haud mora: continuo matris praecepta faceſſit.

Moret. *reduxerit ortus* Parrhaſ. ex v. 552. *induxerit* vnus Arundel. 545 *Orpheo* Roman., vt et v. 553, ſed vid. ad Ecl. IV, 57. *Orphi* Goth. pr., vt et v. 553. Ὀρφεῖ. *Letea* al., immo Ληθαῖα ex Λήθη. *mittis* Mentel. pr., vt et v. 553. 546 *Placatam Eurydicen.* Hunc verſum poſt ſequentem: *Et nigram*, exhibent omnia Heinſii exemplaria vetuſta, vno excepto, item Burmanni Regius, Edd. Iunt. et R. Steph., vterque Goth., vterque Arundel. et Mead. Brunck. Erſ. Ed. Norimberg. et aliae; tandem fragm. Vatic., minus tamen recte; nam poſt illa: *Orpheo inferiis factis lucum reuiſes*, vbi victimarum corpora iacent, quomodo ſubiungi poſſet: *Placatam Eurydicen vitula venerabere caeſa?* At vulgatum ordinem habent Mediceus, qui plerumque diuerſam a Romano familiam ducere ſolet, Longobard. Pierii cum al. ſcriptis et edd. Habet tamen et hic verſuum ordo aliquid parum congrui: Orpheo papauere inferias feres, Eurydicen placabis vitula caeſa et nigra oue. Quae tandem illae inferiae ſolo papauere? *Nigra ouis* haud dubie ad Orpheum ſpectat. Adeoque aut delendus eſt verſus: *Placatam Eurydicen*, quod equidem verum eſſe arbitror, de Eurydice nec nunc nec 454. 553 agitur, aut ille ante alterum collocandus eſt hoc modo: *Poſt, vbi — Placatam Eurydicen — Inferias Orphei Lethaea papauera mittes Et nigram mactabis ouem, lucumque reuiſes.* Ita demum narratio ſibi conſtat. Nam ex ſeqq. apparet, inferias faciendas fuiſſe *alio loco*; tum vero, inferiis factis ille 553 *lucum reuiſit*, in quo fanum Nympharum erat, ad quod victimae caeſae fuerant relictae. 547 *locumque* Gud., vt Goth. ſup. v. 468. *reuiſens* Zulich. quod expedit locum, ſi mutato ordine legeris: *Inferias Orphei. Et nigram m. Placatam.* Et video hoc ſequi virum doctiſſimum, Voſſium. 548 *capeſſit* Medic. et Gud. a m. pr., vt Aen. I, 77. *faciſſit* Vratisl. Eadem varietas Aen. IV, 295.

pla. 545. *Lethaea papavera* Ge. I, 78 *Lethaeo perfuſa papauera ſomno.* Orpheo inferiae fiunt, cuius Manes immiſſa lue iniuriam Ariſtaei vlti erant vſ. 454. 546. *Placatam*, quae placatur, eo modo erit placata.

Digitized by Google

Ad delubra venit: monſtratas excitat aras;
Quatuor eximios praeſtanti corpore tauros
Ducit, et intacta totidem ceruice iuuencas.
Poſt, vbi nona ſuos Aurora induxerat ortus,
Inferias Orphei mittit, lucumque reuiſit.
Hic vero ſubitum ac dictu mirabile monſtrum
Adſpiciunt, liquefacta boum per viſcera toto
Stridere apes vtero, et ruptis efferuere coſtis;
Inmenſasque trahi nubes; iamque arbore ſumma
Confluere, et lentis vuam demittere ramis.

---

549 *At delubri petit* vnus Arundel. *monſtratasque* Ven. Parrhaſ. 550 *eximio praeſtanti* Gud. *praeſtantis* Rom. a ſec. m. et 551 *intactas*, vt ſup. 540; quod etiam in Edit. Ven. 1482. 552 *induxerit* Moret. ſec. et quart. Franc. vnus Arundel. vnus Mead. *induceret* Leid. *intexerat* Rottend. pr. *adduxerat* Ven. *reduxerat* Parrhaſ. Edit. Ven. *reduxerit* Vratisl. 553 *miſit* Franc. 554 *Hinc* Erf. *auditu* pro *ac dictu* Moret. fragm. Menag. alter. *ac viſum* Zulich. Wakef. diſtinxit: *Hic vero (ſubitum ac dictu mirabile monſtrum!) Adſpiciunt liquefacta* — 556 *eruptis* Reg. et Cantabrig. 557 *Inmenſamque trahi nubem* tert. Mentel. *Immiſſasque* Zulichem. *que* poſt *iam* abeſt Moret. quart. *trahens* Roman. 558 *viſam demittere* Ven. *dimittere* Medic.

550 ſq. Iisdem verbis vtitur, quibus paullo ante vſus erat, Homerico more: cuius ratio tenenda eſt haec, ne ſemel bene et proprie enuntiata aut ieiune aut perperam mutentur. conf. Bentlei. ad Milton. lib. X, 1086. Vpton. ad Spencer. *Faery Queen* pag. 643. 644.

554. Cf. ſup. 308 ſq. Expoſita quoque res ab Ouid. Faſt. 377 ſq. Met. XV, 36 ſq. *monſtrum*, pro re monſtroſa, mira. 555. *liquefacta per viſcera*, tabe, putredine, diſſoluta. v. ſup. v. 308. *efferuere* voc. Lucretianum II, 929. ἐκζέσαι. 557. *nubes trahi*, noua examina. cf. ad hos verſus Nicandr. Alexiph. 443 ſqq., vbi de papauere. 558. Βοτρυδὸν Iliad. β, 89 adhaeſiſſe arbori.

Digitized by Google

Haec ſuper aruorum cultu pecorumque canebam,
Et ſuper arboribus: Caeſar dum magnus ad altum
Fulminat Euphraten bello, victorque volentis
Per populos dat iura, viamque adfectat Olympo.
Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, ſtudiis florentem ignobilis oti:

cum quatuor aliis. vide v. 542. 559 ſqq. Suſpectum iam olim hunc, etſi ab homine ſatis ingenioſo profectum, Epilogum habui, quia a poetarum more alienum eſt, talia adiungere ſuis carminibus; contra Grammaticos tali luſu delectatos eſſe ex pluribus exemplis patet, qui in Anthologia poetarum lat. proſtant. Nec aliter de Metamorphoſeon clauſula ſtatuebam. Vidi mox alios viros doctos non aliter ſtatuere, etſi aliis de cauſſis. Brunckius, tamquam inſulſum, et poematis ipſiusque Virgilii grauitate indignum reiicit. Etiam Io. Schrader. offenſus erat inprimis illo: *haec ego canebam — dum fulminat.* Addi poſſunt alia: *canere ſuper aliqua re:* Alia praeclara ſunt. 559 *culto* Gud. a m. pr. *cultum* ſec. Moret. *pecoriſque* apud Diomedem lib. I. 561 *Euphraten* Heinſ. ex optimis. *Euphratem* vulgo. *volantes* Leid. Zulich. 562 *dat tuſſa* Zulich. 563 *Vergilium* Medic. Rom. et al. vid. Pierium, Cerdam, Burmann. *agebat* Rottend. tert. *habebat* Regius Martin. 564 Expectares Neapoli hoc tribui: *Parthenope ſtudiis florens ignobilis oti. oci* Roman. *ociti* et *otii* alii apud Burm. *horti* Moret. ſec. *cui* Erf. a m. pr.

559 ſq. De hoc Epilogo v. Vitam Virgilii ad a. V. C. 724. *pecorum,* adeo et apum. 561. 562. *volentes per populos,* quorum legati vndique eum conuenerant, vt ap. Xenoph. Oecon. 21, 12 ἀσθενόντων ἄρχειν. *Olympo,* ad Olympum ad immortalitatem nominis.

564. De Maronis ſeceſſu apud Neapolin v. eod. loco. *ſtudiis floret* et is, qui laudem inde et exiſtimationem fert, ex iis inclareſcit, et is, qui iis cum maxime deditus eſt; *Floremus* enim iis, quorum copia et abundantia ad manum eſt. Hoc altero ſenſu h. l. accipiendum. *Otium*

Digitized by Google

Carmina qui luſi paſtorum, audaxque iuventa, 565
Tityre, te patulae cecini ſub tegmine fagi.

P. VIRGILII MARONIS GEORGICON LIBER QVARTVS EXPLICITVS.

565 *quo* Ven. Parrhaſ. *quae* Comm. Cruqu. Horat. Carm. I, 32, ſed ad IV, 8 *qui* habet. 566 *tu* Franc. Menag. *cecinit* Medic. et alii apud Pierium. *cecini patulae ſub* Parrhaſ. et Ven., item Romanus et alii Pieriani. Ceterum de quatuor poſtremorum verſuum, quamquam illi non inelegantes ſunt, veritate multo magis me dubitare non diffiteor; ſollenne enim aliquando fuit, lacinias huiusmodi poetis attexere; et in Virgilium huiusmodi diſticha et tetraſticha in Catalectis inuenias. Sed huic forte ſuſpicioni vel propterea aduerſabuntur viri docti, quod Harduinus eosdem verſus, quamquam non iisdem de cauſſis, reiecit. Nunc Iacobum Bryant video et ipſum hos verſus Maroni abiudicare. Verum licet cuilibet iudicium ſuum ſequi; neque iraſcar equidem aliter ſtatuenti, qui cauſſas iraſcendi habuiſſem ſexcenties, cum, vt officio interpretis, ſuas operas retractantis, ſatisfacerem, Voſſii, viri doctiſſimi, notas euoluerem. Eum quidem cenſuram in meas notationes agere acerbiſſime, non erat quod grauiter ferrem; condonandum enim hoc ingenio viri tot aliis laudibus inter populares noſtros merito ſuo, etiam ex ipſis Georgicis praeclare in patrium ſermonem verſis, conſpicui; dolui tamen vicem viri vsquequaque et in rebus tenuiſſimis excandeſcentis et bile mota efferueſcentis: Hem, apud me cogitabam cum Chremete Terentiano, *an cuiquam eſt vſus homini, ſe vt cruciet? quaeſo tandem aliquantulum tibi parce!* Equidem, cum innumera ille cauillando, ſubſannando aut conuiciando reprehendat, quae nemo facile paullo intelligentior improbet, alia mihi imputet a ſenſu meo aliena, mihi, cum nihil admittam niſi quod

Romanis omne vitae genus a reip. negotiis domeſticis bellicisque alienum, proprio tamen quodammodo de Muſarum otiis; *ignobile*, reſpectu gloriae bellicae et geſtarum magnarum rerum. Sic Ge. II, 486 *inglorius*. De Neapoli ſtudiorum parente conf. Wernsdorf. V. C. in Poet. min. T. IV, Exc. IX, p. 395. 565. *audax iuuenta*, qui omnino carmina vulgare auderet, rem poeticam aggrederetur: vt, *audacibus adnue coeptis* Ge. I, 40, non quod carminis genus tale eſſet, quod ma-

Digitized by Google

grammatice aut critice conſtitutum ſit, obtrudat alia, quae ipſe opinatur, non probat: nihil horum attigi, niſi vt mea firmarem aut illuſtrarem. Et in hoc magnam viro docto habeo gratiam, quod ita animaduerti plura, quae non ſatis diſerte, minus circumſcripte ac circumſpecte a me eſſent enuntiata, eaque correxi, nonnulla recte ab eo animaduerſa cum bona eius venia adoptaui. Verum debeo ipſi etiam maiora in hoc, quod haec perpetua mei inſectatio animum meum firmauit in ferendis aliorum iniuriis et contumeliis; haec ipſi me debere, ingenue fateor; quae ille mihi debeat, ipſe viderit!

gnos auſus poſceret. Tenue enim genus eſt bucolicum. Caſtelvetrius Oper. Crit. p. 154, monente Burm., ad duo genera Eclogarum referebat, alterum humile, alterum ſublimius, vt Ecl. IV. VI, acute, quod in τῷ *audax* haeſit; at ſententia huius verſus quomodo in Caſtelvetrii opinionem redigi poſſit, equidem non video.



EXCVRSVS I

De Pleiade Piſcem fugiente.

Georg. IV, 232 *Taygete ſimul os terris oſtendit honeſtum Plias, et Oceani ſpretos pede repulit amnis: Aut eadem ſidus fugiens vbi Piſois aquoſi Triſtior hibernas caelo deſcendit in vndas.* De Pleiadum ortu et occaſu agi, manifeſtum ſit, declaratumque id ſatis eſt in Notis ad h. v. Altera tamen pars vix ſatis expediri poſſe interpretatione vlla videbatur: haerebamque in eo ipſe, quatenus Pleias occidere dici poſſet, *fugiens ſidus Piſcis aquoſi.* Etenim in hoc aeſtuabant Intpp., quale hoc ſidus ſit, et qua ratione Pleias illud fugere dicatur. Neque enim, ſiue per grammaticas ſiue per aſtronomicas rationes, Seruii *Piſcis auſtralis*, nec *Piſces*, nec *Scorpius*, nec *Hydra* hic memorari poſſunt; vt nec *Delphinus*, qui pr. Nonas Ianuarii exoriebatur ex Caeſaris ra-

Digitized by Google

tione, v. Plin. XVIII, 26, ſ. 64, quem adeo nec fugere Pleias videri poteſt. Niſi forte *Piſcis* in *Priſtis* mutetur, quo nomine Cetum veteres aſtronomi appellant; poſſunt ita Pleiades quadam ratione eius rictum hiantem videri effugere; vti Orionem fugiunt in eo, quem laudauit Guellius et cum noſtro comparauit, loco Quinti Smyrn. Paralip. V, 367 ſq. Πληϊὰς εὖτ' ἀκάμαντος ἐς Ὠκεανοῖο ῥέεθρα Δύσθ', ὑποπτώσσουσα περικλυτὸν Ὠρίωνα. Fuit vir doctus, qui ita ſuccurrere volebat, vt diſtingueret: *Aut eadem, ſidus fugiens vbi Piſcis aquoſi* (ſcil. eſt, ibi) *Triſtior hibernas deſcendit in vndas:* quod vix reperiet, cui ſe ſatis probet. Petitus de LL. Attic. p. 390 (Iurisprud. Rom. et Att. T. III, p. 483) *Sidus* ſolem interpretatur, quod ſatis recte fieri poſſe, non negem; hunc Vergiliae fugiunt, cum auerſam ab illo et contrariam inſtituunt viam. Sole enim e mari emergente illae in mare deſcendunt. Hactenus bene. Sed tum iungit *vndas piſcis aquoſi*, vt pro mari dictae ſint; hoc vero nullo modo fieri poteſt, aut certe leiuniſſime fieret. Itaque adhaerendum forte Petauii iudicio Auctar. Op. de Doctr. Temp. p. II, 9, et in Var. Diſc. ad Vranolog. lib. II, p. 95, *eſſe locum* hunc de piſcibus *inextricabilem*. Subiiciam, quae mihi amiciſſimus Kaeſtnerus, hoc de loco conſultus, reſcripſit. Viri in his litteris principis iudicium quis non lubentiſſime accipiat! *)

*) „*Mit dem Fiſche iſt nichts anzufangen. Das übrige würde ich ſo verſtehen:*

Vor etwa 1800 Iahren ſtanden die Plejaden im 4 Grade ♉. *Wenn Sie einem Globo die Alexandriniſche Polhöhe von 31 Grad geben, von welcher* Heniſchius in Sphaer. Procli p. 207 *Virgils Beſchreibung nicht hier, ſondern* Ge. I, 219 At ſi triticeam meſſem etc. *annimmt, und den 4 Gr. des* ♉ *etwas über den Morgenhorizont führen: ſo werden Sie ſehen, daſs das Ende des* ♉ *etwa unter dem Horizonte iſt, und die* ☉ *alſo darinnen ſtehen muſs, wenn die Plejaden kurz vor ihr aufgehen ſollen; die Iahrszeit dazu iſt der May, und der Aufgang der Plejaden, den Virgil hier meynt, geſchieht kurz vor der Sonne:* Ortus matutinus. *Führen Sie aber eben den 4 Gr.* ♉ *in den*

Digitized by Google

Ex aſtronomicis itaque rationibus nullam plane loci interpretationem procedere omnes fatentur. Enimuero re diligentius perpenſa, male hoc ipſum fieri vidi, quod rationes noſtras aſtronomicas intulere viri docti. Ex poeticis rationibus lux interpretationi petenda erat. Sollenne eſt poetis, etiam iis, qui de aſtronomicis praecipiunt, vt in deſcribendis ſideribus tabulas ſui temporis caeleſtes et aſteriſmos in iis notatos ſequantur, formasque et figuras pictas ita exprimant, quaſi eae in caelo vere conſpiciantur, ſcilicet vt ornatum verſibus ſuis ex earum varietate petant. Eſt porro poetis commune, vt *fugere* et *ſequi ſe*, *adſpicere* vel *reſpicere*, dicantur ſidera non ſemper ortus et occaſus, ſucceſſionis et motus reſpectu, nec alia de cauſſa, quam quod in tabula caeleſti talis eorum poſitus occurrit, vt aut ex aduerſo ſibi collocata, aut quocunque modo oppoſita vel ſubiecta ſint. Sic apud Manilium I, 263. 264 *Aurato princeps Aries in vellere ſurgens Reſpicit admirans auerſum ſurgere Taurum.* Praeiuit ſtatim Homerus in noto verſu Iliad. σ, 488, et

Abendhorizont: ſo ſteht gegen über im Morgenhorizonte das Ende der ♎, wo ſich die ☉ etwa im October befindet, und Virgil meynt vermuthlich, daſs alsdenn die Plejaden mit Anbruche des Tages untergehen, wenn die ☉ ihnen gegen über aufgeht.

Ich glaube, Sie werden finden, daſs man den Bienen in Italien das Honig im May und October genommen hat.

Die Fiſche in der Ekliptik gehen allemahl vor *den Plejaden unter, auch der Wallfiſch; ſtehen alſo die Plejaden, nicht die Plejaden ſie. Der Delphin iſt noch nicht aufgegangen, wenn die Plejaden untergehen. Alſo weiſs ich dieſe nicht zu erklären.*

Ich habe viel Bücher darüber nachgeſchlagen, dieſe Stelle aber nicht berührt gefunden, als beym Ricciolius Almag. nou. T. I, Lib. VI, c. 22, p. 473, *vom Fiſche aber hat er gar nichts, und ſagt, Virgil habe* ortum matutinum et occaſum veſpertinum *verſtanden. Das erſte iſt mit mir einerley; das letzte hieſse, die Plejaden ſollten kurz nach der Sonne untergehen, da müſste die Sonne etwa im Zeichen der ♓ ſtehen, und das gäbe für die Zeit des Honignehmens etwa den März:* hybernae vndae *laſſen das nicht zu.“*

Digitized by Google

Odyſſ. ε, 274, dum Vrſam dicit verti circa polum, et Orionem deſpicere et obſeruare: καὶ Ὠρίωνα δοκεύει· atqui is longe ab ea abeſt, Vrſae tamen ex aduerſo poſitus. Ita centies Aratus ſiderum ſitum deſignat, ſimulque ornatum ex natura animantis vel figurae, quae ſignum facit, petit; ita Orion inſequitur Leporem; at Sirius fertur inſequenti ſimilis, Φέρεται μετιόντι ἐοικώς, Καὶ οἱ ἐπαντέλλει, καί μιν κατιόντα διώκει. v. 340 ſq. cf. v. 28 ſq. 316 ſq. Sunt alia innumera exempla apud Manilium, vt in vno loco lib. II, 485 ſq., vbi inter alia Taurus *fulgentes videt atque audit per ſidera Piſces.* conf. II, 466. 519. 456. lib. I extr. Alia exempla ex Ouidio notare licet. Iam cum apud Virgilium Pleiades dicuntur occidentes *fugere Piſcem*, ſeu Piſces, hoc ad ſitum ſiderum in ſphaera vnice ſpectat; nam auerſum Taurum, adeoque Tauri caput cum Pleiadibus, ſubſequitur alter Piſcium. Simili modo Pleiades occidentes fugere Orionem dicuntur apud Heſiod. Ἔ. 619 Εὖτ' ἂν Πληϊάδες, σθένος ὄβριμον Ὠρίωνος Φεύγουσαι, πίπτωσιν ἐς ἠεροειδέα πόντον, et ap. Quint. Smyrn. V, 367. 368 Πληϊὰς εὖτ' ἀκάμαντος ἐς Ὠκεανοῖο ῥέεθρα Δύσεθ' ὑποπτώσσουσα περικλυτὸν Ὠρίωνα. Ciris 535 *Scorpius alternis clarum fugit Oriona.* Hygin. Aſtron. II, 26. itaque *conſtitutum vt, cum Scorpius oriatur, Orion occidat.* Eadem haec ſiderum facies habitus ac ſitus tot fabulis locum fecit, vt v. c. huic ipſi Orioni. cf. Schol. Apollonii III, 226. Reſtat difficultas in epitheto *aquoſus*, quod nimis tenue videri poteſt, ſi eſt pro aquatilis. Enimuero *aquoſus* eſt aquas, imbres, cogens, denuntians: vt *aquoſus Orion* Aen. IV, 52. *Aries aquoſus* Ouid. Met. X, 165. *Eurus aquoſus* Horat. Epod. 16, 54. *Pliades aquoſae* Stat. IV, 120 imbriferae. Quid quod etiam *hiems aquoſa* Ecl. X, 66. Aen. IX, 671, *nubes aquoſae* Aen. VIII, 429. Et iam Ζέφυρος ἔφυδρος Odyſſ. ξ, 458. *Piſcem aquoſum* ex hoc ipſo loco Ouidius petiit: Met. X, 165 *quibuſque repellit Ver hiemem Piſcique Aries ſuccedit aquoſo.* Ceterum *ſimul* et *vbi* ſibi reſpondent, pro, quando.

Digitized by Google

EXCVRSVS II

De Nympharum domo et Penei regia.

Georg. IV, 317 *Paſtor Ariſtaeus fugiens Peneia Tempe — Triſtis ad extremi ſacrum caput adſtitit amnis* — 321 *Mater quae gurgitis huius Ima tenes* — 333 *At mater ſonitum thalamo ſub fluminis alti Senſit* — 339 *ſimul alta iubet discedere late Flumina qua greſſus inferret. At illum Curuata in montis faciem circumſtetit vnda, Accepitque ſinu vaſto miſitque ſub amnem. Iamque domum mirans genetricis et humida regna, Speluncisque lacus clauſos lucosque ſonantis, Ibat et, ingenti motu ſtupefactus aquarum, Omnia ſub magna labentia flumina terra Spectabat diuerſa locis* — *Et caput* etc. Nondum locum vidi alium, qui cum hoc comparari poſſit, et noua ac mira eſt rerum facies, quam *ex hoc ipſo loco* apud animum adumbrare neceſſe eſt; ſomnia autem, quae veteres pro ſuo quisque ingenio de Oceano terram ambiente multis modis effinxerunt, in vnum colligere, et ex iis nouum aliud iterum fabulari, cui alius aliud ex alio ſubſtituat, etſi ſagacis ingenii laudem habere poteſt, non eſt tamen interpretari. Narrat poeta vaſtam aliquam ſub terra cauernam, e qua omnia flumina orta diuerſis viis ad terrae ſuperficiem properent, vbi illa ſuo quodque fonte ex terra prodeant. Adumbrata fere res ad eam ſpeciem, qua in locis inferis poſita narrantur ea, quae ſupra terram ſunt, vt luci, flumina: v. c. Ouid. Met. I, 189. Valer. Flacc. III, 402 ſqq., aut quemadmodum Styx et Acheron ex inferis emergunt et ſupra terram ſeſe effundunt. Comparari poteſt priſcum illud philoſophema de magna in terrae viſceribus abyſſo et aquarum receptaculo: de quo ſecundum antiquiores Plato disputauit in Phaedone Tom. I, pag. 112 (Bipont. p. 253 ſq.) et contra eum Ariſtoteles Meteorolog. II, 2, p. 779, B. C. du Vall., cui inniti puto narrationem ap. Senec. Nat. Qu. V, 15 ex Aſclepiodoto: *demiſſos a Philippo in metallum antiquum olim deſtitutum — longa via fatigatos, vidiſſe flumina ingentia et conceptum*

Digitized by Google

aquarum inertium vaſtos ...ares noſtris — liberae laxitatis, non ſine horrore vi... Fundum autem mythi aut fecit aut illuſtrare rem poteſt Oceanus ap. Homerum vſſ. ſup. ad 381, laud. *βαθυῤῥείταο μέγα σθένος Ὠκεανοῖο, Ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα Καὶ πᾶσαι κρῆναι καὶ φρείατα μακρὰ νάουσιν.*

Cauernae huius immenſae ſub terra, facies a poeta adumbrata videtur eſſe haec: vt ſint in ea paſſim ſpeluncae inque iis lacus incluſi magnaeque ſiluae, per quas flumina ſubter terram ex lacubus profluant; vt adeo hi lacus ſub terra pro fontibus ſint, vnde illi ortum habeant, donec aliquantum progreſſi ſupra terram emicent fonte vnumquodque ſuo: *Iamque domum mirans* ſqq. 363 ſqq. Qua vi, quo motu, flumina ita in altum ferantur, ex imo terrarum fundo aſſurgant, et, quomodo ex vno loco omnes amnes prodire poſſint, vt doceret, a poeta expectari non poterat; a phyſico hoc poſtulares iure.

Iam Cauerna haec pro regia aliqua fluuiorum et aquarum non male haberi poterat. Si poeta Oceani regiam eo modo adumbraſſet: nihil puto foret quod mirationem faceret. Talis Neptuni regia paſſim deſcribitur; Iliad. N, 21. conf. Ouid. Met. I, 276 ſq., in hac Nereidum Chori apud Eurip. Troad. pr. Nerei domus in mari Aegaeo apud Apollon. IV, 772. et Iliad. A, 358. item Thetidis et Eurynomes Iliad. Σ, 402 vbi Vulcanus latuerat. At Maro obſcurauit commentum illud poeticum inflexa rerum ſpecie, dum Penei fluminis regiam ad eundem modum adumbrauit, quo Oceani vel Nerei, aut forte Acheloi, amnium antiquiſſimi, deſcribi potuiſſet. Nam per ſe Flumini deo domus ſeu regia recte tribuebatur: et in ipſo Peneo hoc ex poetarum vſu exſequutus eſt Ouid. Met. I, 568 ſq.: *Eſt nemus Haemoniae* etc.— *Haec domus, haec ſedes, haec ſunt penetralia magni Amnis; in hoc reſidens, facto de cautibus antro, Vndis iura dabat Nymphisque colentibus vndas. Conueniunt illic populariaflumina primum, Mox amnes alii.*

Vt ad certam aliquam rerum ſpeciem, quae quidem animis noſtris informari poſſit, haec reuocem; ex toto mihi

Digitized by Google

loco haec conſtitui poſſe videntur: Fingamus ingentem illam Cauernam late ſubterranea loca occupare; eſſe veram Oceani regiam, ſeu regnum vaſtiſſimum. Vt ſuper terra multi ſunt terrarum tractus, diuerſi fines imperiorum, ſic in iſto ſubterraneo aquarum regno quaquauerſus ſunt ingentia aquarum receptacula in marium modum, ſpelunceas dixit, e quibus diuerſis locis capita ac fontes fluuiorum procedunt, aliquantum inter ſiluas flumina ſub terra curſu facto emergunt et amnium fontes ſupra terram conſtituunt. Ex magno hoc magnorum fluminum numero erat quoque Peneus. Fingamus iuuenem per fontem demiſſum in immenſum illud aquarum regnum ſubterraneum, deductum eſſe in eam partem, eam cauernam, quae pro fonte, adeoque pro regia Penei, eſſet; puta eſſe magnum aliquod ſpecus, quale illud Nympharum in aditu Ithacae apud Homerum. Specus hoc pro *thalamo* Cyrenes; *thalami pendentia pumice tecta* v. 374: reliqua e vita heroum ac deorum ſunt petita: aſſident ei Nymphae opus facientes 334 ſq., aſſident *vitreis ſedilibus* 350. Peruenitur ad illud Penei ſpecus deſcenſu ad magnam illam Cauernam facto, qualem deſcenſum praebere adeo neceſſe eſt omnes fluuiorum fontes ex ſpecubus prodire ſolitos. Itaque et Ariſtaeus cum matrem Cyrenen adire vellet, ad fontem Penei acceſſit: *Triſtis ad extremi ſacrum caput adſtitit amnis.* Illa, etſi interiora terrae, ſpecum ac partem magnae iſtius Cauernae, quo loco Penei patris erat domus, inhabitabat, recte tamen ſub fonte Penei degere dici poterat: *quae gurgitis huius Ima tenes;* et, *mater ſonitum thalamo ſub fluminis alti Senſit.* Tum *ante alias Arethuſa ſorores Proſpiciens, ſumma flauum caput extulit vnda* 351. 352, adeoque per fontem proſpexit. Quo modo hoc fieri potuerit: recte non attigit poeta: ad ſenſum enim ſatis commode res expediri nequit. Nunc mater filium iubet deſcendere: haud dubie per fontem Penei, dum aquas discedere et viam ei parare edicit: *ſimul alta iubet discedere late Flumina, qua iuuenis greſſus inferret:* 359. 360. Nunc traditur modus: aquae fontis Penei in media ſui parte repreſſae aſſurgunt in montis excauati ſpeciem, et tamquam viam, in arcus ſpeciem

Digitized by Google

factam, praebent: *Curuata in montis faciem circumſtetit vnda Accepitque ſinu vaſto miſitque ſub amnem:* 361. 362. Tum ille in magnam illam Cauernam, de qua paullo ante dictum, vnde fluminum exordia et fontes procedunt, peruenit et in matris *domum* ſeu *thalamum* adducitur: 363 ſq. Cumulantur haec in vſſ. 363 ſqq. *miratur domum genetricis et humida regna, Speluncisque lacus clauſos, lucosque ſonantes — Omnia ſub magna labentia flumina terra Spectabat diuerſa locis,* tamquam in magno regno diuerſas prouincias, regiones, tractus, per cavernarum vaſtitates patentes; et inter has puta fuiſſe cauernam illam, quam tenebat Peneus.



LIPSIAE MDCCXCIX
EX OFFICINA DVRRIA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google